Taddei In Isaiam Tom. 2.

F. THADDAEI PERVSINI EREMITAE AVGVSTINIANI

SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS

EX ILLVSTRI PERVSINO THEOLOGORVM COLLEGIO.

Explanatio

IN ESAIAM PROPHETAM.

Adiectis quibusdam discussionibus, ac digressionibus pro vberiori dictorum intelligentia.

Ad Sanctissimum D. N. CLEMENTEM VIII.

TOMVS SECVNDVS.

IVSTITIA, ET IVDICIVM

PRAEPARATIO SEDIS TVAE. Psal. 88.



PERVSIAE, Apud Vincentium Columbarium. M. D. XCVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

AVTHOR AD LECTOREM.

Vperioribus annis Candide lector expositionem hanc in Isaiam ex varijs authoribus desumptam concinnaueram non vt in lucem ederem, sed ocij euitandi animiq. causa, multorum tamen amicorum rogatu sententiam mutare coactus fui, qui ex commentationibus meis aliquam se vtilitatem capere posse sperabant. Dedi igitur illam imprimendam sed impressores in dimidiam operis partem, pauloq. amplius biennium ferè consumpserunt, cuius tam longè moræ pertesus, vlterius progredi nolebam, idq. in animo meo firmum, ac fixum erat cum ecce me iterum amici, ac sodales mei sententiam mutare cogunt, precibus à me contendentes, vt vniuersum opus in lucem exire paterer. Quo circa cum ea parsquæ iam impræssa erat, iustum volumen conficeret, partem, quæ imprimenda relinquebatur in alterum hoc volumen conferre commoditatis causa volui, cui nonnullos etiam tractatus, & digresiones super aliquot huius operis capita confectas addam, si per senectutem meam magis magisq. in dies ingrauescentem licebit. Interea his fruere lector optime, vnde si quid vtilitatis percipies, da gloriam Deo, qui omnium bonorum dator est optimus. Vale.

AD REVERENDISSIMVM PATREM THADDAEVM.

IACOBVS LAVRVS SPOLETINVS.

Ceptra, & fulgentes auro, gemmisq. coronæ,
Claraq. purpureo tincta colore toga;
Hæc maiestatis præclara insignia lucent:
His non exiguus iure feratur honos:
Non tu huius splendoris eges tua facta, tuusq.
Et frons, & facies exprimit ipsa decus.
Canicies veneranda caput, frontemq. coronat,
Et sacra pro viridi tempora fronde tegit.
Ornamenta refert vultus, grauitasq. virilis,
Et constans animus regia sceptra notat.
Inuidit fortunæ tuæ, Pater optime, laudi
Sed virtus tristem sabstulit inuidiam.



INDEX VOCVM INCOMPLEXARVM.

Pruna

INDEX VOCVM COMPLEXARVM.

Christiani

Conti-

E

Ecclesia

Et

F

F acis

G

H

I

Iocunditas,

Lactantius

Mundus

Oportet

P

Petrus,

Procopius

Q

R

S.

Sterilitas duplex. 121 e.2

Stola

T

V

Vultus

Zacharias,

Z

Finis Indicis Complexorum, & Incomplexorum, Secundi Tomi.

DOCTO-

DOCTORES SECVNDI TOMI, quorum authoritatibus innititur Venerabilis Interpraes.

Naum

N

NAum Proph.
Nicephorus
Nicolaus Liranus
Nonius

O

OSeas Propheta.
Osorius
Ouidius.

P

PAgninus
Pererius
Philostratus
Plato
Plautus
Plinius
Porphirius.
Procopius.

R

RVpertus.

S

SAlustius.
Sophonias Propheta.

T

TErtulianus.
Theodoretus
Thomas Doc. Angelicus.

V

VAlerius Maximus.

Z

ZAcharias Propheta.

F I N I S.

EXPLANATIO IN RESIDVVM HVIVS OPERIS A QVADRAGESIMO OCTAVO CAP. VSQ; IN FINEM.

A FRATRE THADEO PERVSINO COEREMITA AVGVSTINIANO.

PROPHETIAE INSCRIPTIO.

CAPVT QVADRAGESIMVM OCTAVVM.

VDITE *hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini non in veritate, neq; in iustitia. De ciuitate enim sancta uocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt: Dominus exercituũ nomen eius.* Priora *ex tunc annũciaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci e-: repente operatus sum, & venerunt: Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Prædixi tibi ex tunc: antequam venirent indicaui tibi, ne fortè diceres: Idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista. Quæ audisti, vide omnia, vos autem num annunciastis?*

ciaſtis? Audita feci tibi noua ex tunc,& conſeruata ſunt,quæ ne-
ſcis:nunc creata ſunt,& non ex tunc,& ante diē, & non audiſti
ea,ne fortè dicas:Ecce ego cognoui ea.Nequè audiſti, neq; cognoui
ſti,neq; ex tunc aperta eſt auris tua:ſcio .n.quia prænarcans præua
3. *ricaberis,& tranſgreſſorem ex vtero vocaui te.* Propter *nomen*
meum longè faciam furorem meum: & laude mea infrenabo te,
ne intereas. Ecce excoxi te,ſed non quaſi argentum,elegi te in ca
mino paupertatis. Propter me,propter me faciam,vt non blaſphe
mer,& gloriam meam alteri non dabo: Audi me Iacob, & Iſrael,
quem ego voco: ego ipſe, ego primus, & ego nouiſſimus. Manus
quoque mea fundauit terram,& dextera mea menſa eſt cælos:ego
vocabo eos & ſtabunt ſimul. Congregamini omnes vos,& audi-
te,quis de eis annunciauit hæc? Dominus dilexit eum,faciet vo-
luntatem ſuam in Babylone,& brachium ſuum in Caldæis. Ego,
ego locutus ſum, & vocaui eū, adduxit & eū directa eſt uia eius.
Accedite ad me,& audite hoc:nō à principio in abſcōdito lucutus
ſū:ex tempore antequam fieret ibi eram,& nunc Dominus Deus
4. *miſit me, & ſpiritus eius.* Hæc *dicit Dominus redemptor tuus ſan*
ctus Iſrael. Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernās
te in via,qua ambulas. Vtinam attendiſſes mandata mea: facta
fuiſſet ſicut flumen pax tua,& iuſtitia tua ſicut gurgites maris,&
fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, & ſtirps vteri tui,vt lapilli eius:
non interiſſet,& non fuiſſet attritum nomen eius à facie mea.
5. Egredimini *de Babylone, fugite à Caldæis, in voce exultationis*
annunciate : auditum facite hoc, & efferte illud vſquè ad
extrema terræ.Dicite : Redemit Dominus ſeruum
ſuum Iacob. Non ſitierunt in deſerto, cum edu-
ceret eos: aquam de petra produxit eis,
& ſcidit petram, & fluxerunt
aquæ. Non eſt pax impijs,
dicit Dominus.

EXPLANATIO IN QVADRAGESIMVMOCTAVVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *AVdite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini non in veritate, neq; in iustitia.*

MANIFESTA est intentio prophetæ in exordio huius capituli, vbi citra omnẽ cõtrouersiã exprobat Dominus Iudæis eorum ingratitudinem, & simulatam sanctitatem, omninoq; enititur illis persnadere Deum, & non idola præscium B esse futurorum, ac ea prædixisse, vt hĩc moneantur in Deo confidere, & sperare, & non in idolis: Dicit ergo. *Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel*, Vbi nota (quemadmodum supra dixi ex D. Hier.) quod ĩ hoc loco etiã repetit; quòd quando propheta loquitur de Iacob, & de Israel secundum carnẽ, idest de Iudæis, qui dicuntur originem duxisse de Iacob, & Israel iuxtà carnalem, & temporalem generationem, vti- C tur istis nominibus absolute sine alicuius tituli adiectione, & hic dicit ipse D. Hier. nequaquam eos appellare Iacob, sed domum Iacob, nec Israel, qui falso hoc appellantur nomine, cum non habeant opus, & effectum respondens nomini. Quidam uerò putant ideo appellatos nomine Israel, vt rememoret nobilitatem eorum, quo magis excitentur ad bene operandum. Nota etiam quòd dicens, audite, vbi petit attentionem, D & aures, omni alia re postposita, ad dicenda fore adhibendas, aliquid insigne, & quam maxime perutile se dicturum ostendit: quemadmodum alibi sæpe hac forma loquendi vtuntur prophetæ, vt

A in capite, sequenti, & cap. 51. & Saluator noster consueuit aliquando vti hoc modo loquẽdi, & monere discipulos, vt audiant: quemadmodum apud Matth. audite, & intelligite, non quod intrat in os coinquinat hominem. et item: qui habet aures audiendi audiat. Vos ergo domus, & familia Iacob, qui vocamini hoc præclaro, & spectabili nomine Israel, & de aquis Iuda existis .i. de tribu Iuda, quæ est longe aliis præstantior, de aquis B Iuda i. de semine Iudæ; uocatur autem semen, ex quo progrediuntur homines, aqua, quoniam instar aquæ dicitur esse liquidum & fluens: aut semen appellatur aqua, quoniam de eo non secus, ac de fonte emanarunt: quemadmodum & nos omnes, qui dicimur ex aquis .i. de imis parentibus prodiisse: sicut per ignominiam dicimus aliquem natũ de stercore, vel de puluere pedum meorum: ve- (Semen aqua dicitur) lut etiam dixit propheta. Suscitans de C puluere egenum, & de stercore eleuans pauperem, qua loquendi formula facile potest innui, nos homines misellos nihil in nobis habere, quo gloriari possimus, ut alibi annotauimus; non abre Ecclesiam sanctam in nostri ipsius memoriam nos adducere cupientem, nostris auribus intonat dicens. Memento homo quia puluis es, & in puluerẽ reuerteris, est etiam positum in more, vt qui oritur ex ignobili stirpe, vel ex illicito concubitu, dicatur filius terræ. D Dicit autem de aquis Iuda ipsos prodiisse, quia (vt inquit D. Hier.) sola tribus Iuda, & regium semen Dauid, eo tempore vigebat in Iudæa, & præterea d. eos esse productos de aquis Iuda, ut ostende-

ret non virtutum Patriarchalium, sed solum carnis eorumdem filios esse. Deinde subdit. *Audite vos qui iuratis in nomine Domini, & de Israel recordamini:* iuratis inquam in nomine Dñi, quasi nullum aliud numen uos colere, & venerari demonstretis, & Dei Israel recordamini, quia.s.quãq; aliis audientibus Dei uiui nomen, & maiestatem asseueratis, prædicatis, & confitemini, *non tamen in veritate, neq; in iustitia:* verum potius in vestrum commodum, vel in testimonium alicuius falsitatis, et mẽdacii & hi quidem sunt qui labiis Deum honorant, cor autem eorum longe est ab eo: vt ait Lactantius lib. 2. cap. primo, quod quidã nõ recordantur Dei uiui, & veri, nisi cum aliqua graui necessitate opprimunt dñr et recordari Dei Israel, & vocari nomine Israel, quia re vera nõ sunt Israelitę, neq; in iustitia, et veritate: Deũ coluerunt, ut qui ipsum cruce affecerunt; & quemadmodum inquit D. Aug. illi sunt verè Israelitæ, qui in Christũ credunt, & eius nomen verè adorant Dicuntur de aquis Iuda prodiisse, hac etiã ratione, ut illis improperet id quo maximè gloriabantur, cum Iudas præter sui nominis interpretationem non tribus suę duntaxat, sed cunctis Iudæis dedcrit nomen. Simile est, ac si diceremus alicui male sano: hic homo est de familia domus Austriæ, de familia Balionũ, & similium, verũtñ valde se degenerẽ suis maioribus, aut pgenitoribus ostẽdit: sic etiam eum subdit; de *Ciuitate.n. sancta vocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt, Dominus exercituum nomen eius.* Vide, quot titulis, ac epitetis eos honoret: dñr. n. Iudæi domus, & familia Iacob, qui fuit Pater tot heroum, & Patriarcharum, et Deo quãm maximè gratus, et acceptus, qui cum, legitur Deum fuisse luctatum; vocantur nomine Israel, ac si ipsi soli Deum uidere meruerint. De semine Iuda processerunt. *In nomine Domini iurare consueuerunt,* et pręter Deum Israel nihil eos meminisse, aut in ore perpetuo habuisse videbantur. De ciuitate sancta sunt uocati, & super Deum Israel sunt constabiliti, ac vsq; adeò firmiter fundati, ut nunquã perituri vid erentur: et postremo. *Dominus exercituum nomen eius,* quem.n, pro Domino se colere, et venerari ostentabant, non quicunq; impotens, et imbellis fore putandus est, *Sed Dominus exercituum nomen eius* Cum autem tot priuilegiis, et fauoribus essent honestati, non ideo tamen sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, et diuinos honores, et solius Dei proprietates et perfectiones idolis tribuebant, Propterea sequitur. exprobrans, et manifestans illorum ingratitudinem eum inquit.

Lact. lib. 2.

Priora ex tunc annunciaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea repente operatus sum, & venerunt. Manifesta est horum verborum intelligentia, quid ce dò causæ est, qua me Deum uerum, et solum esse credas? quandoquidem, quæ iam pręcesserunt s diebus antiquis, ego ex tunc, i. à principio, et antequam fierent annunciaui, et ex ore meo exierũt, nullus ante me ea pręsciuit, atq; prædixit, ego vnus, & solus audita feci ea. i. ad hominum aures deduxi, & innotescere feci, neq; in ea præscientia, ac præfatione fuit quicquam erroris, aut mẽdacii, sed, & repente operatus sum, & venerũt. idest, quæ ego prędixi repentè, hoc est sub illis diebus, & sub id temporis præcise euenerunt, & in actum fuere deducta, quæ ego prædixi. Quòd si quæram, quid sit in causa, quã mihi non credideris, & præcepta mea non custodieris, ea vna, & pręcipua extitit, quia durus es tu, inflexibilis, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea, nec tamen hoc me latuit, de eodẽ vitio grauiter eos reprehendit. D. Stephanus act. 7. & D. Pau. Rom. 2. cap. Secundum duritiam tuam, & impoenitens cor, sciui. n. (inquit textus) *quia durus es tu & ferreus &c.* Sed num Dei scientia, & præscientia fuit in causa illius duritiei, obstinationis, & pertinaciæ qua Iudęi laborabant? minime quidem omnium: quandoquidem (ut sæpè aliàs dictum est, Dei præscientia nullam rebus necessitatem imponit. Vnde & subdit illud idem confirmans. *Prædixi tibi ex tunc antequam venirent, indicaui tibi, ne forte diceres idola mea fecerunt hęc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista.*

Tex. 2.

Act. 7.

q.d.

q.d. hæc omnia dicturi estis vos quæ no
bis contigerunt, à nostris idolis, ac De-
monibus fuerunt prædicta, ac deman-
data. *Quæ audisti*, inquit textus, *vide*
omnia, nihil excidit, nihil incassum, &
perperam percepisti: vide omnia, quæ
audisti, de integro tibi accidisse, audisti
quæ sunt prædicta, vide iam ea omnia
esse adimpleta. Vos autem num an-
nunciastis? i. vos supple Dij aurei, & ar-
gentei, aut vos cultores, seu fautores
aut etiam fictores idolorum, num an
nunciastis, & prædixistis, quæ iam ui-
distis? aut etiam vos Iudæi rebelles, &
increduli, & Dei beneficijs insigniter in
grati, nũ annũciastis, q̃ audistis, et uidi-
sti, & alijs prædicauistis me vnũ, & solũ,
& verum Deum esse? quippequi solus,
& vnus præsciui, prædixi, & in actum
deduxi, quæ ventura erant? vnde & fa-
teri debueratis, & lõge plus quàm pro
aris, & focis pugnare vos decebat, nullũ
2. Expositio. alium esse Deum præter me? Aut etiã,
non per modum interrogationis, sed af
firmatiuè legendum, quæ audisti, vi-
de omnia: uos autem non annuncia-
stis: vos inquam Iudæi, qui hæc omnia
à me prædicta audiuistis, propterea q̃d
singulis sabbatis in vestris synagogis,
hæc legebantur, & ea omnia adimple-
ta uidistis, mirabilia scilicet opera, quę
fecit Deus; nihilo tamen minus illis
credidistis, neq; etiam annunciastis, ne-
què declarastis ea fore vaticinia de Chri
sto, quæ passim complebantur, sed ea
omnia peruertebatis, & in vestrum
commodum contorquere conabami-
ni, & profectò sic faciunt quidam ve-
lut Iudæi, exteriora tantum sectantur,
interius verò nihil eorũ quæ sunt Dei:
quidam verò è contra, & vtrique graui
D. Tho. 2.2. ter peccant, sed longe magis qui intus
q. 94. Deum negligunt, foris verò diuina se-
ctantur. 2.2. q. 94. *Audita feci tibi noua*
ex tunc, & conseruata sunt quæ nescis:
nunc creata sunt, & non ex tunc, & ante
diem, quãdo. s. ea prædixi, *& non audisti*
ea ne forte dicas. Ecce ego cognoui ea &c.
vsque ad eum locum, *propter nomen*
meũ longe faciam furorem meum. Sensus
horum omnium verborum est. Multa,
quæ cum postea contingerent, ac fie-
rent, noua videbantur, & erant apud

A Iudæos; à principio, ex tunc, & ab ęter-
no fuerunt pręuisa, & ordinata à Deo,
& quando, & quomodo ille voluerit in
actum deducta, quæ quidem non erãt
nota Iudęis, neque intellecta: qua pro-
pter non poterant ipsi asserere eadem
fuisse, neq; cognita neq; producta ab a-
lijs, aut aliunde quàm ab omnipotente
Deo. hoc est quod dicit. *Audita feci ti*
bi noua ex tunc, quasi dicat. ea tibi ma-
nifestaui, & tanquam noua ad tui noti-
B tiam deduxi, quæ ex tunc. i. ab ęterno
fuere præuisa, & conseruata sunt in mẽ
te diuina, & obtecta vsq; ad præfinitum
tempus, quæ nescis. s. quę non capis,
nec potes adhuc ea capere, & percipere.
Nunc creata sunt, & non ex tunc, & an-
te diem. hoc est ante tempus à me pre-
scriptum, *& non audisti ea, neq; intellex-*
isti, ne forte dicas. *Ecce ego cognoui ea.*
Nam si ex tunc, & ante diem, & iam diu
fuerũt prędicta, nunc aũt creata, neq; de
C illis unquam aliquid dixisti, quomodo,
& qua ratione dicere potes. *Ecce ego co*
gnoui ea. Neque audisti, neque cognouisti,
neque ex tunc aperta est auris tua, scio enim
quia prauaricans prauaricaberis, & trans-
gressorem ex utero vocaui te.
Cum in his verbis maxima sit verbo-
rum implicatio, & consequenter non-
nulla obscuritas, quidã sic ea explicant:
quòd. s. Deus aliqua reuelauerit quæ
futura erant Iudęis, aliqua verò subti-
D cuit, ne dicerent Iudęi se ea ab Idolis
accepisse; Propterea pleraq; confestim,
& repẽte, & pręter oĩum oppinionẽ, &
expectationẽ contingebant, quę nequa
quam poterant Iudęi asserere, vel glo-
riari se iam olim audisse, & ab idolis ac
cepisse; ob id huius rei causam afferens
ipse Deus per prophetam inquit, Scio. n.
nam constat hanc dictionem (enim) po
sitam ad assignandam causam dictorũ:
dicit ergo; tu non audisti popule stulte,
E & insipiẽs, neq; cognouisti quę facturus
eram, quæq; postea facta fuere, & in a-
ctum deducta, non poteras. n. scire, neq;
ex tunc aperta est auris tua, hoc est
mens tua non fuit reddita capax ad per
cipienda archana, & mysteria, & secre-
ta Dei consilia: *scio enim quia prauari-*
cans pręuaricaberis . i. cum hactenus
pręuaricatus fueris legẽ Moysis, pre-

uaricaberis etiam legem Christi: numquam enim desistes ab offensione Dei & à suorum præceptorum transgressione, & transgressorem ex utero uocaui te, hoc est antequam prodires in lucem, & à principio conceptus, & natiuitatis tuæ transgressorem uocaui te, idest rebellem, incredulum, & contumacem: vocaui te, idest talem te noui nec mea me fefellit sententia, vel trãsgressorem ex vtero vocaui te, idest cum primũ ex Aegypto liberauerĩ te, quia tũc cœpisti adorare idola, ut habet Exo. 32. neque tamen ob id existimes Deũ fuisse causam, qua ipsi transgressores fuerint suorum præceptorum: nõ enim Deus volens iniquitatem, sed ipsimet à concupiscentiis suis allecti, & attracti sunt præuaricati legem, & mandata Dei. Eadem verba, v3. Neq; audisti, neque cognouisti, possunt simpliciter exponi, quòd. s. Deus noluit eis. i. iudæis sua misteria prędicere, neq; patefacere, quia præuaricans præuaricaberis, hoc est, sicut aliàs apostatauit à Deo, sic etiã in posterum est facturus.

Tex 3. Veruntamen dicit Deus per Prophetam. *Propter nomen meum longe faciam furorem meum*, Aug. ponit drĩam inter iram et furore, ut longe nocentior sit furor quã ira: est enim motus animi prouocans ad poenam inferendam, vel potius quando iam infert; qui tamẽ motus non est in Deo nisi metaphorice, & secundum similitudinem, *& laude mea infrenabo te, ne intereas*. Quę pollicitationis verba, duas habent expositiones. Prior quidem iuxta literam: Propter nomen meum, hoc est propter gloriam nominis mei prorogabo diem, et tempus quo sim in eos animaduersurus: Deinde sic exponitur: Propter nomen meum longe faciam furorem meum, non ut prorogetur, aut differatur, sed potius, vt auertatur omnino, et amoueatur, longe faciam. i. procul omnino abiiciam furorem meum, id quod dubio procul eueniet in populo Israel secundum spiritum non in eo qui secundum carnem; Iuxta illud ps. Si dereliquerint filii mei legem meam, et mandata mea non custodierint: visitabo in uirga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiã autem meã non dispergam ab eo. *Et laude mea infrenabo te, ne intereas*. Laude inquit mea, idest pro cõseruatione laudis meę, ut. s. laudetur, et non blasphemetur nomen meum, utq; possim iustificari in sermonibus meis, et uincere cum iudicabor. cum per prophetas meos dixerim, meum esse populum hunc, et hęreditatem meam, et de semine eius fuerim pollicitus suscitasse prophetam, et progressurus semen, in quo sint benedicendæ omnes gentes. Infrenabo quidem te. i. cohibebo, constringam, frenum tibi inueiam ne intereas, idest ne penitus delearis, atque id non ob tua merita quæ nulla sunt, sed laude mea; ne scilicet uidear omnino deseruisse populum meum, neque longanimitatẽ quę mihi iure debetur non exercuisse: uel ne quis existimet Deos gentium me fortiores, ac potentiores: Diuus Tho. 2. 2. q. 91. ar. 1. sic exponit. Laude mea infrenabo te, idest Si me laudaueris, et affectu moueberis erga me, retraheris a peccatis, quæ sunt contra me, iuxta illud. Sacrificium laudis honorificabit me: sed quoniam qui abstinent a peccatis propter Deum non indigent freno, ideo D. Tho. aliter exponit. Laude mea infrenabo te. i. ceremoniis, et preceptis legalibus constringã te, ut illud psal: In camo, et freno maxillas eorum constringe: perlege quę-ps. 31. so mi fr quę scribit. D. Bern. super hac propositione inquit. n. Infrenabo te laude mea, hoc est, ne interitu facinorum tuorum nimiam incurras tristitiam, & instar effrenis equi desperatus, in præceps ruas, & pereas, meis laudibus erigam. sic enim exponit sermo. 11. super cantica. Alii sic. Vt quasi inmentum me sequaris, uel usq; adeo detinebo te uinctum, et occupatum, ne in idolatriam proruas. et subdit. *Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis, excoxi te* .i. probare te uolui, periculum de te feci, sed non quasi argentum, idest non tam exacte, ac diligenter excoxi te, sicut probatur, et purgatur argentum, cuius excoctio, et purgatio non completur, donec omnes scorię, et immunditiæ fuerint absum-

sumptæ, sed uestra purgatio erit aliquã to leuior. et mitior. *Elegi te in camino pau pertatis.* i. probaui te per uarias afflictiones, hoc est per inopiam, ac seruitutem, et per huiusmodi aduersitates, quibus boni pariter et mali purgantur, præterquam purgationem alia fortior purgatio, & excoctio reperitur quæ fit per uerbum Dei, qua non nisi boni purgari solent: Iuxta illud ps. Ignitum eloquiũ tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Datur & alia purgatio post hanc vitam de qua non est præsens intentio: sed nota quòd purgatio in camino paupertatis non est omnino euitanda, neque refellenda, si libẽter, & voluntarie & non coactè capiatur, quando quidem multa nobis beneficia confert, ut dicit D. Tho. in expositione huius loci, confert enim peccatorum recogitationem, virtutum consolationem, cordis quietem, iusti desiderii impletionẽ, diuinæ dulcedinis participationem, & denique cęlestem hæreditatem, & rursus idem repetit ipse Deus, & nostris auribus vehemẽter inculcat. d. *Propter me, propter me faciã ut nõ blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo.* Repetit eãdem, dictionẽ, seu particulam ad maiorem veritatis assertionem, & dum inquit. *Gloriam meam alteri non dabo.* vult innuere se omnia facturum, ut solus ipse cognoscatur & prædicetur verus Deus, & largitor omnium bonorũ, neq; alius præter ipsum; cuius gloria facile posset auferri, & apud Gentes calumniam subire, si de manibus impiorum non aliquando eriperet populum suum. cui tot promissiones, & dona fuerat omni tempore pollicitus, & gloria quidem ita soli Deo conuenire dicitur; ac si esset eius propria coniux, quæ quidem non debet alteri tribui, neque cum alio quoquam coniungi, cuius rei exemplum præter omnes ferè leges, habemus in Pharaone rege Aegypti, qui contulit potestatem ipsi Ioseph, super omnia & singula bona sua præterquam supra suam vxorem. Et D. Cyril. inquit gloriam Dei nil aliud esse quam seruare, & misereri, & posse omnibus dominari, & sine vllo labore ac difficultate exequi quæcũq. velit efficere.

Ps. 118.

A Super his verbis notat D. Hier. sed quorsum, nescio, quòd non absq; caussa dicit Deus per prophetam. *Gloriã meam alteri non dabo*, quam videtur innuere se alteri iam dedisse: dedit enim filio suo sibi per omnia æquali: dicitur .n. alter ad distinctionem prioris, quã quã quidam Theologorum non admittant in diuinis prius, & posterius, & iuxta simbolum Athanasii, in summa atque incomprehensibili trinitate nihil est

B prius & posterius, nihil maius, aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sunt & coæquales: sed verius dicitur alter, aut alius, ad distinctionem aliorum suppositorum. dicit autem Deus. Gloriam meam alteri non dabo. ne. s. quis putet idola oppressisse populum Dei, sed sola Dei virtute, & potentia id factum, vel breuius dicas: gloriã meam alteri non dabo, idest non permittam quicquam aliud vocari Deum,

C vel quemquam alium pręter me vocari Deum. Quibus dictis rursus Deus sermonem conuertit ad Iacob, & Israel, & præcipit eis diligenter audiant, et auscultent. d. *Audi me Iacob, & Israel, quem ego uoco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus.* Audi, inquam, me Iacob, & Israel, hoc est mihi aures porrige, in me vnum oculos intende, alienis fabulis, & sermonibus fictis & falsis non acquiesce: audi me Iacob, & Israel quem

D ego voco, hoc est peculiari quadam ratione, seu nomine voco, & seorsum ab aliis nationibus excipio, & eligo, & veluti meum familiarem instituo, ego inquam te voco ad pænitentiam .s. & ad salutem, voco quidẽ non tamen eligo. Multi enim sunt uocati, pauci verò electi. Israel ergo, & Iacob carnaliter accepti vocantur, at non eliguntur. Sed Iacob, & Israel secundum spiritum vocantur, & eliguntur. Quid ergo lo-

E quitur illis? quid nam præcipit eos diligenter audire? Quid vult illis patefacere? hoc, inquam, quod ego ipse. s. Deus sum, qui uoco te, i. qui sum missus ad te filius, inquam, non pater, et ego primus, ante quem nullus, & ego nouissimus, postquem nullus: vel ego primus qui uiuo, et fui mortuus. Apoc. 22. uiuo inquã quia sum omnium rerum principium Apoc. 22.

fa-

factor,et creator, sum nouissimus,si re A feras ad eum qui fuit mortuus,qui quidem formam serui accipiens factus obediens, humiliauit se ipsum usquè ad mortem. Quare qui loquitur hoc loco Christus est,dei filius,primus, et nouissimus,ob eas quas diximus rationes: ipse.n. est cui propriè conuenit hoc verbum vocare,vt prima Petri cap.5.vocās nos in ęternā gloriā.1.ad Tessal.cap.5.

1. Petr.5. fidelis Deus qui vocauit nos, et Matth.
1.Thess.c.5. cap.9.Non veni vocare iustos sed pecca B tores.Quid vltra dicit iste primus,et nouissimus? *Manus quoq; mea fundauit terram*,tanquam fundamentum structurę totius orbis, *& dextera mea mensa est cęlos,ego vocabo eos,& stabunt simul*: stabunt(inq̄).i nunquam mouebuntur, et ruent,nisi voluero,et cū uoluero statim decident,et in nihilū redigentur. quare *congregamini inquit omnes uos, & audite quis de eis annunciauit hac*? q. d. nullus ex idolis,nec quisquam hominum potuit hæc vobis prædicere, et annuntia- C re: et hac oratione per signum interrogationis nr̄ propheta ex se ipso non ex persona dei ad principalē scopū reuerti, prosequens historiā sādudū inchoatam de negocio.et de mynisterio ad qd exequendum instituit Deus ipsum Cyrum,et inquit.*Dn̄s dilexit eum*, hoc est ipsum Cyrum,quem ministrū suū constituit ad debellandos impios,et immanes Babylonios: pp̄ea inqt *Dominus* D *dilexit eum*,non quidem ceu uirum iustum,et probum cum fuerit multis flagitiis,et sceleribus onustus, sed dr̄ dilexisse,tum quia usus fuit eius opera, ac ministerio(ut dictū est) tum quia strenuè,ac diligēter executus est Dei mādatū liberando populū suum, tùm tertio,quia tribuit ei,et cōcessit multa bona temporalia. *Faciet* (inq̄) *voluntatem suam*,hoc est ipsi⁹ Dei *in Babylone* delēdo eos; *& brachiū suum in Chaldeis*,i.po E tentiam,et ueritatem Dei demonstrabit,et manifestam faciet in destructione Chaldeorum,interficiens eos,ac de medio tollens; et ne quis arbitraretur unq̄ euersionē Babylonis, et Caldeorum opus idolorū extitisse,et eorū numina opus tam admirandum effecisse,sequitur in textu,et loquitur in persona Dei, et inquit. *Ego,ego locutus sum,ego inquā,non alius prǽter me,neq; alius absq; me*. ego (inquam Deus locutus sum,i. sic statui, et decreui,et vocaui eum, adduxi eō, *& directa est via eius*, nullis præpedita obstaculis,ac difficultatibus, semel locutus est Deus,cuius locutio est ipsa actio:ipse enim dixit et facta sunt.Dixit Deus fiat firmamentum iu medio aquarum,et factum est ita: Propterea subdit idem *Deus*,abiecta oī difficultate,et seclusa quacunq; tergiuersatione,compellat Iudæos,et quoseūq; rebelles, et incredulos.d. *Accedite ad me,et audite,hoc non à principio in abscondito locutus sum. Ex tempore antequam fieret ibi eram*. Ex tempore inquam .i. priusquam tempus esset ego eram. Iuxtà illud sapientis. Prouer. 8.
Nondum erat abyssi,et ego iam concepta eram: et apud Ioan. Antequam Abraham fieret ego sum;*& nunc*.i. in tēpore plenitudinis, *Dominus Deus pater, & spiritus eius misit me*.

Nulli quamuis proteruo, et mente peruicaci,atquè ueritatis ultra omnem modum infensa,poterit unquam in dubium reuocari per hæc tria uerba diuinarum personarum trinitas, ac distinctio, imò palam,et apertissime designari.loquitur enim hic uerbum Dei filius, qui uerissime dicit se in tempore missum à Patre unà eum spiritu Sancto:sic enim Ecclesia catholica docet,et prædicat filium ab æterno productum esse à patre,nō quidem factum,aut creatum, sed genitū,at in tēpore à tota trinitate missum,et destinatum ut acciperet carnem,et fieret homo pro totius humani generis salute: sic ergo. d. *Et nunc Dominus Deus misit me,& spiritus eius*. Fuit inq̄ filius missus a patre,et à spiritu eius,non tanq̄ a duobus pricipiis,sed tanq̄ ab uno , et quāquā filius mittatur a spiritu sancto quemadmodum,et a patre,non tamen est minor illo, sicut nec spiritus sanctus quamquam procedat a filio,sicut etiam a patre,non tamen est minor utroque. Nec ualet ista consequentia , una persona mittitur ab alia ergo procedit ab ea, quandoquidem filius mittitur a spiritu sancto, non tamen p̄cedit ab eo. At bene sequitur. spiritus sanctus mittitur a patre

ea

et filio, ergo procedit ab utroque. Huius differentiæ causam, vide à D. Tho.p.par.q.36.ar.t.& 4. & Caitanum ibi.sed longè prius de hoc loquitur Diu. Aug. Tomo.10.sermo.6.de tempore. Ne verò quædam secundum spiritum accepta inuoluatur silentio, notanda fuut. Primum quidem cum superius dictum est Deum excosisse Israelē nō quasi argentum. sciendum quod allegoricè non est sermo de Iacob, & de Israel secundum carnem, sed de Iacob, & Israel secundum spiritum, qui verè fuerunt excocti, & purgati non quasi argentum: sed multo magis quam argentum quippe qui tamquam aurum in fornace probati fuere, cum inter initia nascentis Ecclesiæ Apostoli, & reliqui fideles, ac ministri Domini per omnia tormentorum genera fuerunt excruciati, & in camino paupertatis, & expoliationis rerum omnium fuere vehementer afflicti, & vexati. Vnde bene scriptum est Malach.cap.3. qui erunt emundati. & colati quasi aurum, & quasi argentū, nec refert quod hic dicitur nō quasi argētū quia ut diximus fuerunt probati, & excocti plusquam argentum. vel ut dicūt alii non quasi argentum, sed pro argento, quasi velit dicere quod loco argenti fuerunt venditi, & in seruitutem redacti. Nota etiam cum dicitur in textu. *Audi me Iacob, & Israel, quem ego voco*, sunt verba Christi, qui dicitur ad se vocasse Apostolos, & reliquos fideles, quo ipsum sequerentur dum legimus eū uocasse nonullos d. Venite post me faciam nos fieri piscatores hominum. Postremo volunt nonnuli expositores in illis verbis. Dominus dilexit eum, illud pronomen, non Cyrum, sed filios Iacob, & Israel secundum spiritum referre, quos ait propheta Dominum dilexisse, atq; eos fecisse voluntatē Dei in euertendis Babylonijs, hoc est potestate ipsius Demonis.

Malach. 3.

At ego magis adhęreo his, qui putāt hæc verba referri debere ad Christum Dominum, qui verè, & absque ulla controuersia fuit dilectus à Deo, sicut Euāgelii uerba testantur: fuit vocatus, & adductus a Deo patre in hunc mundū, ut eundem uariis erroribus infectum, purgaret, ac redimeret, & directa est via eius sicut per hunc eundem prophetā superius dictum est, uidelicet, Parate viā domini, rectas facite semitas eius. Vel directa dicitur via eius, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Cum postea subditur. *Accedite ad me, et audite hæc &c.* loquitur ipse Dei filius, ipsum Dei uerbum iam caro factum, & vbique clamat, & dicit. Venite ad me omnes, qui laboratis &c. Cumq; de se ipso per prophetam hęc filius Dei fuerit locutus: nunc propheta attestatur eundem alia subiicere, quibus nos præmoneret, & suum ad amorem incenderet, atque inflammaret. *d. Hæc dicit Dominus redemptor tuus sanctus Israel* qui vere, & proprie, & nullo pacto abusiue, aut metaphoricè vocatur & est redemptor noster, qui nos redemit a seruitute Demonis, ut millies dictum est. atque vtinam id nos probe nosceremus. Cur etiam fuerit appellatus sāctus Israel, sępissimè dictum est. Quid ergo dicit hic tuus redemptor, & sanctus Israel: Audi, quæso, & diligenter attende. *Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia, gubernans te in uia qua ambulas.* Vide obsecro, & perpende duo præclara, & eximia, quæ tibi Deus cōtulit beneficia: primum quidem docet te utilia, præmonstrat tibi, & quasi digito ostendit, quid fugere, quid quærere, & quid sperare debeas, quibusque viis, ac semitis, seu gradibus debeas ad cœlestem patriam proficisci, docet te non modo præcepta, quæ seruare teneris, uerum & consilia quibus facilius multo, ac citius cęptum iter proficere queas, Deinde non solum docet te utilia, idest pręcepta præbet, & consilia, uerum etiam gubernat te in uia qua ambulas, commeatum prębet, atque ducatum: non enim finit te solum aggrediiter, sed ipse tecum graditur, & ad finē vsq; perducit nec secus nobiscū agit quam pater, aut pedagogus cum pueris suis. Per hæc nimirum uult innuere propheta nobis a Deo conferri duplicē gratiam, alteram quidem pręuenientem, reliquam verò cooperātem, seu subsequentem, de quibus Theologi satis

Via domini directa.

Tex. 4

tis abunde loquuntur in 3 sent.

Cum hæc dixisset affectu quodam paternæ commiserationis motus ipse redemptor, coarguit filios Iacob, & Israel, & consequenter nos omnes de nostra oscitantia, & præpostera cura, & sollicitudine nostrarum rerum, & præsertim salutis æternæ. *d. vtinam attendisses ô Iacob, mandata mea* quæ scilicet ego præcepi tibi, nam si ea attēdisses, & fuisses exequutus, *facta fuisset sicut flumen pax tua, et iustitia tua sicut gurgitas maris, & fuisset quasi arena semen tuum, & stirps vteri tui, ut lapilli eius: non interiisset, et non fuisset attritum nomen eius à facie mea.* Vult innuere propheta per huiuscemodi solitudines quòd diligētibus Deum, & eius mandata seruantibus omnia cooperantur in bonum, & nihil deest timentibus eum: esset quidem pax, & iustitia eorum sicut flumen quod numquam arescit, sed semper manet, vel sicut gurgites maris, qui numquam deficiunt, & absque ulla defatigatione perpetuo conuoluuntur, & hùc atque illùc redundant; & breuiter (ut inquit Diuus Hieronymus) eiusmodi similitudines præseferunt, vel indicant atque designant abundantiam & copiam omnium bonorum. Quo loco satis acutè dubitat Diu. Hier. penes hunc textum. Dicit enim propheta quod si Iacob attendisset mandata Dei fuisset stirps vteri sui, ut lapilli arenæ maris; quoniam si sermo est de populo Iudæorum, manifestum est eos usque hodie esse in tanta multitudine, quòd re uera videntur esse velut vermiculi & ueluti arena maris, aut lapilli eius, quos tamen certum est Dei mandata abiecisse. Quare verba prophetæ vidētur aliquā pati calumniā: Propterea dicēdum est hæc omnia referri debere ad statum legis euangelicæ, in quo vniuersus terrarum orbis ad Christum conuertetur & erit pax, et iustitia animorum nostrorum, velut flumen indeficiens, quia scriptum est. Ego per te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua, quæ vsq; adeò erit fundata, ut portæ inferi non possint præualere aduersus eam; & quia populus Iudaicus noluit apprehendere hanc fidem, propterea dicitur

A in textu. *Non interiisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea.* Verum quoniam textus lxx. interpretum habet sententiam longe diuersam; idcirco aliquam oportet adhibere cōcordiam: sic enim ipsi legunt. Neque nunc exterminaberis, neque peribit nomē tuum in conspectu meo. Quæ verba duos habent sensus; uel quod loquatur propheta de Iudæis, qui verè sunt Iudæi, idest confitentes Christum, &

B agnoscentes gratiam eius, vel de Iudæis, qui iuxtà sententiam Diui Pauli penes finem sæculorum intrabunt in Ecclesiam, & sic salui erunt: vtraque expositio, ut reor, potest admitti. Penes calcem huius cap. ne videretur propheta omnino oblitus principalis intenti, redit ad historiam de liberatione populi à captiuitate Babylonica, præuidens, & prænuncians spiritu prophetico eius liberationem,

C quasi volens innuere omnes ruinas, & calamitates illi accidisse ob transgressionem Dei præceptorum. Id circo nunc Deus velut eorum miseratus, dicere videtur: quamquam vos tot peccata perpetraueritis, & mei nominis numquam fueritis recordati; verumtamen ut meam agnoscatis bonitatem, Tex. 5.
& clementiam. *egredimini de Babylone fugite a Chaldeis, in uoce exultationis annunciate* hoc sup.ingens beneficium, *an*

D *diuum facite hoc*, operamini scilicet vt ad aures omnium populorum *vsque ad extrema terræ*, hoc magnum Dei opus deferatur, & vbique prædicetur *dicite: redemit Dominus seruum suum Iacob.* Et quoniam quis posset dicere quonā pacto potuerunt Israelitæ egredientes de Babylone, & fugientes à Chaldeis in terram promissionis se recipere, cum per tot regiones hostium aliarum gentium eius aduersantium

E eosdem pertransire contigerit absque vllo subsidio, & præsidio aliorum principum? respondet propheta ex persona Dei, & inquit. *Non sitierunt in deserto cum educeret eos de terra Aegypti: aquam de petra produxit eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ.* Quasi velit dicere quemadmodum cum fuerunt educti de Aegypto nihil eis defuit, quia do-

minus

minus adiuuit eos, sic & nunc cum educendi sint de Babylonia, & reditori ad proprios lares, si Dominus erit cum illis, nihil profectò illis deerit, quia est idem Dominus, & idem Deus: At si qui fuerint impii, rebelles, & increduli non iuuabit eos Dominus, quia ut habet textus, non est pax impiis, dicit Dominus: Non enim in illis est quies, & tranquillitas mentis, quia respuerunt eũ, qui est Deus pacis, & consolationis.

A

Notandum autem non Iudæis tantum, sed multò uerius, & conuenientius nobis omnibus mandari, ut egrediamur de Babylone, idest de confusione, & infestatione molestissima huius mundi, & fugiamus Chaldeos, qui sunt curiosi obseruatores astrorum & nimium in creaturarum uirtute, & potentia confidunt, nec solum a Babylone, sed ab omnibus mundi partibus egressi sunt homines pii, & confugerunt ad Christum, quibus non defuit in deserto huius mundi aqua salutaris, quæ de petra manauit, idest de latere Christi quando fuit percussa lãcea, quç & nobis nequaquam deficiet, si hãc petram, quç est Christus, percusserimus, infestauerimus, & defatigabimus ieiuniis, vigiliis, pauperum subsidiis, prçcationibus, & orationibus, vel aqua ista. hoc est verbum Dei non est nobis defuturum, quod tamen scindere oportet, & in multas partes diuidere, ut quòd totum sumere non possumus, suscipiamus in partes. Diuus Ambrosius referens hæc ad mores, hunc in modum nos monet. d. Egredimini de Babylone, fugite a Chaldeis, hoc est si hactenus intrastis, & adducti estis in confusione

B

C

D

D Amb. lib. de Isaac & anima c. 6.

vitiorum, & scelerum, egredimini, non oportuit intrare, sed carnis lege eogente, & captiuante te in lege peccati ingressus es. Nunc exi, egredere, exue te, hac graui seruitute: exi ergo de Babylone. fuge a Chaldeis. Babylon confusionem significat, quæ virtutum ordinem non tenet. Chaldei sunt qui siderum cursus vane superstitionis explorant, & impie gentilitatis ferũt errores. Ab his fuge, ne te capiant, ne te graui laqueo captiuitatis irreptent. Abraham Chaldeus fuit, sed fugit a Chaldeis, & hoc ante legem. Tu sub lege natus multo magis fugere debes ab impiis: id quod nos õnes iugiter facere necessum est, ne cũ tot beneficia a Deo suscepe rimus, & indies passim maiora suscipiamus sub Babylonica captiuitate, idest sub Demonis potestate manere velimus, & maiores quotidie quã hacten⁹ calamitates passuri: qm̃ scriptum est, nõ est pax impiis dicit Domin⁹, quç uerba non de Iudæis tantum, sed de omnibus dicta sunt, scripta autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt. Et hæc satis de expositione cap. 48. Esaiæ Prophe.

CAPUT

CAPVT QVADRAGESIMVM NONVM.

AVDITE insulæ, & attendite populi de lon-
1. ge: Dominus ab vtero uocauit me, de ventre
matris meæ recordatus est nominis mei. Et
posuit os meum quasi gladium acutum: in vm
bra manus suæ protexit me, & posuit me sicut
sagittam electã: in pharetra sua abscondit me.
Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia
in te gloriabor. Et ego dixi in vacuum laboraui, sine causa, &
vane fortitudinem meam consumpsi: ergo Iudicium meum cum
domino, & opus meum cum Deo meo. Et nunc dicit Dominus,
2. formans me ex vtero seruum sibi, ut reducam Iacob ad eum, &
Israel non congregabitur, & glorificatus sum in oculis domi-
ni, & Deus meus factus est fortitudo mea, & dixit: Parum est,
ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel
conuertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus
mea vsque ad extremum terræ. Hęc dicit Dominus redemptor
3. Israel sanctus eius ad contemptibilem animam, ad abhominatam
gentem, ad seruum Dominorum: Reges videbunt, & consur-
gent principes & adorabunt propter Dominum, quia fidelis est
& sanctum Israel qui elegit te. Hæc dicit Dominus. In tem-
pore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui:
4. & seruaui te, & dedi te in foedus populi, ut suscitares ter-
ram, & possideres hæreditates dissipatas: ut diceres his, qui
vincti sunt: Exite, & his, qui in tenebris: Reuelamini. Su-
per vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. Non
exurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus, & sol:
quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum pota-
bit eos. Et ponam omnes montes meos inuiam, & semitæ
meæ exultabuntur. Ecce isti de longè venient, & ecce illi ab
Aquilone, & mari, & isti de terra australi. laudate cæli, &
& exulta terra, iubilate montes laudem: quia consolatus est Do
minus populum suum, & pauperũ suorũ misoerebitur. Et dixit
5. Syon: Dereliquit me Dominus et Dominus oblitus est mei. Num
quid

quid potest mulier obliuisci infantem suum, ut non misereatur filio viteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliui
scar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram 6.
oculis meis semper: venerunt structores tui destruentes te, & dissipantes à te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: viuo ego dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longe fugabuntur, qui absorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuæ. Angustus est mihi locus, fac spatium mihi, ut habitem; & dices in corde tuo, quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens, transmigrata, & captiua: & istos quis enutriuit?
ego destituta, & sola: & isti ubi erant? Hæc dicit Domi- 7.
nus Deus. Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum, & afferent filios tuos in vlnis & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutritii tui, & Reginæ nutrices tuæ: vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent: Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur, qui expectant eum. Numquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit a robusto saluum esse poterit? quia hæc dicit Dominus: equidem & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robusto saluabitur. Eos vero, qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur, & sciet omnis caro, quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

EXPLANATIO IN QVADRAGESIMVM NONVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

AVDITE insulæ, & attendite populi de longe. Dominus ab vtero vocauit me, de uentre matris meæ recordatus est nominis mei. &c.

ERGO nō dubito quin hoc loco propheta in persona filii Dei alloquatur omnes gentes, quoniam Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo, nec loquitur sicut ante ad domum Iacob, & ad eos, qui vocantur nomine Israel, quiq; de aquis Iudæ exierunt; quamquam officia Ecclesiastica assumunt hæc eadem verba tamquam dicta a D. Ioanne Baptista cui re uera non incongrue tribui possunt qui in uētre matris suę fuit mundatus a peccato originali. Et tanta gratia fuit ei collata, qui dum fuit eius mater salutata a Beata Virgine Maria qd̄ exultauit in vtero eius: Et sic Deus de uentre matris suæ recordatus est nominis sui, vt: Luc. 1. Dicit ergo Deus, excitando populos ad attentionem, & diligentem cōsiderationem eorum, quæ sunt dicenda, quo designet eorundem magnitudinē & excellentiā. Et reuera capitulum istud est valde mirificum, excellens, & preclarum, & magnis misteriis, & sacramentis refertum. *Audite* inquit *insulę, & attendite populi de longe.* Luc. 1.

Quot modis hoc nomine insula capiatur in scripturis, & apud quoscumque auctores, superius dixisse meminimus, sed sat erit si per insulas hoc loco Christi Ecclesias ex gentibus constitutas, & fluctibus sæculi, quòd est uelut mare, vndequaq; concussas acceperimus, de quibus insulis loquebatur propheta psal 96. cum dixit. Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ, rationi quidem magnopere congruebat quāscunq; Ecclesias terram hanc occupantes, exultare, et lætitia inenarrabili repletas fore, dum regnū orbis terrarum Christus tenebat, & à Demonum tirannide cunctos amouebat, quæ sententia quamuis peroptima sit, & à D. Cyrillo approbetur: ego tamen non existimo me inficias iturum si per insulas hoc loco intelligam omnes regiones, et habitatores earum, quæ quidem sunt in hoc sæculo uelut in magno mari constitutæ, et eę præsertim, quæ ad excipiendam Christi fidem videbantur duriores, ac tardiores: Nam quemadmodum ad eas, quæ sunt in medio aquarum situatæ, non ita facile datur accessus, sic illę mundi regiones, ad quas non sine magno labore, ac vitę discrimine peruenitur, insulę iure quodam possunt nuncupari, id quod per verba sequentia confirmatur, dum inquit. *Attendite populi de longe.* Quoniam autem hic excitatur attentio propter rei, de qua dicendum est, magnitudinem, scire debemus et pro cō perto habere, de misterio Christi, quo quidem, nullum est maius, aut sublimius hoc loco tractari, consequenter possunt attribui Io. Bapt. et cunctis Dei verbi ministris, vt scilicet ipsi vocent omnes gentes ad obedientiam fidei: psal. 96.

et

& quidem secundum literam uolunt hæc dicta a Cyro. Dicit ergo filius Dei per prophetam.

Dominus ab vtero uocauit me de uentre matris meę. recordatus est nominis mei. quibus sanè uerbis incarnationis mysterium, quo Deus humanā carnem suscepit ob oculos ponit. Nec ab vtero solum uocauit eum Deus Pater, sed ab æterno: fuit enim prædestinatus filius Dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis Rom 1. Quod postea subdit. *De uentre matris mea recordatus est nominis mei*; perinde est atque idquod legimus apud Lucam, quòd anteaquam filius Dei nasceretur impositum fuit ei nomen ab Angelo dicente ad Mariam. Vocabis nomen eius Iesum. Recordatus est ergo Deus pater nominis filii sui, idest illius nominis, quod tanto ante tempore fuit prędictum per hunc eundem prophetam cap. 7.

Sed dices; non est idem nomen, quòd fuit prędictum per Esaiam, & quod fuit impositum ab Angelo: Namq. hoc nomen fuit Iesus; illud verò Emanuel. Quare videntur interse dissidere, & maximè discordes esse beatus Angelus Gabriel, & hic verè diuinus propheta. Verum nequaquam hoc sentiendum. Diuinus enim propheta spiritu Dei propalans misteria, Deum nobiscum factū præsignificauit, ut qui natura Deus, dispensatione, quę simul cum carne coniuncta est denominans illum Emanuel, idest nobiscum Deus. Beatus verò Angelus ab effectu nomē ei impoluit, ipse enim uocatus ab utero matris suę, vocatus est Iesus, quia saluum fecit populum suum à peccatis eorum: propterea dictus est Iesus, idest saluator sic enim dum propter nos humanam carnem suscepit, multitudo Angelorū, faustum, & fælicem partum pastoribus annunciauit. d. Nolite timere; Ecce. n. euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator mūdi, qui est Christus Dominus in Ciuitate Dauid. Lucę 2. Dictus est ergo Emanuel, quia Deus natura factus est nobiscum, idest cū nobis hominibus. cum nobis, inquam

Luc. 2.

in rebus, quę ad nos spectant, & quæ nostrę sunt condicionis, & naturę. Iesus autē, quia saluare potest orbem terrarum, nihilominus Deus ipse, & homo factus est. Dictus est autē Christus quod nomen parum congruebat ipsi Deō ante natiuitatem, quę est secundum carnem: nondum enim erat unctus, quare non poterat uere dici Christus, quamuis alioquin Christus dicatur heri, hodie, & in secula. Non ergo est ullum inconueniens pluribus nominibus ob varios effectus Dei verbum incarnatum nuncupare. vt ab Euse nomina Christi Iesu lib. 7 cap. 9. Dicit autem Procopius Christum Dei filium habuisse ante incarnationem nomina, quę naturę diuinę conueniunt, post incarnationem nomina quæ conueniunt oeconomiæ temporum.

Euse. li. 7.

Procopius,

Dicunt porrò aliqui Christum Iesum nunquam nocatum Emanuelem; quēadmodum, neque cito prędare, aut spolia detrahe, & reliqua nomina sibi in sacris literis attributa, sed Iesus tantum est appellatus, neq; ab re, quoniam prę terquam quòd ipse saluum fecit populum suum à peccatis eorum. fuit etiam is qui introduxit populū Dei in hæreditatem vitę ęternę, quemadmodum Iesus naue, qui fuit typus, & figura Christi, introduxit populum Dei in terram promissionis, in quam non potuit introducere Moyses, quamquam fuerit amicus Dei, & legislator, quo īnuebatur legem Moysi haud quaquam sufficientem extitisse, ad deducendum nos in vitam æternam: quemadmodum lex illius, cuius nominis interpretatio, est saluare, vel salutem cōferre. Hinc D. Tho. 1. parte quest. 37 art. 2. colligit nomina hominum singularium semper imponi ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur, ut putà, vel à tempore, sicut imponuntur nomina aliquorū sanctorum his qui in eorum festiuitatibus nascuntur, vel à cognatione, sicut cum filio imponitur nomē patris, uel alicuius de cognatione eius, sicut propinqui Ioannis Baptistę volebant eum uocare nomine patris sui Zachariam, non autem Ioannem, quia nullus erat in-

D. Tho q. 37 art. 2. 1. par.

Impositio nominum unde

in cognatione eius qui vocaretur hoc nomine, ut habetur Luc. 1. Imponuntur etiam nomina quandoque ab euentu sicut Ioseph, vocauit primogenitum suum Manassem. Gen. 41. vel ex aliqua qualitate eius cui nomen imponitur, sicut Esau, qui interpretatur rubens. Gē. 25, sunt postmodum quædam nomina, quę imponūtur à Deo quibusdam, quę significant aliquod donum gratuitum eis collatum, ut Abrahę, ipsi Iacob, quia uocatus fuit Israel, & ipsi Petro, ut habes Matt. 17. *Et* quoniam Christo Domino fuit hoc singulare munus gratię collatum, ut per ipsum omnes saluarentur, ideo conuenienter vocatus est nomen eius Iesus. Sed dices plerique alii apud Hæbreos fuerunt uocati hoc nomine, qui tamen nullam salutē mundo attulerunt ergo non est cōueniens ratio mox adducta, quare Christus Dominus fuerit uocatus Iesus.

Luc. 1.

Gen 41.

Gen. 25.

Matth. 17.

Dicendum quod non est eadem ratio de Christo & de aliis, qui hoc nomine vocati fuere; Et forte nonnulli potuerunt hoc nomine uocari, quia aliquā particularem, & temporalem salutem attulerunt alicubi. *Et* prætereа nō sem per nomina ab aliqua proprietate rei imponuntur, sed quandoque ad arbitrium, & beneplacitum imponentis, at secundum rationem spiritualis, & vniuersalis salutis, nulli nisi Christo Domino potuit conuenienter imponi. Sic respōdet D. Thom loco allegato, ubi etiam dicit in responsione ad primum, quòd in omnibus illis nominibus, quibus Christus Dominus nuncupatur quodammodo significatur hoc nomen Iesus quod est significatiuum salutis. Conuenienter ergo dictum est a filio Dei. *De ventre matris meæ recordatus est nominis mei*. Sed præter hunc modum recordatus est etiam Deus pater nominis filii sui, quia gloriam, & maiestatem incompatabilem, et eximiam ei contulit, quando eo nato audita est vox multitudinis Angelorum dicentium. Gloria in excelsis Deo. Recordatus est etiā nominis sui, quando, eo nato venerunt Magi ab oriente, stella duce, cum muneribus ad eum adorandum. Recordatus est nominis sui, quando ex Aegypto vocauit eum, & liberum fecit a persecutione Herodis, qui ut occideret eū, à bimatu, et infra occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, et in omnibus finibus eius. Postremo recordatus est nominis sui, ut per ea quæ mox sequuntur facile demostratur. Inquit. n. ipse Christus Dei filius homo factus. *Et posuit* scilicet Deus pater *os meum quasi gladium acutum: in umbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electā in pharetra sua abscondit me.* Posuit inquam os meum quasi gladium acutum: Gladius enim iste acutus, est verbum Dei, quod quidem est adeo efficax, & penetratiuum, quòd præscindit cor hominis, uitia confodit; & pertingit vsquè ad diuisionem animæ, et spiritus, compagum quoque et medullarum, & est penetrabilior omni gladio ancipiti. Os Christi, idest prędicatio cælestis, & euangelica, est velut gladius acutus cōtra Diaboli tirannidem, contra mundi rectores tenebrarum harum, et cōtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. abstulit enim erroris caliginem, et omnium cordibus veræ dei cognitionis radium immisit, et orbem terrarum ad veram, et piam, et laudabilem traduxit uitę cōuersationem. De hoc gladio alibi. d. Esa. In die illā immittet Deus gladium sanctum magnum super Draconem, serpentem obliquū, et tortuosum, et Draconem interficiet. Dicitur etiam os Christi gladius acutus, quoniam vt ipsemet. d. apud Matth cap. 10. Nolite arbittari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium: veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam &c. Deinde sequitur alius fauor, et priuilegium ipsius Dei erga filium, et inquit: *in umbra manus suæ protexit me*. per vmbrā intelligunt quidam virtutem, et potentiā diuinitatis, in qua, & sub qua nos protegit ipse Deus ab omni malo; et per eandem umbram manus suę, possumus intelligere quodcumque auxilium, et fauorem quem dignatur Deus nobis conferre: proinde continuè pęccari debemus, et clamare vt sub vmbra alarum suarum nos protegat. Nec solā dei

Deus pater quomodo recordatus est nominis filii sui.

Os Christi quale

Esa. cap. 27.

Matt. ca. 10

Dei filius homo factus est, hoc est potitus, præter omnes, et super omnes singulari priuilegio, sed quicumque sunt vniti Deo per fidem, et charitatem sub umbra manus Dei dicuntur esse protecti: Nec mireris Dei filium tamquam uirum inopem, ac destitutum hæc verba protulisse, quasi quis putaret ob humanitatem assumptam diuinitatē amisisse, ob id uult innuere, quòd licet factus sit homo, uirtus tamen diuinitatis in eo, immò tota ipsa diuinitas nullo B pacto est imminuta, sed sub umbra manus Dei ītegra, et irrefragabilis manet: Vnde bene inquit Ciril: Deī filiū hoc loco humano more loqui. uerum prudentibus, et sapientibus nihil difficile erit ex his verbis agnoscere filium à Deo, & patre nulla ratione esse diuisū quamquam hominem factum: Os quoque D. Ioann: Baptistę dicitur fuisse quasi gladius acutus, quia audacter, & intrepide reprehendebat pharisæos, & saduceos venientes ab Baptismum vocans C eos progeniem viperarum Matth, 3. arguebat etiā Herodē propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo viuenti. vxorē d, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Mar. 6. & umbra manus Dei protexit eum, quia ut dicitur Luc. 1. manus Domini erat cum illo.

Matth: 3.

Præter hunc fauorem, et gratiam Christo Dei filio collatam, duas subinde alias recenset, & inquit. *Et posuit* D *me sicut sagittam electam.* Dicitur enim filius Dei per verbum suum, hoc est per virtutem, et efficaciam eiusdem verbi sui, esse velut sagitta electa, quia eiusmodi sagitta diligēter exculpta, polita, & tersa, & conuenienter aptata dicitur sagitta electa, seiuncta, et seorsum ab aliis sagittis reposita, & præparata: vult enim innuere propheta nullam uirtutem, nullum robur, nullam fortitudinē nullum donum a Deo proficisci, et emanare, quod non fuerit superabundanter E et superexcellenter in ipso homine Christo Dicitur. n. sagitta electa ad designādum, quòd virtus Dei, uerbū Dei penetrat tam eos qui sunt propè, quā eos qui sunt a longe, et confundit, seu potius transfigit eorum corda ad quæ pertingit. Flures aliç sunt sagittę, cuius-

Christus sagitta electa

modi fuerunt prædicationes, & comminationes Apostolorum, & prophetarum quę sunt sagittæ potentis acutę, sed non adeò penetratiuę, ut est uox filii Dei: uox enim Dei intercidentis flammam ignis, uox Domini concutientis desertum, & commouebit Dominus desertum cades etc. psal. 28.

Psal 119. Psal. 28. Psal. 28.

Postremo inquit. *In pharetra sua abscondit me.* In pharetra sua (inquit. D. Hieron.) hoc est in ipsa Diuinitate, in qua quidem latebat, & celabatur virtus, & potentia humanitatis Christi. Cyrill. in pharetra inquit erat abscondita hęc sagitta electa, hoc est in præscientia patris: præscitus enim fuit, & & præordinatus filius Dei ut esset homo ante constitutionem mundi, productus verò in medium quādo totam terrā oportebat inuisere, & subleuare, quę tota in interitum, & exitium penè ceciderat, quoniam creaturæ potiusquam creatori obtemperabat, & immundis subiacebat spiritibus, peccatorumquè laqueis erat irretita; Hęc sagitta electa in pharetra iam abscōdita, cum primum exiit, & proiecta fuit, interemit Sathanam, & potestates malas, quæ cum ipso sunt. Nec solum interimit hostes, & nostræ salutis aduersarios, sed vulnerat etiam nos omnes ad utilitatem, et salutem nostram.

Vnde sponsus in cant. cap. 4. inquit. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorū tuorum: Et cap. 2. fulcite (inquit) me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Hac sagitta uulnerati fuere Apostoli, qui dicebant. Nonnè cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in uia? Similiter & Dauid cum diceret. Adhæsit anima mea post te me suscepit dextera tua? Nonne & Petrus fuit percussus hac sagitta cum dixit. Domine tu nosti quia amo te? Sic & Paulus cum dixit quis nos separabit á charitate Christi? Vulnerat igitur, ac ferit pectora nostra eiusmodi sagitta bifariam, vel cum nos tangit, & premit iaculo dilectionis, quemadmodum sponsa, idest anima nostra dicebatur esse percussa: uel quando nostros errores, ac delicta stimulo compunctio

Cant. 4. Luc. 24. Psal 62. Ioann 21. Rom. 8.

ctionis, patefacit, ac delet, propterea d. propheta psal. 37. Quoniam sagittæ tuę infixę sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Sed dices Si quandoque eiusmodi sagitta ia culo dilectionis, & charitatis pungit, & ferit cor ipsius hominis, & eius qui uehementer a Deo diligitur, cur ergo sponsa dicit: quoniam vulnerata sum, amore langueo? si enim verba Dei tam quam sagittę excitant in corde nostro amorem, quomodo ergo ipsa sponsa dolet? nonne ipse amor, potest esse si ne dolore? Respondetur contingit.n. plerumq; nos amare quod non habemus, & inde consequens est doleamus; amabat quidem sponsa, & dolebat, quia nondum habebat, quem optabat, at hoc vulnus ad ueram salutem rapiebat, Vulnerat ergo sagitta ista electa primum ipsum Sathanam cum potestatibus suis, & quicumque resistunt ueritati: vulnerat etiam ad utilitatem, & salutem nostram, & postremo vulnerat ad manifestandū, & detegēdū, ac trāsfigendū mentes, & corpora eorum, qui sunt peccatorum laqueis irretiti iuxtā illud psal. 119. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis · per hanc quidem sagittam tamquam per diuinam vltionem *Deus* configit, & confodit uitia, & peccata nostra: hoc est ergo quod dicit propheta. *Posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me.* Miro quidem artificio: & similitudine egregia actiones quibus Deus per filium suum operatur in nos saggittæ comparantur, quandoquidem earum usus est ut emissæ ab arcu celeriter, & festine de ferantur ad locum destinatum, & quò vult sagittarius, illò protinus dirigantur: Spiritus enim vbi uult spirat, & nemo uocem eius audit.

psal. 37.

Deus multipliciter nos uulnerat.

psal. 119

In pharetra sua abscondit me: diximus enim pręter alias expositiones, quòd in prouidentia, & dispositione patris fuit abscondita hęc sagitta vsque ad præfinitum tempus ab eo, quo deberet extra proiici, & in carne apparere Vbi nota quod per pharetram congruè quidem, & rectè occultum, & secretum

A Dei consilium designatur: cum uerò de pharetra sagittam Dominus eiicit, tunc de occulto consilio apertam sententiam emittit. dum enim quisque flagellatur, cognoscimus. sed qua ex causa flagellum veniat, frequēter ignoramus; id quod ego affirmare non possum; optime quidem noui, qua ex causa super me calamitas ingruerit, sed Deo gratiæ habeantur, qui me in his angustiis constantem reddidit. Ioan.

B etiam fuit sagitta electa, qui cum existens in vinculis audisset opera Christi voluit perscrutari, an ipse esset, qui uen turus erat: Hic fuit lucerna lucens, & ardens: quique fuit pręcursor domini, & vox illa clamantis in deserto, parā te viam domini: & penitentiā predicans attigit corda hominum vi. 3. cap. Matt. & cognosces num Io: fuerit sagitta electa · Sed prosequamur textum *Et dixit mihi* supple *Deus* pater meus. *Seruus me*

C *us es tu Israel, quia in te gloriabor.* Exclamat hoc loco Cyril. huiulcæ orationis interpres, & inquit ut sępe. O altitudo diuitiarū sapientię, & scientię Dei? Qui .n. erat, & est, & sēper fuit, ac erit Dei filius de essentia patris ineffabiliter natus, audit sibi patrem suum dicentem, seruus meus es tu. At non inconuenit, qui uerbum est, & filius *Dei* natura liber, dispensatione quadam, & considerata natiuitate secundum carnem appelle-

D tur seruus: Ita etiam de eo locutus est Apostolus d. Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Nemo est nostrum, qui ratione qua creatura *Dei*, & qua ab eo dependet, & ei omniquaque subiicitur, non iure optimo *Dei* seruus sit appellandus: unus est enim omnium Dominus, in quo omnia, & per quem omnia, & nos in ipso, et per ipsum, sed longè alia ratione dicitur seruus Dei patris Christus ipse

E Dei filius, quia scilicet fuit ei per omnia obediens, neq; quisquam alius, qui ita perfecte, & exacte Dei patris uolūtatem adimpleret, quemadmodum ipse Christus potuit vnquam reperiri: quique fuit principalis minister, & executor diuini consilii, neque mortem, aut ullos cruciatus, ut patri obediret, recusauit.

Deinde

Deinde uocat ipsum Israelem, tum A quia secundum carnem de illius stirpe processit, tum quia fuit ille uerus Israelita, qui cum Deo congressus suæ uirtutis magnitudine laeertorum viribus Deum omnipotentem suapte natura inuincibilem modo quodam euicisse fertur, dum generi humano placatum eum reddidit, & à debita seueritate, ira & indignatione, in gratiam. & benignitatem adduxit. Dicit. *Seruus meus es tu, quia in te glorabor*, q.d. effieias, quod B peto, tua enim opera, tua hac seruitute, & obedientia in te gloriabor: gloriatus est enim pater in filio, tum quòd ostendit in eo, & per eum diuitias bonitatis suæ. & quibus reuera gloriatur, & magnificatur Deus: tum quia ipse Christus manifestauit nomen suum hominibus: sicut ipsemet filius apud Ioan. testatur. d Pater manifestaui nomen tuũ hominibus, & alibi. Pater glorificaui nomen tuũ. Quæ cum dixisset filius, mox C refert ea quę dixit ad patrem, cum ait. *Et ego dixi. In uacuum laboraui: sine causa, & nane fortitudinem meam consumpsi, ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo.* Apparet quidem prima facie quidam congressus, & concertatio inter patrem & filium: Dicit ei pater: *seruus meus es tu, quia in te gloriabor.* opera mea, uirtus mea, & potentia mea in te relucebũt iuxtà illud Esaię 19. opus manuum mearum tu es, hę D reditas mea, Israel. Quæ uerba dici potuerũt à Christo D. Ioanni Bap seruus meus es tu, quia in te gloriabor. Nũc dixit filius patri, quasi se excusans. Clementissime pater putabas in me te gloriari pro reductione, & conuersione populi tui, & ego nihil opere, aut laboris præter mi si, *sed in uacuum laboraui*, sermo meus, & prędicatio mea fuit inanis tùm moriendo, tùm alios quosque labores sustinendo. Quamobrem videor, ætatem, & fortitudinem meam gratis consumpsisse, quod quidem uerissime dictum fuit propter incredulos Iudæos, qui ante alios ad fidem sunt vocati, huius tamen præclari fauoris, & eximii operis participes esse noluere, sed diuinæ gratiæ fuerunt contemptores, nec ideo tamen filius dei est ulla ex E parte culpandus, cum per ipsum nõ stet erit quo minus ipsi resipiscere, & conuerti debuissent: propterea d. *Iudicium meum cum domino* q.d. rem sum habiturus eum eo, causam ipse nouit, *& est qui quarat, & iudicet. Et opus meum cum Deo meo.* hoc est in conspectu suo, & coram oculis suis manifestabuntur omnia: ipse namque uidebit, & iudicabit, ac discernet causã meã degente nõ sãcta, et considerabit uim operũ meorũ.

Iudiciũ meum cũ Domino: Et opus meum cum Deo meo.

quodque non ex inscitia, aut negligentia mea, sed ex eorũ perfidia, & obstinatione eius uoluntas non fuit adimpleta: Nihil enim quod eorum saluti potuerit conducere, fuit à me prætermissum. Quid enim potui facere vineæ meę, & non feci? aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhęsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me.

Alio pacto exponit D: Cyril. hęc postrema verba, videlicet, *Iudicium meum cum Domino, & opus meum, cum Deo meo.* q.d. Et si filii huius sæculi contempserint laborem meum, et opus meum, Deus pater præ oculis habuit laborem meum, & ab eo rectum exiuit iudicium: propterea quod quamuis humanã carnem susceperim, & multos pro salute filiorũ Israel labores pertulerim, atque id quidem perperam, & frustra, hoc tamen opus meum, et labor apud Deum, et cum Deo non fuit incassum: hoc enim dispensationis genus mihi cessit in gloriam; quoniam pro Deo agnitus sum, & orbis terrarũ me saluatorem, et redemptorem agnouit, atque declarauit, quo cognito, factum est ut cœli, et terra, et omnia inferiora mihi procumberent, et me veluti Deũ adorarent. Et eum subdit. *Et nunc dicit Dominus formans me ex utero seruum sibi, ut reducam Iacob ad eum, & Israel nõ congregabitur: Et glorificatus sum in oculis domini, & Deus meus factus est fortitudo mea.* Existimo his verbis prophetam gerentem personam filii ostendere nullam esse culpam in Deo patre, neq; in eius filio, quòd Israelitæ non fuerint admissi ad consortium regni cœlestis, sed omnem culpam in eos retorqueri, proindeq; ipsos fore prorsus inexcusa- Tex. 2.

B 2 biles,

biles,et cum paulò ante dixerit ipse pater filio. *Seruus me° es tu Israel quia in te glorificabor*, & nondũ expresserit qua in re suo nellet uti ministerio; & quo pacto esset in eo glorificandus,id nunc explicat, & aperit.d. *Et nunc*,i.hunc in modũ Deus pater suã declarat mẽtẽ,ĩ quẽ.s.fi nẽ me sibi seruũ constituerit, *formãs me ex utero*, seruũ sibi.i humanã carnẽ me suscepturum disponens, ac pręcipiens ut uidelicet. *reducam Iacob ad eum, & Israel non congregabitur.* Et nunc,idest no lo amplius differre. iam tempus est,nũc se offert occasio.qua declarem, quod iã diù mente conceperã,quod pręuiderã. Sed nota non absque causa dicit Christus Dei filius de Deo patre formans me ex utero,quia re uera Dei filius sua naturali essentia, & proprietate non erat seruus, sed natura liber, utpotè consubstantialis, & coęqualis patri, sed dicitur formatus in utero,quia scilicet formam serui accepit; namque si natura seruus esset,non diceretur in seruitutem formari; idque ea ratione ut ministerium ageret, ut inquam reduceret Iacob ad ipsum Deum, recesserat enim Iacob ab ipso Deo,et fuerat per uniuersum orbem dispersus: propterea quod omnis mali inuẽtor, & auctor in multa, & uaria scelerum genera mortales omnes dissipauerat. Alios enim in totum deficere à creatore, & sibi ipsi subiicere eos coegit; omninoque abduxit,ut Deum qui est uniuersorũ Dominus omnino ignorarent: Alios autem qui legem Mosaycam rerum agendarum indicem, & arbitram habuerunt, pigros effecit, ac negligentes,immò diuinæ legi resistentes, & ad omnem pertraxit fortitudinem & obstinentiam,& abiecto legis iugo, quod cuique uisum erat,facerent, ac doctrinas, et mandata hominum docerent: missus ergo fuit filius Dei in humana carne, ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum, & hi per Iacob hoc loco intelliguntur. D.Io. fuit etiã formatus ex utero dum Angelus dixit de eo,spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Luc.1.

Luc. 3.

Sed hic etiam nota, licet Christus,ut ipse fuit testatus, non fuerit missus ni-

A si ad oues quæ perierunt domus Israel,nolim tamẽ per Israel,et per Iacob intelligas dũtaxat,qui de Iacob secũdũ carnem prodierunt,ut millies dictũ est.

Sed quid actum est; vide quid sequitur. *Et Israel non congregabitur*. Ecce seruus iste vigilãtissimus, prouidus diligens,atque indefessus, frustra laborauit, & suam consumpsit perperam fortitudinem,quia Israel non congregabitur, Israel quidem ex parte,non secun-

B dum totum,quoniam ut constat, plerique natura Iudęi fuerunt congregati,& in vnam fidem cooptati, & consociati. & quamquam non omnis Israel fuerit congregatus,& reductus ad Deum,non ideo tamen seruus iste obsequentissimus sua dignitate,ac immunitate fuit destitutus,ne scilicet agnosceretur, ac prędicaretur vt filius Dei,et glorificaretur in oculis eius: quemadmodum.d.in texto. *Et glorificatus sum in oculis Domi-*

C *ni, & Deus meus factus est fortitudo mea.* Multifariã quidem glorificatus est fili° Dei coram Deo patre, & in conspectu oculorum eius: primum quidem dum nasceretur ab Angelis,cum adoraretur à Magis,& præterea dum in Iordane à Ioanne Baptista baptizaretur,fuit audita vox illa dicẽs.Hic est filius meus dilectus,præter multa,& varia ab eo ędita signa,& prodigia,quibus homines commoti cognouerunt ipsum esse filiũ Dei. *Dei filius multifariã glorificatus.*

D Vnde Nicodemus apud Ioan.dicebat. Nemo potest hæc signa facere quę tu facis,nisi fuerit Deus cum eo.

Et dixit, supple dominus Deus ad filiũ, *Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas.* Quibus verbis ostendit Pater, ac demonstrat filium esse missum in hunc mundum non ad redimendum solum & suscitandum tribus Iacob, & feces, idest paucos illos homines, &

E præ omnibus aliis valde abiectos, & contemptibiles, qui superfuerunt et residui fuerunt ex domo Israel conuertendas, sed ad longe maiora, et grauiora negocia perficienda, quod est præbere salutem, et vitam omnibus gentibus vsque ad extremum terræ, & hoc est quod dicit Deus pater filio humanam carnem suscepturo.

Parum

Parum est, idest modicum,& leue nego cium est.humilis, & parum digna lega tio, exigua dignitas, & honorificentia te mihi seruum futurum, hoc est ut mi nisterium exerceas,& labores insumas ad suscitandas tribus Iacob.&c.Verum hoc longe maius, & præstantius offici- um subiturũ te constituj. Et quodnam est istud? *Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea vsq; ad extremum terræ.* mihi seruus eris, & in eo mea iussa, seu decreta explebis,ut gentes perditas,& in tenebris ignorantiæ, & peccatorum demersas illumines, ac uiuifices, ut sis salus mea, idest per te salutem meam, idest à me iam diù fidelibus pręparatam,& constitutam,in cunctis regionibus terræ utcumq; remotissimis, & nũquam hactenus uisis,aut cognitis,consequantur omnes qui te audierint,& apprehenderint: sic enim præceptum fuit Apostolis Act.1. Vos eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria vsq; ad vltimum terræ. non minus de Io.Bapt.possunt dici hæc verba à Christo.Dedi te in lucẽ gentiũ,quam uis nõ erat ille lux,sed venit,vt testimonium perhiberet de lumine.Io.1. Alii eandem litteram exponentes dicũt. Parum est,hoc est indecorũ, & nimis abiectum officium este te mihi futurum seruum ad suscitandas tribus *Israel*: verumtamen neque hoc pręstare poteris ob eorum peruicaciam,& obstinati cordis duritiem,sed ne frustra labores, & gloria tua ulla ratione minuatur. *Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.* Rectè quidem loquitur Deus d.salus mea · quia scilicet beneficium, & opus, quo salui sumus est ipsius Dei,ab eo pendet,& salus nostra ipse est. Quod aliqui legunt in tertia persona,ut sit salus mea,idest salus à me omnibus pręparata pertingat usque ad extremum terræ. Et profectò magna,& incomparabilis fuit gloria, & semper est futura unum hominem adeò despectum, & nouissimum omnium virorũ, & denique cruci affixum salutem mundo attulisse, atque ideo non solum ab Angelis, & hominibus,sed et ab omnibus creaturis vehementer excultum,& adoratum. In

Act.1.

Ioan.1.

quibusdã codicibus præsens particula legitur per notam interrogationis hunc in modum.*Parum ne est ut sis mi hi seruus ad suscitandas tribus Iacob?* q.d.non,sed magnum tibi,& ualde pręciosum,& honorificum,vocari seruum meum, ut hac ratione suscites domum Iacob, quoniam,si formam serui non accepisses:neq; Iacob suscitasses, neque gentes conuertisses, atquè ideo non esses datus in lucem gentium, neque salus mundi exstitisses, & consequenter uti *Deus* haud quaquam esses cognitus, & adoratus, & iuxtà hunc intellectum potest exponi præfata particula etiam affirmatiuè : quemadmodum plerique exponunt, ut sic dicas. Parum est tibi fili mi, ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, quoniam longe maior, et eminentior natura, & essentia tibi manet, potestas, et excellentia,quia scilicet est tibi diuinitas, et essentia mihi æqualis, id quod uoluit propheta describi per hæc uerba. *Dedi te in lucem gentium,*

Sed dices.Nonnè poterat Deus reducere Iacob & congregare Israel absque eo, quòd fieret homo,& susciperet formam serui?poterat utique, sed non expediebat, neque sic ab æterno decretum erat,quia neque decens erat: at quòd in carne appareret, & Israel redimeret,hoc maximè decens erat,ut fusius in q. seorsum discussa videbitur.

Inter has duas expositiones hoc uidetur esse discrimen,quòd in prima ui detur inuni magnum decus, et honorẽ fuisse filio *Dei*,ut susciperet formam serui, in secunda verò indicatur oppositum : sed notandum,duo nobis præclara beneficia conferri in incarnatione filii Dei,videlicet Redemptionẽ. & glorificationẽ,sed secũdum longe pręstantius primo, pro hoc uide August. lib. de Vnitate Ecclesiæ cap. 7. ubi refert totum ferè capitulum istud. tomo.7. *Aug. de vnita. Eccl ca. 7. tom. 7.*

Præterea subdit. *Hæc dicit Dominus redẽptor Israel sanctus eius* qui uidelicet sanctificat Israel,uel sãctificatur ab eo,uel pro sancto habetur, ab Israele colitur, & honoratur, ab Israele

inqua non secundu carne, sed secundu spiritum. Hęc dicit, uel quæ dicta sūt, vel quę mox dicentur; *Ad contemptibilem animam, ad abhominatam gentem, ad seruum dominorum*, quibus denominationibus uolunt omninò intelligi gentem Iudaicam, quippequæ post crucem Christi fuit genus maximè cõtemptibilis, & abiecta: gens quam omnes abhominantur, quique scilicet Iudæi sunt in perpetuam seruitutem redacti. Sed alii longè melius, per animam contemptibilem, & quę sequuntur, intelligunt Christum, & Apostolos & veros Christi fideles, qui fuerunt, atq; etiam num sunt apud plerosq; contemptibiles, abhominabiles, & exosi, ac ser uituti obnoxii, quod quidem maxime cõtigit in exordio nascẽtis Ecclesiæ, & in posteriora quoq; tẽpora nihil propè minus contigit propter hæreticos, & pseudochristianos, Turchas, & Tyrãnos: sed uide, & obserua quid postea sequutum est. *Reges inquam uidebunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, & sanctum Israel, qui elegit te.*

Reges quidem videbunt, & agnoscẽt innocentiam eius, videbunt puritatem & sanctitatem, videbunt etiam miracula, & signa quæ faciet super omnes homines: videbunt etiam conuersionem gentium, & cõculcationem Idolorum, atque inuictam eius potentiam, & patientiam, & consurgent principes veneraturi, & adoraturi Christum Dei filium propter Dominum; quia cognoscent ipsum esse fidelem, constantem, & stabilem suis in promissionibus, neque mutabilem vt Dii gentium: *adorabunt* quidem gentes Christum Dei filiũ Discipulos, ac imitatores eius *propter Dominum, & propter sanctum Israel, qui elegit te*, quia scilicet cognouerũt Christum, & qui sunt eius, electos esse à Domino, ut mysterium istud explerent. Vide quęso, & intense considera, & expende quàm magna sit Dei bonitas, sapientia & potentia, qui enim prius erãt contemptibiles, et abiecti, postmodũ à Regibus, & principibus, et cunctis nationibus adorantur, nec mirum, quoniã ut inquit Amb. lib. 2. de vocatione gen

A tium cap 6. latitudo Rom. Imperii fuit presagium, et figura imperii Christi, et Ecclesiæ. Quòd autũ vaticinium istud non de Christo Domino solum verum, et de sanctis, et electis eius debet intelligi, patet ex eo quòd Ecclesia Romana in die festo D. Ioan. Baptistæ utitur hac eadem oratione in diuinis officiis, et in missarum solemniis. Testatur hoc et Apostoles, qui ut habetur in Act.

B Apostolorum, et in plerisq; aliis locis, de Christo Domino hic referuntur, sibi ipsi, & aliis Apostolis, & Christi discipulis libenter attribuit. Et rursus aliud beneficium nobis à Deo collatum persequens Esaias idem facit exordium. d.

Hęc dicit Dominus in tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sũ tui, & seruaui te, & dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas, ut diceres his qui uincti Tes.4.

C *sunt, exite: & his qui in tenebris, reuelamini.* Mirum profectò est toties in codẽ capitulo, dum propheta vult aliquid auspicari, inchoare ab his verbis. Hæc dicit Dominus. Nonne satis erat semel tantũ hæc uerba adduxisse? Sed dicẽdũ mysteria hic proposita adeò noua, magna, et inaudita, nostroque intellectu imperceptibilia fore, quod oportuit prophetam frequenter auctorem in medium adducere, atq; protestari: prædi-

D cere quidem, ac pronunciare Christum futurum tam ignobilem, ac contemptibilem, et breui admodum post tempore in supremum, et nobilissimum statum esse transferendum. ut omne genu ei flectatur, cœlestiũ, terrestriũ, atq; infernorũ, quòd difficile admodum gentes essent crediturę, idcirco oportuit ꝑfata verba pręponere. d. *Hæc dicit Dominus*. q. d. Quę sum dicturus, quia non ex me, neque à me proficiscuntur, sed qui

E mentiri non potest Domini verba sunt; ideo operepræcium est mihi credatis. Quid ergo dicit? *In tẽpore placito exaudiui te, et in die salutis auxiliatus sũ tui.* Plurima quidẽ sunt, & ꝑfectò innumerabilia quæ nobis per Christum Deus contulit beneficia, quamquam hoc loco de filio tantum, uel ad filium dicta esse videantur: verum enimuerò per eum ad omnes eius electos conferuntur

tur: inquit ergo primum. *In tempore placito exaudiui te*. in tempore inquam in quo complacuit sibi omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt ut refert Paul Col
Paul. Colos.1. los.1.tempus inquã istud fuit tempus gratię,tempus plenitudinis,& quo placuit Deo mittere filium suum in mundum, ut quicumque crediderit in illũ non pereat,sed habeat vitam ęternam;
B hoc est tempus illud,de quo loquebatur Apostolus 2.ad Corinth,6 d. Ecce
2.Cor.6. nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis.In tempore isto placito (inquit Deus Pater ad filium) exaudiui te, cum scilicet orabas.d:Pater clarifica filium tuum,ut filius tuus clarificet te. *Et in die salutis auxiliatus sum tui*,quãdo scilicet Christus in ara crucis pauens,& patiens dicebat.Deus meus, Deus meus,vt quid dereliquisti me? Tunc enim
C Deus pater adiuuit eum,prębẽdo ei cõstantiam,& fortidinem,& inuictam patientiam: id ipsum facit:Deus erga suos electos eum in tribulationibus constituti clamãt ad ipsum iuxtã illud psal.
psal. 80. Inuocasti me,exaudiui te in abscondito tempestatis,& probaui te apud aquã contradictionis. Præterea inquit.*Seruaui te*, cum scilicet morte superata, ac deuicta,suscepi animam tuam, & corpus
psal. 15. à corruptione præseruaui. Iuxtã illud
D psal.Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Neq; te perturbet cum: memineris Christum imminente hora mortis Deum patrem fuisse deprecatum,ut si possibile foret,transiret ab eo calix ille,non ideo tamẽ fuisse exauditum,quoniam scito dum Christus mortem deprecaretur, non ideo fuit quasi vellet illam prorsus euitare, sed veram humanitatis cõditionem ea præcatione voluit demonstrare,atque ut nobis
E præstaret exemplum imminente tentatione,& metu inundãte,oportere nos vigiles fore, atque orationi intentos, & Deum exorare, cui si visum fuerit,dignetur nos è periculis eruere.Postremo aliud exponit beneficium Christo homini pro nobis collatũ,cũ subdit. *Et dedi te in fœdus populi ut suscitares terrã,& possideres hæreditates dissipatas*:

Christus inquã datus est in fędus populi,ut s.per eũ multitudo credentiũ cõciliętur,& copuletur ipsi Deo patri: ipse enim est per quem sumus ei conciliati, & in gratiam, & amicitiam eius recepti; propterea quod per mortem, & sanguinem filii sui expiati sumus a peccato, quo a Deo seiuncti eramus, & inimicitias aduersus illum exercebamus. Nec Christus Dñs, & saluator noster dumtaxat, verum, & ministri Ecclesię qui vnum cum Christo saluatore nostro corpus efficiunt,in fœdus populorum iure optimo dati esse dicũtur, quãdo ipsi tamquam instrumenta Dei, & cooperatores Christi ministri sunt huiusce reconciliationis, fœderis,& amicitiæ,quæ est inter Deũ,& homines.Datus est ergo Christus in fœdus populi, ut suscitaret terrã,id est homines terre nos, qui iam interierant,& in mortem corruerant; in mortem inquam peccati, et damnationis, qui enim manet in peccato,dubio procul mortuus appellatur, ut testatur Ioan. in Aposto. d.Nomen habes quod uiuas,et mortuus es. *Datus est ergo ut suscitaret terrã et possideret hæreditates dissipatas*,per quas intelligere possumus populũ Iudæorũ et populum Gentilem.ambo enim erãt dissipati,destructi,atq;dispersi per Diaboli versutiã:Christus ergo fuit datus, &fuit missus ut einscemodi hęreditates,hoc est eiusmodi populos,qui cõstituti erãt,ut fierẽt hæredes Dei coheredes autẽ Christi,qui erãt dissipati, hoc est aliũ statũ,et cõditionẽ longè diuersã adducti,cogerẽtur in unũ,et ad priorem statũ in quo erant creati congregarentur.constat.n.ex Dauid ps 2.huius modi populos eidem Christo in hæreditatem propriam consignatos: sic.n. ait pater filio Postula a me,et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrę. Vnde Iustinus super his verbis inquit. Quæ est hæreditas Christi? nonne omnes nationes? Quare si gentes consignatæ sunt Christo in hæreditatẽ, eius officiũ erit hæreditatem dispersã,& dissipatã reducere,et cõseruare iuxta illud Io 6. Hęc est voluntas patris mei, qui misit

Christus Iesus datus in fœdus populi.

Apoc.3.

Hæreditas dissipata quæ.

psal. 2.

Iustinus

Ioan 6.

me,ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Quidam alii per hęreditates dissipatas intelligunt pias,& sacras functiones, quæ erant dissipatę, idest contemptæ,despectæ, & uelut abhominabiles reiectę, ut innocentia,castitas mansuetudo,paupertas,patientia, & cęterę uirtutes quas abhominantur filii huius sęculi, & reddunt apud eos homines ignobiles,quę quidem dicuntur hæreditates filiorum Dei, dum uoluntarie,& non coacte assumuntur, quæ si etiam minus uolentibus, & quandoq; inuitis adueniunt, patienter propter Christum sustinentur. Verum prior expositio magis ad literam cum dicitur. *Dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas*: ubi immediatè subdit. *Vt diceres his, qui uincti sunt, exite, & his qui in tenebris,reuelamini*. Per eos, qui uincti sunt,intelligũt Iudęos,qui sibi ipsis ex traditionibus hominum,uincula imponunt indissolubilia. Per eos,qui sunt in tenebris, intelligunt ipsas gentes,quę in Idolorum tenebris lumen intellectus oppressum, & suffocatum habent. At planius per eos,qui sunt uincti, & per eos qui sunt in tenebris, intelligerem indistinctim quoscumque mortales, qui sunt peccatorum laqueis constricti, & longa peccandi consuetudine detenti. Dicit ergo Deus his qui sũt uincti,*exite*,expergescimini ex his laqueis,expedimini,non obdormite amplius,nec vos ipsos abscõdite,foras ꝓgredimini,neque vltra differatis, quia tempus faciendi dissipauerunt legem tuam. *Et his qui in tenebris*,ignorantiæ scilicet,delitescunt, & sunt consopiti, dicite,reuelamini,q.d. uelum è vestris oculis detrahite,amouete,lucem etiam nunc aspicite,neq;amplius errorum laqueis patiamini vos inuolui. Quod si feceritis,dubio procul *super uias pascẽtur, et in omnibus planis pascua eorum*: sic .n. habet textus,neque est nouum,et insolitum frequenter hunc prophetam commigrare,et facere transitum à secunda persona,ad tertiam: Vnde sensus erit. Si qui hactenus uincti fuerunt laqueis peccatorum,quandoq;exibunt,et se ipsos ex eis sese explicabũt,ac expedient sic etiam qui in tenebris hucusq; persiterunt, et ignauiter subiacuerunt, reuelabuntur,et aliquando excitabuntur: *super uias pascentur*, hoc est ubique tuti manebunt,et non verebuntur faciem Dei, quẽadmodũ Cain.Ge.4.verebatur accedere ante Dei cõspectũ, dicebatq; ipsi Deo. Ecce eiicis me hodie á facie terrę,et á facie tua abscõdar, et ero uagus,et profugus in terra,et omnes qui inuenerint me,occidet me. Dici nõ potest, aut vllis verbis explicari quãtᵘˢ sit metᵘˢ,quãtᵘˢ;pauor,et quãta sit formido hominis peccatorũ laqueis deuincti, nusquam potest securus persistere, neq; aliquò tutus proficisci,quia ira Dei manet super eum,et Deus est vbique. At viri iusti,et boni,et à peccatis emũdati, possunt vbique securam vitam ducere, quodcumque opus efficere, quod quidem Deo displicere non poterit, si sibi ipsis non iniuriam intulerint, quamquam re uera nullus, licet nullius peccati sit sibi conscius, poterit affirmare, se iustificatũ esse à peccato, ut dicebat Apost. *Super Vias ergo pascentur*,poterũt ubique refici, et recreari,neq; quicquã poterit eis deesse. Potest hoc idem allegorice sic exponi, quod Christi discipuli,et ministri,qui fuerint et ipsi in foedus populi dati,ut suscitent terram, et illuminent eos,qui sunt in tenebris, isti inquam *super vias pascentur,& in omnibus planis pascua eorũ*,quod s. poterũt tã principes,quã subditos,et ignobiles vulgus pascere, et nutrire pabulo verbi Dei,et sacris misteriis initiare, et sacrosanctis Ecclesiæ institutis, et sacramentis imbuere.iuxta illud psal. Dominus regit me, nihil mihi deerit, in loco pascuę ibi me collocauit etc. Vel ij, qui de tenebris ignorãtię, et laqueis peccatorũ reuelabũtur,et liberabũtur,sup vias pascentur, poterunt ubique instrui, et doceri, et in planis,hoc est in rebus apertis, et scitu facillimis, et non in rebus dubiis, et obscuris, quales sunt doctrinæ gentium, et mathematicorum, erant pascua eorum, iuxta illud,Esaia.19.confundantur qui operantur linum, plectentes, et texentes subtilia.

Gen. 4.

psal. 22.

Hoc

Hoc idem confirmat per verba sequentia, vbi dicit. *Nō exurient, neq; sitient &c.* vsq; ad illud punctum (*& dixit Sion*) quia hæc omnia supra sunt declarata: constat.n. quod per montes positos in viam, vult innuere id quod alias dixit, quod homines superbi, & elati humiliabuntur, & semitę exaltabuntur, q̄ videlicet, omnes erunt æquè participes gratiæ Dei, & consortes regni cœlestis, quia non est acceptio personarū apud Deum. & cum postea hortatur, *montes iubilate laudem*, vult pariter innuere, qđ Apostoli, & primates Ecclesiæ, & qui in excelso virtutum sunt positi, debeant mentis lætitiam iubilo, & exultatione testari. Cum tandem subdit, huius iubili, & laudis rationem. dicit. *quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur.* Vbi per populum (D. Hier. auctore) intelligit populum Iudæum, per pauperes suos intelligit populum Gentilem, qui dicebatur pauper, vt putā non habens legem, neq; prophetas, nec diuitias spirituales, sed desertus, pauper, & humilis, cunctis Demonibus subiectus. Alij per pauperes suos intelligunt Apostolos & fideles, quos appellat pauperes, vt qui dereliquerūt omnia, & secuti sunt Christum, de quibus idem Xp̄s dixit. Beati pauperes spiritu, q̄m ipsorū est regnū cœlorū, cætera ex se patent. Deinde sequitur.

Et dixit Sion. Dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei, cui, supple respō
Tex. 5. dit Dominus. d. *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui?* Quod si illa mentis duritia naturę iura vincens fuerit oblita vteri sui, ego tamen (inquit Deus) non obuiscar tui. In expositione huius loci D. Hier. ponit hoc nomen Sion, & Ierusalem quadrifariam sumi, videlicet pro terrena: pro cętu bonorum in terra degentium: pro cętu bonorum in cęlo regnantium, & pro Hierusalem commentitia, poterit quis videre ipsum. Quid hoc loco per Sion intellgatur, facilè est videre, ipsum .s. prophetam ad literam designare populum Iudæorum sub Babylonia captiuitate constitutum, qui iudebatur de Deo quasi conqueri, quod iā diu eius liberationem distulerit: at quoniam quæ sequuntur verba non satis pręmissis concordant, ideo videtur dicendum per Sion hoc loco intelligendā esse, tam ex Iudęis, q. ex Gentibus multitudinem credentium, qui omnes ad verā Sion, & ad Ciuitatē sāctā Ierusalē, hoc est ad ecclesiam, & congregationē electorum, & ad cœlestem patriam spectare dicuntur. Hi omnes priusquam Christus in mundum adueniret, & tandiu videretur differri eius incarnatio pariter, & passio, velut derelicti, & in obliuionem traditi, has voces emittebant: quemadmodū & omnes pii, qui in terris degunt, conqueruntur, & dolent, tandiu regni cœlestis ingressum illis prorogari. obquam rem lamentabatur & Dauid. d. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. D. autem Cyrillus arbitratur eiusmodi querimoniam fore *Cyrillus.* ipsius Syon carnalis, & temporalis, qđ v3. iā pauci fini, qui ex Iudæis fidem apprehēderint: sed respōdit Deus, & facit apologiam, quæ nō ad Sion spiritualē, et intelligibilem referatur, q. d. ego nō dereliqui veram Sion neq; oblitus sum eius, sed eā, q̄ carnalis & terrena est, & q̄ tituloenus, & solo nomine appellatur Sion, ego ob eius demētiā repuli, ac dereliqui, non autem illam Sion, cuius portas ego diligo, custodio, & munio, de qua verissimē admodum dicit Deus, q̄ quemadmodum mulier non potest obliuisci infantis sui, ut non misereatur filio vteri sui, sic & ego non possum obliuisci Ecclesiæ meæ; quæ .s. ex latere meo prodiuit, et si mulier aliqua immanis & fera fuerit oblita, ego tamen non obliuisear tui, qui sum Deus, & nō mutor, & profectò nemini dubium esse debet, multo magis nos fore dilectos à Deo, quam quecunq; pia, & dulcis mater filios vteri sui diligere videatur, ac debeat. Huius conditionis & genij fateor ingenuè me aliquando extitisse, quippe qui multo magis, aut non multo minus confratres meos, & socios arbitrabar me diligere, quam quiuis pater carnalis diligat filios suos, & possunt hæc verba querimoniæ dici, aut proferri à quocunque iniuriam patiente, nec habente, qui vindicet, vel tueatur: Sic dicebat Christus Dei filius ad patrem,

Deus

Deus meus vt quid dereliquisti me. Vt autē ostenderet Deus, se nequaquā sui populi oblitum, & in oculis, & præ oculis eum semper habere, neque de illius memoria vnquam excidere, hac oratione demonstrat. d *Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. Venerunt structores tui: destruentes te, & dissipantes à te exibunt.* Loquitur, vt sępe Deus per Prophetam more humano: descripsi inquant te, & muri tui coram oculis meis semper. Sicut enim dum quis afficitur erga aliquam domum, vel Vrbem, vel quiduis aliud, nunquam non habet ante oculos situm, formam, ac dispositionem illius ad, quod afficitur, sic his verbis vult significare Dominus se perpetuo pręoculis gestare electos suos, & custodire eos sicut pupillam oculorum suorum. Vnde & Sapiens dicebat. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Prętereo quod in manibus Dei descriptæ sunt, ac depictæ cicatrices clauorum, quibus Christus fuit Cruci affixus: vnde fluxere bona gratiæ i. Sacramenta Ecclesiæ, bona omnia Spiritualia, quæ sunt nobis velut muri. Possumus etiam per manus Dei intelligere virtutem, & potentiam Dei, per quam sunt omnia in lucem producta: iuxta illud. Psal. Opera manuum tuarū ne despicias. & Deuter 32. Nonne manus Domini fecit hæc omnia? & alibi opera manuum tuarum sunt cœli: Possumus, & auxiliū, & protectionem, qua Deus nos protegit ac tuetur intelligere manum Dei. Iuxta illud Ioan. Non rapiet eas quisquam de manu mea. Cæterum hęc descriptio facta per manum Dei, vel ī manu Dei aptissime intelligi potest dispositio, decretum, ac ordinatio existens in mente diuina, respectu omnium creaturarum, & præsertim respectu hominum, quandoquidem Deo non est cura de bobus: Muri verò qui sunt in oculis Dei, aut corā oculis Dei semper, sunt Sancti Apostoli, & eorum Successores, ac ministri Ecclesiæ, qui dei fulti pręsidio suisque præcibus, & orationibus muniunt Ecclesiam, eam sustētāt atque defendunt. Moraliter dicitur Christus descripsisse in manibus suis quemque nostrum, quia. s. per opera sua nos docuit quid facere debeamus. Nec reuoco, aut retracto ꝙ paulo ante dictū est, Sacramēta nouę legis esse muros & præsidia Ecclesiæ; sed longe melius est, ut Angeli, & ꝑ fides Ecclesię, tali nomine metaphorico censeāt. Subdit postea.

Venerunt structores tui qui te restituēt *& muros tuos reparabunt.* i. Ecclesiā sanctam ad verā Dei mandatorū obseruātiam reducent, & sanctis institutis reficient. *Destruentes te, & dissipantes* qua les fuerūt Iudęi, & alii Christiani nominis hostes, pręsertī hęretici: ista particula, ut iacet, habet duplicem sensum, vel quos vocat structores, ironice quidem sint illi idem quos appellat destruētes, & sic videtur planus sensus literę, vt sic quidā exponunt: alius sensus est, vt alii sint structores, et alii destruētes; vt cōmuniter exponitur. *A te exibūt*, idest exeludentur a te, & recedent, neque amplius tibi erunt infensi, vt sunt scribę, & Pharisei, & homines vaniloqui, & seductores. Textus LXX. Interpre. aliter se habet, & te vera pulcherrimus est illius verborū intellectus: sic. n legunt, Et qui te dissipauerant, egredientur ex te. Fuere nēpe Iudęi vt principes Sacerdotū, Scribę, & Pharisei, qui suis falsis, et vanis traditionibus, ac impurissimis moribus ciuitatē sunt demoliti. et Christū Dominū sunt crudeliter persequuti Et hi ꝑfectò ex ea egressi sūt. Qui verò dissipauerūt hierusalē terrenā, et aliā spiritualē cōstruxerunt, quales fuerūt Apostoli, hi quoque ex ea sūt egressi. ipsi item Iudęi. i. Christi Dñi discipuli ex Iudæorū genere producti ædificauerunt Ecclesiā, ciuitatem Sanctam Ierusalem, et non eā, quę prius erat, hoc est rebellem, incredulā, et Domini sui interfectricem. qui verò deuastarunt eam, eiecti sunt, et eorum loco surrexerunt alii, vt mox dicemus, vt verè prædixit Saluator apud Matthæum dicēs Auferetur à uobis regnum Dei, hoc est Ecclesia, et dabitur genti facienti fructus eius: dicit ergo. *Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt venerunt tibi* Tex. 6. Leua inquit Deus, sponsa mea, amica mea. Leuare oculos nobis precipitur, quia magis expedit, quā eos deprimere, ut faciunt hi

qui

Psal. 16 qui oculos suos statuerunt declinare in A terram. Psal. 16. Leua inquã in circuitu undequaque ad quascunque mundi plagas, mentis aciẽ extẽde, et uide, quot et quanti, sint: quos constat esse prorsus innumerabiles, *Omnes isti congregati sũt* ex omnibus mundi regionibus conuenere: *Venerunt tibi*, accesserunt ad te: iuncti sunt tibi in unã fidem, in unum sensum, et in unã, et eandem uoluntatẽ congregati: venerunt inquã tibi, vt tibi inseruiant, tibi obediant, et tua manda B ta exequantur. Et simile est hoc ei, quod Ioan. ca 4. dixit Saluator apud Ioan 4. Leuate oculos vestros, et videte regiones, quia iã albæ sunt ad messem. Et ne de huius rei pollicitatione quisquam hæsitaret, adhibet Deus iuramentũ: quemadmodũ in ueteri testamento iurare consueuerat. d. *Viuo ego dicit Dominus*, quia omnibus his qui huc cõgrati *venerunt tibi* tãquam filii, Serui, et subditi, et quisq; suo munere functuri, Omnibus inquã C his *velut ornamento vestieris, & circundabis tibi eos quasi sponsa*: O perpulchrã, insignem, et quam aptam similitudinẽ: quemadmodum enim mulier, et sponsa solet ornari uestibus præciosis pectus, et collum gemmis, et auro atq; cæteris ornamentis, sic et Ecclesia velut sponsa Christi, uariis hominum generibus statu, et conditionibus, multisque virtutibus, et donis solet decorari, Psal. 44. et exornati: iuxtà illud ps Astitit Regi D na à dextris tuis in vestitu deaurato circundata uarietate.

Et recte quidem D. Hie. appellat foelicem, qui tanti meriti est, tantæq; virtutis, vt eo Ecclesia Dei ornetur; quamquam existimet per huiusmodi ornamenta Ecclesiæ significari varia, et diuersa virtutum, et donorum spiritualium genera, per quę sponsæ ornatur ambitio, et vsque adeò multiplicabuntur filii, et populi tibi adhærẽtes, quòd E *deserta tua, & solitudines tua, & terra ruinę tua nunc angusta erunt præ habitatoribus.* Sensus enim est, quòd dum audita fuerit prędicatio euangelii, et cognita fuerit amplitudo, magnificentia gratię Dei, et spiritus sancti, loca Iudeæ, in quibus nullus, aut pauci admodum habitabant, angusta erunt, præ habitatoribus, idest tot erunt habitatores, et incolę, et terram illam occupantes quod non sufficiet locus illis capiendis, non enim dubium, quod sola Iudeæ regio, et angulus ille orbis non erat capax ad sustinendum, et recipiendum tot homines, qui ex diuersis mundi partibus ad Christum confluebant. Quibus quidẽ dictis, prędicit Dominus Ecclesiam pristinas vires aliquando recuperaturam, atque adeò multo maiores quàm prius habuerit. Et longe, inquit, *fugabuntur qui te absorbebant*, hoc est Iudæi, Gentiles, et hæretici qui suis falsis opinionibus, ac doctrinis, mẽdaciis, ac pessimis exemplis Ecclesiam Christi non solum derturbare, sed absorbere nitebantur: similiter, et principes gentium, qui maximis viribus persequebantur Ecclesiã, & omnino extinguere, et exterminare satagebant, longe fugabuntur, idest longè procul ab Ecclesia expellentur; idipsum eueniet his, qui sub prætextu fidei, et veritatis euangelicę, acerrimè Ecclesiam catholicam persequuntur, et quoscumque rudes, pueros, ac simplices variis modis seducere nitũtur. Nõnè reges Anglię, Saxones, et quidam duces tentarunt absorbere Ecclesiam Dei. Pręterea describit Esaias amplitudinem, et latitudinem, et dilationẽ ipsius Ecclesię, quæ ea erit ut ipsimet credentes in maximam admirationem inducantur. Vnde inquit. *Adhuc dicent* supple, quicumque viderint vsque adeò numerum credentium augeri, dicent tãquam *in auribus tuis*. O ecclesia mater tot fidelium filii sterilitatis tuæ, filii, inquam qui antea nouerant te adeò sterilem, et infœcundam esse, ut nullos fere filios educeres, aut educares, quodquidem potest intelligi de synagoga secũdũ Glo. quæ dicebatur sterilis, quia præter Aggeum, et Zacchariam, atq; Malachiam, nullos habuit prophetas, qui eã nutrirẽt in lege: vel per sterilem possumus intelligere multitudinẽ gẽtium, quę verè dicebatᷓ sterilis, ut quæ nullos aut valde paucos Deo peperit filios, quæ postmodum diuulgato Euangelio, plurimos, et ferè innumerabiles Deo peperit: vnde de ea loquebatur propheta. d. lauda sterilis, quæ nõ paris; erum-

pe,

pe,& clama quæ non parturis,quia mul A tis filii desertæ,idest eius quæ per gratiã Dei in senectute concepit, quàm eius quę ab ineunte ætate habuit uirum, & legis vinculo fuit despõsata. Possumus & per hanc mulierem sterilem intelligere Ecclesiam primitiuam,quæ profecto in eius exordio, & natiuitate videbatur sterilis, cum pauci admodum ad eam,metu Iudæorum, & aliorum principum, confluxissent. Cum autem post aliquod tẽpus augeretur numerus cre- B dentium,filii huius sterilitatis dicebãt. Angustus est mihi locus, sola Palestina,aut Siria non est capax tantæ multitudinis credentium, nec sola Aphrica, aut sola Germania, sed neq; tota Italia, cum singulis partibus Europæ,sufficiẽs est tam ingenti numero accedentium ad fidem, propterea, *fac spatium mihi ut habitem*, hoc est dilata, & extende verbum tuum,gratiam tuam & tuę maiestatis potẽtiam super alias terræ par- C tes,& nationes, id quod factum est paucis ante annis,dum pręter regiones iã cognitas & in verbo Dei enutritas, tot prouintiæ,tot regna, & quasi nouus orbis Dei verbum susceperũt. Quo pacto dilatatus est locus, ampliatum est spacium,quo recipiendi sunt, qui audiunt verbum Dei. Tu verò ecclesia,cum uideris tot filios,tam ingentem numerũ populorum credentium,dices in corde tuo,& mirabitur,& dilatabitur cor tuũ. D d. Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens, transmigrata .i. exul & de loco ad locum deducta,serua, et captiua,& istos quis enutriuit? quis fuit adeò potens,ac diuitiis affluens,quę potuerit tot filios enutrire? Ego destituta,& sola,nullam habens comitem, & sociam, nullam habens virtutem, et facultatem: & isti ubi hic erant? vnde venerunt? qua uia ad me accesserunt? Non poteram enim ego in seruitute E constituta, nullum habens virum,& adiutorem, huiusmodi prolem gignere, & enutrire. quomodo ergo huc accesserunt? respondet Dominus. *Hæc dicit Dominus Deus. Ecce leuabo ad gentes manum meam & ad populos exaltabo signum meum*. Ne cuiquam videretur difficile,aut fortassis impossibile, quod

Tex. 7.

Dominus promiserat, videlicet. quam plurimos ex vniuerso orbe accessuros ad ecclesiam explicat modum, quo id sit futurum, vel sit ipse facturus, ostendens,non viribus humanis, non armis, aut industria, sed solum diuina virtute, & potentia id aliquando fieri. D. autem Cyrillus videtur aliam afferre pręsentis literæ intentionem, vt propheta ostendat Deum vsq; adeo protensurum Ecclesiam suam,quod non solum Sion est habitura multos,& pręcibos liberos, quales fuerunt pleriq; ex Iudæis,qui apprehenderunt fidem, verum & gentes aggregandæ sunt ipsi ecclesiæ,& participes futuræ istius magnificæ promissionis.q.d. Hæc dicit Dominus Deus, hanc uiam,& hanc rationẽ adiuueniã, vt Sion,non sterilis amplius, ac desolata, sed fęcunda,& opulenta,ciuibusquè repleta sit quandoquè futura. *Ecce inquit leuabo*.i. extollam *ad gentes manum meam* .i. virtutem, & efficaciam potentiæ meæ demonstrabo, *& ad populos exaltabo signum meum*, quod quidem, aut erit prædicatio euangelii, quod audientes,mihi credent: aut signum crucis,quod videntes,ad ipsum concurrẽt, & præ omnibus aliis bonis & facultatibus ipsum amplectentur, & ei cohærebunt: *vel leuabo manum meam* vocans gentes ad fidem,quę cum longe essent à Deo,et ualde distantes, non clamore vocis,sed manu vocãdæ erant,quæ manus,dici poterat fama,& rumor mirabilium operum eius. solemus enim dum aliquem à longe vocamus, manum extendere,& ea signum facere. Quid inde sequetur? *& afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt*, ac si diceret; omne obsequium, omnem pietatem,& charitatem in filios tuos ostendent Apostoli .s. & ministri Ecclesiæ,quiquè portabunt filios tuos recens natos in vlnis, & brachijs suis ad sacrũ fontem baptismi,qui verò fuerint grãdeui,summa humilitate,fide,ac diligentia persuadebunt,euangelium audiant, Christi fidem apprehendant,et ecclesię sacramentis debeant initiari: tunc vltra,*& erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ,vultu terra demisso, adorabũt te,& puluerem pedum tuorum lingent*.

Deus quo leuat manũ

Nemi-

A Neminem quippè latet qui ueterum historias legerit,& eas etiam quę sunt nostrorum temporũ,quot principes, quot reges, quot cuiusuis conditionis homines uultu in terram demisso, & genibus flexis osculantur pedes,& corpora sanctorum, & summorum Pontificum, & puluerem pedum suorum lingunt,quique etiam si quid in pedibus Ecclesię terreni operis adhęserit, suo sermone tergunt,atq;delingunt:nec solum præsides, & ministri Ecclesiæ suorum pedum puluerem lingunt,sed inimici eius terram lingent. *Et scies* (inquit Dominus) *quia ego Dominus*, super quo tamquam sub firmissimo fundamento non confundentur qui expectãt eum iuxtà illud psa. Vniuersi qui te expectant non confundentur.

Post hæc sequitur in textu. *Numquid tolletur a forti præda? aut quod captum fuerit a robusto saluum esse poterit?* Remouet hoc loco propheta ex persona Dei, quam possent increduli habere dubitationem. qui dicere possent. qui fieri poterit, ut gentes idolatræ in vitiis enutritæ,à Demonibus possessæ, possint unquam Christi fidem suscipere, & in Ecclesiam conuenire?Cum Sathanas sit vsque adeò potens,quòd nulla potestas super terram existens possit ei comparari? Cui respondit Dominus. Equidem, & captiuitas a forti tolletur, & quod ablatum fuerit a robusto saluabitur Sed quomodo? Quia fortior illo superueniens uincet eum uniuersa eius arma auferet,in quibus cõfidebat, et spolia distribuet,sic Marci 3.legitur. Quomodo potest aliquis intrare in domum fortis, & uasa eius diripere, nisi primum ligauerit fortem, & tunc domum eius diripiet? *Et* præter id sequitur, *Eos uero qui iudicauerint te, ego iudicabo,& filios tuos* quorũ salus in discrimine posita erat,*ego saluabo*. Et postremo *cibabo hostes tuos carnibus tuis*, idest se ipsos consument, se ipsos trucidabunt, et se inuicem deuorabunt,& quasi musto sanguine suo inebriabuntur:

B tantus enim erit sanguis eorum qui te persequentur, ut alter in alterius sanguine suffocetur, et immergatur: tunc quidem non socer a genero,neque hospes erit ab hospite tutus. *Et* uerè quidem factũ est ut patet in historiis.quòd mater comedit carnem suam,idest filium ex utero suo eductum, et progenitum. *Et sciet omnis caro.* idest omnis homo,*quia ego Dominus saluans te,& redemptor tuus fortis Iacob*. Nullus inquam Deus fortis Iacob

C est alius præter Deum,qui saluum fecerit populum suum, et redemerit eum a seruitute peccati,mortis, et inferni. Appellatur Deus fortis Iacob, uel quia est uelut alter Iacob, qui luctatus est cum Angelo,et uicit eum, orans scilicet ne recederet ab eo: vel dicitur fortis Iacob,quia ipse est Deus ipsius Iacob, quem fortem, et robustum fuisse scriptura ipsa testatur. Ipse enim est fortis,et potens & Dominus,virtutũ, et

D congruè quidem appellatur Rex glorię, cui sit honor, et decus in perpetuum. Amen,

Et in hoc terminatur cap. 49.

CAPVT

CAPVT QVINQVAGESIMVM

1. HAEC dicit Dominus: *Quis est hic liber re-*
pudii matris vestra, quo dimisi eam? aut quis
est creditor meus, cui uendidi uos? ecce in
iniquitatibus vestris venditi estis, et in scele
ribus uestris dimisi matrē uestrā. Quia veni,
& nō erat uir, vocaui, & nō erat, qui audiret,
nūquid abbreuiata, & paruula facta est manus mea, ut non possim
redimere? aut non est in me uirtus ad liberandum. Ecce *in in-*
2. *crepatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum*
computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti. Induam
cælos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. Dominus
dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui las-
sus est uerbo: erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam
quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem
non contradico: retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutiē
3. *tibus, & genas meas uellentibus: faciam meam non auerti ab in*
crepantibus, & conspuentibus in me. Dominus Deus auxiliator
meus, ideo nō sum confusus: ideo posui faciem meam, ut petram
durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est, qui iu-
stificat me, quis contradicit mihi? stemus simul, quis est aduersa-
rius meus? accedat ad me. Ecce Dominus Deus auxiliator me-
4. *us: quis est, qui condemnet me?* Ecce *omnes, quasi uestimentum*
conterentur, tinea comedet eos. Quis ex uobis timens Dominum,
audiens vocem serui sui? qui ambulauit in tenebris, & non est
lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum su
um. Ecce *vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambu*
5. *late in lumine ignis vestri, & in flammis, quas succendistis, de*
manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

EXPLA-

EXPLANATIO IN QVINQVAGESIMVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *HAEC dicit Dominus. Quis est hic liber repudii matris vestræ quo dimisi eam? aut quis est creditor meus cui uendidi uos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram &c.*



VMMA præsentis capitis est, populū Iudaicum reiectū esse à Christo, & exclusū à Regno Dei, non ex ullo defectu, uel ex parte potētiæ, vel ex parte bonitatis Dei, sed sola eorum malitia, & impietate, ut nihil fuerit prçter missum ab eo scilicet Christo, quod ad eos Iudços reducendos spectare uideretur: nulli quidem Christus labori pepercit, ut bene cū illis ageretur, liberando omnes oppressos à Diabolo, cunctis benefaciendo, lapsos subleuando, & quascumque iniurias, & contumelias patienter ferendo: nihil tamen illis profuisse declaratur. Vnde inquit. *Quis est hic liber repudii matris uestræ quo dimisi eam?* Vult propheta diuino spiritu afflatus Dei personam gerens demonstrare, non gratis aut iniuria, seu quia sic Deo libuit, absque ulla causa Synagogam reiicere, sed ob eorum iniquitates, & scelera: & propterea inquit. Quis est, aut qualis est liber iste repudii, quo ego dimisi matrem uestram? propheta sic loquitur percunctando quasi præuiderit Iudços aliquando de Deo glorioso, et æquissimo iudice conquesturos, dicite vos Iudæi, quis vnquam uestrum perspexit hunc librum? non enim ex me, & mea voluntate, aut beneplacito, & quia sic mihi beneuisum est, illam iam despon-

A satam abieci, & alteram duxi. *Aut quis est creditor meus, cui uendidi vos?* q. d. neque etiam existimare debetis me tamquam çre alieno oppressum, & pecuniis indigētem, quo creditoribus meis satisfacerem, uos vēdiderim, aut oppignorauerim, si quis vestrum sic existimet, ostendat, quæso, hunc meum creditorem cui vos vendiderim; aut dederim pro pignore, ne fortè carceribus detinear, quæ quidem verba quasi ludens, & irridens uidetur Dominus efferre, & in eos

B iacere, propterea sequitur, & affert veram caussam, qua fuerit synagoga ab eo repudiata, & inquit. *Ecce*, supple, hçc est causa qua uos abiecerim, & qua uenditi modo quodam existimari possitis: *venditi quidem estis in iniquitatibus vestris*; non estis amplius uestri: qui .n. Ioan. 8. facit peccatum, seruus est peccati; *Et in sceleribus vestris dimisi matrem uestrā*. dimisi (inquam) matrem uestrā hoc est

C synagogam, in scelribus uestris hoc est propter scelera uestra, uel quia in sceleribus uestris occupati eratis, detenti, atque immersi: populus enim Hçbreorum, & eorum synagoga acceperat à Deo legem matrimonii dotales tabulas, cum dictum fuit ei. Non seruies Diis alienis, & non habeas Deos alienos coram me: veruntamen ipsa recessit a Deo, & seruiuit Diis alienis, nec solum recessit a Deo seruiens diis alienis,

D sed occidit prophetas, & lapidauit eos qui ad eam missi sunt. Vnde indignatus

tut neus apud Oseam cap.2. Dicite (inquit) fratribus uestris, iudicate matrē vestrā, quoniam ipsa non vxor mea, et ego nō uir eius: auferat fornicationes suas a facie sua, & adulteria sua de medio vberū suorū. Quidam ponunt discrimen (ut aliàs me dixisse memini) inter scelus, & iniquitatem: Quòd scelus sit peccatum contra Deum; iniquitas vero contra proximum. Et sequitur, magis in specie assignans causas huius repudii quo dimissa est synagoga, & inquit. *Quia ueni, & non erat vir, vocaui, & non erat qui audiret.* Veni in quām, in hunc mundum, ut viderem, & saluarem ipsum, & non erat, scilicet qui haberet cor, & animum, seu mentē viri hoc est hominis probi, & uerū bonum agnoscentis, Vir enī dicitur a vi, vel a virtute, seu potentia, & magnanimitate, vel etiam à gratitudine. Vnde conqueritur D. Ioan. cap.1.d. In propria venit, & sui non receperunt eum. Aut non erat vir, non ita quidem quod nullus, vel pauci admodum reperirentur, sed non erat vir, quia omnes ferè in captiuitatem peccati abierant. Vocaui, & non erat qui audiret, uocaui inquam per internas inspirationes, atque etiam per prophetas, et Apostolos meos.d. si quis sitit veniat ad me, et bibat, & non erat qui audiret. quandoquidem erant adeo in peccatis demersi quòd mentis aures erant omnino occlusę, & impeditę, ne quicquam ad eorum salutem spectans libenter exciperent: vnde etiam licet colligere, eos, qui sunt peccatis immersi, non esse dignos inter uiuentes, & audientes computentur. Aliud etiam est hoc loco notandum, quòd malorum nostrorū causas nequaquam in Deum contorquere debemus, quasi Deus sit auctor, & caus malorum, sed vtiq; scelera nostra, & iniquitates nostrę: quemadmodum quidam alius Propheta manifestè testatur d. Iniquitates vestrę diuiserunt inter vos & Deū vestrum, & Dauid ps. Non est sanitas in carnę mea à facie irę tuę. Et postmodum subdit. Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Postea subdit. *Numquid abbreuiata, & paruula facta est manus*

Osee cap.2.
Io. 1.
Ps. 37.

A *mea, vt non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum?* Quibus verbis apparet Deū velle ī spem erigere ipsos Iudęos, & fiduciam adhibere, quòd si de resipiscentia cogitare voluerint, possint etiam num fieri participes hęreditatis ęternę, cum non sit abbreuiata virtus, & potentia sua, cum is ille idem sit, qui in increpatione sua desertum fecit mare, arefecit flumina, vbi pisces sine aqua computruerunt, & moB rientur in siti, vel mortui sunt. Huius autē illustris miraculi meminit Dauid. d. Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum? & ps. 73. Tu dirupisti fontes, & torrētes tu sicasti fluuios ethan: et ps. 76. viderunt te aquę Deus, viderunt te, et timuerunt, vnde sic habet tex. præsens.

Ecce in increpatione mea desertum faciā mare, ponam flumina in siccum, computrescent pisces sine aqua, & morientur in C *siti.* Alij secus hanc partem exponūt; volunt enim hic remoueri obiectionē, vel excusationem qua Iudęi de eorum incredulitate excusari potuissent quòd .s.g. nō audierint filium Dei eos vocantem, neq; etiam receperint eum ad eos venit, cū uiderint eum in humilitate, et infirmitate, atq; sub humana specie ad eos accessisse, neq; ullum regni, aut Imperij specimen habuisse, cumq; præsertim non potuerit eos à seruitute Ro D manorum eripere, ac liberare. Dicit ergo Deus. O stulti, et insipientes, existimatis ne Deum minus habere uiriū quàm prius? *Ecce in increpatione mea.* Cum voluero, cum iussero, aut comminatus fuero, *desertum faciā mare.* Iuxta illud psalmi. Increpuit mare, & exiccatum est: sicut olim quando filii Israel pertransierunt mare, deduxit eos Deus in Abyssis sicut in deserto. Et hæc expositio magis cōformis literæ quia E loquitur in futuro d. Ego desertum faciam mare. Et ponit aliud signum suę incomprehensibilis potentię, ac diuinitatis d. *Induam cęlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.* Induā quippe tenebris, & faciam ne amplius illuminent; & ponā saccum operimentū eorum, quemadmodū fecisse legimus per Moysem famulum suum cum tenebræ

Tex. 3.

bre per tres dies continuos occuparunt vniuersam terram Aegypti, & videbātur cœli velut facco quodam nigro coo perti. Non enim proprie cœlum nubi bus operitur, sed dicitur tenebris obdu ci, quando eius lumē intercluditur, dū nubes à terra subleuantur, quę non amplius quàm decē stadiis à terra distāt. Allegoricè verò dicitur cœlum obscura ri, quando sancti in aliquod peccatum incurrunt. Sancti inquàm qui sunt in via non in patria, & qui non sunt confirmati in gratia. Dicit ergo *Deus*. Si hæc olim mirabilia, signa, & prodigia feci, cur non poterit manus mea, quæ nihilominus est potens quàm tūc, eripere vos de potestate Sathanæ, & de seruitute Romanorū? Vos ergo oportebat me ad vos venientem libenter excipere, meis verbis fidem adhibere, quæ præceperam vobis custodire, & si mihi non volebatis credere, operibus credere debueratis, quibus facile nosse poteratis quod ego in patre, & pater in me est. Neq; etiam vos quicquam hæsitare poteratis de mea doctrina, & de his, quæ vobis ex præcepto, ac decreto patris mei proponebam, cuius rei affert rationem d. *Dominus enim dedit mihi linguam eruditam, & bene instructā*, Vt sciam exprimere, & commōstrare quęcumq; sunt uobis salutaria. *Dedit &c. linguam eruditam, vt sciā sustentare eum, qui lapsus est verbo, erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam ipsū Deum quasi magistrum, Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii*.

Et ubi nos legimus Dominus dedit mihi linguā eruditam, alius textus habet. Dominus dedit mihi linguam eruditorum, quæ quidem verba mirabilem habent intellectum, ut hinc agnoscamus quod docent Theologi, Christo non esse datum spiritum ad mensurā, sed habitare in eo omnem gratiæ plenitudinem, de cuius plenitudine omnes nos accepimus, & conuenienter quidem dicitur habere linguam omnium eruditorum quia spiritus omnium sanctorum, omnium prophetarum, omnium doctorum in Dei regno datus est Christo, ut ab eo tamquā à capite influat in

A omnes Doctores, & Dei verbi ministros in regno Ecclesię. Cum uero subdit. *Vt sciam sustentare eum qui lapsus est verbo*. Hæc litera non vno modo habetur in variis codicibus. Aliqui enim legunt Vt sciam sustentare eum, qui lapsus est uerbo, & huius literæ sensus est, quod Deus scit defendere, & sustentare eos, qui lapsi sūt verbo. i. qui in uerbo offen dūt, ut rectius loquantur, neq; in uerbis suis, quod fit contra honorē, & gloriā di

B uinę maiestatis effutire audeāt, deq; Deo non secus quā quod rei veritas habet, credere, aut loqui præsumāt, & hoc quidem obnixè postulare oportet à Deo, & nihil de eo hęsitare: quandoquidem fides est donum Dei. & propterea Dauid etiam psal. 118. Deum præcabatur. d. Ne auferas de ore meo verbum ueritatis usquequaq; quia ī iudiciis tuis supersperaui. Alia litera, & quidem meo iudicio lōge correctior, & uerior sic habet. *Psal. 118.*

C Dominus dedit mihi linguam eruditā, vt sciam sustentare eum qui lassus est, uerbo, sic etiam supra cap. 40. d. Qui dat lasso uirtutem, & his qui non sunt, fortitudinem. Pro cuius literę intellectu, primo cauendum, ne decipiaris opinione quorundam, qui volunt hæc esse uerba Esaiæ, & de se ipso hæc uerba proferre dicant Iudęi, & fautores eorum quicquid uelint, loquitur. n. hic dubio procul uerbū Dei, Christus Dei filius iuxtā

D formā, & rationē susceptę humanitatis. Dicit ergo Christus Dominus. Deus pater, & Dominus meus dedit mihi filio suo carnem induto, linguam eruditā, habilem, scilicet, & idoneam, ut sciā sustētare eū, qui lassus est. i. defatigatus & oppressus, & uariis miseriis, & calamitatibus onustus, & afflictus, & quonā modo? uerbo, uerbo inquā, ac doctrina prędicationis euāgelicę, & uirtutis Dei, et promissioni bonorum cœlestium,

E id quod manifeste docuit eum omnes ad se uocans dixit. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos.

LXX. Interpretes habent alium textum paulò differētem à vulgato: sic. n. legunt. Dominus dedit mihi linguam disciplinæ, ut sciam quando oporteat loqui verbum, quoniam rę uera aliud

est tempus tacendi, aliud est loquendi, & (ut inquit D. Hier.) magnæ scientiæ est, uirtutis, & prudentiæ dare in tempore conseruis cibaria, & audientium cō siderare personas. Nam quibusdam oportet subministrare lac, ut qui sunt aliquanto carnales, quibusdam uerò solidum cibū, Christus ergo didicit à patre, quando oporteat loqui uerbū, quando oporteat aliquem blandis uocibus corrigere, & eū minis, ac terroribus ad semitam reducere: propterea dicebat Dauid. Domine labia mea aperies, & os meum annūciabit laudē tuā, & Dominus apud Io. c. 12 inquit. Qui misit me pater, ipse mihi mandatū dedit quid dicā, & quid loquar, & paulo post, q̄ ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. Nec ipsi filio dumtaxat cui primo iure cōuenit hæc ratio medelæ, ut uerbo fulciret ęgrotos, & oppressos, & quicunq; sunt mirum immodum lassi, & defatigati: uerum et discipulis, aliisque eiusdem uerbi ministris concessa est: dixit n. illis. Dabo uobis os, & sapiētiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarii uestri: quippequi habebunt linguā usq; adeò eruditam ac expeditam, ut nō modo qui sunt in afflictione positi, consolari ualeant, ac reficere, uerum coram Regibus, & Principibus libere, & audacter loqui, Deique maiestatem defendere, ac propugnare poterūt, qui bus dicitur. Cum steteritis ante reges & præsides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. dabitur n. uobis in illa hora quid loquamini, quia non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Homines ergo lassi, & penè uita functi, uerbo sustentantur, non quocumq; sed uerbo Dei, ut scriptum est Matth 4. uidelicet Non in solo pane uiuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei Vt autem citrà omnem dubitationē nobis cōstet quæcunq; nobis suggeruntur à Christo Domino, & eius Discipulis Dei vnius non hominū doctrinā fore, subdit in eodē versu idem Domi nus. d. Erigit mane mane erigit mihi aurē, s ipse Deus ut audiā eū quasi magistrum, nihil. n. à me ipso loquor, sed quæ docuit me pater, hæc loquor,

D. Hiero. *psal. 50.* *Ioan. ca. 12* *Act. 6.* *Matth. 12.* *Matth. 4.*

sed quid sibi uult illa frequens repetitio, erigit mane, mane erigit mihi autem? Et postmodum, Dominus Deus aperuit mihi aurem, nihil planè aliud nisi quod singulis horis, & momentis Deus alloquitur uerbūm, quique semper generat, & producit verbumipsum, instruit quæcumq; hominū saluti sunt necessaria: & congruè dicit hoc fieri mane propterea quod maximè idoneū ad intelligēdum atq; discendum est illud tempus, quasi uelit innuere nullam Deum prætermittere occasionem, aut temporis momentū, quo nos instruat, illuminet, ac doceat, quiq; nos semper excitat, & uelut oscitantes aliquando uellicat, quò audiamus, intelligamus, & conuertamur ad eū, quo loco uult etiā nos monere nihil nobis fore antiquius debere, nihil magis diū, noctuq; mente uersari, quam Dei uocem, tam internā, quam externam auscultare, & aures porrigere ad Dei verbum excipiendum, Et quę docuit, re ipsa perficere. Dicunt alii fieri hāc repetitionem *mane, mane*, ut innuat quòd ab initio prædicationis & quàm primum oportuit, erectæ fuerunt ei aures ad percipiendum doctrinam patris, retrorsum nō abiit, sed illico fuit executus. Vel dic secundum Orig. per hanc repetitionem *mane*, & *mane* designari plura mysteria fore uei filio, homini facto, quām ulli creaturę unquam reuelata. Nicolaus de Lyra refert primum mane ipsi ęternitati, in qua filius ab æterno fuit edoctus a patre, & habuit omnem, & eandem scientiam, quam habet pater. Alterum mane refert ad instans incarnationis, in quo Christus Dei filius habuit scienciam infusam. Aliqui verò simplicius, & planius exponunt hanc particulam, quod scilicet mane, & mane dicit filius. *Deus pater mihi erigit aurem*, quia scilicet diluculò ualde mane, neq; diuturnum tempus expectat, quo nos uocet, nos adiuuet, & manum porrigat, & hoc idem rursus repetit. d. *Dominus Deus aperuit mihi aurem*, mihi significauit & innotescere uoluit quæcumque per me fieri expediat, ne tota gens pereat: propterea d. *Dominus Deus aperuit mihi aurem*, idest rem omnem detexit, & explicauit

Mane mane quid. *Nic. de Ly.*

A plicauit; *Ego autem non contradico*, non renuo, nec me difficilẽ pręebeo, *retrorsũ non abii*, sed prompto, & alacri animo, quòd mihi iubetur excepi, & voluntariè me ipsum obtuli, & re ipsa manifestũ fecit omni populo, se nõ cõtradixisse, non renuisse, & quòd retrorsum nõ abiit, cuius rei veritatem sequentia verba demostrant. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.* Quis non videt hic prophetam introducere Christum de passione sua loquentem, & quasi numerato recensentem insultus, opprobria, ignominias, & flagella, quę pertulit in corpore suo? Corpus (inquam) dedi in potestatem percutientium, ut percuterent, verberibus afficerent, & vndequaq; cęderent flagellis. Aliqui legũt. *Dorsum meum dedi percutientibus*: neq; omnino præter rem, quoniam per dorsum quod est eminentior pars corpo-

C ris totum corpus intelligitur, & conuenit cum eo, quod habetur in ps. 128. Supra dorsum meum fabricauerũt peccatores. & Orig. Cyrill. ac D. Hier. exponunt, uel accipiunt pro hac dictione corporis ipsum nomen dorsum. *Dedi genas meas uellentibus.* Hęc certè maxima erat ignominia, de qua solus Esaias meminit, & uelut quidam adnotarũt vellicatio barbæ duo in se mala cõtinet, dolorem, videlicet, & grauem cõ-

D tumeliam, præterquã aliqui Euangelistæ referunt, & hanc. Dederũt ei alapas in faciem, & percusserunt eum, nec timuit innocens, & mansuetus agnus seruum illum nimis improbum, & audacem his verbis arguere. d. Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cędis? Nec destiterunt impii, & maxime omnium sacrilegi Pharisæorum ministri, aliam grauem, minimeq; ferendam inferre

E iniuriam Christo Domino, cum inquit: *faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.* Nulli dubium uarias, & acerbas fuisse iniurias, & contumelias, quas palã, & absq; vllo pudore, & modestia inferebant in eum dicentes: Aue Rex Iudęorum, et alios saluos fecit, se ipsum non potest saluũ facere. Eliam uocat iste, veniet Elias liberans eum; Sed expuere in faciem, quamcumque videbatur excellere iniuriam. quòd autem hæc extrema habeatur iniuria, manifestum est etiam in lege in qua præceptum erat, ut si frater alicuius uiri noluerit accipere in vxorem, quæ antea fuerit mulier defuncti, eadem mulier coram senioribus excalceato uno ex pedibus expuat in faciem eius, qui respuerat eam, et dicat, sic facient homini, qui non ędificauerit domũ fratris sui, quamquam ergo hæc maxima fuerit iniuria, non tamen auertit ab ea faciem suam Christus *Dominus*: ut magis glorificetur vultus eius, quã vultus Moysi fuerit glorificatus. Vnde subdit. *Dominus Deus auxiliator meus; ideo non sum confusus*; sed longe magis splendens, et gloriosus quam quicunque alius: Non sum inquam confusus ante conspectum dei, quoniam hęc est

C voluntas patris mei, qui misit me: Non sum confusus in opinione, et iudicio aliorum, quoniã non pro meis iniquitatibus hæc pertuli in corpore meo, ideo subdit. *Posui faciem meam, ut petram durissimam & scio quoniam non confundar.* Non enim ab aliquorum opprobriis, et prauis consiliis, et seductionibus quicquam commouebor, sed constans, et firmus ero, ut quod pater meus cęlestis pręordinauit, ad finem vsq; de-

D ducam, et propterea, vtiq; scio, idest certus sum, mea me non fallit opinio, quoniam non confundar Hoc autẽ, supple, ideo tam constanter affirmo, quia *iuxta est*, non longe abest *qui iustificat me. Quis contradicet mihi?* sicut alibi etiam dicit. Quis ex uobis arguet me de peccato? *Stemus simul, conueniamus in iudicium*, loquamur palam, discutiamus causam nostrã, nemo loquatur clanculũ *Quis est aduersarius meus?* quis mihi uult se so opponere, accedat ad me, se ipsum ostẽ-

E tet, se ipsũ manifestet, non loquatur in angulo; ex his uerbis colligunt quidã iustitiam Christi communicari nobis, et reddere nos audaces, et intrepidos aduersus demonem, et securos ante tribunal Dei. Sed pręter id, oportet nos quoq; verè et formaliter habere iustitiam: et effici iustos. *Ecce Dominus Deus*

Fex. 3.

psal. 128.

Ioan. 18.

 auxilia-

auxiliator meus, quis est qui cōdemnet me? ut alibi d. Apo. si *De⁹ p nobis quis cōtra nos?* et sup. 14. c. Dñs exercituū decreuit qs poterit infirmare? Nec putes Iudiciū ullū posse unq; fieri inter Xpm, et suos psecutores, quāuis auctoritate, sed solū leni quadā, et ualde futili cōparatione. Sed quale qualefuerit iudiciū īter hoēs et Deum quicunque de eo secus quam par sit fuerint opinati, hunc habebunt exitum, quem propheta hoc in loco prædicit. cum inquit. *Ecce omnes quasi* B *uestimentum conterentur, tinea comedet eos*: omnes inquam Dei contemptores, quique fuerint ausi Dei opera oppugnare, et eius filium condemnare, purum hominem eum existimantes, et sua culpa damnatum, et in cruce actū, sicut noui quidā Atheistę loquuntur, et uelut iudęi criminabantur dicentes quia filium Dei se fecit, omnes inquam isti uelut uestimentum conterentur: uesti menta quidem uel uetustate con C teruntur, uel à tineis corroduntur, & absumuntur. Sic profectò Iudęis euenit, quotum pars fuit uelut uestimentum in exilio contrita, pars verò uelut a tinea consūpta, et gladio perempta, Nec Iudæi solum, sed impii omnes, infideles, & hæretici paulatim decident, et redigentur in nihilum, tandem uerò erunt ab inferno absorti. Prętereà conuertit sermonem ipse propheta, ad quoscunque qui uidentur ha- D bere in se timorem Domini, & inquit.

Quis ex nobis timens dominum, audiens uocem serui sui, qui ambulauit in tenebris & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum? Si quis inquam est, qui timeat Dominū, cuius timor est initiū sapientię, & à quo timore est initium salutis, audiens uocem serui sui, idest ipsius Christi, quē misit paterfamilias hora cenæ dicere inuitatis, ut uenirent ad cenam, & nol- E uerunt uenire, quia etiam seruus ambulauit in tenebris, idest erat ignotus, & obscurus, neque ullus eum uerebatur, sed cunctis erat exosus, abhominabilis ac despectus, & non est lumen ei, quia scilicet nullum habet refugium, neq; consolatorem. iuxta illud psal. Conso

psal 68. lantem me quæsiui, & non inueni. Vel non erat ei lumen, quia nullam habebat speciem, neque decorem: iste inquam si quid ei adueniat aduersi, speret in nomine Domini, & innitatur supra Deum suum, hoc est illi cohæreat, illi coniungatur, illum apprehēdat, et comitetur, qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustè 1. Petri. 2. Alia 1. Petri. 2. datur expositio hisce uerbis. *Quis ex nobis timens Dominum audiens uocem serui, sui qui ambulauit in tenebris*, idest numquam deluta per fragilitatē commisit: ambulauit in tenebris. i. fuit aliquando incredulus, & parum fidelis, non desperet de diuina bonitate, sed speret in nomine Dñi, & innitatur supra Deum suum, tamquam super tutissimū, & potentissimum auxiliatorem. Aut sic expone. Quis ex nobis timens Dominū &c. Qui ambulat in tenebris, ī tenebris inquā erroris, ita ut nō sit ei lumen qui fuerit persequutus Christū, & Apostolos, confidat in nomine Domini, & innitatur supra Deum suum, neq; desperet ueniam, etiam si regem glorię cruci affixerit: certè si uolum⁹ delictorū ueniam consequi, & pro illis satisfacere, oportet nos inniti passioni, & meritis Christi. Sequitur postea, et loquitur ad impios, et pertinaces in peccato, & inquit. *Ecce uos omnes accēdentes ignē* Tex. 5. *accincti flammis, ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis, quas succendistis de manu mea factū est hoc uobis. In doloribus dormietis*: quasi uelit dicere, nos qui me uocantem non audistis, sed potius multis calumniis, et cōtumeliis affectum occidere uoluistis, et nec dum de resipiscentia cogitastis unquam, Ecce iam nunc uidebitis quid uos prosperitatis, ac securitatis maneat. Vos inq̃ omnes accendentes ignem, qui nihil aliud uestris cogitationibus, uerbis, & actionibus agitis, ac tractatis, nisi accendere ignem, & commotionem capitis in populis excitando seditiones, & tumultus, et accēditis ignem. i. excitastis ignē, q nos cōburet; immisistis carbones, et ligna. i. perpetrastis multa scelera, et flagitia, addētes peccata peccatis, ut facili⁹ et vehemēti⁹ uos cōburat: thesau-

Tex. 4.

Thesaurizare iram & prouocare Deum ad indignationem. accincti flammis, & tamquam laqueis impliciti, & circundati, ambulate in lumine ignis vestri, idest prosequimini, quod iam cœpistis, & in flammis quas succendistis, posteaquam lucem, quæ uobis aliquando effulsit uos repulistis, & tenebras magis quam lucem dilexistis, vobis inquam, eueniet quod ab æterno vobis est præfixum, ut scilicet in eum ignem accedatis, uel potius pertrahamini, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. Et ne uos credatis hoc fortuitò contigisse dicit Deus. *De manu mea factum hoc est vobis* q.d. hoc malum, siue supplicium quod vos vobis ipsis consciuistis, & præparastis, estis perpessuri; quemadmodum dictum fuit Cyro Regi Persarum: sanguinem sitisti, sanguinem bibe. Tandem hunc in modum concludit *In do-*

A *loribus dormietis*, hoc est dolentes, & afflicti uitam consumabitis. Alii dicũt *In doloribus dormietis*, hoc est tot dolores, & angustias perferetis quod in illis tandem succumbetis, uel uos Iudæi in doloribus dormietis, hoc est in perpetuis cruciatibus inferni accubabitis & lectulus vester, & stratum, ubi vos perpetuo quiescere, & vitam omnem agere necessum erit, erunt inferni dolores, ac tormenta. Tex. 70. habet in B mærore dormietis: quodquidem verũ est, omnes inquam peccati conscientiã habentes, & nõ resipiscentes, dormiunt semper & uitam finiunt in mærore, tristitia, & dolore, hæc erit sors vestra, & finis laborum vestrorum, quę sors, & hæreditas non solum Iudæis, sed omnibus improbis, & Deũ non timentibus cõtinget, a qua Deus per misericordiã, & pietatẽ suã nos liberare dignetur.

CAPVT QVINQVAGESIMVM PRIMVM.

AVDITE me, qui sequimini quod iustum est, 1.
& quæritis Dominum: attendite ad petram
vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de
qua præcisi estis. Attendite ad Abraham
patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit
vos: quia vnum uocaui eum, & benedixi
ei, & multiplicaui eum. Consolabitur *er-* 2.
go Dominus Syon, & consolabitur omnes ruinas eius: & po-
net desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi
hortum Domini. Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gra-
tiarum actio, & vox laudis. Attendite *ad me popule meus,* 3.
& tribus mea me audite: quia lex á me exiet, & iudicium
meum in lucem populorum requiescet. Propè est iustus meus,
egressus est Saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt:
me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Le-
uate *in cœlum oculos vestros, & videte sub terra deorsum:* 4.

quia cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimen-
tum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt: Sa-
lus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non de-
5. ficiet. Audite me, qui scitis iustum, populus meus, lex mea
in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & bla-
sphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic co-
medet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea.
Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in ge-
6. nerationes generationum. Consurge, consurge, induere for-
titudinem bracchium Domini: consurge sicut in diebus anti-
quis, in generationibus sæculorum. Numquid non tu percussi-
sti superbum, vulnerasti draconem? Numquid non tu sicca-
sti mare, aquam abyssi vehementis? qui posuisti profundum
7. maris viam, ut transirent liberati? Et nunc qui redempti
sunt à Domino, reuertentur, & venient in Syon laudantes,
& lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium, & læti-
tiam tenebunt, fugiet dolor, & gemitus. Ego ego ipse consolabor
vos: quis tu, ut timeres ab homine mortali, & à filio hominis,
qui quasi fœnum ita arescet? Et oblitus es Domini factoris tui,
qui tetendit cælos, & fundauit terram: & formidasti iugiter
tota die à facie furoris eius, qui te tribulabat, & parauerat
ad perdendum: vbi nunc est furor tribulantis? Cito veniet
gradiens ad operiendum, & non interficiet usq; ad internitio-
nem, nec deficiet panis eius. Ego autem sum Dominus Deus tu-
8. us, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius: Dominus
exercituum nomē meum. Posui uerba mea in ore tuo, & in um-
bra manus meæ protexi te, ut plantes cælos, & fundes terram:
& dicas ad Syon: Populus meus es tu. Eleuare, eleuare consurge
10. Hyerusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius: vsq;
ad fundum calicis soporis bibisti; & potasti vsque ad fæces.
Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis, quos genuit: &
non est, qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis, quos
enutriuit. Duo sunt quæ occurrerunt tibi: quis contristabi-
tur super te? vastitas, & contritio, & fames, & gladius, quis
consolabitur te? Filii tui proiecti sunt, dormierunt in capite
omnium viarum, sicut oryx illaqueatus: pleni indignatio-
11. ne domini increpatione Dei tui. Idcirco audi hoc paupercula,
& ebria

& ebria nō à uino. Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnabit pro populo suo: Ecce tuli de manu tua calicem soporis fundum calicis indignationis meæ, non adiicies, ut bibas illum ultra. Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ: Incuruare, ut transeamus: & posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus;

EXPLANATIO IN QVINQVAGESIMVMPRIMVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

AVDITE me, qui sequimini quod iustum est, & quæritis dominum: Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis.

EXplosis, & reiectis A Iudæis infidelibus & quicunque eiusdem sortis, & conditionis extiterint, qui ob suam impietatem, & alia scelerum genera accederunt ignem, in quo tandem perpetuo cruciabuntur, conuertit propheta sermonem exhortatoriũ pariter et consolatorium ad eos, qui ex Iudęis erant credituri, & pollicetur B eis se omnino salutem, & fœlicitatem consequuturos per Christum Dei filiũ, & inquit. *Audite me omnes qui sequimini quod iustum est*; vos inquam Apostoli, & discipuli mei, & quicumq; in me estis credituri, quiq; sequimini quod iustum est: id quod vere iustitia exigit, & ratio postulat, iustum quidem est magis audire Dei verbum, quod non potest quemquam fallere, quàm vanis, & incertis quorumcunq hominũ sermonibus C aures prębere. Aliqui per id quod iustũ est intelligunt iustitiam, quæ est per fidem in Christum Iesum, aut ipsũmet Christum, sed simplicius dictum esse

A existimo ut absolute intelligamus idq; iustũ est: iustũ est quidē seruos dñi amplectamur, veneremur, & colam⁹, nec in eos vtcũq; humiles, et abiectos inuehamur, et cõuiciis, & maledictis insectemur, ut impii Iudęi fecerunt in Christũ Dñm, qui nolētes eũ audire, neq; sequi quod iustũ est in doloribus suis dormierũt & perpetuo cõquiescent, & loquitur hoc loco ipsum verbum Dei filius, vel proph. illius personam gerens, ut patet B verborum contextu; Aliqui textus habent: *Audite me qui persequimini quod iustum est*; cuius verbi significationem aliqui in bonam, aliqui verò in sinistrã partem accipiunt. D. Hier. videtur accepisse in bonum sensum, pro eo quod est apprehendere, sequi, & amplecti quod iustum est, quoniã subdit *Et quęritis Dominum*: sicut enim apud proph. psal. 33. legimus: Inquire pacē, & persequere eã; ubi illud uerbũ (psequere) in Psal. 33. C bonam partem suscipitur: quemadmodum dicimus, hospitalitatem sequimini, & psal. inquirentes dominum non deficient omni bono, & alibi. lætetur cor quærentium dominum, quęrite

faciem Dei Iacob. Textus verò LXX. Interpret. videtur accipere prædictum verbum in malum sensum, quod persequi hoc loco sit idem, quod aduersari, ac detestari, iuxtà ergo hunc sensum sic exponendus est iste textus: Audite me qui persequimini quod iustum est, idest qui contradicitis, & resistitis Euangelio quod est ipsum iustum, res iusta, & ius diuinum; & quæritis Dominum, idest hac uestra persecutione qua Christum, & fideles eius, & Euangelii prædicationem insectamini, stulte quidem, et satis impudenter putatis uos placere Deo, et ipsum quærere, et præter eius honorem, et gloriã nihil appetere et raque expositio potest admitti; sed vt ex istis ambagibus eruamur, sistemus in textu vulgatæ editionis, et exponamus ut dictum est. Vt verò nos certiores efficiamur de diuinis promissionibus, et certò quæ iamprìdem sunt nobis promissa fore confidamus, exemplo rerum quæ iã præterierũt nos munit, et fouet ipse Christus per proph. d. *Attendite ad petram unde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis*, q. d. In memoriã reducite, et reuocate, et memores aliquãdo estote, et respicite ad petrã undè excisi estis, et ad cauernam laci de qua præcisi estis, quomodo .s. ex petra quæ est corpus durissimum, et solidissimũ vos qui molles estis, et rationis capaces excisi estis, *& ad cauernã laci* supple respicite, et attẽdite, de qua præcisi estis, quod si hoc nõ fuit ipsi Deo quicquã difficile ac impossibile, quòd natura numquam fieri poterat, neque vllius creaturæ uiribus, aut artificio, poterit etiam Deus absque vllo negocio suscitare tot gentes, et tot populos, qui credant in ipsum, ut Syon non sit penitus interitura, sed magis, ac magis amplificanda. Et quoniam hoc exemplum, et similitudo per eum allata de petra, et de cauerna laci, de qua præcisi sunt ipsi Iudæi erat ualde obscura, et parũ admodũ intelligibilis, declarat, et manifestat re multo clariori, et faciliori, innuẽs quid per petram, et quid per cauernam laci voluerit indicare proph. d. *Attendite ad Abraham patrem vestrum* ò vos Iudæi, qui ex semine Abrahę descendistis qui

A propterea pater uester nuncupatur, *& attendite ad Saram, quæ peperit vos, quia vnum vocaui eum* inter tot gentes quæ tunc in orbem terrarum degebant, eũ unum, ipsum solum uocaui, et elegi, et benedixi ei (Addunt LXX.) et dilexi ei, et multiplicaui eum, q. d. si Abraham qui erat iam senex, et grãdeuus, et Sara quæ erat sterilis, et inepta partui, eo munere, et gratia fuerunt à me ditati, quod parerent filium, ex quo tam multi postea prodierunt, quid mirum, et quæ

B nos dubitatio potest apprehẽdere quin certo credatis me tot homines creaturum, qui sint velut stellæ coeli, et uelut arena maris? cum ergo ita futurum sit *Consolabitur ergo Dominus Syon, & consolabitur omnes ruinas eius et ponet desertũ eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini, Gaudium, & lætitia inuenietur in ea*; hoc est in Ciuitate Syon, ibi gratiarum actio, et vox laudis Hæc

C est plana, et simplex huius literæ expositio. Vt autem hæc melius capiantur. Dicendum quod non incongruè, nec absq. caussa proph. volens ostendere nullã esse difficultatẽ ipsi Deo, loco Iudæorum qui fuerint reprobati multitudinem satis innumerabilem credentiũ adducere, ponit exemplum de petra, et de Abraham. Primum quidem de petra: quoniam quemadmodum de petra aliqua magna, seu lapidicina multi lapides, et ferè innumerabiles excutiũ

D tur, vel exciduntur, ita ex Abrahamo multi, et fere innũmerabiles populi prodierunt, et sicut ex cauerna laci, et ex profundo puteo multæ hidriç aquæ extrahũtur, ita ex vtero Saræ, multi per successionem filii prodierunt: Et quemadmodum petra fuit typus, et figura Abrahæ, et cauerna laci fuit typus, et figura Sarę: sic hi duo coniuges, et progenitores multorum hominum fuerunt ty

E pus, et figura Christi, et Ecclesiæ; sicut n. Abraham fuit pater multarum gentium, sic et Christus fuit pater, et Dominus cunctorum fideliũ. & quẽadmodũ ex vtero Sarę iã sterili, & infecũda, multi filii secundum successionem temporum prodierunt, sic in Ecclesia quæ per Saram designatur, multi prodierũt & prodibunt vsque ad consumationem sæculi

ſœculi, & ſicut ex Abraham adeò mul A
tiplicatum eſt ſemen ſuum, vt fuerint
ſicut ſtellę cœli, & velut arena quæ eſt
in litore maris: ſic etiam numeroſus e
rit populus fidelium, non modo ſpiri-
tualiter: verum & ſecũdum rem ipsã:
ſpiritualiter quidem, quia varios vir-
tuium, & euangelicorũ bonorum fru
ctus edent fideles: & quod attin et ad
rem ipſam, & ad veritatẽ hiſtorię ma-
nifęſtum etiám erit, qui velut ſtellę cœ
li, & ſicut arena maris multiplicabun- B
tur credentes in Chriſtum, cunctus .n.
orbis terrarum veneratur chriſtum do
minum, & adorat, & plena eſt omnis
terra gloria eius: & quemadmodũ hi,
qui deſcendunt ab Abraham comparã
tur ſtellis cœli, & arenę maris: ita etiã
conſiderandum eſt, duo eſſe genera fi-
liorum Abrahæ. quidam qui ſunt ve-
lut arena maris, vt potè inutiles, & in-
fructuoſi, qui nil niſi terrena ſapiunt, &
bonorum cœleſtium ſunt prorſus exp C
tes, & infœcundi, cuiuſmodi ſunt Iudęi
qui ſunt ex ſemine Abrahæ ſecundum
carnem dumtaxat: ſunt & alij qui ſunt
ex ſemine Abrahę ſecundũ gratię pro
miſsionem, & hi ſunt qui virtutibus ac
donis cœleſtibus, vt ſtellę cœli reſplẽ-
dent. re

Poſt mo quemadmodum Abrahã
fuit conſtitutus, & declaratus à Deo
pater multarum gentium, vt habetur
Gen. 17. ita planè Chriſtus Dominus D
fuit conſtitutus à Deo pater, & Domi-
nus cunctorum fidelium, & data eſt ei
omnis poteſtas in cęlo, & in terra. Sed
fortè dices: nõne & alij fuerunt patres
multarum gentium? Noe quidem di-
ctus ẽ pater generis humani. Ab Eſau
quoq; innumerabilium gentium pro-
fecta ẽ ſoboles, multiq; alii fuere mũl-
tarum nationum origines, et prĩcipia.
cur ergo potius dictus eſt Abraham pa
ter multarum gentium, et typus et fi- E
gura Chriſti domini patris, et capi-
tis, ac principis omnium fidelium, im-
mo angelorum & hominum? Reſpõ-
deo. quia longe maiores & præſtantio
res ſunt inter dominum Ieſum, & Abra
ham, quam inter eundem Chriſtum &
cęteros patres ſimilitudines, & analo-
gię. Quoniam quidem pręter eas quę
ſunt allatæ ſimilitudines, iuſſus fuit
Abraham egredi de terra ſua, & de co
gnatione ſua, & accedere in terrã quã
Deus moſtrauerat ei. Sic & Dominus
noſter egreſſus eſt de terra ſua, qa à ſũ
mo cœlo egreſsio eius, & venit in ter-
ram, hoc eſt in hunc mundum, vt ho-
mines faceret Deos, hoc eſt participes
hæreditatis æternę, & diuinę naturæ
conſortes. Nec ipſe ſolum, verum, &
Apoſtoli & fideles Chriſti, & quicumq;
ſunt ſacris initiati figurati fuere per
Abraham, qui egreſsi ſunt de terra ſua
& de cognatione ſua, & vnà cũ Aba-
ham patre noſtro, ideſt Chriſto terrę sã
ctæ hæreditatem ſunt conſecuti. De-
inde quemadmodum Abraham credi
dit Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiã,
ſic & illi, qui ſunt in Chriſto, & à Chri-
ſto dependent propter fidem quæ eſt in
Chriſtum iuſtificati ſunt apud Deum,
et filii Dei nuncupati.

Item: quemadmodum ex Abra-
ham et Sara, qui iam erant corpore eſ
feto et uirib⁹ defuncti ortus eſt Iſaac,
qui interpretatur riſus, et gaudium;
ita etiam ex corpore Chriſti mortuo
exorta eſt Eccleſia, et profectum euã-
geliũ; lætiſsimus inquam nuncius ille
redemptionis generis humani toto or
be peruulgatus. Omitto alias com-
parationes quæ ſupra ſunt poſitæ, ob
quas apparet non incõgrue aut minus
appoſitè Chriſtum dominũ per Abra-
ham deſignatum, ac figuratum, ſi-
militer et Eccleſiam Sanctam Ca
tholicam per ipſam Saram.

Vnde et cõuenienter Chriſtus eſt di-
ctus pater multarum gentium, et lon-
ge cõuenientius quam ipſe Abraham,
et quicunq; alii. Sed dices Chriſtum
Dominum non ſolum per Abrahã pro
poſitum, et deſignatum, et Eccleſiam
per ipſam Saram; uerum et per petram
vnde exciſi ſumus, et per cauernam la-
ci de qua præciſi ſumus: Quoniam
quemadmodũ de petra, hoc eſt de qua
dam lapidicina, quæ clariori uocabu-
lo poteſt dici petraria, hoc eſt locus il-
le, ubi lapides exciduntur, quam Gręci
vocant latomiam, difficile admo-
dum, ne dicam impoſsibile poteſt a-
qua educi, ita uidebatur omnino diffi-
cillimum

cillimum, & penè incredibile, quod ex Christo Domino ab omnibus reiecto, despecto, & cruci affixo produci possent, & emanare tot viri fideles, & vniuersi orbis duces, atq; rectores; quemadmodum fuere diuini Apostoli, qui post Christi passionem totum mundũ peragrarunt, & ad Christi fidem, & deuotionem deduxerunt, & verè Christus est petra illa durissima, de qua locutus est Proph. in cap. præced. ex persona Dei patris. & quo nam pacto ecclesia B sancta catholica mater nostra potest designari per Saram sterilem, ac infœcundam? aut magis per cauernam laci? Dicendum quòd cauerna laci hoc loco intelligenda est corpus, & latus Domini nostri, ex quo lancea, & claui percusso velut ex quadam cauerna defluxit sanguis, & aqua, vnde formata est Ecclesia, in qua, et ex qua prodeunt, & procedunt quicunq; sunt regenerati in filios Dei: Et quemadmodum Sa C ra quæ dicta est regina quod ex ea pdi erunt duces, & reges; sic & Ecclesia est ea mater, quæ peperit genus electum, & regale sacerdotium.

Postremo quemadmodum Sara fuit olim sterilis, & infœcunda, & paulominus à viro despecta, & contempta; ita Ecclesia quæ ex gentibus est collecta antequàm fuerit per Christũ redẽpta, & ei coniuncta, erat admodum sterilis, & infœcunda, quia nullos Deo D dignos fructus afferebat, quin & in sui primordio erat adeò humilis, & abiecta, vt qui eam persequerentur, & affligerent, arbitrarentur se obsequium præstare Deo: Sed quoniam diximus à pricipio qd petra illa figurabat Abrahã, et cauerna laci figurabat Sarã, sic, et Abrahã, et Sara figurabãt Christũ, et Ecclesiam. Dubitare quis pote rit; quæ comparatio Abrahæ ad petram, et Saræ ad cauernam laci? Dicimus hac ra- E tione fieri posse istam comparationẽ, quoniam quemadmodum ex petra, seu lapidicina, quæ est locus ille vnde lapides exciduntur, quem locũ (vt diximus Græci vocant latomiam, difficile admodum potest aqua produci) quæ tamen aliquando fuit producta, quãdo à patra, percussa virga Moysi, fluxerũt aquæ, et torrẽtes inundauerunt: ita difficile admodum, et quasi impossibile videbatur ex Abraham vetulo, ac penè vita consumpto non magis quam ex ligno, aut lapide posset filius procreari; ita ex Sara, quemadmodum ex puteo ualde profundo, et ex cauerna mirum immodum recondita, et sub terra lõgè seposita, non potest facile aqua exhauriri, ita non poterant ex eius vulua filii naturaliter vnquã produci. Quare si Deus est adeò potens, magnus, et admirabilis, vt quæ suapte natura fieri sunt impossibilia, mox, & absq; vllo negocio ipse in actum deducat, nullus ergo de Dei potentia, fide, ac promissionibus potest quicquam dubitare; & quemadmodũ ex illa petra, quã percussit Moyses torrentes inundauerunt, ita ex latere Christi, qui petra nũcupatur, omnes nos sumus excisi, atq; deducti. Vos ergo Iudęi non debetis contristari, si maxima pars vestrum pereat; quoniam supplebit vestras ruinas innumerabilium gentium multitudo, & quicunq; voluerint imitari fidem patrum vestrorum videlicet Abraham, Isaac, & Iacob, qui verè fuerunt serui, & amici Dei. Et hoc est quod innuit propheta cũ ?quit. *Consolabitur ergo Dominus Syõ & consolabitur omnes ruinas eius,* Tex. 2. *& ponet desertũ eius quasi delicias, & solitudinẽ eius quasi hortũ Domini, gaudiũ, & lætitia inuenietur i ea.* Idest in ipsa Syon gratiarũ actio, & vox laudis. Hæc cõsolatio de qua loquitur Proph est promissio quã facit Deus lætitia afficiens, & certã spẽ afferẽs, & inferẽs his, qui audire voluerint. Per hanc verò Syon noli intelligere terrenam illam, sed spiritualem, & fidelem Syon, quę est dei viuẽtis Ecclesia, quę quidem vt millies diximus, ẽ multitudo collecta tãm ex gẽtibus, quã ex Iudæis, ex illis inq; qui postposita, & prostergata priori obstinatione apphẽderit fidẽ, quę ẽ i Christũ Dñm nostrũ, tunc omnes ruinæ Ierusalẽ, quæ post eius euersionẽ remãserũt ĩstaurabũtur, & lõge ĩ melius refor. *Desertum, & solitudo.* mabũtur, & quę loca erãt deserta, & õnibus bonis destituta, erũt quasi deliciæ & voluptates spirituales, & vbi erat solitudo, & sterilitas, erit quasi hortus, & paradisus

radisus Dñi.ibi,hoc ẽ in ipsa Ecclesia ꝑ Christũ coacta erit gaudiũ, & lætitia, gaudiũ (ſquã) æternũ,& externũ,erit gratiarum actio de beneficiis innumeris, quæcumque ab optimo, & clementissimo Deo gratis, & liberaliter accepimus, & erit vox laudis, quia nihil ibi audietur, aut percipietur, quàm vox laudis, & commẽdationis diuinæ bonitatis,& clementiæ,quod quidem gaudium prouenit à certa spe, & fiducia in Christum, per quem sumus tandem suscepturi corpus cõforme claritati corporis sui, & cum eo perpetuo regnaturi,offerimus autẽ ipsi pro summis quæ accepimus beneficiis non amplius vitulos,& boues loco gratiarũ actionis, sed laudes,& hymnos. Quare cũ pollicetur deus ponere desertum quasi delicias,et quod ĩ ipsa Syon gaudium,& lætitia inuenietur, gratiarum actio, & vox laudis,vult innuere nos fore transferendos ab vno cultu ad alium, hoc ẽ à lege ad gratiam,& euangeliũ,à Moyse ad Christum. Alii per desertum, & solitudinem intelligunt gentes omni lumine coelesti destitutas; per delicias & hortum Domini intelligunt Sanctos viros,apostolos,& martires, & vtriusq; sexus uirgines, quæ producunt in Ecclesia fructus suauissimos, vt gaudium & lætitiam &c.

Rursus petit attentionem ipse Deus, velut qui magna, & incomprehensibilia, sed summopere vtilia ẽ dicturus, & inquit. *Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite, quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet.* Hæc verba quidam volunt esse filii Dei ad reliquias Israel,& ad populum credentem,sic exponit D. Hier: Et ego existimo,quod verba illa *popule meus* debeãt referri ad gentes,quæ crediderunt in Christum,& illæ dictiones *tribus mea* referantur ad populũ Iudæorum, qui speciali quodam ritu distinguebatur in duodecim tribus, & iurè quidem eorum poscit attentionem, quia Christus venit in hunc mundum non solum vt explicaret veterem legẽ, sed vt mutaret in melius,& figuras præteritorum temporum in veritatẽ trãsferret,propterea iurè cõpellabat ipsam

Tex. 3.

A tribum,et eius attentionẽ ꝑ poscebat. Dicit enim. *Quia à me lex exiet* q. d. hoc est, quod vos populi nationum, & Iudæorum debetis attentè percipere, nec solũ corporis auribus,sed ipso sensu,& mente diligenter excipere,& frequenter meditari: Lex inquam à mè exiet,non lex quæ fuit à Moyse producta, & publicata, sed lex Euangelicã quæ exiuit à me,hoc est a filio Dei, qui propterea venit in hunc mundum non
B modo vt veterẽ explicaret, sicut diximus,sed vt nouã afferret,quamquã lex noua reipsa non differt à veteri, sed in melius, & clarius mutata, & explicata. Non differt inquam, quoniam vnus est finis ad quẽ vtraq; ordinatur, seu potius vtraq; ordinat homines capaces beatitudinis, vt sublantur Deo,ferantur in ipsum, & omnes eorũ actiones dirigantur ad eum. Verum est tamen quod longè facilius, & citius or-
C dinamur ad Deum beneficio nouę legis, quam ope, & opera legis veteris, quoniam lex ista ẽ lex imperfectorum, & velut pedagogus puerorum, quę per minas, & verbera, & per promissa tẽporalia ducit homines ad fidem,& gratiam, propterea vocatur lex timoris. lex autem noua per se ipsam ducit ad gratiam, imo est lex gratię, fidei, & amoris,& vocatur lex perfectorum, cui veritati testimonium perhibent sacræ
D literę, et omnes catholici doctores, nouissimè vero Concilium Tridentinum huic doctrinæ suffragatur quod sess. 6. cap. 1. habet hæc verba:quod nequaquam Iudæi per ipsam literam legis Moysi poterant liberari à potestate diaboli, ac mortis, et à peccato resurgere, quamuis liberum arbitrium in eis minime extinctum esset viribus licet atenuatum, et inclinatum. Eiusmodi ergo lex à me exiet,dicit Christus,
E et iudicium meũ, hoc est decretum, et consilium meum requiescet in lucem populorum: iudicium inquam meum proferetur,et emittetur in lucem populorum,et in eis quiescet,et firmabitur: ipse enim Christus datus est in lucem gentium in hoc opus,et beneficium assumptus, vt sit lux gentium, vt cap 49. quẽadmodum ipse Christus de se ipso dicebat

Cõcil. Trid. sess. 6. cap. 1.

dicebat. Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris ſed habebit lumen vitę. Vndè et Dauid præcabatur Deũ d. Emitte lucem tuam, et veritatẽ tuã, ipſa me deduxerunt et adduxerunt in montẽ ſanctum tuũ, &c. deduxerunt inquam è profundis tenebrarum, et adduxerunt in montem ſanctum tuum.

Poſſumus etiam hoc loco ſumere iudicium pro rectitudine, et directione bonorum operum: iuxtá illud ps. 98. Tu aparaſti directiones, iudicium, et iuſtitiam in Iacob tu feciſti. Dicitur autem hoc iudicium in lucem populorũ fore productum quia populi videntes mirabilia opera Domini, et ea mente perpendentes ad fidẽ ingiter accedẽt, et hac ratione illuminati poterunt dici, et eſſe, quod quidem iudicium dicitur requieſcere in lucem populorum, quia fidelium mentes hoc rectum, ſtabile, et firmum Dei iudicium contemplantes in pace, et tranquillitate quieſcent. Deinde ſequitur. *Prope eſt iuſtus meus.* Vbi ſiue deus pater loquatur, ſiue filius, aut Spiritus Sanctus afferuntur verba maximæ conſolationis, et gaudii. Promiſit enim Deus frequenter ſe miſſurum eſſe propheiam, miſſurum eſſe puerũ, & ſeruum, qui afferat ſalutẽ, et liberationem cunctis gentibus: id verò videbatur plurimum differri, et profectò experimento comprobatur, nihil eſſe durius quam aliquid vehemẽter concupitum, nimis prorogari, propterea dicit Deus. *Propè eſt iuſtus meus, egreſſus eſt Saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt.* Videtur quidẽ vi verborum pater hic loqui, cum dicit. Propè eſt iuſtus meus, egreſſus eſt Saluator meus, q. d. filius meus qui ſolus eſt verè iuſtus imò ipſa iuſtitia, et Saluator .i. quem ego pater inſtitui, decreui fore Saluatorem populi mei, iſte inquam meus iuſtus propè eſt, in ianuis eſt, non poterit diutius immorari, cito veniet ad vos, iam egreſsus eſt Saluator meus, ne diffidatis, neq; fruſtra conqueramini, cito veniet, et ſaluabit vos; quemadmodum Abacuh proph. hoc idem promittitur à Domino dicẽte: Adhuc paululũ, adhuc paululũ ve-

Pſal. 98.

Iudiciũ domini requieſcet in lucẽ populorum.

Abacuh.

A niens veniet, et non tardabit. Si autẽ volumus (ut quidam) hæc eſſe uerba filii Dei ſic poterunt exponi. Prope ẽ iuſtus meus, hoc ẽ iuſtitia mea quia mecum eſt, et ego ipſe ſum: ego inquam ſum, qui gratis iuſtitiam confero, ego ipſe ſum, qui ſalutem vobis affero, et præter me, et ſine me nullus poteſt ſalutem adipiſci: et brachia mea populos iudicabunt: per brachia non-

B nulli intelligunt filium et ſpiritum ſanctum, qui sunt virtus, bonitas, et ſapiẽtia patris: ſed melius eſt per brachia intelligere ſanctos apoſtolos, et prædicatores euangelii, qui velut brachia ſuſtinent corpus Chriſti miſticum, quod eſt Eccleſia: et de eis ſcriptũ eſt. Quod ſedebunt ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael: vel per brachia Chriſti quę iudicabunt populos intelligi poſſunt opera, quippequę

C per brachia deſignantur. Huiuſmodi ergo opera iudicabunt populos .i. condẽnabũt, reos eſſe dmoſtrabũt iuxta illud Io. 15. ſi opera nõ feciſsẽ in eis: qui nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem, et uiderunt, et oderunt, et me, et patrem meum. Deinde ſequitur, et loquitur ipſe filius d. *Me inſulæ expectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt.* Inſulæ inquam .i. loca remotiſſima, et acceſſu difficilli-

D ma me inquã expectabunt, ſummo, et ingenti deſiderio peroptabunt, et perquirent me hoc eſt habere ueram, et ſalutarem mei cognitionem. expectabunt inquam .i. patienter ſuſtinebunt quoaduſq; ſim uenturus, nec mirũ, quia ipſe eſt expectatio gentium. *Et brachium meum ſuſtinebunt.* Si per brachiũ intelligatur filius Dei: quemadmodum alicubi ſumitur, ut in Cantico Mariæ, fecit potentiam in brachio ſuo. Et

E alibi. Saluauit ſibi dextera eius, et brachium ſanctum eius, ſenſus eſt quaſi Dei patris loquentis; ſuſtinebunt ſcilicet inſulæ, et populi, ſuſtinebunt brachium meum .i. cum patientia, et animi fortitudine expectabunt aduentum filii mei: at ſi filius loquatur ut prius, me inſulæ expectabunt, et gentes brachium meum ſuſtinebunt .i. colla, ca humeros libenter ſubiicient legi meę,

Io. 15.

&

& mandaris, & propter me cruces, & tormenta, & mortem ipsam obibunt; hæc mihi valde placet expositio. Quidā alii sic exponunt *Brachium meum sustinebunt*, .i. gentes, & populi innitentur virtuti, & potentiæ meæ irrefragabili, p quā cōtrito, et cōfracto Demone, superabunt ōnes eius insidias, mūdi, & carnis delicias, & oblectamēta, sustinebunt etiā gentes brachium domini .i. virtutem, & potentiam eius, neq; ad vllum flagellum receder ab eo. Quo autem magis eorum animos corroboret, & in diuinæ promissionis fiducia stabiliat, & confirmet, subdit inquiens. *Leuate in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum, quia cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt: Salus autem mea in sempiternū erit, & iustitia mea non deficiet.*

Tex. 4.

Hæc, quam facit Esaias collatio inter Deum optimum maximum, & quasců que res creatas; ad duo nobis necessaria summopere intelligenda potest aptari, vel vt ostendat longè prius, & facilius quæcumq: cœli ambitu continentur, imò Coelum ipsum, & quęcūquè sub terra degunt esse interitura, quam diuinas promissiones minimum quicquam esse defuturas: vel ut ostendat ī nulla re creata, præterquā in Deo cuiquam esse fidendum; ideoq; vanissimi sunt homines illi, & tota mente capti, qui spræto Deo viuo, & vero, ac sempiterno, quamcumq; creaturam colunt, & venerātur. Quod attinet ad sensum verborum, non existimes Coelos sicut fumum liquescere, neq; terram sicut vestimentum atteri, & singulos habitatores; quemadmodum terram esse perituros: sed hoc dictum est per figurā hyperbole. Aut dicas (quòd cœli nō dicuntur liquescere sicut fumus, sed aliquando contingit eos mutari in melius, quemadmodum dicit propheta. Mutabis eos, & mutabuntur) in melius (inquam) non in peius.

Cælum quomodo liquescit.

Psalmus.

Quod similiter habitatores terræ sint interituri velut terra, hoc absolutè falsum est, cum animæ, quæ sunt principalior pars hominis, sint immortalitatis dono ditatæ, & corpora nostra sunt, & A ipsa aliquando consequutura immortalitaté, sicut dicit Apostolus. Oportet. n. corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. qui per cœlum hoc loco volūt acrem intelligi quasi velit innuere Esaias cū dicit: *Cæli sicut fumus liquescent*, quod aer quandoq; resoluetur in fumū, uel qui est leuis ut fumus, fortassis non B longe recedunt à sensu ipsorum uerborū *Salus autē mea* (inquit) *in sempiternū erit, & iustitia mea* .i. salus, & iustitia, quā meo munere cōsequemini *nō deficiet, neq; uobis auferetur, sed erit i sēpiternū*, quod quidem indubitanter uerum est, & nulli dubitationi obnoxiū, si de iustitia consumata loquamur: uerum si loquamur de iustitia, qua multi uiatores iusti dicuntur, & sunt, non in æternum manet, sed quandoquè deficit ob C nostram oscitantiam, quamquam frequenter etiam per Dei gratiam reparatur. D. Cirillus existimat per hæc uerba uoluisse Deum homines planè ignaros, & à Demone seductos monere, ne existimēt cœlum esse Deum: id quod supra nos innuimus, & propterea stultū esse, & uanum, creaturam potiusquam creatorem suspicere, uenerari, & colere, cum non solum Cœlum, sed omnis creatura sit uanitati subiecta: sequi-D tur textus, & dicit. *Audite me qui scitis iustum, populus meus, lex mea in corde eorum.* ubi rursus petit attentionem, & monet ut supra diligenter audiant, et corporis, ac animi aures præbeant monitis, & horrationibus ipsius Dei: Loquitur enim hic Deus pater, ut ex his uerbis, & sequentibus facilè potest cōiici. Et uerba fiunt ad ueros Israelitas, hoc est ad eos, qui nouerint iustum .i. Dei filium. dicit ergo. *Audite me qui* E *scitis iustum*. qui iā cępistis noscere eum qui uerè iustus est, & iustificat eos, qui credunt in ipsum, uel audite me, qui scitis iustum, qui .s. scitis quod iustum est, & iustitiam apprehenditis. Populus meus dico tibi, mi populé, loquor ad eos in quorum corda lex mea attigit, ac penetrauit. Iuxta illud Psalmi. lex Dei in corde ipsius. 36. Quod ergo dico uobis? quid uolo populum meum audire ex me? hoc inquam. *Nolite timere*

Tex. 5.

Psal. 36.

mere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis: quemadmodū alibi monet Saluator d. Nolite timere eos qui occidunt corpus, post hæc autem non habēt amplius quid faciāt, sed potius eū timete qui potest animā, & corpus perdere in gehennam. Et D. Tho. 2. 2. q. 144. ar. 2. dicit quod opprobria quę inferuntur alicui propter virtutem, nō sunt timenda, sed aspernenda, & deridenda: quemadmodum mox rationem adducit d. *Sicut enim vestimentum*, supple à vermibus consumitur, & vetustate etiam conteritur, *sic comedet eos vermis, & sicut lanā tinea cōsumit, et deuorat*, sic deuorabit eos tinea. p vermem intelligas molestiam, & vexationem conscientię perpetuam. Per tineam intelligas ignem, ut conforme sit pręsens dictum, cum eo, quòd alibi scriptum est, uidelicet Esai 66. & ecclesiastici 7. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Vindicta carnis impii, ignis, & vermis. Sic itaq; Deus vult hac oratione suos fideles præmunire, ut ob īgentes persecutiones, quas sūt passuri propter Christum à fidei confessione quicquam moueātur, sed fortiter persistant, expectātes auxilium Dei: quemadmodum sępe monet Dauid d. Viriliter agite, cōfortetur cor vestrum, & sustinete Dominum, et D. Paulus. Eph. 6. cap. Cōfortamini i Domino, et in potētia virtutis eius. Induite uos armaturam Dei vt possitis stare aduersus insidias Diaboli. Qui per vermem hoc loco ex auctoritate B. Aug. volunt intelligi debere Christum dominum, qui de se ipso dixit ps. 21. Ego sum vermis, & non homo. non satis faciunt, *Psal. 21.* quoniam dicit tex: Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis: absurdum mihi videtur per opprobrium hominum hoc loco intelligere Christum, quamuis ipse de se ipso dicat. Ego sum vermis, & opprobrium hominum. Verum si quis attentius consideret, non videbitur ei durum per vermē, & opprobriū intelligere Christum dominū, cū ipse de se ipso id fateatur dicens. Ego sum vermis, & non homo, opprobrium ho-

A minum, & abiectio plebis, ut egregiè declarat D. Aug. Epist. 49. vbi ostendit quo pacto ab isto verme consumētur peccatores. propterea stemus in priori expositione. Dicit ergo Deus pater, eos, qui persequuntur Christum à verme esse commedendos, sicut vestimentum; & quemadmodum lanam à tinea esse deuorandos: salus autem mea, et iustitia mea. i. salus, & iustitia quā ego pueris meis pręstabo, aut filius

B meus, qui est salus. & iustitia mea in generationes generationū ptinget, ac perdurabit. Deinde sequitur alia pars huius capituli seorsū exponēda, quę sic habet. *Consurge, consurge: induere fortitudinē brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis in generationibus seculorum.* *Tex. 6.* Iuxtà sententiam D. Hier. deus pater loquitur ad filium, & monet eum ut exurgat, nec amplius differat, ac immoretur ad suscipiendā carnem. propterea

C inquit. Consurge fili, consurge de solio tuo, non amplius differas, atq; dissimules, *consurge inquam, induere fortitudinem* tu qui es brachiū Dñi, qui es virtus, & fortitudo Dei, induere fortitudinem, ostende robur, & potentiam tuam, consurge, & te ipsum qualis, & quantus sis demonstra: Exere vires sicut fecisti *in diebus antiquis in generationibus seculorum*: Per dies antiquos intelligit (secundum quosdam) tempus

D illud, seu tēpora in quibus fecit Deus potentiam in brachio suo, penes ea quę hic recensentur, vbi inquit. *Numquid non tu percussisti superbum? vulnerasti draconem &c* quę ibidem leguntur: per draconem intelligens pharaonem, & omnem potentiam eius, vt legitur exodi. 15. & Deu. 32. Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Alii per dies antiquos intelligunt dies illos, in quibus creatus est

E mundus, & quæ sub eo continentur, et denique quando creatus est homo. D. Hiero: per dies antiquos, et per generationes sęculorum intelligit ea sęcula sibi inuicem succedentia, in qui- *Hieronymus.* bus de multis periculis sanctos suos liberauit. Volunt alii hoc loco populū fidelem, aut prophetam in persona eiusdem populi alloqui brachium Domini,

mini .i. eius filium, & præcator vt quā primum consurgat, & induat fortitudinem suam, & ad nos succurrēdos accedat. Cyrillus sequens textum lxx interpretū opinatur his verbis Dominum excitare Ierusalem ut iam conuertatur ad dominum, & non amplius obdormiat, vbi postmodum per Ierusalem allegorice, seu tropologice intelligenda sit anima peccatrix, quam Deus per prophetam hortatur, & monet ut excitetur à somno, & reuertatur ad *Dominum* Deum suum. opinior hoc loco prophetam spiritu Dei aflatum, & impulsum excitare Ecclesiā iam perturbatam, & vexatam tot insidiis, & persecutionibus, tum iudæorum, tum infidelium, & deniq; ipsorum hæreticorū, vt consurgat, excitetur, reuertatur ad dominum, & veniat in Syon laudans deum. Notant etiam ingeniosi interpretes, non abre tribus vicibus repetitum hoc verbum, videlicet (consurge): C tum ut ostendat ingēs desiderium quo erant affecti homines cuiuscumq; status, vt aliquando Dei filius humanā carnem assumeret, & Deus fieret homo, cuius ope, & opera hominum genus ab immani, et dura demonis seruitute foret quandoq; redemptum, tum vt innuat tres status, in quorū singulo erat huiusmodi desideriū: i statu quidē legis naturę, in statu legis scriptę, et postremo in statu legis Euāgelicę, in quo D qdē statu futurū erat quod petebatur, & re ipsa effectū quod fuit præsignatū, et prefiguratū i prioribus sęculis dū s. *Deus percussit superbū, vulnerauit draconem*, et cætera signa, et prodigia quę hic enarrantur. Vnde sequitur, et inquit

Tex. 7. *Et nunc qui redempti sunt à Domino*, videlicet, à seruitute peccati, et potestate demonis *reuertentur* lęti, et gaudentes, *& venient in Syon*, .i. in ciuitatem sanctam Ierusalem, *laudantes*, E et glorificantes Deum, *& lętitia sempiterna super capita eorum*, in quibus capitibus, vel super quæ capita coronę aureę, et diademata gemmis, et lapidibus pręciosis adornata superponuntur, *gaudium, & lętitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus*, gaudiū quidem laus, et honor sunt gemmę, et lapides A pręciosi, qui sunt sup capita beatorū. Et ne quis hęreat, aut quo uis modo de tam grandibus promissis hæsitare audeat, subdit ipse Deus, et inquit. *Ego ego ipse cōsolabor vos*. Ego ego inquā, ego sum qui consolabor uos, qui sum *Deus* misericordiarum, et pater totius cōsolationis: consolabor inquam vos per memetipsum, et non per prophetam ut antea, neque per angelos. *Quis tu vt timeretis ab homine mortali, & a filio homi-* B *nis? qui quasi fœnum ita arescet?* q. d. Cum nullus sit qui uos possit ab hostibus tueri nisi ego? neq; quis possit uos rapere de manu patris mei, quis ergo eris tu homo imprudens, et insipiens, et uehementer insanus, qui debeas timere *ab homine mortali?* Nonnè maior est, q est uobis quā qui in mūdo, qui est ipse Deus? Nec satis erat se dixisse ab homine mortali, sed addit *à filio hominis*, ut magis explicet fragilitatem C hominis.

Aut dicas, *Quis tu vt timeres ab homine mortali?* q. d. quis et tu tām formidolosus, tam pauidus, *& exigui animi*, ut timeas ab homine cito morituro? *& oblitus es domini factoris tui? qui tetendit cælos, & fundauit terram*, & tu miser, et imbicille, *formidasti iugiter tota die à facie furoris eius, & parauerat, qui te tribulabat ad perdendū?* tota inquā die iugiter formidasti, in cōtinuo. s. timore D nullo te pśequēte, et quasi perperā formidasti, et pertimuisti, ac expauisti faciem comminantis, et furentis hominis, qui te infestabat minacibus uerbis, et contumeliis? Hominis inquam cito morituri, *& qui quasi fœnum desiccabitur, & arescet*, et non *pertimescis eum, neque te uereris, qui est tam potens, & immensus, vt extenderet cælos, & fundaret terram immutabilis, & semper manens?* hoc certe mirabile è dictu, et uix intel- E lectu apprehēsibile timere magis homines, qui parū paruoq; tēpore possūt nobis obesse, quā ipsū Deū, a quo nil nisi boni accipere possūt: eiusmodi redargutio poterat fieri principi Apostolorū, qui timuit a muliercula Ancilla hostiaria, quiq; negauit illū, quē iā pridē confessus fuerat Dei filium, quamquā postea cōsolatus, et roboratus a spiritu

sancto

sancto, non timuit minas hominum, & imperium Romanum, qui timuerat mulierculam; Propterea dicit Deus. Cum post modicum tẽpus eiusmodi affligentes defecerint. *Vbi est furor tribulantis?* vbi est furor, & insania eorũ qui uos tribulant, & persequuntur? q.d. nullibi: Id quod ego prę cęteris libere possum ac libẽter asserere: cum.n. nonnulli iam olim me affligere, ac tribulare decreuerint, atque ad me perdẽdum omnem viam parauerint; nihil tamen, Deo mihi manũ prębente, eos pertimui, quos passim ruere, & extingui ꝓpriis oculis licet inuitus & mœrẽs ꝓspexi, ut, verè dicere queã. *Vbi est furor tribulantis?* Per oĩa benedictus Deus. Ve autẽ magis nos cõsoletur De⁹, & securos efficiat, nec de dilatione, aut tarditate succurrentis desperemus subdit: *Cito ueniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet usque ad internicionem, nec deficiet panis eius.* Christus inquam Dei filius cito ueniet gradiens, iter assumens de cœlo in terram, cito ueniet, & non tardabit gradiens in multitudine virtutis suę ad aperiendum cor superborum, & hominum tumidorum, *& non interficiet* (supple) quoscunque peccãtes *ad internitionem*, sed vocabit eos ad pęnitentiã, *nec deficiet panis eius* hoc est cibus ille spiritualis, quod est verbum Dei, in quo non minus quam in pane uiuit homo: Vel dicas, ueniet ad aperiendum, & demostrandum uiam veritatis & ingressum regni cœlestis.

Vel (ut alij dicunt) ueniet Christus cito gradiẽs ad aperiendum portas inferni, vt inde sanctorum patrum, qui summo desiderio eius expectabant aduentum animas educat, & non interficiet usque ad internitionem populum scilicet Iudæorum, sed aliqui ex his remanebunt, ut & ipsi salutem consequantur, & quemadmodum dixit psal.

psal. 58. Ne occidas eos, ne quando obliuiscãtur populi mei. Hoc autem tempore quo Dei beneficio uitam degimus anno à Natiuitate domini 1591. quo tẽpore vniuersa penè Italia incredibili annonę caritate vexatur, præcari nos oportet ipsum Deum cito ueniat, nobis succurrat gradiens ad aperiendum ui-

A scera pietatis, & misericordiæ suę, & nõ interficiat usque ad internitionem, cum hactenus innumeri fere homines utriusq; sexus, & conditionis, ac ætatis incredibili omnium dolore, stupore, pauore, ac admiratione, singulis ferè diebus ex hac uita decedant, rogemusque eum, ut quemadmodum hoc loco per Esaiam pollicetur, *non deficiat panis eius*, non deficiat inquam panis eius,

B idest abundantia gratiarum suarum, & consequenter non deficiat panis, quo miseri homines sustententur, & ne fortè putemus hoc Deum nequaquam pręstiturum, statim subdit. *Ego autem sum* Tex. 8. *dominus Deus tuus qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius, dominus exercituum nomen meum.* ne existimes (inquã) homo insipiens, & incredule me usque adeo debilem fore, & impotentem, ut quod sum pollicitus, quodq; uos postu-

C latis, minimè sim facturus, quandoquidem ego conturbo mare, &c. *Et nomẽ meum dominus exercituum*, neque etiam existimandum est me nolle uos iuuare, quippequi *posui uerba mea in ore tuo, et in umbra manus mea protexi te, ut plantes cœlos & fundes terram, & dicas ad Syon, populus meus es tu:* sic quidem aptari possunt hęc uerba his, quę mox à nobis allata sunt, ut imaginemur Deum patrem loqui ad quoscumque fideles, & eius ver-

D ba suscepturos: dicuntur enim discipuli Christi, & cæteri fideles plantare cęlos, & fundare terram, quia scilicet creant nouum orbem, idest Christianum populum, & præparant gentes ad regnum cœlorum, ad quod non est fortasse multo minus quam creare cœlum, & terram. uel dicuntur ministri Dei plãtare cœlum, idest instruere, & instituere in ecclesia uiros contemplationi deditos, euiusmodi sunt doctores, & uer-

Discipuli Christi, & eorum sectatores plãtant cœlos, & fundant terram.

E bi Dei administratores, dicuntur fundare terram, quia constituũt, & formãt in Ecclesia homines, quos actiuos, idest homines regimini, & gubernationi Ecclesię, & curę animarum idoneos & addictos nuncupamus. In ore horum, idest Apostolorũ, & Christi ministrorũ dicitur Deus ponere uerba, ut sciant quid loqui, quid docere, quid prædicare debeant, ut alias dictum est. Dum ite

geritis

teritis ante Reges, & præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Et propterea, nónne iure optimo dici possunt, plantasse cœlos, & fundasse terram, qui instituerunt tot ordines, & rationes uiuendi, & uouendi se totos Deo, quales fuerunt Basilius, D. Augustinus, Benedictus, Dominicus, Frãciscus, Siluester Auximanus author & institutor societatis Siluestrinorũ, & Franciscus de Paula fundator ordinis minimorum, & alii, qui non iniuria ab vniuersali Ecclesia fundatores nuncupantur. Isti omnes dicent ad ecclesias & sodalitates ex uariis hominib' collectas; populus meus es tu, quo quidem nuncio nullus potest afferri iucundior, atque suauior. Sed ut ueriorem expositionem afferamus, dicamus hic re uera Deum patrem alloqui Christum filium suum, cui uerissime ab eo dictum est. Posui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te: Posuit inquam Deus pater uerba sua in ore filii sui, qui hoc iugiter est confessus. d. Quę ego audiui à Patre meo, hęc loquor, & alibi; mea doctrina nõest mea, sed eius qui misit me. & apud Io: 14. Sermo quẽ audistis non est meus, sed eius qui misit me patris, qui etiam sub umbra manus Dei, qua homo dicitur esse protectus quique de se ipso dixit. Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum cõfusus, huic data est facultas, ut plantet cœlos, & fundet terram, quoniam uerbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum: plantauit etiam Cęlos, hoc est Ecclesiam, & fundauit terram, idest homines, qui terram incolerent, & gubernarent, uel per cœlum intelligas eos qui cœlestes efficiuntur, per terram qui a peccatis conuertuntur, et hoc est plantare coelum, et fundare terram. Alii aliter exponũt: *Et dicet ad Syon, populus meus es tu*, idest ad Ecclesiam ex Iudæis, et gentibus collectam populus meus es tu: meus inquam es, quia te creaui, te redemi, et in Syon spiritualem, ac cœlestem. i. Ciuitatem sanctam Hyerusalẽ hoc est cœlestem patriam deduxi: ideo conuenienter dicam populus me-

Io. 14

psal. 32

V us es tu, sicut Oseę dicitur. Vocabo nõ populum meum populum meum, et ipse dicet mihi, *Deus meus es tu.* Osea. 2.

Sequitur in textu alia cohortatio, & admonitio ad Ciuitatem Hyerusalem, & inquit. *Eleuare, eleuare consurge Hyerusalem, quæ bibisti de manu Domini calicẽ iræ eius vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad feces.* Mihi videtur (saluo sẽper meliori iudicio) hæc particula prophetam nobis significa- *Alloquitur Deus populum Israeliticum* *Tex. part. 9.*

B re Deum post tam amplas, & magnificas promissiones *Israelitico* populo allatas, ut cui aliquando sit dicturus populus meus es tu: nunc optimo iure, & quodam zelo feruente promoueri ad excitãdum eundem populum, qui post extremam obsidionem, & euersionem superfuit, quod si uelit particeps esse promissorum, non stertat amplius somno, nec diutius in incredulitate uersetur, sed ad Deũ uerũ, & uiuũ conuertatẽ;

C & quę ad ipsã Ierusalem, & populũ Israeliticũ dicũtur, possunt pariter, & satis apposite accõmodari, & referri ad animã nostrã, ut quæ diu in peccatis permãsit, aliquando exurgat, & resipiscat: dicit ergo *Deus* per proph. Eleuare, eleuare. i. te sursum erige, excitare, non amplius dormites, neq; somno opprimaris: consurge Hyerusalem, quæ in hunc vsque diem velut mortua, & sẽsibus destituta in tenebris iacuisti, consurge inquam,

D non amplius humi procumbas, & tamquam reiecta ab omnibus conculceris; consurge tu infœlix, & misera, quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius vsque ad fundum calicis soporis bibisti: voluit namque Deus, ut haurires, & gustares miserias, & calamitates, quas propter incredulitatẽ tuam, & pp infinita scelera, & peccata tua vehementer iratus, tibi propinauit, neque ut gustares solum, sed *vsque ad fundum calicis so-*

E *poris bibisti, & potasti vsque ad feces*, ita ut in calice, & uase quod bibisti, nihil omnino, quod non deglutieris remanserit bibisti inquam vsque ad fundũ calicis soporis. i. vsq; adeo calicẽ istũ hausisti, & in vẽtrẽ tamquã in gurgitẽ demisisti, ut quẽadmodũ fieri solet, induxerit in te soporẽ, aut stuporẽ & tãdẽ ipsã mortẽ, q̃ est veluti quidã sopor, mortẽ īquã

tũ corporis,tũ animę,vt nihil remanserit amarissimæ potionis: & ego domine Deus aliquando bibi calicem irę tuę de manu tua,idest te uolente,ac iubente, sed te miserante vsque ad feces non dum bibi: Rogo te domine, & suppliciter pręcor ne mihi propines calicem istum,aut ne permittas saltim me vsq; adeo fore sitibũdũ,ut vsq;ad feces bibã. Ille enim dicitur bibere vsque ad feces,qui post perpessas afflictiones, et tribulationes, nihilo melior efficitur. Notant aliqui uiri speculatores cur toties eadem uerba repetit proph. d. Eleuate, eleuare, consurge Hyerusalem, neq; enim superflue adiecta fore putandum est: dicunt enim oportere nos primum exurgere à persecutione temporali ad pacem, quam ut monet D. Paulus cum omnibus habere debemus,& hęc prima monitio ad quoscũque mortales indistinctim fieri debet: Deinde eleuari nos oportet, & exurgere à culpa ad gratiam,quę monitio spectat ad eos qui sunt aliquibus erroribus obnoxii, & in peccatis detenti. Tertio nos exurgimus,consurgimus,&eleuamur a gratia ad gloriam, idquod nõ nisi probis, & iustis uiris competere manifestum est. Alii dicunt prophetam lætabundum alloqui ciuitatem Hyerusalem,scilicet Ecclesiam electorum,quecumque & quanta cumque fuerit ab initio vsque ad finem mundi,cui consolatio tam magnifica declaratur, & congrue dicitur eleuare, eleuare, quia per culpam primorum parentum iacuit prostrata vsque ad Christi aduentum.

Deinde sequitur in textu. *Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit; & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit.* Quod autem recto iudicio, & summa iustitia hæc euenerint Ciuitati Hyerusalem, & populo Israelitico manifestum est ob multa quæ (ut diximus) scelera perpetrarunt, sed eo maxime quod in Christum Dominum crudeliter fuere debaccati, nec uoluere unquam agnoscere peccatum suum, & illius pœnitere, propterea enumerat sigillatim quas post extremum

A excidium passi fuere miserias, & calamitates, & inquit. Non est qui sustentet eam tamquam inopem,& afflictam ex omnibus filiis quos genuit, nõ quidem ex his qui pueri erant,& adhuc imbelles,& inepti ad eam sustentandã, sed per filios intellige duces, & principes scribarum, & Pharisæorum, qui geniti & nati, ac nutriti,& exaltati erant in ea Ciuitate, neque ullus eorum fuit quem ulla subiret miseratio, sed potius eius calamitatibus, & iniuriis lętari uidebantur; & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit, quia scilicet præter duces, & principes, qui nullo fuerunt adiumento, nullum habuerunt prophetam,neque Sacerdotem, aut qui eã solaretur eam. Quare cum in tali fuerit statu constituta illa respublica, merito excitari debuit,ut consurgeret, & suis rebus consuleret, nihil profecto infoelicius; & calamitosius potest excogitari, quam in angustiis, & afflictionibus nullum habere adiutorem, neque consolatorem.

Et si hoc lamentum quis uelit veriore sensu percipere, dicemus nullum fuisse patriarcharum, neque prophetarum,nec alium quemuis iustum, qui potuerit consolari populum suum, præter ipsum Christum, hoc est quod dicit Esaias. Non est qui apprehendat manum eius,ut scilicet cadentem sustineat, aut erigat, & quamquam longe plurima sint,quę passa fuit ea Ciuitas mala, & incommod, auisum est tamen ipsi prophetæ duo præsertim hic recēsere,& ad ea cuncta referre. d. *Duo sunt quę occurrerunt tibi, quis contristabitur super te? uastitas, & contritio, & fames, & gladius, quis consolabitur te.* iuxtà expositionem quorumdam hæc duo sic distinguntur, quoniam alterum est in rebus uidelicet ipsa vastitas, alterum in personis, quod est ipsa contritio, & horum prius ex fame, reliquum verò ex gladio: vastitas inquam a fame, contritio uerò, & imminutio, & exterminium personarum prouenit à gladio. D. Hier. dicit. Propheta enumerat hæc duo mala, vastitatem scilicet & contritionem, quę tamen singula bi-

Tex. 10.

D. Hierony.

na sunt, nam uastitatem (dicit ipse) sequitur contritio, famem vero, & gladium sequitur interitus. Et hęc duo mala reducuntur ad illa duo quorum meminit Hie. d. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquę viuę, & fœderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquam à quibus duobus malis, quæ duo hic enarrantur, dubio procul prodiisse censendum est. Alii dicunt: duo mala occurrerũt sibi, quæ refert Iosephus li. de bello Iud. mala. s. intestina, & externa: externa quidẽ Romanus exercitus, qui oppugnabat ciuitatẽ, & cunctos ei obuios trucidabant, seu captiuos detinebant: interna uerò seditio, pestis, & fames: Nec tamen in his omnibus ullus erat, qui super ipsam contristaretur, aut consolaretur. Iam olim dum Babyloniæ captiui detinerentur, habuere Prophetas, ut Hieremiam, Ezechielem, Danielem, & Iosue, qui consolabantur eam. In hac autem postrema obsidione nullum, qui eos consolaretur habebant, ut verè dixerit proph. in persona Christi: consolantem me quæsiui, & non inueni; & Hier. in Trenis ad rem propius inquit. Non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius. Sed quę hactenus dicta sunt de Ciuitate Hyerusalem; nonnulli uolunt dicta fore ad Ecclesiam primitiuam, quando scilicet ea erat oppugnata à principibus sacerdotum, et pharisęis, atque gentilibus. At mihi bona aliorũ venia nihil horum uerborum, neq; ea quę procedunt neque ea quæ sequuntur uidentur aliquomodo posse referri ad Ecclesiam, quę quamuis ab incredulis, & infidelibus fuerit perpessa multas erumnas, & calamitates, numquã tamen bibit de manu domini vsque ad feces, neque defuit ex filiis suis qui eã sustentaret, ac tueretur. propterea prosequamur textum, & videamus alias Ciuitatis Hyerosolimæ calamitates, dicit ergo. *Filii tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium uiarum sicut orix illaqueatus, pleni indignatione domini, increpatione Dei tui.* Filii (inquã) tui Ciues tui nobiles, ac primarii, quorũ ope, & opera expectare poteras, ac debebas

Hier. 2.

Iosephus de bello Iudai.

De populo Iudaico loquitur.

A aliquod auxiliũ, & consolationẽ, proiecti sunt, expulsi sunt, uelut spurii, infames, & exteri, nullius valoris, aut pretii: dormierunt in capite omnium uiarum tamquam pauperes, & mendici, odio ab omnibus habiti, & deniq; omni auxilio destituti: dormierunt in capite omnium uiarum, nullum in Ciuitate habentes domicilium, quique etiã præ fame deficientes, aut gladio confossi supra pedes suos consistere non poten-
B tes, parietibus nitebantur, aut humi iacebãt, uelut etiam his temporibus nostris oculis accidisse vidimus, ubi etiam multi propter incredibilem, neque amplius auditam rei frumentariæ caritatem, & propter insolitam, et ignotam aeris intemperiem, pleriq; præ inedia quasi animam exhalantes, & fame confecti, dormiunt in angulis plateārum, & per omnes uias diffunduntur, & excurrunt, ut quærant herbas, et si-
C liquas quas porci manducant, quò miseram famem depellant, & aliqua ex parte languescens corpus sustineant: sic propemodum, populo Israelitico post passionem Domini euenisse credendum est, & præter hæc sicut orix illaqueatus, infœlices populi capiebantur. Per Oricem D. Hier. intelligit bestiam quandam laqueis, & retibus implicitam, & irretitam, quam bestiam alii dicunt esse bouem siluestrem, alii
D Ceruum, alii Glirum, siue murem: textus vulgatę editionis, quem D. Hier. interpretatur uocat Oricem, quem Pli. lib. 2. nat. hist. cap 40. & lib. 8. cap. 53 dicit esse animal nascens in Gethulia bisulcum, et unicorne capræ non dissimile, habens pilum contra naturã aliorum animalium uersum ad caput. Textus LXX interpretum ubi nos habem' Oricem illaqueatum habet. Betam semicoctam; Quod attinet ad expositio-
E nem textus quem nos habemus; nulli dubium quod miseri Iudæi in ea obsidione si forte extra urbem prodibant uelut bestiæ illaqueatæ statim ab hostibus capiebantur: Namque omnes viæ extra vrbem erant interceptę, et interclusæ, ne ulli pateret occasio, uel opportunitas fugę; atque ita facile uelut lepores, aut vrsi laqueis irretiti ca-

Orix quid

Plinius. li. 2. cap. 40.

 piebantur

piebantur: si verò in capite uiarum intra urbis moenia detinebantur, absque ulla negocio poterant ab hostibus, aut seditiosis ciuibus, vt bestia illaqueata trucidari, si uerò dixeris eos fore ut Betam semicoctam: hæc enim est herba sole adusta, & quasi arefacta, & huc in modum, debilis, & flacca, quam conditionem nos lingua uernacula solem' appellare (herba moscia) nihil sapiens, nihil ualēs, & ad nihil ultra proficiens: sic erant eo tempore miserrimi illi Israelitę; sic & nostro tempore pauperes omni humano subsidio destituti. Postremo illi dicebantur pleni indignatione domini, quia certe uidebatur ira, & furor domini plene, & abundanter super eos effudisse; & pleni erant increpatione Dei nostri. dicebantur quidem pleni indignatione Dei, quia ex se ipsis perceperunt hoc illis merito accidisse. D.Hier. videtur ludere, & iocari super hoc nomen (beta semicocta) dicit enim Betam trifariàm reperiri, uidelicet crudam, coctam, & semicoctam: Beta cruda representat eum, qui semel incredulus est: qui autem simplici contentus est fide, sed absque alia ratione, & dogmatum ueritate facit opera iustitiæ, potest dici Beta cocta: Qui verò inter uitia, atque uirtutes uidetur fluctuare, & duplici corde accedit ad seruitutem Dei, iste rectissimè vocatur Beta semicocta; & per Betam semicoctam possunt figurari, de quibus loquitur Ioa. Apocal 3. Vtinam calidus esses, aut frigidus, nunc autem quia tepidus es, incipiā te euomere; De hac Beta quod est genus oleris uilissimi, & maxime fragilis, loquebatur prophe. psal. 36. d. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem, quoniam sicut fœnum velociter arescēt & sicut olera hęrbarū cito decidēt: Hęc .n. hærba. d. Hier. est ęgrotantiū cibus.

Beta semicocta secun. D.Hieron.

Apocalip 3.

psal. 36.

Quę autem dicta sunt de populo Israelitico, & de republica Hyerosolymorum quod scilicet bibet calicem de manu domini.: Nicolaus de Lyra & quidam alii volunt referri ad tempora Antichristi, Quod scilicet Ecclesia eo tempore bibet calicem de manu Domini, idest permittente Deo ut

Nic. de Ly.

A scilicet probentur qui electi sunt, quia tot persecutiones, iniurias, & clades patietur ab eo, quales nūquā antea passa fuerit. Qui vero in ea psecutione obstiterint, & constantes fuerint, & mini me ei adhęrebunt, pręmium æternum consequentur, sed re uera non est expectandum tempus illud, quia ut attestatur .d. Ioan. prima cap. 2. Antichristus iam venit, nunc Antichristi multi facti sunt, cum tot hęreses in orbe Christiano, & in Ecclesia militante surrexerint, vnde scimus, inquit ipse, quia nouissima hora est. Sed omissa ad præsens tali expositione, & intelligentia quam nec abnuo, nec renuo, persistamus in priori sensu quod hic loquitur ad rempublicam Ierosolymitanam, quæ in tot scelera, & abhominationes, proruit, ut fuerit coacta bibere de manu Domini calicem iræ eius vsque ad fundum calicis, & potare vsq; ad feces. Propterea sequitur, & inquit propheta siue Deus per prophetam. *Idcirco audi hoc paupercula, & ebria non a vino.* Conuenienter quidem post enumeratas miserias, & calamitates, quas erat perpessa Ciuitas Ierosolima ob eius incredulitatem: nunc quasi eius miseratus vult consolari, ne omnino concidat, ac desperet; itaque sic eam alloquitur. *Idcirco audi hoc*, quod tibi hucusque contingit Ciuitas paupercula, misella, & maximè ignara, & ebria non à vino, sed ab ira furoris Domini. Vel ebria absinthio mortis, et peccati: vel dicitur ebria non à vino, sed velut à grauissimo languore oppressa, videbatur insensata: immensę quidem, et variæ calamitates in extrema mala deducere potuerunt eos, qui fuerunt his calamitatibus attriti, & afflictos inebriare. i. extra mētē deducere, nec absque singulari misterio scriptura diuina nomine calicis, appellat quæcunq; siue bona, siue mala nobis apponit Deus: qn̄quidē per calicē intelligim' portionē cuiq; distributā, siue bonis, siue malis, vterq; n. bibit calicē Dñi: mali quidē ad pęnas, tū ī hoc mūdo, tū in futuro sæculo ppetuò subeūdas: quēadmodū de peccatorib' inquit Dauid ps. 10. Ignis, et sulphur, et spirit' pcellarū pars calicis eorū; boni verò bibūt et ipsi

Io. 1. cap. 2.

B

C *Tex. 11.*

D

E

psal. 10.

calicem

calicem, quo maxime reficiuntur, &
perpetuam recipiunt consolationem
psal.115. quemadmodum in ps.115.d ipse pro-
pheta. Calicem salutaris accipiam, &
nomen domini inuocabo. Dicuntur ali
qui quandoque inebriati etiam dulci
fortuna, ut refert Horatius de Cleopa-
tra. Quandoque etiam ex multis opi-
Philostr. bus solent inebriari, ut refert Philostra
tus in Herodis uita, Sic etiam ple-
Lucretius. rique magnis curis, & sollicitudinibus
inebriantur, ut refert Lucretius, &
hoc loco Esaias. Sed notandum, raro
admodum, & difficile multum, quemquam
bibere calicē salutis, & refectio-
nis, nisi prius instar sui præceptoris, &
Domini bibat calicem passionis, de
quo calice loquebatur Christus Matth.
20. filiis Zebedei. *Calicem quidem me-
um bibetis, sedere autem ad dexteram,
& ad sinistram non est meum dare vo-
bis.* Hic est calix quem Christus domi-
nus à se auferri rogabat patrem. d.
Pater si possibile est, transeat à me calix
iste; hunc calicem uoluit idem Chri-
stus dominus suis electis porrigere, ut
suam erga eos dilectionem, & charita
tem ostenderet: quemadmodum pleri-
que nobiles uiri solent quandoque su-
is familiaribus hoc signo suam beneuo
lentiam demostrare, ut scilicet eodem
calice, & eodem poculo quo, & ipsi
reficiantur, & recreentur.
Dicit ergo propheta. Hęc dicit domina
Christus uocatur dominator dominus. tor dominus, est.n. dominator dominus
quia actu, & potestate nobis dominatꝰ,
& hic idem est Deus tuus, qui pugna-
uit pro populo suo, de quo populo, quē
suum nuncupat, intelligatur præsens
litera dubium est. Nonnulli enim uo
lunt per populum suum intelligat pro
pheta populum Iudaicum, ut scilicet
Deus pugnauerit, et subuerterit gen-
tes, & Duces, ac Imperatores Roma-
norum, qui diruerunt, et subuerterunt
Vrbes Iudeæ. Prætereo opinionem il-
lorum, qui referūt hoc ad Babylonios,
quos Deus aliqñ subuertit, quia maxi-
mè fuerunt infensi Iudæis, et captiuos
eos adduxerunt Babyloniam: dicitur
Deus pugnasse pro populo suo .i. Israe
litico, et aduersus Babylonios, et aduer
sus Romanos. Sed D. Hier. et plerique

A alii per populum suum intelligunt po-
pulum fidelem, et Christi nomine insi- *Popul. Dei populus fidelis.*
gnitum, quem Iudæi acriter persequebantur,
et omnem mouebant lapidem,
ne Christi nomen diuulgaretur, aut
progressum ullum faceret. Dominus
ergo Deus pugnauit pro populo suo,
subuertens Iudæos, et omnem eorum
potentiam. Sed ut bonitatem, et cle-
mentiam saluatoris agnosceremus, in-
quit. *Ecce tuli de manu tua calicem sopo-*
B *ris*, idest uinū illud quo usque adeo po-
tata fuisti, ut soporem, stuporem, ac tre
morem immitteret in cor tuū, hoc est
fundum calicis indignationis meæ, nō
adiicies ut bibas illum vltrá; spero te
ita facturam, et res tuas sic dispositurā,
ut non bibas illum ultra. Quæ uerba
dubio procul dicta fore existimandum
est ad reliquias populi Israel, qui cum
cœperit colere Christum, et eius fidem
apprehendere, præteritiq; erroris poe-
C nitere, non adiiciet ut bibat calicem il-
lum vltra, idest ut subeat illas erumnas
& calamitates, quas antea ob iustū Dei
furorem, & indignationem passus fue-
rat. præterea subdit. *Et ponam illum*,
calicem supp. *in manu illorum qui humi
liauerunt te*, hoc est te oppresserunt, et
ad ignominiam magnam deduxerunt
*& dixerunt animæ tuę incuruare, ut tran-
seamus*, humilia te, flecte te, præbe no
bis locum ut commode transeamus, ce
D de iuri tuo, procul abeas, et posuisti ut
terram corpus tuum, idest et quasi uiā
transeuntibus, et hęc omnia referunt
grauē ignominiam, et contemptum:
ut autem plane intelligamus quæ hic
dicuntur, et quo referuntur: notandum
quod secundum aliquos hęc referun-
tur dicta ad Ciuitatem Hyerusalē ter- *Quod præsentia uerba referantur dicta cōtra Hyerusalem.*
renam vilem, et opprobriosam, ad quā
scilicet exercitus Romanus videbatur
hæc verba per ignominiam dicere vi-
E delicet, *Incuruare*, humiliare, comple
intermedia loca, ut transeamus, et tu
vilis, et abiecta, et euersioni proxima,
posuisti corpus tuum ueluti terram, vt
scilicet super te graderentur, et transi-
rent, ac pedibus conculcarent, et de
tuis cadaueribus fuisti viam, et acco-
modasti iter Romanis transeuntibus,
& ingredientibus, & occupantibus vni-

uersam terram. Iuxtà sensum allegoricum hæc verba contemptibilia possũt referri ad Ecclesiam primitiuam, cui homines profani tám Gentiles quàm Iudęi conabantur illam extinguere, & prorsus abolere, & minabantur ei dicẽtes. *Incuruare*, flectere, robur demitte, nobis cæde ut transeamus : tunc n erant serui, & ministri Christi velut mancipia, & uelut peripsemata, pollicetur enim Deus non ita semper futurum neque semper eos fore potaturos calicem soporis, sed in manu eorũ qui ecclesiam humiliauerunt, & persecuti sunt, esse ponẽdum. Nec nos Christi sectatores ultra seruiemus, neque amplius erimus adeò contemptibiles sed super aspidem, & basiliscum, ambulabimus, & conculcabimus leonem, & draconem. Possunt etiam hæc verba referri tamquam dicta animę nostræ ab ipsis demonibus, & aduersariis potestatibus, & earum asseclis, quæ cũ fuerit vitiis incuruata, & ebria variis animi perturbationibus vrget ipse Demon. d Incuruare ut transeamus, prebe te facilẽ, ut in penetralia cordis tui possimus immittere prauas cogitationes, et quascũq; instigationes siue illusiones ad malũ. Sic. n. Deus nos quandoq; percutit, ut habet ps. 77. Misit ĩ eos irã ĩdignationis suæ &c. vnde dicit demõ. In curuare . i. cæde, flecte cor tuum, arripe hanc occasionẽ, qua possis vti, vel abuti re concupita, & de hoc astu demonis cõquerebatur Dauid psa. 56. d. Laqueũ parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam.

Ad ecclesiã primitiuã.

Moraliter ad animã nostram.

psal. 77.

psal. 56.

Tu autem posuisti corpus tuum ut terram & quasi uiam transeuntibus, hoc est Demonibus huc, atq; illuc prætereuntibus

A & praua tibi suggerentibus. Anima sic humiliata, & incuruata designatur per mulierem illam descriptam à Luca. 13. cap. quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem, & octo, & erat inclinata, nec poterat omnino sursum respicere, quam postmodum dominus ad pristinum statum erexit, ut posset dicere, leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi : & quemadmodum hęc postrema uerba, iuxtà

B varios intellectus referri queunt ad Hyerusalem terrenam, & ad Ecclesiam primitiuorum, & postremo ad animam nostram, sic & præcedentia: vbi propheta exhortatur & inquit. *Audi paupercula & ebria, non de uino tu a calicem soporis, ut non bibas illum ultra*, aptari possunt ad eam cum fuerit conuersa ad ipsum Christum, neq; amplius aduersetur ei: uel potest intelligi de paucis illis Iudęis, qui post excidium relicti fuere, & ap-

C prehenderũt fidem Christi: & tertio intelligi possunt, & aptari ad Ecclesiam collectam ex gẽtibus quę (ut diximus) quamquam in sui exordio biberit calicem soporis, idest multas sustinuerit persecutiones, & clades, tandem post aliquod tempus fuit data pax Ecclesiæ neq; fuit coacta bibere ulterius calicẽ illum, at potius fuit positus, & constitutus in manibus eorum, qui aliàs eã oppresserunt. Sed longè tutius est, ut hęc

D uerba referantur ad animã nostrã, quę cum prius biberit calicem soporis, idest multis fuerit erroribus inquinata, & vitiis immersa, dei tamen auxilio, & gratia fuit ab his omnibus liberata, et mundata.

Et hæc de 51. cap. dicta sufficiant.

CAPVT

CAPVT QVINQVAGESIMVM SECVNDVM.

C ONSVRGE, consurge, induere fortitudine .1
tua Syon, induere vestimentis gloriæ tuæ Hyerusalem Ciuitas sancti: quia non adiciet vltra, vt pertranseat per te incircumcisus, & immundus: Excutere de puluere, consurge, sede Hyerusalem: solue vincula colli tui captiua filia Syon. Quia hæc dicit
Dominus: gratis venundati estis, & sine argento redimemini:
Quia hæc dicit Dominus Deus: In Aegyptum descendit populus 2.
meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur absque vlla causa
calumniatus est eum. Et nunquid est mihi hic dicit Dominus,
quoniam ablatus est populus meus gratis? Dominatores eius inique agunt, dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die
illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Quàm pulchri super
montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem: annuncian- 3.
tis bonum, prædicantis salutem, dicentis Syon: Regnabit Deus tu-
us. Vox speculatorum tuorum: leuauerunt vocem, simul laudabũt: 4.
quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit Dominus Syon.
Gaudete, & laudate simul deserta Hyerusalem: quia consolatus
est Dominus populum suum, redemit Hyerusalem. Parauit Dominus bracchium sanctum suum in oculis omnium gentium: & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Recedite, recedite, 5.
exite inde, pollutũ nolite tãgere: exite de medio eius, mũdamini
qui fertis vasa Domini, quoniam non in tumultu exibitis, nec
in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel. Ecce intelliget Seruus meus, exaltabitur, & .9
eleuabitur, & sublimis erit ualde. Sicut obstupuerunt super te
multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius
inter filios hominũ. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum quia quibus non est narratum de eo, viderunt: & qui non audierunt, contemplati sunt.

EXPLANATIO IN QVINQVAGESIMVMSECVNDVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *CONSVRGE, conſurge, induere fortitudine tua Syon, induere veſtimentis gloria tua Hyeruſalem Ciuitas ſancti &c.*



N ſuperiori capite loquebatᷣ propheta, ſiue Deus pater per Prophetam ad filiũ ſuum, & monebat eum, ut conſurgeret, & indueret fortitudinem, quem brachium ſuum appellabat, qui re uera erat brachium, virtus, & potentia Dei patris, rogabatq; ne amplius ferret, atq; diſsimularet per hoſtes populi ſui ſe male tractari: nunc idẽ Pater, & Dominus Deus excitat, & monet ipſam Eccleſiam, ac ſuos fideles, ut & ipſa iam conſurgat, non amplius obdormiat, nec tamquam uilis, & abiecta torpeſcat, ſed reſumat vires, induat fortitudinem, ſumat robur, & induatur veſtimentis gloriæ ſuę, ne ſordida amplius appareat, ſed ſuã gloriam, & magnificentiam palàm oſtendat. Et quamquam iuxta ſenſum literalem hęc uideantur dicta ad Ciuitatem Syon, aut Hyeruſàlem, & ad Sinagogam, & Rempublicã Iudęorũ, quã Deus pollicetur cito liberandam de captiuitate Babylonica, & prę lætitia, & exultatione induatur veſtimentis gloriæ ſuæ, qualibus in die lætitiæ, & feſtiuitatis uti conſueuiſſet, veriori tamẽ ſenſu accipi debent, & referri ad Eccleſiã, & cõgregationem fidelium, qui per Chriſtum a peccatis, & ab omnibus illis malis, & incommodis, quę peccata ſequuntur, erat redimenda: et profectò Eccleſia ante Chriſti Aduentũ, & in ſui primordio uilis, & abiecta dicebatur: propterea Deus uolens illam ſubleuare, magnifacere, & ſplendori ſuo reſtituere, ſic eam velut lætabundus, & gaudens alloquitur dicens. *Conſurge con*

A *ſurge, induere fortitudine tua Syon.* Repetit idem ſæpius, ut largiſsimam nobis impertiat conſolationem; quoniam conſequens erat diuinæ pietati, ut ubi ſuperabundauit delictum, ſuperabundaret & gratia, et calamitatibus non ſolum par, ſed longè vberior, & iucundior præſtaretur cõſolatio. Et congruè quidem poteſt etiã dici quòd admonetur, & excitatur filius Dei ad reſtaurandas vires, & ad reaſ
B ſumendum robur; & poſtmodum nos homines alioqui deſides, & ſomnolẽtis excitandi eramus, quandoquidem omne robur noſtrum, & omnis noſtra fortitudo à Dei virtute, & ſubſidio pendet, ac fulcitur, nam ipſemet dicit. Siue me nihil poteſtis facere. Hęc eadem uerba commodè poſſunt referri ad quamcumq; animam peccatis obſitam, & poteſtatę Dæmonis aliquãdiu detentam, ad quam etiã verba Pauli re
C feruntur, cum inquit. Surge qui dormis & exurge à mortuis, et illuminabit te Chriſtus. Poſtea cũ inquit. *induere veſtimẽtis glorię tua, et induere fortitudine tua.* indui fortitudine, eſt efficaciter, et magna cum alacritate bona opera facere, *Indui fortitudine quid*
et prauis Dæmonum tentationibus uiriliter obſiſtere, neq; minas, ac terrores impugnantiũ formidare, hoc eſt indui fortitudine, conſtantem ſe præbere, et intrepidum ad omnes, qui uolunt nos
D Chriſti manu ſubtrahere, et fidem ſubripere, et pręſertim ab inſidiis, et tentationibus dęmonis, et prauorũ hominũ quorũ dẽtes arma, et ſagittæ, et lingua *Pſal. 56.*
eorũ gladius acutus pſ. 56. indui veſtimentis gloriæ, eſt ſanctitatem, iuſtitiam, et pietatem colere, quibus nimirum indumentis Eccleſia, et quęcumq; *Indui veſtimentis gloria quid.*

anima

anima mirificè adornatur, & pulchra, A atq; decora in conspectu Dei, & Angelorum efficitur. Potest etiam breuius dici vestimentum gloriæ esse Christum Dominum, quem cum induimur, glo riosi atq; decori iure optimo dici mœremur, cum Christus sit gloria nostra. Et breuiter vestimentis gloriæ induimur, cum veteri homine seposito, nouum hominem induimur, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sancti- B tate veritatis. Induere igitur ò Ierusalem ciuitas sancti, vestimentis gloriæ tuæ, Ierusalem vocatur ciuitas sancti, vt in qua Deus verus, & viuus colebatur, qui est Sanctus Sanctorum.

Ciuitas Sancti.

Vel ciuitas sancti .i. sanctificata à Deo, qui est sanctus. Et verè ciuitas sancti non Ierusalem terrena, sed Ierusalē cælestis spiritualis, quæ est congregatio toties dicta, tam ex gentibus, quam ex Iudæis Christi fidem con C fitēter pfitentib⁹, ī qua nihil est secundum se immundum, & impurum reperire: *Quia non adiiciet vltra, vt pertrāseat per te, incircuncisus, & immundus* q.d. sume vestimenta gloriæ tuę, adorna thalamum tuum, & domum tuam; ostende te magnificam, & speciosam, & *quia non adiiciet vltra,* hoc est, Res tuas hunc in modum disponet Deus, & aptabit, ut non sis amplius obsessa ab immundis, & incircuncisis, & a profanis D hominibus, neq; amplius dominabunt tui; neq; tecum vllam sunt habituri necessitudinem. Hęc pollicitatio, licet aliquando fuerit facta, & re ipsa adimpleta pęnes Ierusalem terrenam, longè tamen verius, & diuturnius de Ierusalem spirituali debet intelligi; sed citra omne dubium, et difficultatem de Ierusalem cælesti, hoc est de ecclesia triumphāte certissima erit hæc promissio, quandoquidem nihil inquinatum E in ipsam, et per ipsam transibit. Plerumq; tamen anima nostra huic incommodo, et quasi ineuitabili malo est obnoxia, quoniam incircuncisi, et impuri frequenter admodum pertranseunt animam nostram, & cor nostrum occupant, cuiusmodi sunt peruersæ cogitationes, variæ cupiditates, & mille Dęmonū suggestiones, quę nobis im

Deus absolutè dicitur sanctus qa sanctitas ē ei coeterna, naturalis, & propria: non vt angeli dicuntur sancti, similiter apostoli, & martires Christi.

mittuntur per angelos malos: Quocirca sūmopere rogandus ē Deus, ne vlterius permittat, vt per nos quisquam incircuncisus, aut immundus pertranseat, & vllam habeat consuetudinem, & reuera sūmopere cauendum est, ne *psal. 140.* versemur cum hominibus operantibus iniquitatem: neq; comunicandum cū electis eorum. psal. 140. difficile est tamen dū sumus in hoc seculo, omnino, eos euitare: palea sęp ē admixta tritico his dictis, rursus Esaias accedit ad excitandam Sinagogam, & per eam, congregationem fidelium. & consequenter animam nostram, dicens. *Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem,* excutere de puluere .i. abiice, & depelle à te puluerē .i. terrenos affectus, Excutere de puluere, non amplius humi cubes, nec te in puluere obuoluas, sed excutias te, & puluerē abiicias. Num- *Psal. 29.* quid confitebitur tibi puluis, aut annūciabit veritatem tuam? psal 29.

Consurge, non amplius obdormias, & somno opprimi patiaris, sede Ierusalem, quiesce, stabilis mane, & constans in fide, & bonis operibus, neq; vlla parte vacilles: Sede, ne rurberis erga plurima, neque vt prius velut famula, & Ancilla discurras hàc, atq; illàc, sed velut Domina, præpotens, & magnifica, ab omni vinculo soluta, sede, quiesce, & velut iudex legem ferens iudicans, et pręcipiens: hęc omnia facile referri possunt ad Ecclesiam, et ad animam nostram. præcipitur enim ecclesię, et unicuiq; nostrum quemad modū præceptū fuit Apostolis Matth. 10. vt exeuntes de domo, et recedentes a conuersatione eorum, qui nō exceperint sermonem Dei, excutiamus puluerem de pedibus nostris. Monet etiam Deus per prophetam dicens *Solue vincula colli tui, captiua filia Syon.* Si referes hoc dictum ad Sinagogā, dum erat in captiuitate babillonica, verè quidē, et ratione poterat moneri, vt solueret uincula colli sui, cū esset sub dura seruitute detēta: At ea non erat satis ut solueret vincula colli sui, nisi Deus per manū Ciri Regis Persarum eiusmodi uincula soluisset, et confregisset; nec mireris eādē vocari captiuā, et filiā,

filia

filia quidem erat ipsius Dei sic electa, et uocata a Deo, et gloria, et honore ab eo decorata; laqueis tamen captiuitatis fuit obstricta, non infirmitate, uel imbicellate ipsius Patris, ac Domini, sed eius ignauia, et obscitantia, seu potius ingratitudine, paternorum uiscerum ac præceptorũ oblita, respuit bonum, et elegit malum. Ita propemodum nobis contingit, qui spreta lege mandatorum Dei, nostris cupiditatibus allecti, ac seducti, quæ nobis .i. sensui proficua sunt negligimus, et noxia quæcumq; appetimus, et amplectimur. At solutis vinculis, et fractis carceribus, quibus sub Dæmonis, et peccati seruitute detinemur liberius, & libetius Deo Principi, ac Dño nostro inseruire satagimus, et a collo animæ nostræ eiusmodi vincula Deo nobis manũ porrigẽte, soluũtur quibus uinculis solutis, tutò dicere possumus cum propheta. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium, laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Vnde meritò sequitur. Adiutorium nostrum in nomine domini et c. et nota studiose lector quod dicit tex. solue vincula colli tui captiua filia Syon: quamuis enim sine dei auxilio peccatorum uincula soluere, & explicare nequeamus, oportet tamen nos liberare, uim omnem adhibere, ut operanti deo cooperemur. Quo autem libentius eiusmodi cohortationes amplectamur, et executioni mandare studeamus, subdit propheta. *Quia hæc dicit Dominus* q.d nolite negligere, aut respuere, quæ uos consului, aut peragenda præposui, quia hæc dicit Dominus, non sunt uerba mea, non est commentum meum, uerba sunt Dei monentis, et excitantis, *Et quid ultra? Gratis* (inquit) *uenundati estis, & sine argento redimemini* q.d. uos Iudęi, gratis uenundati estis, uos ipsos sine ulla causa subtraxistis et defecistis a me uero, et legitimo Principe, et Domino uestro, et dedistis uos ipsos in seruitutem peccati, et cum gratis uenditi estis, sine argento etiam redimemini. Dicunt aliqui filios Israel gratis fuisse uenundatos, quia sine ulla causa, et ulla eorum culpa fuerunt in

Psal. 123.

A seruitutem redacti, quia nihil ipsi commiserunt, aut commenti fuerunt aduersus Aegyptios, uel Babylonios. Sed hoc dici non potest, quoniam supra dictũ est; Ecce in iniquitatibus uestris uenditi estis. Propterea dicendum, quod sua eorum culpa in seruitutem fuere adducti, sic Deo pmittẽte, atq; iubẽte, atq; ideo nõ gratis, sed iure optimo uẽditi fuere .i. ĩ seruitutẽ adacti, gratis autem dici potest, quia nihil ĩ eos, quorũ serui-
B tuti fuerunt obnoxii, sinistri perpetrarunt. Vnde D. Aug. super lib. Iudicũ q. 17. dubitat, quonam pacto ista cohęrent, aliquid esse uenditum, et id idẽ gratis datum, quia sic etiã legimus ps. 43. Vendidisti populum tuum sine pretio. Deinde in sacris literis dicitur quandoque uendi, quod donatur, et pręsertim in hoc loco ubi dicuntur uẽditi Iudæi, quia cum fuerint traditi in manibus impiorum qui non colebant
C Deum, fuerunt coacti ipsi Iudęi, ut et ipsi colerent idola, adeò quod cultus ille uidetur fuisse tamquam pręcium, quo uenditi fuerunt ipsis Babyloniis. Sed quomodo dicit, et sine argento redimemini. Dicunt aliqui hoc dictũ fuisse, quia Cirus Rex Persarum, dimisit Iudęos liberos nulla ab eis prorsus accepta pecunia. Alii dicunt, sine argento redimemini, accepto hoc loco argẽto pro quacumq; re qua potest aliquid
D emi uel redimi, quia .s. nulla quantauis pecunia, uel quęuis alia bona, satis erant ad eos redimendos, sed quia nõ omnino gratis redempti fuere, ideo sic loquitur propheta, sine argento redimemini. Sed quoniam hic magnum, et perpulchrum latet mysterium, ideirco omissa, et longe semota consideratione Israelitarum, qui tunc fuere erepti ex captiuitate babylonica, dicẽdum hunc sermonem conuerti, et diri-
E gi ad quoscumq; credentes, tam Iudęos, quam Gentiles, omnes enim peccauerunt, et egent gloria Dei: omnes inquam uenundati sumus, et traditi in seruitutem peccati, et hoc quidem gratis, si quidem loquamur de peccato originis, quoniam culpa protoplastorum in iniquitatibus concepti sumus; At si loquamur de peccatis propria uolũtate commissis,

Augustinus supra li. Iudicum.

Psal. 43.

commissis, gratis quidem etiam venũdati sumus, quia scilicet absq; vllo pręmio, & absq; vllo bono spirituali, & sẽpiterno, & absq; vlla causa, qua nos ipsos legitimè tueri, & excusari possimus, & quẽadmodũ gratis venditi sumus, ita etiã sine argento redimemur, sed non sine aliquo prȩcio, & eo quidẽ summo, & inęstimabili, quod est pręcium sanguinis Dñi nostri Iesu Xp̃i, de quo dicebat Apostolus. Empti estis pręcio magno. Et D. Petrus Epistola prima cap. I. dicit. Sciatis quod nõ corruptibilibus auro, vel argento redẽpti. estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis, sed pręcioso sanguine, quasi Agni immaculati Christi, & incõtaminati. Augustinus super Ioan. trac. 41. sine argento redẽpti, sed non sine prȩcio: nõ qdẽ vestro, sed sãgine meo.

prima Petri cap. I.

Vt autem nos certiores reddat ipse Deus, & firmos in fide cõstituat, quòd simus aliquando hęc beneficia consequuturi, repetit eadem verba, quę mox dixerat videlicet. *Quia hac dicit Dominus Deus. In Aegyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi, & Assur absq; vlla causa calumniatus est eum.*

Tex. 2.

Per Assur nonnulli intelligunt Regẽ Assiriorũ, Alii verò ipsum Pharaonẽ Regem Aegypti qui hoc loco Assur appellat. quoniã i sæuitia, crudelitate, & tyramnide similis erat ei, quẽadmodũ & nos, si haberetur sermo de aliquo Prĩcipe Christiano, qui imperium potius, ac tyrannidem, quam mansuetudinẽ, & pietatem exerceret in suos, diceremus eum Turchã, vel Saracenum, sicut de Barbarussa pyràta rapacissimo olim dicebatur, quod erat alter Pharao: quæ expositio, quamquam non displiceat, aliorum tamen sententiam sectari magis præstat, vt cum Cyrillo dicamus, Prophetam hoc loco, ex persona Domini duo, quæ substinuit ille populus, grauissima incommoda recensere. Primum, quod absq. vlla causa multa mala perpessus sui populus ille ab Aegyptiis, quia cum tamquàm colonus illuc esset profectus à principio, idest cum primum natale solum reliquit, & eam regionem intrauit, longè prius quam terram promissionis fuisset ingressus, multis operibus seruilibus fuit mirum immodum grauatus, & oppressus. Alterum, quod accepit incommodum, fuit ab Assiriis, vt habet textus, & litera pręsens, videlicet & Assur absq; vlla causa calumniatus ẽ eũ, calũniatus ẽ iquã, quia finxit causã, & quęsiuit occasionẽ, qua eũ populũ opprimeret, & eius bona surriperet ac pdaretur, eum tamen Assirii nulla fuissent ab eo iniuria lacessiti. Hic autem Propheta recenset incommoda, vt qui sequuntur ad meliorem frugem reducant, cum suos maiores ob eorum peccata eiusmodi mala ab ijs, quos non offenderunt perpessos esse dedicerit. At qui opinantẽ per Assur intelligi Pharaonem, dicunt eum fuisse calumniatũ absq; vlla causa populum Israeliticũ, quia re vera nihil fuerat ille aduersus Regem molitus, sed cum Pharao magnopere cuperet eum opprimere, suadebat Aegyptijs nequaquã illi esse cõfidendum, quandoquidem timendum erat, ne si fortè bellum aduersus eos moueret populus iste iungeret inimicis, cuius rei vel suspitionis nulla poterat haberi coniectura. Propterea dicit textus. *Quod absq; vlla causa calũniatus est eum.* Deinde sequitur textus d. *Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus quoniam ablatus est populus meus gratis?* Biblia nunc correcta sic habet. *Et nunquid est mihi hic: dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis?* Horum verborum prior sensus est Deum detestari, & abhorrere domicilium suum constituere Ierosolymis, cum viderit populum suum à quo solo colebatẽ eductum fore, & extractum de Ierusalem, & traductum in Babyloniam, propterea dicit. Cum populus meus nunc in Aegyptum se cõtulerit, atq; ibi fuerit vehemẽter grauatus, fuerit etiam in Assyrios aliquando adductus, ibi quoq. multa pertulerit incõmoda, quid mihi est hic? q. d. quid hic volo facere? in quem finẽ velim hic immorari? *Dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis,* idest sine causa. Vel quid mihi est hic? idest cum duarum captiuitatũ, quas populus iste sustinuit

substinuit gratis, quid mihi est hic? i. A quæ est causa nunc huius tertiæ captiuitatis, quam passuri sunt a Romanis? Glo. Interlin. sic exponit. Nunc quid mihi est hic? idest cur volo amplius morari in iudæa, vbi tam pauci fideles? sic etiam nunc exponimus secundum allegoriam. Alij secus hanc partem exponunt, videlicet Ego nō peperci Aegyptijs, neq; Assirijs, qui quidem omnes, malè admodum, & iniquè se erga populum meum habuere, quid mihi nunc B est hic? idest quę causa me pręmit, vt parcam Babylonijs, & nunc, non expectata alicuius temporis occasione, quid mihi est hic? idest quid prohibet, quid impedit quo minus liberem populum meum de huiusmodi captiuitate? Hæ quidē expositiones, & aliæ plures afferri possunt huic particulæ, sed omnes sic adductæ capiantur iuxtà literam, & penes historiā. Allegoricè verò, & mysticè accipi quidē possūt, primū enim ad C uersus Iudæos, & sinagogā eorum, contra quam se vehementer commotum, & indignatum ostendit Dominus per Prophetam d. Et nunc quid mihi est hic? quia gratis ablatus est populus meus? constat enim populum Iudęorū gratis, & absq; vlla causa persequutum esse Christum Dominum, & populum eius, fideles, & ministros suos, de quo populo, siue de quibus Iudęis, loquebat Christus per prophetam d. odio habu- D erunt me gratis; vnde subdit. *Dominatores eius dicti Dominus iniquè*. i. pontifices, scribę, & pharisei impie egerunt, auertentes plebem à Christo, & post eius crucem sponsam suam Ecclesiam acerrimè persequentes, *Dominatores eius iniquè agunt*, vel egerūt, quādoquidem ipsi fuere, qui commouerūt populum aduersus Dominum, vt concordi voce clamarent d. Crucifige, crucifige eum. Dominatores eius iniquè E egerunt contra eundem populum suū, quandoquidē ipsi fuerunt in causa quò minus idem populus quas ei offerebat, & proponebat Romanus Imperator pacis conditiones acciperet: dicebant .n. isti primates, Deum nequaquam eos relicturum, sed mox daturū illis opē, qua inani fiducia vsq; ad vltimum diē

Psal. 88.

pertinaces extiterunt expectātes Deū eis affuturum, & tādem omnes corruerunt. Potest accipi huiusmodi querela aduersus Sathanam, & principes tenebrarum, qui commouerunt Iudęos aduersus Christum, & Sanctos eius, quiq; seduxerunt primum hominē, & continuò seducunt, & peruertunt vnūquemq; nostrum, vnde dicit Deus. Et nunc quid mihi est hic? q. d. cur tandiu differo aduentum meum? cur amplius moror, & expecto suffragari populo meo, qui ablatus est gratis? quod negocij hic habeo, quid me detinet quo non succurram populo meo? populus iquā meus hoc est hominū genus, quod quidem est populus meus, sic enim dicit David. Nos populus tuus, & oues pascuę tuę, ipse enī fecit nos, & nō ipsi nos, ablatus est populus meus, idest populus iudaicus, ablatus, idest subtractus à cultu, & obsequio meo, & conuersus ad idola, ablatus est populus meus, populus inquā reliquarum gentiū, qui spreto me deo viuo, & vero conuersus est ad idola muta, & vana; populus quoq; per baptismum, & sacramenta in Christo regenerat⁹, ablatus est à cultu, & obsequio meo, & deductus ad explēda desideria cordis sui, & ad sectandas cuiusq; generis vanitates, & mendacia, vt de eo dicere possim cum propheta. Populus quē non cognoui, olim, serui uit mihi, in auditu auris obediuit mihi, nunc vero auctore Sathana ablatus est à seruitute mea, ab obseruatione mandatorum meorum, & à consortio & cōmunione fidelium. Quarè non iniuria dicebat Dauid. Beatus homo qui non respexit in vanitates, & insanias falsas: Dicit ergo Deus. Et nunc quid mihi est hic? q. d. non expectandum est aliud tempus, non amplius differendum, sed nunc, idest cum venerit plenitudo temporis, cum carnem susceptero, & deinceps mortem obibo, atq; ita exaltatus fuero à terra. Nunc, hoc est, absq; vlla mora, & veluti in instanti, atq; cito me expediam; hoc est quod ait. Et nunc quid mihi est hic? videlicet, cum iam tempus aduenerit, quid mihi est hic? quid me detinere poterit, aut retardare quò minus perficiā

Ps. 94. & 99.

opus

A opus ad quod missus sũ: vt scilicet libera rem populum meum de manibus inimicorum suorum, & de dura, & execrabili seruitute Dæmonis: si verò legatur textus nuper emendatus, cum inquit, *Et nunquid mihi est hic dicit dominus* huiusmodi potest esse sensus. Cũ populus meus nunc ad Aegyptios, nũc ad Assirios fuerit traductus. *Et nunquid mihi est hic* q.d. est ne fortassis iterum traductus dicit dominus; & quasi respõdens interrogationi, inquit vtiq; B traductus est, quoniam ablatus est gratis, quia sponte seipsum tradidit diabolo per peccatum. Quando traductus fuit ad Assirios, & Aegyptios, ostẽdi aduersus illos potẽtiã meã, nunc autem cũ seipsũ tradiderit, nũquid debeo sic facere? paulo post respõdit. Cũ autem dicit. *Dominatores eius inique agunt dicit Dominus*. Iam dictum est quod dominatores olim erant Satan, & Principes gentium et qui potestatẽ exercent in mundo hoc inferiore, quos diximus et C uere diximus iniquè admodum, & malitiosè aduersus Dei populum, & uitam Christiano homine dignã profitentem se se gerere, *& iugiter* inquit ipse Deus. *nomen meum blasphematur*. & innumeris, atquè inauditis afficitur contumelijs, quo loco uidere licet, & animaduertere Christi Domini blasphemiam, & alia quæcumq; scelera, quæ ab hominibus committuntur, in rectores, ac Principes populorum contorD queutur, cumq; Deus sui nominis blasphemiam uehementer admodum detestetur. subdit propheta hanc comminationem, quo omnes diligenter secũ ipsi cõsiderẽt quã maxime referat blasphemare nomen Dei, et presertim *iugiter ac tota die*, iugiter inquam .i. liberè, spontè, nullo contradicente, nullo obiurgante, et nullam ferè ob datã occasionem, quemadmodum Iudęi, qui dicebant Christo Tu quis es? quem te E ipsum facis? nonne Dęmonium habes? propter hoc .i. propter huiusmodi contemptum nominis mei, *sciet populus nomen meum in die illa*, dicit Dominus, quia ego manifestabo me ipsũ, & apparebo corã illis cũ signis, et ꝓdigiis, ac operibus, quæ nemo unquam alius fecit. Sed multo clarius, et manifestius sciet quisq; nomen meum, et uirtutem, ac potentiam experietur in die iudicii, dum unusquisq; propriam mercedem recipiet secundum opus suum, tunc inquam cognoscet, quia ego ipse sum qui loquebar; nullus erat scribarum, aut pharisęorum, sed ego ipse sum, qui loquebar per seruos, ac ꝓphetas meos, qui frequenter, in suis scriptis attestantur cum dicunt. Hæc dicit Dominus Deus. hic inquam loquebatur olim patribus in prophetis, nouissimè verò loquutus est nobis in filio.

Dicitur etiã Deus loqui per se ipsũ, & præsens esse quando loquitur; & se ipsum nobis manifestat, per cruciatus, & flagella, quemadmodũ dicebat Iob. *Iob. cap 19.* Manus Domini tetigit me. Tunc enim verè, & conuenienter dici potest nos audisse uocem Dei dicentis. *Ecce adsũ*. Nam cum Deus loquitur nobiscum admonitionibus, exhortationibus, prædictionibus, & prodigijs, atq; minis, tunc Deus non adest, neq; à nobis percipitur; at cum veniunt flagella, tunc verè dicere possumus, Deus nunc adest, quemadmodum unusquisq; in se ipso potest experiri, sicut & ego quandoq; sum expertus. Est etiam aduertenda forma illa loquutionis, qua utitur hic propheta, cum inquit. *Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa*. Quoniam ea solet vti quis dum uult alicui terrorem incutere, & ipsum pręmonete, se velle de eodẽ ultionẽ sumere, aut quouis pacto flagellis cedere, quasi dicat. Tu scies, tu uidebis, & tuo malo, & incommodo experieris, quid sim facturus. Est etiam aduertẽdum plurimũ referre, & magni ponderis esse, blasphemos sinere impunitos, quandoquidem sit peccatum, & crimẽ ualde detestandum; vnde non immeritò, quidã existimant nominis Dei blasphemiam omnium scelerũ genera sub se complecti, & nulli dubium ob huiusmodi crimen, & alios fœdissimos mores, quib⁹ nos Christicolę passĩ deturpamur, nomen Dei, & Christi Iesu Domini Nostri passim blasphematᵉ apud Iudęos, Turcas, & Barbaros, & quascumq;

cumq; alias nationes. De peccato blasphemię expone quod in fine capitis scriptum est. sequitur textus.

Tex 3. *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis, & prędicantis pacem: annũtiantis bonum, pradicantis salutem, dicẽtis Syon, regnabit Deus tuus.* Possunt hæc verba tamquam dicta a propheta hic suscipi, qui intelligens, & præuidẽs Christum dixisse. *Ecce qui loquebar ecce adsum.* preuidit etiam, & prędicit ipsum prius annunciaturum, & prædicaturum pacem, bonum, & salutem, & exurgens in admirationẽ tantæ uirtutis, & bonitatis diuinę, exclamat dicens. *Quam pulchri super Montes pedes annunciantis, & prędicantis pacem?* Quæ verba si de Christo domino intelligãtur, nulli potest esse dubiũ, quin ista Christi pedibus epiteta maximè conueniant, pedes enim Christi sunt valde pulchri, & speciosi, vt qui sunt ab omni sorde, & puluere peccati explosi, & in re quidem, quoniam si pedes, quos lauit Christus pulchri etiam, & speciosi nuncupãtur, vt mox videbimus, oportet Christi pedes esse pulcherrimos, & speciosissimos quippe q misericordia, & veritate sũt perfusi: & ijs duob⁹ pedibus venit in hunc mundum, misericordia, vt qui non vident, videant: & qui vident ceci fiant ob veritatem: qui etiã dicitur super montes incedere, & pręcurrere, ut quem itineris terminum intendebat, expeditè admodum, & celeriter esset perfecturus, super montes inquam pedes isti præcurrebant, hoc est super sanctos Apostolos, & Euangelistas quos gratia spiritus sancti illu-
psal 76. minauit, vt & ipsi illuminarent uniuersum orbem, quemadmodum de illis propheta testatur. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Quod autem Christus in hunc mundum adueniens anuntiaret, & predicaret pacẽ,
psal 71. manifestũ est, primum ex vaticinio Dauidis cum dixit, orietur in diebus eius: iustitia. & abundantia pacis. Deinde ipse idem Christus ab Apostolis discessurus sic ait. Pacem meam do vobis,
Ioan.c.24. pacem meam relinquo vobis, & D. Pau.
Ephe.2. idipsum attestatur d, Ipse, scilicet Christus, est pax nostra, qui fecit vtraq; vnũ: & pacificauit omnia per sanguinẽ crucis, siuè quę in cęlo, siuè quæ in terra, Deĩde annũtiauit bonũ, hoc ẽ, õnes gratias, & dona Spiritus sãcti nobis cõferẽda; si crediderimus in ipsum, sicut ipse dicit apud Ioãnem. Qui credit in me,
Ioan.7. flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. hoc autem dixit de spiritu, quẽ accepturi erant credentes in eum: prætereà dicit infra per prophetam. Audite me, & comedetis bona. & delecta-
Luc. 11. bitur in bonis anima vestra, & apud Lucã. Si vos cum sitis mali nostis dare bona data filijs uestris quãto magis pater vester de cœlo dabit spiritum bonũ petentibus se? Annunciauit etiam salutem, vt paulo infra videbimus, & supra etiam satis apei te dictum est, salutem, & his qui longè, & his qui propè iamdiu pronuntiatam fuisse, & ipse apud quemdam Euangelistarum dixit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, sa-
Marc.vlt. luus erit. Et hæc quidem omnia primitus fuere p Christum vniuerso orbi annuntiata, & prædicata, & deinde p Apostolos suos, & quoscumq; illis fue cedentes, veros Dei ministros, de qui-
Rom. 10. bus dicebat Apostolus ad Rom. 10. ex sententia huius Prophetæ. Quam speciosi pedes euangelizantium pacẽ? euãgelizantium bona? Et hi quidem super montes ambulabunt, annunciando pacem, & predicando bonum, dicit enim eorum pedes esse pulchros, & speciosos, quia scilicet non stantes, aut sedentes, aut quę sua sunt quærentes, diuinam bonitatem hominibus annũciant, nec immerito Esaias pedes potius, quam uoces, & linguas, & cætera corporis membra commendat, quoniam pedibus iter conficimus annũciaturi Euangelium, & predicaturi omni creaturæ; nec tamen ideo excludũtur aliç corporis partes, ad loquendum, & ad docendum necessariæ, magis tamẽ pedibus, quam alijs corporis partibus, ac membris, quem perferre oportet, laborem designamus, quo cuncti monẽtur, ne in huiusmodi sancto, & salutari munere obeundo sæculi huius delitias, & commoda vlla perquiramus, sicut etiam palam ipsemet Saluator pręcepit dicens, Nolite portare sacculũ,
Luc.c 10. neq;

neq; peram, neq; duas tunicas habeatis Vnde Aug. li. 32. contra faustū cap 10 dicit. qui sic Euāgelicā fidē tenet, vt sibi prosit, & ecclesiæ prodesse non renuat est vtroq; pede calceatus. Qui verò sibi tantum credendo putat esse cōsultum, discalciati illius de quo leg. Deut. 25. opprobrium in se non erit esse impletum. Præterea voluit indicare propheta, cū dixit. Pedes euāgelizātiū, fore pulchros, & speciosos, quales sīt futuri diuini Verbi cōcionatores, & Ministri, tota eorū vita, & sīgulis eorū actionibus, postea quā pedes, qui sunt corporis inferiores, & humiliores partes pulchros, & speciosos esse oportet, prętereo quod p pedes cōuniter affectus hominis designentur. Nonnulli allegoricè loquendo, per pedes euangelizantium intelligi volunt libros Euangelicos, quod in ipsis, & per ipsos Doctores diuini Verbi suum iter perficiāt. Dicuntur etiam pedes Apostolorū pulchri, & speciosi, quod breui admodum tempore suū cursum perfecerunt, hoc est, uniuersum ferè orbem ad fidem Christi conuerterunt Deo tamen id faciente, & mouente animos hominum, iuxta illud psalmi. Dominus dabit verbum euangelizantibus uirtute multa. Nec mirum etiam pedes Apostolorum fuisse pulchros, & speciosos, ut qui fuerint loti à Christo Domino, quos quidem, & si corporaliter lauerit, spiritualiter tamen, eos etiā lauisse credēdum est, quemadmodum Petro non intelligenti, dixit Christus. Nisi lauero te, non habebis partem mecum. Quod innuit Christus Dominus cum dixit. Quod ego facio, nescis modo, scies autem postea: vnde neq; cuiq; mirum esse debet, si Dominus prohibuit Apostolis calceamenta deferre, quia cum eorum pedes Christi lotione facti iam essent pulchri, nitidi, & speciosi, non congruebat eos calceamentis operire, & eorum pulchritudinem, formam, & speciem occultare. At quare super Mōtes incedere dicuntur isti pedes Euangelici? Respondeo ut omnes intelligant non ad loca tantū commoda, & gressu facilia, sed super Montes, ad loca inuia, & inaquosa, super locos alpe

Pedes apostolorū pulchri, et speciosi.

Psal 67

A ros, & inaccessos, ad gentes feras videlicet, & barbaras eos fuisse destinādos: nec solum paruis, & humilibus, ac idiotis hominibus, sed huiuscemodi primatibus, sapientibus, ac mundi rectoribus, Euangeliū fore prædicandum, Nec quemquam moueat Christum Dominum aliquando dixisse.

Confiteor tibi Pater cæli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, B quia aliò hæc dicta referuntur, neque his quę mox diximus ulla rōne aduersantur.

Matt. 11.

Super Montes etiā predicaturi mittebātur, quia scilicet Dei verbum non clanculum, & in locis abditis, sed sup montes .i. in locis patulis, & eminentibus, ita ut ab omnibus audiri possit, & percipi annunciandum est, sicut Dominus noster, uti consueuerat d. Ego palam docui in Synagoga, & in C occulto loquutus sum nihil. Addo, quod predicaturi Euageliū .i. ppter beneficia maxima nobis allata p Christū Dominum, debent ascendere mōtes .i. culmina virtutum, & bonorum operū, neque decet eos in uallibus, & criptis, aut locis palustribus .i. vitiorum cęno, & luto obuolui, demergi, aut sepeliri, quoniam reliquum est, ut eorum, quorum vita despicitur etiam pręedicatio, & doctrina contemnatur.

D Et quemadmodum dicebamus de Christo filio hominis, quod ipse ueniet annuntians, & pręedicans pacem, annūtians bonum, & prædicans salutem, ita dicēdū de istis, qui mōtes dicuntur, et quorum pedes super montes īcedētes, et ambulantes sunt valde pulchi, et speciosi, quod annuciabunt pacem, bonum, et salutem: Annunciabunt pacem .i. reconciliationem mundi factam per Christum Saluatorem nostrū; E anunciabunt pacem .i. quietem, et trāquillitatem animorum, annuntiabunt bonum, scilicet Dei gratiam ī nos effusam, et diffusam: annunciabunt bonū .i. Christū ipsū, qui est ipsum bonū, et bonorum omnium plenitudo; nec solum bonum, sed bona plurima, et ea quidem summa, et præcipua: sic Paulus aununciat bonum dum inquit Nos predicamus

Tria debēt ministri, & præcones Euangelii annunciare populis pacem, bonum, & salutem.

predicamus Christum crucifixum, Dei uirtutem, et sapientiam predicarunt Apostoli Christum esse mortuum, ut nos uiueremus Deo, Christū resurrexisse, ut cōformes redderemur eius resurrectioni, docuerūt Christū esse iustitiā nostrā, nostrā sanctificationē, ac redēptionē, ut p eius fidē iustificaremur, & sanctificaremur, denique qui prędicat Christū, prędicat eum in quo est adunatio omniū bonorū, & ī quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. B Hoc est unum, et uerū, et solū bonum quod expetere sēp, et desiderare oportet, reliqua ōnia sūt fraudes, & ludibria; huic bono nos gratos, et acceptos effici super omnia est ānirēdū. Annūtiabūt deniq; salutē, quæ est finis, et cumulus omnium bonorum, et desideriorū nostrorū, salutē dico corporis, et animę, per quā participes efficimur aeternę hęreditatis: per salutē nōnulli aliud nihil uolunt intelligi nisi Dominū Iesum, qui verè est salus, uita, et redēptio C nostra, p quē saluati, et liberati sumus; hi tandē quorū pulchri sūt pedes, *dicēt ipsi Syon. Regnabit Deus tuus, gaude, & latare*, non eris amplius sub dominio, sub aliorū potestate, necq; Dæmonis imperio subiacebis, sed sub eo tātū, qui est Deus tuus, et hic est verę predicationis euangelicæ scopus, et finis, ut sciamus, et cognoscamus quod Deus noster Christus Dñs regnauit, hoc ipsū do D cuit nos orare, et petere Saluator d. Adueniat Regnū tuū. Olim namq; prius quā scilicet Deus fieret homo, Sathanas regnabat ī nobis, Christo autē accedēte, regnare cæpit ī nobis Deus; quo circa Dauid iugiter, et alacriter psallēs

Psal. 98. d. Dominus regnauit, exultet terra, lętētur insulæ multæ; nihil certé melius, aut optabilius potest quis expetere, q̄; quod Deus regnet in nobis, quia tunc nihil nūquā deerit, quin potius bonis E omnibus abūdè pfruemur, nec permittamus umquam peccatum regnet in nostro mortali corpore, ut obediamus concupiscentiis eius. Vt antē manifestius demōstraret ingētē lętitiā, et inenarrabile gaudiū, quo qui cognouerit, et crediderint in eū quē speciosi pedes annūciabūt, pfūdētur, subdit propheta,

A et inquit. *Vox speculatorū tuorū leuauerūt vocē, simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit Dominus Syon.* Vox inquā speculatorum .i. uox Apostolorū, atq; eorū, qui positi sūt super speculā, ut custodiāt te, protegāt te, et tui curam suspiciāt, isti inquā leuauerūt uocem .i. alta uoce proclamarūt, et annunciarūt pacem, bonum, et salutem. simul laudabūt .i. cōcorditer, et una uoce clamabūt, nō erit dissensio B inter eos, ōnes idem sentient, idem dicent, et hoc ideo, quia sensibiliter, et manifestè Deū ī carne uidebūt, quemadmodū legitur apud quemdā prophetā ipsū Deū aliquādo ī terra uisū, et cū hominibus esse conuersatū, et sicut D Ioānes attestatur d. Et uidimus gloriā eius, gloriā quasi unigeniti à Patre. Et prima Epistola cap. 1. Quod uidimus, et audiuimus de uerbo uitę, ānunciamus uobis: Vel oculo ad oculū uidebunt, quia oculi mei semper ad Dominum, et econtra. Oculi Domini super iustos, et aures eius in preces eorū: hoc autem erit cum cōuerterit Dominus Syon i. cum Christus Dominus, et Deus fuerit factus homo, tunc scilicet totus incumbet, et insistet ī cōuertendo, et reducendo Syon, hoc est Ecclesiam ad se, prædicādo, miracula faciendo, et ea opera peragendo quibus facilè potuerint cognoscere ipsum esse D uerū Messiā, sicut ipse dicebat apud Ioannē. Si mihi nō uultis credere, operibus credite. Et alibi. Opera quę ego facio in nomine patris mei, hæc testimoniū perhibēt de me. Videbūt etiam electi oculo ad oculū ipsū Deum post hāc uitā, ubi nō āplius ī enigmate, sed facie ad faciē Deū uidebūt, sicut etiā dixit Apost. 2. Corīt. 3 Nos reuelata facie gloriā Domini speculantes, trāsformamur ī eādē imaginē et c Et tunc uerū E erit quod Dauid psal. 125 decātauit d. In cōuertēdo Dñs captiuitatē Syon, facti sumus sicut cōsolati, Tunc repletū ē gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione. Vnde sequitur. *Gaudete, & laudate simul deserta Ierusalē*; tu Ierusalē, iā deserta, et destituta omni bono, uel deserta Ierusalē i. loca uastata, et desolata ciuitatis Ierusalē, et circa omnem

Tex. 4
Baruch. cap. 3.
Psal. 33.
Ioā. cap. 10.
2. Cor. 3.
Psal. 125.

omnem regionem Iudeæ, gaude inquã, & lauda simul Dominum Deũ *quia cõsolatus est populum suum, & redemit Ierusalem* non a captiuitate Babilonica, nõ ab oppresione Aegytiaca, sed a seruitute Dæmonis, a tyramnide mortis, & inferni, & a laqueis peccati. *Parauit Dominus brachium sãctũ suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terrę salutare Dei nostri.*

Quibus dictis sequitur admonitio quędam, siue adhortatio ipsius Dei, siue facta a Deo, uel ad omnes eos, tam Iudęos quam Gentiles, qui per fidem cõgregati sunt, & Ecclesiæ filii nuncupãtur, vel ad sanctos Apostolos, & Euangelistas, qui in omnem terram, & omnes terrę habitatores Dei uerbũ erant ãnunciaturi. Nec audiendi sunt illi, qui existimant hanc admonitionem fieri ad Iudeos, qui sub seruitute detenti erant Babiloniæ, longè quidem diuersa est prophetæ intentio & aliò fertur, & tendit spiritus eius, quod si ad iudæos uerba fieri uelimus, intelligamus hunc in mundum vt scilicet moneantur, postea quam cognouerint uerum Messiam Christum Dei filium, no sint ãplius suis illis traditionibus & ceremoniis detineri, sed ab eo cultu recedant, & salutarẽ Euangelii predicationem suscipiant, & complectantur. nec velint in obseruantiis legalibus inutiliter occupari, & sceleratam uitã ducere, nec velint pollutum, & coinquinatum tangere, neq; cum aliis ullo pacto cõmisceri, ne & ipsi polluantur, & inquinentur. Scriptum est enim. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, sed nota de quo tactu loquatẽ Salomõ ut mox declarabimus Monet etiã hic Deus, & coortatur omnes gentes, quæ hactenus veraDei cognitione erant destitutę, posteaquam viderint salutare Dei nostri, & brachium eius, hoc est Dei filium hominem factum, et iam nobis reuelatum, et patefactum in oculis omnium gentium, ab idolorum cultu recedant, et Euangelicam prædicationem admittant, et fortiter amplectantur. Postremo monemur omnes, ut cognito redẽptionis beneficio per Christum nobis allato recedamus

A a peccatis, et ab omni iniquitate, nõ amplius in cubilibus, et impudicitiis, nõ in cõtẽtione, et ęmulatione, sed induamur Dominum nostrum Iesum Christum. Sic ergo habet textus. *Recedite, recedite exite indè pollutũ nolite tãgere, exite de medio eius*. i. non declinetis ad dexteram neq; ad sinistram, et ita abeatis, quo uideant omnes nos liberè, et sponte, nullo persequente recessisse, et absque ullo timore, et pauore
B priorem abiecisse conuersationem. Nulla est enim societas luci ad tenebras, neque ulla pars fidelis cum infideli. Neq; enim potestis seruire Deo, et Mammone, cęterum *Mundamini, qui fertis uasa domini*. Tex. 70. habet separamini, non mundamini, sed hoc nihil refert. fuerat enim sancitum, & iustè decretum, ut qui seruiebant in templo, & quæ diuino cultui ministrabãt, uasa cõtrectare, ac deferre debebãt prius
C mũdarent, ne ulla ĩ eis fœditas aut macula appareret, neq; in uultu, neque in vestibus. Et aduerte (vt d. Chrisost.) Prophetam expetere non solum, ne faciamus immunda, sed neq; etiam tangamus. Vnde D Aug. d. Qui malo consentit. ille proculdubio tangit immundum, sed Hom. 23. inter 50 Hom. cap 2 refert hęc verba ad Hipochritas, qui cum sint omnium impurissimi, existimantes alios fore immundos, di-
D cunt hęc verba. Recedite, recedite. & lib. 5. contra epistolam Parmeniani cap. 4. d. Immundum non tangit, qui ad peccatum nulli consentit, exit autẽ inde, vt salua sit eius causa apud Deũ. Si etiam disciplinam corripiendi, & arguendi, salua pace non negligat; & qui nõlt corporaliter manifestos malos deserere, cogitur etiam quandoque lãtẽtes bonos deserere, et tractatu. 18. de Verbis Domini cap. 20. d. Recede-
E re quod monet Propheta itelligitur de recessu cordis non loci, aut corporis, et exire inde, corripere proximum, et defendere causam. Cum autem corpora nostra pariter et anima sit templum Domini, et uasa spiritus Sancti multo cõuenientius oportet illa mũdare ab omnibus inquinamentis, quemadmodũ D. Paulus 2. Cor. cap. 6. monet.

Non.n dubium est sanctos Apostolos, & quoscumq; veros, et fideles diuini verbi ministros vasa Dei nuncupari, quẽad modũ fuit D.Paulus Apostolus, qui uas electionis fuit ab ipso Christo nuncupatus, pręparauerat.n.se in prętiosũ uas & aptum in ministerium Dei. Vasa etiã Domini dici possunt armatura Dei spiritualis, de qua loquitur Apostolus ad Ephes. 6. dicens. Induite uos armaturã Dei, ut possitis resistere, et in omnibus perfecti stare; & singula quę totius corporis membra pręmuniunt, arma enumerat. Et ad Rom. 13. cap. Deponentes (inquit) opera tenebrarum, induamur arma lucis. Huiusmodi enim arma sunt lorica iustitiæ, galea salutis, Clypeus fidei, gladius spiritus, quod est verbum Dei, & pręter hæc oportet habere cingulum ueritatis, & calceatos pedes in præparatione Euangelii pacis. Cum itaque habuerimus hanc armaturam spiritualem, Sathanę, eiusue insidiis, ac impugnationibus facilè resistere, animas nostras protegere ac seruare poterimus. Et ne quis forte posset excusari tempus non adesse, atque ocium, quo mundari possimus, cũ oporteat nos cito pręparari, & quasi fugientes, latenter exire, quemadmodũ Israelitæ exeuntes de AEgypto poterãt excusari, quod pre metu Aegyptiorum non poterunt ferre secum panes fermentatos, dicit hic Deus per prophetam, non sit uobis hic timor, ac suspitio, *quoniam nõ in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. precedet enim uos Dominus, & congregabit uos Deus Israel.* Neque enim (dicit D.Hier.) ut uicti de Hyerusalem, sed ut victores secesserũt, ut qui qnotidie predicantes in templo Euangelium Dei, multa millia Iudęorum, Christi fidei subiecerant, & mundum ipsum illius Euangelio subiugarunt. Voluit enim Deus Apostolos suos quietè potius, & quasi auctoritate prælitos ab ordine Iudaico tutos recedere, uelut detrectantes, & dedignantes, seu dedignari eum ipsis Iudęis, vsque adeo turpibus, & sceleratis amplius uersari, & cum profanis, atque improbis connumerari. Præcedet enim uos Dominus tanquã Dux

Ephes. 6.

Rom. 13.

A & ductor, atq; defensor, neq; permittet vos vspiã molestari, & cõgregabit uos Deus Israel, hoc est de orbe terrarũ unũ gregẽ faciet, ut aliquãdo cõtingat quod ab eo prędictũ est. Fiet vnũ ouile, & vnus Pastor. Et in vnũ reducet vos ne amplius dispergamini, ppterea quidẽ uenit in mundũ filius Dei, ut filios Dei tã ex Gentibus quã ex Iudęis qui erant per vniuersum orbem dispersi congregaret in vnum. Sequitur textus.

B *Ecce intelliget seruus meus, ex altabitur, & sublimis erit ualde.* Hic procul dubio loquitur Deus Pater de Christo Domino filio suo, vt exponit Aug. de Ciu. Dei ca. 29. ostendens quomodo Deus Israel, sit congregaturus eos qui in varias sectas, & errores dispersi erãt, quomodo itẽ sit cõsolaturus populũ suũ, & redẽpturus Israel, & dicit *Ecce intelliget seruus meus,* hoc est filius meus vnigenitus, quẽ vocat seruũ quia serui formã suscepit qui cũ omniũ esset Dominus, ad humilitatis formã, ac mensurã descendit, C intelliget inquã, optimè nouerit, qua ratione redimi possit Israel, oĩa quidẽ cũ intelligẽtia, & sapiẽtia diuina faciet & loquetur, ppterea dicebat ipse, Benedicã Dominũ qui tribuit mihi intellectũ ex quo cõstat ipsũ habuisse animã intellectiuã, & cõsequẽter fuisse verũ hominẽ, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde: Pater quidẽ exaltabit illũ, & D donabit illi nomen quod est super omne nomẽ, & propterea data est mihi omnis potestas (dicebat ipse) in cœlo, & in terra. Exaltabitur inquã super lignũ crucis, & à terra eleuabitur cum ascenderit in cælum, & collocatus erit ad dexteram Patris; cui deinde omne genuflectetur, cœlestium, terrestrium, & infernorũ Christus per suã passionẽ moeruit exaltari, quia resurrexit, quia in cœlum ascendit, quia sedet ad dexterã paE tris, deniq; quia iudicaturus est omnes gentes, sed exaltationẽ ex parte animę moeruit ab instanti conceptionis suę. Deinde sequitur. *Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius,* ut conuenienter dixerit ille cæcus à natiuitate. In hoc mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos. Sic etiã dicit, hoc loco Esaias

Tex. 6.

D. Thom. 3. p. q. 49. art. 6

in persona Dei Patris. *Sicut obstupuerunt super te multi*, videntes mirabilia, & signa quæ fecit, sic inglorius erit inter viros alicuius potentię, & dignitatis, quem admodum Abacuh propheta loquebatur dicens. Domine audiui auditum tuum & timui: fuit quidem inglorius, humilis, & abiectus inter eos, qui se aliquid esse existimant, non quo in eius forma fuerit ulla fœditas, aut turpitudo, cum speciosus forma fuerit præ filiis hominum; sed quia in humilitate uenerit, & paupertate: propterea dicebat hic propheta c. 53. Vidimus eum nouissimum virorum, & non erat ei aspectus, neque decor. *Iste asperget gentes multas*. i. lauabit sanguine suo, & aqua baptismali, & mūdabūtur, asperget etiā lauacro pœnitētię, quod petebat *Dauid*. d. Asperges me Domine hyssopo, & mūdabor, lauabis me &c. Solebāt. n in veteri lege cinerū, & aquę nōnullę aspersiones fieri, quæ omnia designabant ablutionem, & aspersionem quæ fieri solent in noua lege, dicit signanter. Psal. 50.

Iste Asperget gentes multas, super ipsū cōtinebūt Reges os suū, quia quibus nō est narratū de eo uiderūt, & qui nō audierūt cōtēplati sunt. Asperget (inquā) *gentes multas*, quia nō tota nec sola Iudęa cōuertetur sed quicunq; sunt prędordinati ad vitam ęternā, qua mquam præter eos multi etiam erunt vocati, & fidei veritatem professi, sed nō persistent & hi erunt ex eorum numero, quibus non est narratū de eo, sed pleriq; ex his credent in eum, non habentes, qui eos instruerent, hoc est, neq; Prophetas, neq; doctores, & qui non audierunt eum prædicantem, neq; viderunt eundem signa, & miracula facientē, nihilominus contemplati sunt eum ac venerati, intelligentes diuinitatem, & maiestatem eius, qui tandē videbunt gloriam eius. Super illis verbis ubi dicit Propheta *Super ipsum continebunt Reges os suum*; id quidem fuit impletum, dum certiores facti de potētia virtutis eius, non audebant contra ipsum quicquam ob oqui, & effari, id quod maximē contingit postquam à Sūmis Pontificibus, & sacrosanctis Conciliis fuit erectum tribunal aduersus Hęreticos, & diuini nominis detractores, sed re uera qui nunc permittunt varios ac diuersos hæreticos perturbare Ecclesiam Dei suis hęresibus, & variis dogmatibus, nullo pacto sunt excusabiles, nec videntur continere super eum os suum, ni hoc loco prædicit Esa. & Dominus noster apud Matth. 13. prædixit in illa parabola de grano Sinapis, quæ cum creuerit in arborem, volucres cęli venerunt, & habitant in ramis eius, per quos arboris ramos D. Hieron, interpræratur varia ac diuersa dogmata in quibus diuersi volucres requiescunt, hoc est varii Doctores, iuxtà eorum placita suas opiniones sumunt, ac tuentur. Qui uerò super arborem, à Christo plantatam resident, ac quiescunt, non varia ac diuersa dogmata confingunt, & amplectuntur, sed ea solum, quę sacrosanta vniuersalis Ecclesia recipit, ac tuetur. Possumus etiā per ramos arboris quę de grano Sinapis creuerit, nō solum diuersitates dogmatum, quæ sancta, & vniuersalis Ecclesia reprobat, ac anathematizat, sed eas potius quibus Ecclesia sponsa Christi fulcitur, et ornatur, veluti est dogma sanctissimæ trinitatis, Misterium incarnationis, dogma futuri iudicii, & pleraq; alia, quæ tanquam nota non est opus hic recensere, in quibus animę credentium, uel fortitudines Dei seruitio mancipatæ habitant, ac requiescunt, id quod videtur intellexisse. D. Hyeronymus. Et hic est finis huius cap. Matth. 13

De Peccato Blasphemiæ.

ET quoniam de peccato blasphemię incidit sermo opportunum fore ducimus de eo aliquid enarrare, & primò quidem numquid peccatum blasphemię sit omnium grauissimum. quemadmodum nunc obiter diximus. Et rectè quidem nos dixisse credimus, tùm auctoritate Glos. super cap. 48. huius prophetę, quæ habet hæc verba. Omne peccatum comparatum blasphemiæ leuius est. D. Tho. secunda secūdæ q. 13. per to. q. 13. D. Tho. 2. 2.

tum. dicit blasphemiam esse peccatum maximum tum ratione sui, tum quia uidet annexũ, & quodámodo coniunctũ cũ peccato īfidelitatis; quod quidē secundum suum genus est peccatum maximum. Namquè sine fide impossibile est placere Deo. Neque solum blasphemia modo quodam spectat ad infidelitatem, & est cognata illi, atquè naturali quodam ordine emanans ab illa, verum etiam est peccatum quam maximè aggrauans infidelitatem. Cõueniunt siquidem blasphemus, & infidelis in hoc, quod uterq; dicit malum de Deo attribuens illi quod ei nõ cõuenit, aut ab eo subtrahens, quod sibi cõuenit, vel creaturæ tribuens quod soli Deo competere iustum est. Sed differunt in hoc, quod infidelis sentit, & dicit malum de Deo: blasphemus autem si dicit, non tamen sentit quicquã mali de Deo. Nec refert an dicat interius, vel exterius, nec huiusmodi diceret quocumque sit modo diceretur, & esset peccatum nisi etiam consensus uoluntatis adesset: qui tamen in quibusdã blasphemis leuiter, & cursim adest, in quibusdam vero nimis fortiter, & affectate.

Blasphem⁹, & infidelis quomodo cõueniunt.

Blasphem⁹, & infidelis quomodo differunt inter se.

Sed cum blasphemus non solum dicat contrarium ore eius quod sentit, uerumetiam corde, quæ nam differentia erit inter ipsum, & infidelem?

Respondet Caiet: super locum præallegatũ, quod infidelis non solum dicit corde, quæ sunt contraria fidei uerumetiam omnino dissentit; blasphemus autem si quandoquè in corde suo dicit, & opinatur aliquod falsum contrarium fidei, non tamen dissentit ab his quæ sunt fidei, & ob hanc causam distinguitur, & secernitur infidelis a blasphemo, ex quibus potest facilè inferri quoscunque Hęreticos fore infideles, cum semper corde, ore, & opere sentiant, & dicant, ac mordicus subsistant ea quæ sunt contraria fidei.

Nota etiam (ut diximus) non esse eiusdem grauitatis, & culpę blasphemare Deum secundum se, & blasphemare, seu iurare, aut protestari per corpus, & sanguinem eius, aut membra ei tribuere, quæ sunt hominis, quoniam

A postquam suscepit carnem humanam non tribuitur ei quod non habet, sicut antea. & consequēter nõ incurritur peccatum blasphemię, (propriè, loquẽdo) quemadmodum contingit dum eadem tribuimus Deo secundũ se, licet Deus humanatus ob irreuerentiam tunc maximè offendatur, & tanto grauius, quãto frequentius: quod tamen peccatum existimat Caiet. inter venialia recensendum. At ego non facerem eiusmodi
B delinquentem, & tribuentem Deo hominis membra omnino immunem à peccato mortali, & saltem à transgressione secundi præcepti primę tabulæ, qua præcipitur nomen Dei non assumēdum esse in uanum, neque per illud frequenter iurandum. Nota etiam (vt idem doctor satis aecuratē dicit) non ita grauiter peccat in Deum, & sanctos qui ex quadam passione extranea, vt prouocatus ab aliquo, siue quouis alio
C accidente commotus, non autem ex industria, & data opera, aut frequenter lapsu linguæ blasphemare contigerit, quemadmodum ille, qui ex affectu deliberato, ac detestatiuo Deum, & sanctos blasphemauerit. sed utcumq; sit, cauendum est magnopere ab hoc peccato, quod ratione obiecti est multo grauius quam sit homicidiũ periurium, & multa alia, quæ suo genere sunt grauissima, & uitanda est oc
D casio blasphemandi, cuiusmodi sunt contentiones, æmulationes, ác dissidia, ne fortè ex frequentatis actibus fiat habitus, & perniciosa quædam consuetudo, quę postmodum uertitur in naturam.

Sed mirum est quod ibidem dicit Caiet. videlicet Blasphemiam credentis in Christũ longe fore perfectiorem, hoc est detestabiliorem quam blasphemia eius qui non credit in Christum Do
E minum. quod probat per illud 2. Petri cap. 2. Melius inquit erat eis, veritatem non cognoscere, quam post agitam retrorsum conuerti ab eo quod traditum est illis sancto mandato. Et D. Paulus ad Heb. 6. habet ferè eandem sententiam cum inquit. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, & que sequũtur, & ꝓlapsi sunt, rursus renouari ad pęnitētiã,

D. Paulus hab. cap. 6.

rursum

rursum crucifigentes in semetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Et cõfirmatur hoc idem per verba Christi apud Mattheum 12. De spiritu immũdo qui cum reuersus fuerit in domum unde prius exierat, fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Et quãquam blasphemia (ut diximus) multis nominibus peccatum sit grauissimũ, in ista tamen grauitate, seu pondere datur aliqua latitudo; non enim eiusdem est grauitatis, si quis blasphemat Deiparam Virginem, & sanctos, & quamlibet aliam creaturam, neque si quis blasphemat Deum in sua diuinitate, & maiestate incomprehensibili, consideratũ, & eundem Deum in humanitate assumpta: grauior namque blasphemia est, quæ fit contra Deum quouis modo consideratum, quam ea quæ

Matth.12.

A iacitur contra Virginem, & sanctos eius: & quę contra Virginem longe maior, quam ea, quæ contra sanctos, & quascunq; creaturas Dei rationales. Nec solum delinquimus cum blasphemamus eos, quorum animæ quiescũt in Cœlo, atque etiam Angelicos spiritus, & homines in terra degentes presertim eos, qui fulgent aliquo splẽdore, & dignitate, uerum etiam peccatum est, & ad Blasphemiã reducitur

B maledicere creaturis irrationalibus, & ipsis quoq; elementis ac elementatis, quatenus sunt Dei creaturę, ut docet Diuus Thom. 2. 2. q.76. art.2. quamquam maledicere creaturis his irrationalibus secundum se consideratis, est quid ociosum, & uanum.

Et hic satis de 52. cap.

CAPVT QVINQVAGESIMVM TERTIVM.



VIS credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Et Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum; despectum, & nouissimum virorum, uirum dolorum, & scientem infir 1.
mitatem, & quasi absconditus vultus eius, & despectus, unde nec 2.
reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos 3.
quasi oues errauimus, vnusquisq; in uiam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse uoluit, & non aperuit os suũ. sicut ouis ad occisionẽ duce

tur, & quasi agnus coram tondente se obtumescet, & nõ aperiet os
4. *suũ. De angustia, & de iudicio sublatus est: generationẽ eius quis*
enarrabit? quia abscissus est de terra uiuentium: propter scelus po
5. *puli mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem*
pro morte sua: eo quòd iniquitatem non fecerit, nequè
dolus fuerit in ore eius; Et Dominus uoluit conterere eum in infir
6. *mitate, si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæ*
uum, & uoluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod
laborauit anima eius, uidebit, & saturabitur: in scientia sua iu
stificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ip-
se portabit. Ideo dispertiam ei plurimos: & fortium diuidet spo
7. *lia, pro eo quod tradidit in mortẽ animam suam, & cum scele-*
ratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro trã-
sgressoribus rogauit.

EXPLANATIO IN
QVINQVAGESIMVMTERTIVM CAP.
ESAIAE PROPHETAE.

QVIS credidit auditui nostro? & brachium domini cui re uelatum est &c.

OPORTVNE admodum mihi accidit hoc tempore, quo misteria dominicæ passionis recoluntur, caput istud exponere: ubi de passione, & morte Christi tàm clare, & apertè ab hoc propheta pertractatur, ut non multò apertius, & fusius de eadẽ à sacris Euangelistis peragatur. Sed fortè miraberis, cum antea toties ab hoc eodem propheta de eodem subiecto fuerit quàm abundè tractatum, il- A lud ipsum in hoc presenti capite rursus tractandum aggrediatur?

Sed omnis cessabit admiratio, dum memineris nihil ferè aliud nostræ saluti magis conducere, quàm frequens & assidua dominicę passionis commemoratio, & quoniam Iudęi fuere ualde stolidi, & tardi corde ad credendum in omnibus his quæ locuti sunt prophetę, propterea ipse propheta, uel tanquã dolore correptus, uel admiratione cõmotus ita exorditur dicẽs. B *Domine quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui reuelatum est?* Ipsos namque

namque Iudęos dum huiusmodi vaticinium arripere, & cognitionem viuificam excipere, memoriæq; mandare decreuisset, è contra insultarunt Apostolis, & sacra misteria proponentibus dicebant. Alia nobis loquimini, & annunciate nobis alium sermonem, aduersus quos loquitur Hierem. c. 25. d. Veh mihi, mater mea quare genuisti me virum rixę, uirum discordiæ in uniuersa terra? & quãq; ex his verbis voluit propheta innuere Iudæos difficile admodum credituros & plerosque præter Iudæos, nunquam itidem credituros, potest tamen intelligi, dum dicit quis credidit auditui nostro? in vniuersum paucissimos ex Iudęis & gentibus credituros, iuxta illud Apostoli. Non omnes obediunt Euangelio, quòd Christus dominus uerus ille messias, qui expectabatur summa cum dignitate, & amplitudine regnaturus, debeat contumelis, opprobriis, flagellis, & uerberibus subiici, & postremo in crucem agi, & mortem pati; proinde Apostolus dicebat. Verbum crucis Iudæis est scandalum, gentibus autem stultitia. Sensus ergo horum verborum est.

Hier. c. 25

Quis credidit auditui nostro? quis inquam ex Iudęis credidit auditui nostro? quasi dicat, pauci admodum, & fortè nullus. Potest etiam iste textus aliò referri, ut videlicet, ipse propheta tanquam mirabundus pereunctetur & quęrat. Quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatũ est? q.d. Quis vnquam credidisset quòd gentes, quę nullos habuere doctores, aut prophetas, eiusmodi vaticiniis, & prædictionibus fidem adhiberent, quas tamen adhibuisse manifestum est, adeò vt hęc sint dicta in detestationem, & condemnationem Iudęorũ, quod scilicet gentes de quibus minus videbatur crediderint, Iudæi verò nequaquam, & existimant eiusmodi verba tanquam dicta à propheta in persona Apostolorum, & discipulorum Christi:

Alii volunt hęc verba tãquam à Christo domino prolata, ut ipse Christus pereunctetur, & dicat. Quis credidit auditui nostro? Nullus enim, neque

A propheta, neque Apostoli, neque ipsemet Christus percũctatur, & dicit. Quis credidit doctrinæ nostræ; quis credidit uerbis nostris, aut nostris prædictionibus, sed tantum auditui nostro, ut ostẽdat neque prophetas, neque Apostolos sed neque ipsum Christum quicquam à se ipso fuisse locutum: prophetæ enim & Apostoli ea tantum dixerunt quæ audierunt a Deo; & Christus, ut habet apud Ioannem. Non est locutus à

Cur potius auditu quã uerbis dicit paucos credidisse.

B metipso, sed quęcunque audiet, loquetur: sicut alibi dicit. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me: propterea conuenienter dicit propheta.

Ioan. 16.

Quis credidit auditui nostro, idest quis credit iis, quę audiuimus à spiritu Dei, et quæ nos ipsi uobis predicauimus? & brachium domini cui reuelatum est? Per brachium (ut supra dictum est) omnes intelligunt ipsum Christum Dei filium, quando per ipsum, & in ipso Deus

C operatur, quicquid effectum est, ut testatur ipsemet Christus apud Ioan. d. Pater in me manens ipse facit opera. Brachium ergo istud reuelatum est gentibus posteaquam Iudæi ipsum neglexerunt. sic enim dictum est supra: Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terrę salutare Dei nostri. sequitur deinde.

Psal. 97.

Et ascendet sicut uirgultum coram eo,

D *& sicut radix de terra sitienti, non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum &c.* Virgultum secundum quosdam dicitur multitudo uirgarum pullulantium, et conuenit ipsi Christo uirgulti denominatio siue transumptio, quia creuit in altum, pluresque ramos produxit, et deduxit in altum quemadmodum virgultum.

Christus uirgultum.

E His verbis primum describit ipse Propheta, & prædicit Incarnationem Domini, quam ideo hoc loco repetit, ut magis notet Iudæorum incredulitatem, non agnoscentium vel agnoscere detrectantium, filium Dei, qui ex eis est, ortus, inter eos enutritus, atque conuersatus: dicit ergo. *& ascendet sicut uirgultum coram eo,* idest coram populo Israel in conspectu illius, il-

lo vidente, spectante, & pariter agno A sceute, qui quidem non statim in arborem excreuit, sed pedetentim, secundum gradus, & temporum progressus velut cęteri homines in uirum perfectum euasit. Alii exponunt *Ascendet sicut uirgultum*, hoc est velut insperato, & nullo extrinsecus operante, vel cogitante, sicut plantula tenera, & sicut puer lactens coram eo, idest coram Deo (dicunt aliqui): vel coram eo, idest habitu, & forma B hominis sicut virgultum. Dicit Diuus Hieronymus hac forma loquendi voluit propheta ostendere Christum assumpsisse hominem, qui processit de vtero Virginali. Aut dicas, quod humanitas Christi processit de terra sitienti, idest de peccatoribus: Vel ut inquit Dionisius, de terra maledicta Iudaicę siccitatis nullum habente humorem fidei. Et sicut radix de terra sitienti, idest de terra arida, C & inaccessa, qualis erat vulua genetricis, quæ nunquam fuit cognita viro, neque tacta nisi à virtute spiritus sancti.

Potest etiam dici beata Virgo similis terrę sitienti, quia nullo concupiscentię carnalis ardore fuit affecta: Vbi nota (ne aliquando confundaris) Beatam, & gloriosam Virginem, quandoque terræ sitienti, seu terræ aridę, & siccæ; quandoq; vero ter- D ræ fœcundæ comparari ob varias conditiones, & effectus, qui ab ea prodiuntur: dicitur enim fuisse sterilis, & sicca, quia nullius uiri contactu dicitur peperisse, foecunda verò optimo iure nuncupatur, quia peperit filium omni gratia, omni virtute plenissimum.

Beata virgo dicitur terra sitiēs et arida, dicitur etiam terra foecunda.

Et quamquam alicubi eadem appelletur radix, velut supra dictum est. Egredietur virga de radice Iessę E & flos de radice eius ascendet, potest nihilominus, & Christus ipse radix appellari: quemadmodum Apocalip. 5. & hoc in loco. Christus appellatur radix, quę processit de terra sitiente: & congruè quidem Christus ascendit sicut virgultum, & sicut radix de terra sitiente, quia ex vtero matris prodeundo ascendit, deinde ex morte resurgendo, denique de mundo in cęlum ascendendo.

Nonnulli ex hac forma loquendi existimant Iudęos sumpsisse occasionem, ne Christo crederent, & brachium Domini agnoscerent, quamquam uisibilis in carne appareret: quandoquidem in ipso statim sui exordio, similis fuit in oculis Iudæorum uirgulto, seu radici prodeunti de terra sitienti, idest de terra, quæ cum careat humore, producit aliquod virgultum, cui nulla est species, nulla pulchritudo, nullus decor: dominus quidem Iesus natus est ex virgine paupercula, priuatam deinde vitam agens per triginta annos nulli penè cognitus, humilis, & adiectus, atque ideo existimari non poterat futurus unquam magnus aliquis, aut insignis, & proinde ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti, cui non erat species, neque decor. sic quidem exponunt aliqui viri satis eruditi, & ingeniosi. Nos autem sequentes communem interpretum sententiam, dicimus quod quamquam Christus secundum humanitatem potuerit comparari virgulto, & radici de terra sitienti quemadmodum plerumque solent esse regiones arenosæ, quod tamen sequitur.

Non est species ei, neque decor, & quę deinceps ad eius passionem referenda esse putamus. Cum enim paucissimis illis verbis humilem, sed planè diuinam, & supra hominis captum eius incarnationem innuisset, mox ad eius passionem describendam uerba conuertit, dum inquit. *Non est species ei neq; decor:* Non erat quidem species ei diuina, quia obtecta erat, & occultata humanitate, non erat ei species diuinę virtutis, neq; decor assumptę humanitatis: vel dicas quod non erat species, neq; decor, quia facies illa candida, & speciosa, sputis, & alapis erat compressa, attrita, & deturpata, squalore, & inedia consumpta: vel dicas *non erat ei species* neq; decor apud

Christo Dei filio nō erat species, neq; decor.

1. expositio. *2. expositio.* *3. expositio.*

apud Iudæos, quibus cum esset iam fla- A gellatus, & verberibus contusus, dum præsertim in cruce pendebat, deformis, & foedus apparebat, at his, quibus erat mens sana, & quorum oculi erant clari, & nitidi, & fidei luce purgati, aspectus eius erat desiderabilis, & gloriosus: qua quidem ratione concilia ri possunt tot expositiones, & sententiæ, quę dissidere videntur, vt cum apud prophetam Dauidem ps. 44. dicitur fuisse speciosus forma præ filijs hominū. B hoc verum est apud eos, quorum intellectum Spiritus sanctus illustrem, et conspicuum reddidit, secus autē apud eos qui lumine fidei erant destituti: Aut breuius dicas (vt inquit Cyrillus) quod Christus secundum naturam diuinam dictus est speciosus forma pręfilijs hominum: at secundum humanitatem, non fuit ei species, neq; decor: non enim (inquit Cyrillus) ex sancta virgine matre diuite ortus est, sed in C omni humilitatis genere est versatus, vt quod humile, et abiectum est euehere, et quod inhonoratum est, redderet spectandum, et ęmulandum. Dicit D. Hieronimus, qd non solum ratione diuinitatis dicebatur speciosus, verum etiam quando in eius passione ter ra tremuit. D. Aug. homil. 36. inter quinquaginta homil dicit quod processit Christus sicut radix de terra sitienti, qa non erat illi species, neq; decor, sed D quomodo radix non est pulchra, sed intus habet vim pulchritudinis suæ, ita christus dominus passus est, humiliatus est, non habebat speciem, homo apparebat cum Deus esset, ita quod species illius intus erat, vbi nō videbatur. In principio enim erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Et post pauca subdit. Homo erat in plaga: ante plagam Deus: post plagam Deus homo: sed quanto magis deformis nobis commendatur, E tanto clarior, tanto dulcior factus sponsę, propter quod auertit se, ne illum intelligerent, qui eum crucifigebant.

psal. 44.

Cyrillus.

D. August. hom. 36.

Species, & decor quo differunt. Neq; præter rem ponuntur hęc duo nomina, videlicet species, & decor, quoniam vt inquit D. Thomas species propriè loquendo notat pulchritudinē penes proportionem, & commensurationem membrorū: decor verò notat corporis pulchritudinem penes conuenientiam coloris, & aliorum circūadiacentium. Vnde prouerb. vlt. fortitudo, & decor indumētū eius: aut species notat affluentiam bonorum interiorū decor verò affluentiam, & copiam bonorum exteriorum, & quamquā bona interiora nunquam defuerint in Christo in passione, tamen non semper apparebant, sed intus latebant. Sed prosequamur textum, vbi magis apparet qualis fuerit forma, & species domini nostri, dum esset in manibus persequētium; dicit enim textus. *Et vidimus eum, & non erat aspectus: & desiderauimus eum: vidimus* (inquā) *eum, & non erat aspectus.* Idest nō videbatur dignus quod aspiceretur, vsq; adeo deformatus erat, ac deturpatus, ita vt homines præ horrore auertebant faciem ne eum viderent. Vidimus inquit propheta, quod prę magnitudine doloris se cum cæteris annumerat. At nos qui expectabamus redemptionem, & libertatem. *Desiderauimus eum vtcumq; despectum, & nouissimum virorum, & virum dolorum, & scientem infirmitatem;* aut dicas, & desiderauimus eum, postq; scilicet surrexit à mortuis, & ascendit in cœlum. iuxtà illud Saluatoris vaticinium apud Iohannem. Quęretis me, *Io. cap. 8.* & non inuenietis, & quò ego vado, vos non potestis venire. Quamq; ergo nō esset ei species, neq; decor, humilis, ac abiectus, nos tamen desiderauimus eū, quia scilicet hæc nō erant satis quo minus posset nos redimere, & liberare. Datur à quibusdam alia expositio quæ longe facilior est, & minorem habet instantiam in connexione verborū: Nā parum cohęrere videntur hęc verba. *Vidimus eum & non erat aspectus;* deinde, *& desiderauimus eum, despectum, & nouissimum virorum.*

Propterea dicunt aliqui quod negatio pręposita vni dictioni, siue particulæ, debet intelligi etiam cum verbo particulæ sequentis, sic videlicet, & vidimus eum & non erat aspectus, & desiderauimus eum, idest, haud-

hauḍquaquã desideravimus eum, quia nihil erat ĩ eo quo possemus, aut deberemus eũ desiderare, vel expetere. Sed prior expositio si singula singulis coaptétur, é lõge cõueniétior. Nos enĩ qui sub humana specie, & sub tot angustiis & doloribus eius diuinitatem intuebamur, quanquam ei non esset aspectus, & fuerit nouissimus omnium virorum tamen eum sic despectum, & abiectũ desiderauimus.

Dictus est Dñs noster mundi redẽptor, & Saluator nouissimus virorũ tãquam minime dignus, qui inter filios hominum annumerari deberet, vtpute cũ duobus Latronibus cruci affixus. Nouissimus virorum, quasi postremo loco inter homines habendo, vt qui maxime contemptus, & ignobilis haberet. Quòd si dixeris quomodo erat despectus, & nouissimus virorum, si totus mundus eum sequebatur, & volebant eum facere regem? facilis est responsio. Nam cum videbant signa, quę faciebat super his qui infirmabantur, & ea signa quæ nemo alius fecit, cumq; uidebant eum ita prudenter, & sapienter loqui, quod numquam locutus est homo sicut ipse, uolebant vtiq; facere eum Regem. at cum viderunt eum flagellis cæsum, à Scribis, & Pharisęis delusum, ac reprobatum, & denique cruci affixum, despectus erat apud omnes, & velut nouissimus virorum habebatur, ita ut ignari homines exteriorem tantũ hominis personam intuentes, existimarunt nullum unquam in futuris sęculis nasciturum hominem, qui tam uilis, & abiectus haberetur: vel usq; adeo erat despectus, vt uiri alicuius ponderis, & auctoritatis auerterent faciem suam ab eo, & dedignarentur cum ipso colloquium ullum, & necessitudinem aliquam habere. Vnde, & Nicodemus nocte locuturus cũ eo ad eundem accessit, ut habetur Ioan. 3. & quẽadmodum alibi habetur. Nemo ex principibus credidit in eum. Et certe sic propemodum contingit nobis omnibus, qui dum sumus insignes, & aliqua dignitate pręfulgentes, & honore prediti, opibusq; affluentes, quibus aliis benefacere valeamus, et prodesse, cuncti nos amant, laudant; et obsequuntur. At cum deficimus, et à priori statu deiicimur, qui prius nos colebant, et venerabantur, prosequuntur, odio nos habent, lacerant, et modis omnibus insectantur: id quod ego non semel sum expertus, sed quid agendum? quod inquit Augustinus homel 35. Cum enim laudamur nõ debemus valdè gaudere, nec etiam cum uituperamur multum contristare, nõ potest enim (inquit) nos coronare laus falsa, nec damnare falsa uituperatio. Sed vere dici poterat Christum Domini nouissimus virorũ, quia neque ante ipsum, neq; post, inuentus est ullus uir, similis ei, neque unquam erit. Idcirco fecit illum dominus crescere in plebem suam.

Vocatus est vir dolorum, quia videbatur ideo factus homo, & assumpsisse carnẽ, ut esset plenus doloribus, & præter dolores, & angustias, nihil in hac vita secundum hominem gustaret, & velut materia, & subiectum omnium dolorum fuisse à Deo constitutum: semper enim toto vitæ suę tempore versatus fuit in doloribus, & vix natum oportuit eum transferri, & deduci in Aegyptum, postmodum factus grandior, cępit esurire, pedibus itinera conficere, ac defatigari, quandoq; siti laborare, & aliorũ opibus, ac subsidiis sustẽtari. Quare non abre dictus est uir dolorum, & secundum aliquos, homo in plaga existens, & præterea sciens infirmitatem, & quidem optime nouit naturas, & proprietates ægritudinum, quia bene fuit edoctus, & experimento instructus, ut sciret, et cognosceret quid sit esse infirmum. uocatus est etiã vir dolorum, quia non suo, uerum, et matris, ac suorum filiorum, ac seruorũ doloribꝰ affliciabatur, etquandocumq; quis Deum offendebat, illi dolores augebantur: quemadmodum psal. 68. conquerebatur d. super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Alii textus habent. Sciens ferre infirmitatem quia s. patienter eas sustinuit, nequè aperuit os suum, et sciens infirmitates, quia optime nouit, quam acerbe pateretur, pro quibus pateretur, et ob quã causam pateretur. Vnde *quasi absconditus*

Ioan. 3.
Ioan. 7.
Augustinus homel. 35.
Psal. 68.

ditus vultus eius, & despectus, erat quidē quasi absconditus vultus eius .i. vsque adeò deturpatus, sputis, & alapis, vt non sustineret se videri, vel turpe esset, vt videret. Aut melius, dicebatur absconditus vultus eius .i. non cognitus esse Deus, vt alibi dicit hic propheta. Vere tu es Deus absconditus. Dicebatur etiā absconditus vultus eius, ne.s. à crucifixoribus cognosceretē esse Rex gloriæ. Sed iuxtà humanitatem loquēdo, erat absconditus vultus eius, & despectus, ut supra dicebamus. Vnde nec reputauimus eum .i. nullam eius rationē habuimus, & despeximus eum velut hominem nihili, & nullius omnino precij, & loquitur hic propheta secūdum D. Hier. in persona Iudęorum, qui tempore passionis Christi ibi degebant, & obseruabant eum flagellis cæsum, & humiliatum, & penè omnibus, qui aderant exosum, atq; depræssum &c. dicit enim Cyrillus Dominum nostrum fuisse in eius passione multifariam despectum, & humiliatum: primum quidem cum missus ad Herodem, fuit ab eodem illusus, & tamquā fatuus veste alba indutus remissus ad Pilatum. fuit deinde contemptus, atq; despectus, dum coniectis in eius faciē sputis, & Pilati militibus eum percutientibus, dicebant illi. Prophetiza nobis Christe quis ē, q te percussit? fuit etiā contemptus dum verbera, ac supplicia subiens, fuit tandem inter duos latrones cruci affixus.

Hæc autem nonnulli existimant adducta fore à propheta in quādam quasi excusationem Iudęorum, quòd propterea Christo non crediderint, quanquam visibilis in humana carne illis appareret, quod viderint eum vsq; adeo indignè, & inhumaniter tractatum. Veruntamen nulla poterat eis admitti excusatio; cum uiderint ab eodem tot fieri signa, & prodigia, quæ nemo alius fecit. Et ne quis forte putaret, hæc imaginariè tantum, et apparenter ī eo extitisse, subdit propheta, et inquit. *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit*. ubi per lāguores non eos tantum qui afficiunt animum, quorum prima ē intentio, vel effectus, A verum, & languores, et morbos, ac infirmitates, quę corpus afficiunt, intelligas velim: peccata enim quę sunt infirmitates animi, non solum abstulit à nobis, ut dicebat Ioan: baptista. Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mūdi uerū longe ea a nobis proiecit, sicut per hunc eundem prophetam dicitur. Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. nec proiecit solum, et longè fecit à nobis, verum super humeros suos B sustulit, et portauit. quod autem corporis languores, et infirmitates à nobis depulerit, testis est D. Matth. cap. 8. dicit enim, quod turbæ cum uidissent Iesum in domo Petri, sanauisse socerum eius iacentē, & febricitantem, vespere facto, obtulerūt ei multos demonia habentes, et eiiciebat spiritus verbo, & omnes malè habentes curauit, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, videlicet. Ipse infir- *Matth. 8.* C mitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit; Nec mirum quod eiusmodi textus ad duo genera morborum applicetur, videlicet ad morbos animi, pariter et corporis, propterea quod plures morbi ex peccatis oriuntur, quod ostendit Paul. p. cor. 11. de iis, qui indignè manducant corpus Domini, quare cum corporis defectus fuerint, ablati animi quoq; defectus explorentur. Et nota (vt dicit D. Basilius) *Paul. p. cor. cap. 11.* D quod lāguores nostros dicitur Christus suscepisse, non quòd in se ille susceperit, sed quod eos in quibus hæc erant protinus curauerit, quod quidem verum est de morbis animi, qui propterea dicuntur nostri, nō sui, quia nos sumus qui sumus languidi, nos qui peccauimus, & qui iniquè egimus. Verum languores, defectus, ac infirmitates corporis in se ipse suscepit propterea sequitur. *D. Basilius.* E *Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussū à Deo, & humiliatū*. Nos inquam infœlices Iudæi, & ueritatis lumine destituti videntes eum tot langoribus, morbis, ac doloribus subiectum, & toto corpore tactū, & percussum, reputauimus eum quasi leprosum, multis maculis, & plagis, ac vlceribus obsignatum, & tam miserum quasi à Deo percussum sua ob scelera

lera subeuntem, & humiliatum, .i. depressum, vilipensum, & omni auxilio ac fauore destitutum. Et quemadmodum aliqui textus habent. Putauimus eum quasi leprosum, & percussum, nó à Deo, ut dicit textus noster, sed ipsũmet Deum percussum, & vere quidem poterat dici Deus percussus, & humiliatus, quia Christus cum esset Deus percussus est, & humiliatus pro nobis usq; ad mortem, mortem autem crucis. Et nequis vnquam crederet Christum ob eius demerita tot opprobria passum longè clarius, & manifestius ostendit propheta d. *Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.* Quæ uerba sunt profectò adeò clara, & trita ut nulla egeant expositione, sed potius deploratione nostrarũ miseriarũ, cũ pura, & sincera animi nostri cõpũctione, & assidua meditatione, quod .s. errata nostra, transgressiones nostræ fuerint tam graues, & absurdæ, ut oportuerit pro eis abolendis, Dei filium mortem obire: peccata nãque tua, & mea de quibus ego sum bene conscius, & quæ sunt contra me sẽper lances fuere, & claui, quibus vulneratum fuit, & perforatum sanctissimũ Christi corpus: At ipse fuit vulneratus, vt suis vulneribus uulnera nostra curaret: fuit infirmatus, ut nos ægrotos sanaret, voluit inhonorari, ut nos honoribus cumularet: uoluit morte turpissima condemnari, ut præciosa esset in cõspectu Dei mors sanctorum eius, & velut inquit D. Basil. omnia ista quæ enarrauimus incommoda nõ fuerunt gratis .i. absq; causa ab eo assumpta, sed pro nobis tantum suscepta, uelut ĩ Symbolo canit Ecclesia. Propter nos, & propter nostram salutem descẽdit de cœlis, Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, mortuus, & sepultus est. Sed dices si Christus tulit languores nostros quomodo ergo pleriq. hominum damnantur, & pœnitentibus multa iniunguntur genera penarũ? Dicendum quod oportet eius pœnas nobis applicari per fidem, & charitatem, & compati vnà cum eo. 3 par.

Deus percussus, & vulneratus.

Basilius.

A q. 49 ar. 3. quidam exponẽtes ponunt discrimen inter iniquitatem, & scelus, ut alterũ dicatur de offensa illata proximo, reliquum vero de offensa in Deũ. Ego omissis eiusmodi curiosis, & exquisitis interpretationibus, existimo sic locutum prophetam ad augendam, & amplificandam dei erga nos bonitatẽ, & nostram miseriam. Cum autem dicit. *Disciplina pacis nostræ super eum.* Sensus est quod ea, quæ nos pro nostris

B sceleribus debebamus sustinere supplicia, ille ℘ nobis passus ẽ, pacificãs per sanguinẽ crucis suæ, siue quę in terra, siuè que i cælis sũt, vt dicit Paul. ad Eph. 2. D. Cirillus sub his uerbis declarat hanc partem, quòd disciplina, seu castigatio, qua nos castigare oportebat, vt a uitiis recedẽtes inimicitiã dirimeremus, pacéqué cũ Deo iniremus, talis inquã disciplina, quæ nobis potius peccantibus erat inferenda ĩ ipsũ deuenit.

C Vt autem nomine disciplinæ iuxtà proprium eius significatum nobis uti liceat, sic exponamus textum. *Disciplina pacis nostræ super eum* .i. id quo instruimur & monemur, ut pacem habeamus cum Deo, cuiusmodi sunt flagella, castigationes, ac tela, super eũ .i. super humeros eius imposita fuere: iuxta illud psal. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores neq; enim

D sanguine hircorum, aut vitulorum poterant auferri peccata, neq; quantęcunquè, & qualescumq; pœnę à nobis sublatæ, satis erant ad placandum Deum: Nam cum eius bonitas sit infinita, & immensa, nõ poterat per eas vlla ratione placari, & nostri misereri. Vnde psal. 39. dicebat propheta. Sacrificiũ, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi: cũ itaq; neq; legis cultus, neq; sacrificia, neq. gentis ullum supplicii ad tollendum peccata nobis

E sufficerent, oportuit Christum offerre se ipsum in odorem suauitatis, ut carnis morte perpessa totum orbem liberaret, & pro nobis omnibus satisfaceret, vt omnibus dominaretur, & imperaret. Sic ait Paul. 2. ad Corinth. 5. Vnus pro omnibus mortuus est, & uixit, ut & mortuis, & uiuis imperaret, atq; etiam, ut qui uiuunt non amplius sibi

Disciplina pacis nostræ super deum hominem.

psal. 128.

psal. 39.

2. Cor. 5.

sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortu- A us est, & resurrexit. Vnde sequitur. *Et liuore eius sanati sumus.* Christus.n. ut inquit D. Ambros. fuit plagis,& uerberibus percussus, & attritus,& grauiter infirmatus, sed sua passione abolita est infirmitas. quemadmodum sua resurrectione mors ipsa euanuit, & nos tandem eius liuore, & vulnerum nigrore sanati sumus.à morte.s.& à peccato. Et ne qs forte suspicaretur p Iudæis dũ taxat Christũ vulnera,& dolores subiisse, eorumq; fructũ, & cõpensationẽ illis tantum applicanda, dicit Propheta
Tex 3. *Omnes nos*, quasi dicat non solum ipsi qui eum crucifiximus, & persecuti sumus i tam graue errorem prorupimus sed omnes nos quicumq; hac luce corporali fruimur, quiq; sumus humanæ rationis compotes, nulla cuiusuis gẽtium exceptione habita quasi oues non habentes pastorem errauimus, à recto tramite discessimus, & in uarios errores, ac stultitias prolapsi sumus: hoc etiam fatebatur Propheta psal. 118.
Psal. 118. Erraui sicut ouis quæ periit; Sic etiam Apostolus Petrus prima 2. Eratis sicut
1. Pet. 2. oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem, & Episcopum animarum vestrarum: Omnes inquam quasi oues errauimus, vnusquisquè in uiam suã declinauit, quisq; pro arbitrio sibi ipsi uiuebat. neq; ullus erat qui rectam uiuendi rationem arriperet, aut alius demonstraret: Et posuit dominus in eo, ut solus perferret illud quod nos omnes merebamur, & quemadmodum vnus Pastor pro dignitate rationis præest centum ouibus, sic ille pro virtute diuinitatis voluit præesse nobis omni-
psal. 85. bus. psal 85. Posuisti (inquit Dauid) iniquitates nostras in conspectu tuo. hoc est in Christo domino iniquitatem omniũ nostrũ .i. voluit eum sustinere pœnã pro iniquitatibus õniũ hominũ, & quemadmodum alii exponunt iniquitates omnium nostrum irruerunt in eum velut in hostem, ut eũ perderent, & exterminarent, hoc est quod dixit Paul ad Rom. 8. Deus pro
Rom. 8. nobis omnibus tradidit illum, omnes enim peccauimus, & indigemus gratia Dei. Et ne ulla te suspicio, aut inanis opinio fortassis inuadat, qua existimes per uim, & metum eiusmodi pœnas, & supplicia Christum dominum subiisse, inde,nota, & diligenter attẽde quod sequitur. Dicit enĩ propheta.

Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.

Quod ipse semetipsum obtulit hostiam Deo, ipsemet dicit. uidelicet, B potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam, & apud Matth. 16. Calicem quem dedit Matth. 16. mihi pater non uis ut bibam illum? & psal. 37. per os Dauid dicebat. Ego in flagella paratus sum, & dolor meus Psal. 37. in cõspectu meo semper: Et superius dixit Esaias in persona illius. Ego nõ cõtradico, retrorsũ nõ abii,& alibi cor Esa.cap.50. pus meũ dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Et quemadmodum C dicit etiam D. Aug. Si pati noluisset, non fuisset passus, & si non esset passus, nec sanguis ille fusus, neq; mundus esset redemptus. Agamus igitur gratias (inquit Aug.) & potestati diuinitatis, & miserationi infirmitatis eius.

Et D. Hier. si (inquit) non propria voluntate se ipsum Christus obtulisset, qui indicare, & prędicere poterat proditorem, qui et Apostolis loquebatur: omnes nos scandalum patiemini ĩ me D in ista nocte? poterat eos qui ad se missi fuerant declinare, quibus tamen occurrit intrepidus, & ultrò se obtulit d. quem quæritis? qui statim ceciderunt retrorsum. *Et non aperuit os suum.* Prodierunt quidem in medium quidam calumniantes eum, & de hęresi illum accusantes, quod filium Dei se fecerit, & alia multa quę uidere ẽ apud Euangelistas, ipse tamen ad hæc nihil respondit, ut qui nouerat defensionem E nihil profuturam, & pręterea ipse nolebat occidi, & comparatus est ab Esa. oui, & agno: oui quidem velut animali quod solebat Deo frequenter ĩmolari,&agno qui quamuis& ipse aliquando portetur ad victimam, propter singularẽ tñ ipsius Christi innocentiam per agnum figuratur. Et hic profectò est ille agnus, de quo loquebatur Ioan. cap.

cap. 5. Apoc. & Ioannesbaptista apud Ioan. cap 1. Sicut ergo ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus corā tondente se, obmutescet, et non aperiet os suum: Cum enim oues ad tondendum suo quoq; tempore adducuntur, et pastores illis nouacula admouent, et ipse interdum quamquam non nihil patiantur gladio pellem attingente, merent, ferunt, & silent, et in quos hoc faciunt non insiliūt, ita Christus conuitiis, et blasphemiis appetitus, eō uitia non regessit. patiens, non est mi natus, sed iuste iudicanti rem cōmisit. quemadmodum testatur etiam Petrus Epist. 1. cap. 2. qui cum malediceretē, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. tradebat autem iudicanti se iniuste. Sub his uerbis duo sunt notanda, quod Christus dicitur ouis, et agnus propter mansuetudinem, et innocentiam: sed notandum, quod eius uellere factum est nobis īdumentum, quo nuditatem nobis inuectā a primis parentibus propter peccatum cooperire ualeamus, quod quidem uestimentū est Christus Dominus, quo nos indui, hortabatē apostolus d. Induimini domi num Iesum Christū. Est notādū etiā, quod Christus cum adduceretur coram præside mortem obiturus non aperiebat os suum, sed silebat: cum autem uenerit mundum iudicaturus, non amplius tacebit, sed alta, et clara uoce clamabit his, qui a dextris erunt. Venite benedicti patris mei. his uero qui a sinistris. Ite maledicti in ignē æternū et c.

Christus ouis, & agnus

Pet. epist. 1. cap. 2.

Tex. 4. *De angustia & de iudicio sublatus est. generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra uiuentium: propter scelus populi mei percussi eum.* In his quatuor uersiculis, & in plerisq; sequētibus inest maxima difficultas, quia propositiones ī his contentæ, nullū uidentur interse habere ordinem, et consequentiam, fretus tamen Dei auxilio, et bonorum interpretum ope, et opera, conabor afferre ueram intelligentiā horum uerborū, constat enim superius prophetam esse locutum de natiuitate, et ortu seruatoris nostri, deinde acerba eius passione, et morte, deque eiusdē passionis, et mortis causa, et ratione.

A In priori autē versiculo huius periodi videtur propheta de gloria, & triumpho; quo Christus de morte, ac de iudicio quo fuit ad mortem iudicatus verba facere. Vnde dicit *de angustia*, hoc est de pręssura, & cæteris afflictionibus, quas olim pertulit à Iudęis, & Principibus Sacerdotum, & de iudicio pariter, quo fuit iniuste iudicatus, nullo iuris ordine seruato, sublatus ē, hoc est ereptus, subtractatus, & liberatus,

B non amplius inter persecutores, & sicarios detinetur, & per resurrectionē manifestauit gloriam suam, neq; sub mortis iugo fuit mancipatus, quemadmodum ipsi existimabant. Alii sic exponunt. *De angustia*, .s. passionis, et de cōcursu populi, qui eū comprimebant, *& de iudicio* .i. à sententia Iudicū pertractus est ad mortem. Quæ expositio videtur coh ęrere cum eo quod scriptum est in Act. Aposto. 8. Vbi D. Lucas sic habet hanc propositionem. In Act. 8.

C humiliate iudicium eius sublatum est. quasi dicat: dum Christus Dominus noster in humilitate, ac deiectione consisteret, & omni foret destitutus auxilio, neuè quis esset, qui illius causam ageret, iudicium de eo a perfidis consiliariis sublatum est, & ad supplicium crucis adductum, quare iuxta hanc expositionem non de gloria, & triumpho ipsius, sed consequenter dictus, de passione, & modo, quo fuit morti addictus

D propheta vaticinatur. Cum postea subdit. *Generationem eius quis enarrabit?* certe id nō videtur cōsequi ad id quod mox dixit, nisi forte referatur ad priorem versiculum iuxta priorem expositionem, ut hic ostendatur ipsius excellentia, sed antea exponamus oportet particulam istam, de qua, uidelicet, generatione loquatur Esaias. D. Hier. affert tres expositiones, vt primo qui-

E dem intelligat ur de generatione diuina, qua fuit ab æterno genitus a Patre, sine ulla matre. iuxta illud. Ante omnes colles generauit me Dominus. quæ generatio, inquit, Eus. lib. 5. cap. 43 non solum a nullis hominibus, sed ne ab ullis quidem potestatibus, quæ sint ultra omnē naturā potest cōprehēdi. Deinde potest etiam intelligi de generatione Eusēb lib. 5. cap. 43.

neratione temporali, qua genitus est à matre, sine patre. Neq; etiam hęc tẽporalis generatio potest ab vnoquoque comprehendi. Alia expositio est, vt p generationem hoc loco intelligamus naturam,& proprietatem illius gentis, aut sæculi, in quo ausi fuerint quidam inferre manus in eum, à quo tot beneficia receperunt. Datur & quarta expositio,vt per generationem, cuius hic meminit propheta intelligamus seriẽ, progressum, & multitudinem eorum qui per fidem passionis,& mortis Christi futuri sunt participes ęternæ hæreditatis. iuxta primum intellectum, sic construendi sunt hi versiculi pręassumpti.Si-n. loquamur de generatione eterna,dicit Esaias. qs enarrabit generationem illius, qui de angustia, & de iudicio sublatus est, qui est omnium dominus, & sempiternus? qui inquam ausi fuerunt iudicare illum, & sine ulla causa ad mortem condemnare? q.d perperam, & vanè isti laborarunt? At si loquamur de generatione temporali qua genitus est de matre sine patre,quis inquã poterit enarrare generationẽ illius? cũ ipsa virgo quę peperit,neq.potuerit percipere, quomodo esset paritura filiũ:dicẽs ad Angelũ. quòmodo fiet istud quoniã virũ non cognosco? & vix ab Angelo fuerit ei indicatum, neque facile sit iter homines reperire cui hoc misterium fuerit reuelatum, quando nemo nouit patrem nisi filius,neq; filiũ nisi pater,& cui voluerit filius reuelare, & si quis forte (Deo reuelante) potuerit nosse hoc misterium, narrare tamẽ, & pro merito explicare, nullus,aut rarus inuenietur,cum neq; nos scire possimus, aut explicare quòmodo mens nostra, vel ĩtellect⁹ pducat verbũ quod mente concepit. Dicit ergo Esaias; quis fuit tam demens, & audax, ut fuerit ausus in eum, qui tantæ est sublimitatis, & diuinitatis, vt generationem eius tam æternam, quam temporalẽ, quærat enarrare, manus iniicere? Iuxtà alios ĩtellectus huius propositionis sic expendenda est. De angustia, & de iudicio sublatus ẽ Christus Dominus noster ab iniquis iudicibus, & à populo prauo, atq; peruerso cuius generationẽ

A quis enarrabit? quis inquã poterit sufficienter explicare, quam praua, & puersa fuerit ista generatio, vel sæculũ istud. in quo fuerint ausi homines inferre manus in illum, à quo tot beneficia receperunt, cuius rei obstupefactus ppheta in hunc sermonem prorupit. Dicunt alii. Generationem eius quis enarrabit? hoc est quis poterit unquam recensere generationem,progressum, & multitudinem eorum qui sunt credituri in eum, qui de angustia, & de

B iudicio sublatus est? possunt meo quidẽ iudicio omnes istæ expositiones utcũq; admitti, sed reuera,quæ priori loco apponitur; videtur multo conuenientior rei de qua agimus,&verborum contextui, ut dicamus generationem .i. antiquitatem, nobilitatem, & excellentiã illius, qui de angustia, & iudicio sublatus est, quis enarrabit? Sequitur deĩde. *quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussit eum*:rursus

C de passione, & morte Christi Domini verba facit. d. Ipsum esse abscissum,& subtractum de terra uiuentium,quandoquidem ei mortem intulerunt: Non uiuit amplius vita mortali, sed perpetua, & sempiterna vita viuere semper dicitur. Nã Christus resurgens ex mortuis iam non moritur,& mors illi ultra non dominabitur, & ita viuit,quod vita nostra abscondita est cum eo in Deo,

D & quod hic dicitur abscissus est de terra uiuentium, in actibus apostolorũ cap. preallegato sic legitur. tolletur de terra uita eius, sic etiam legit Aug. homil. 36. Tolletur de terra vita eius, quia .s. resurget. Dicitur etiam abscissus de terra viuentiũm, aut mortuorum in peccatis existentium, sed de terra virginea, pura, & munda, viuificata per spiritum sanctum. luc. i. Postremo repetit quod supra dixerat, quod posuit Deus in eo

E iniquitatem omnium nostrum,& quod ipse uulneratus est propter iniquitates nostras. d. hic, propter scelus populi mei percussi eum, vbi dubio procul loquitur pater d. Propter scelus quod perpetrauit populus meus, à me peculiariter electus, & tot beneficiis cumulatus. pcussi eum .s. filium meum: iuxta illud Ioan: Sic Deus dilexit mundum, vt filiũ suum

D. August. homil. 36.

cap. 3.

suum vnigenitum daret, vt omnis qui
credit in illum non pereat, sed habeat
vitam ęternam. Et D. Paul. proprio fi-
Rom. 8. lio suo non pepercit, sed ꝑ nobis omni
bus tradidit illũ, sed nolim ego ut per
populum Dei intelligamus dumtaxat
gentem Iudaicam quando non ea sola
peccauit, sed uniuersam creaturam ra-
tionalem quandoquidem omnes decli
nauerunt simul, & non est qui faciat bo
num vsq; ad vnum. de scelere autem
Iudæorum dictum est aliàs Deinde se-
Tex. 6. quitur. *Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua eo quod iniquitatem non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius.*
Antequam exponamus, non est præter-
eunda dubitatio quædam, quam alibi
mouet D. Hier. quoniam si Christi ge-
neratio nõ potest enarrari, quomodo i-
gitur D. Matth. exorditur suũ Euangeliũ
à generatione Christi, & posteaquam
enarrauit omnes generationes, quæ
sunt ab Abraham vsq; ad Christum di-
cit tandem. Christi generatio sic erat.
Respondet ibi sanctus Doctor, quòd
propheta loquitur hoc loco de genera
tione æterna, qua ab æterno procedit à
patre. Euangelista vero loquitur de ge
neratione secundum carnem, quãquã
de vtraque potest intelligi dictum pro
phetę ex quo sumpserunt occasionem
Iudæi, vt quandoq; dicerent Christus
cum venerit nemo sciet vnde sit Vnde
D. Aug. Diuus Aug. d. quod si de Christo ratio-
ne diuinitatis tantum loquebantur, ve-
rum dicebant, quia profecto nesciebãt
unde sit, ignorabant enim quod ipse
procedebat à patre per modum intelle
ctus, & naturę, concomitante tamen
voluntate. quòd si etiam de eo secundũ
hominem loquamur, neq; etiam scie-
bãt quòmodo sit natus è matre sine ali
cuius hominis concubitu, adeo quòd iu
re optimo penes vtrãq; generationẽ di
cere poterant se nescire vnde sit, utraq;
enim est mirabilis: mirabilis illa quia
sine matre; mirabilis ista quia sine patre.
alioquin optime nouerãt Christum se-
cundum hominem vnde esset. i. ex cu-
ius utero prodiisset, & à quo natus esse
putaretur. & quomodo vocaretur, quo-
niam Nazaraeus vocabitur: similiter
vbi sit natus, quia in Bethleem Iudę, &

A huic expositioni attestatur etiã Diuus
Hier. super hunc locum. Cum ergo
dicit. *Dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua, eo quod iniquitatẽ non fecerit, neq. fuerit dolus in ore eius.*
quare non videbatur dignus mori, &
sepeliri, propterea dabit impios pro
sepultura, & diuites pro morte sua,
Iudęos quidem qui fuerunt impii, &
iniqui crucifigentes Christum, & uelut *In Christi*
hominem immundũ, & facinorosum *passione im-*
B extra ciuitatem sepelierunt, dabit qui- *pii pro sepul*
dem in potestatem Romanorum, & po- *tura, & di-*
stea in potestatem, & dominium sempi *uites ꝑ mor-*
ternum ipsorum inferorum, & diuites *te dati sũt.*
in eandem miseriam, & calamitatem
adducet, qui largitionibus, & pecuniis
corruperunt, primo quidem Iudam, ut
traderet Christum dominum, & pre- *1. expositio.*
ceptorem, & postea corruperunt mili-
tes qui custodiebãt eius sepulchrũ, vt di
cerent Christum nequaquam surrexisse
C sed furatum à discipulis dum ipsi dor-
mirent, sic mihi exponẽda videtur ista
particula D. autem Aug. hom 36. *D. Augusti-*
exponens caput hoc quinquagesimum *nus Hom.*
tertium alio modo exponit. ut per im- *36.*
pios, seu malos, qui ad custodiendum
sepulturam Christi fuerunt deputati. i-
telligat, quos vocat malos, & impios, *2. expositio.*
quia fuere mendaces, & latrones. Pe-
cunia enĩ attracti, & auaritia cõmoti
absconderunt veritatem, & vendiderũt
D mendacium, & vanitatem: vanitas .n.
fuit audire, & credere quod ipsi dice-
bant. Nec solum fuerunt mendaces,
& latrones verum etiam proditores:
missi enim fuerant ad custodiendum
Sepulchrum Christi Iesu defuncti, ut
uigilarent, & sedulò custodirent, ne quis
corpus illud furaretur, & tamen ipsi ac-
cepta pecunia a principibus Sacerdotũ
dixerunt. Nobis dormientibus ve-
nerũt discipuli eius, & subtraxerũt cor
E pus illud. Dicit ergo B. Aug. ò Mali *D. Aug.*
& impii, aut vigilabatis, & custodire
debuistis, aut dormiebatis, & quid sit
factum nescitis. Vnde bene dixit de
uobis propheta psal. 20; Cogitauerunt *Psal. 20.*
consilium, quod non potuerunt stabili
re. Per diuitem etiam hoc loco intel-
ligit Aug. Ioseph ab Arimatia, qui pe *3. expositio.*
tiit corpus Iesu ut sepeliret. quare dati
sunt

sunt diuites pro morte eius, sepeliuit A enim pauperem, in quo diuitias requirebat: quidam alii per malos, intelligũt Gentiles, qui dati sunt pro sepultura, & diuites intelligit Iudæos, qui dicebantur esse referti præceptis legis, ac ditati innumeris beneficiis, hi dati sũt pro morte Christi .i. consequentur tã gentiles, quam Iudęi, qui crediderint
4 expositio. in Christum mortuum, & sepultum effectum mortis Christi. Alii per malos, & diuites intelligunt eos qui iunctim B debaccati fuerunt in Christũ, qui iniquitatem non fecit, & in cuius ore non est inuentus dolus, quia putabant eo extincto, multas sibi diuitias congerere, aut iã congestas detinere, & conseruare: dabit ergo istos Deus pro sepultura, & pro morte, quippe qui nõ modo eũ morti tradiderũt, sed ad cumulũ, & augumentum opprobrii & ignominæ volebant extra ciuitatem, vbi solebant facinorosos sepelire, etiam & ipsum sepelire, nisi C Ioseph ab Arimathia (vt dictum est) vir diues posuerit illud in monumento nouo, in quo nondum quisquam positus fuerat.

Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate .i. nõ solũ voluit ipsum hominẽ fieri, & infirmari, demitti, atq; humiliari, & formam serui accipere, sed voluit ipsum conterere, cruciatibus affligere, & omnibus corporis, & animi passionibus exercere, & quasi ad nihilum D redigere, ut magis eius humilitas, &
psal. 68. patientia demonstraretur. Iuxta illud Psa. quem tu percussisti persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. quare nulla fuit necessitas in eo qua pateretur, sed sola voluntas
Psal. 39. patris, & sua, iuxta dictum psal. 39. Deus vt facerem voluntatem tuam volui, & alibi. meus cibus ẽ vt faciã uo-
Ioan: cap. 4. luntatẽ patris mei. voluit ergo ipsum conterere in infirmitate, qui utique E scit ferre infirmitatem, & cuius, aut quorum? illorum quippe a quibus patiebatur. Medicus ferebat infirmitates freneticorum, & cum ipse crucifigeretur, orabat, & dicebat. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Deinde
Tex. 6. sequitur tex. *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum,* *& voluntas Domini in manu eius dirigetur.* Si, pro quia, Christus Dominus posuerit pro peccato, non suo, sed nostro expiando, animam suam .i. vitam suã corporalem, videbit semen longeuum .i. prolem., & generationem fidelium, qui ei coherebunt in multas ęternitates, & in secula seculorum, durabunt in ęternum; & nullus erit finis regni eorum; quia granum frumenti cadens in terrã si mortuũ fuerit, multũ fructũ affert, cui grano frumẽti Xp̃s cõparatᷣ.

Sed hęc verba non ad Christum solũ, sed ad omnes fideles possunt referri, ut ia illud Ioan: Qui odit animã suam Io: cap. 12. in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam, si quis ergo dederit pro peccato, aut euitando, aut expiando animam suam .i. afflixerit corpus suum, & in officio continere toto uitę suę decursu studebit, videbit semen longeuũ iuxta illud psal. 88. Semen eorum in psal. 88. ęternum pmanet, & thronus eorum sicut sol in conspectu meo: & rursus: Ponam in sæculum sęculi semen eorũ, & thronum illorum sicut dies sęculi. *Et voluntas Domini in manu eius dirigetur*, hoc est voluntas domini dei patris, in manu eius, hoc est filii, dirigetur: vel uoluntas eius qui posuerit pro peccato animam suam non poterit facere uoluntatem domini, & explere mandata eius nisi in manu domini, & per ipsũ dominum sicut ipse dicebat apud Ioan: Io: cap. 15. sine me nihil potestis facere. Hæc est autem uoluntas Dei sanctificatio nostra, quam non nisi per Christum assequi possumus, & obtinere: Aut dicas quod voluntas domini quæ est salus, & redẽptio nostra quippe qui vult omnes homines saluos fieri, in manu Christi dirigetur, hoc est eius virtute, & auxilio, quiquidem dixit uti nunc diximus. Meus cibus est vt facerem voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus e- Opus dei. ius, quod quidem est redemptio, & recuperatio humani generis, quod peccato primorum parentum tamquam origine, & principio omnis mali perditũ erat. Quo autem plenius passionis dominicæ fructum percipiamus, subdit propheta d. *Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur:* En primus

F effectus

Fructus pas- sionis Chri- sti. effectus, seu premium suscepti laboris & pœnalitatis: deinde. *In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos.* En alius. Postremo inquit. *& iniquitates eorum ipse portabit:* Christus enim hoc loco uocatur iustus, qui solus, & verè iustus dicitur. id quod ipse etiam Iudas proditor fuit confessus d. Peccaui

Mat. 27. tradens sanguinem iustum. Matth. 27. & vxor Pilati dixit ad virum suum, Nihil tibi, & iusto illi. & Acto-

Act. 3. rum 3. dixit Petrus ad omnem populum judæorum qui concurrerat ad miraculum ipsius claudi qui ex vtero matris suę baiulabatur. Vos sanctum, & iustum virum negastis, & petistis homicidam donari vobis &c.

Et Christus est iustus, et iustificans eos qui sunt ex fide illius, vocatur etiam seruus, vt sæpius dictum est, quia suscepit formam serui, et fuit minister voluntatis diuinæ. Quarè pro eo quod laborauit anima eius, idest uita ipsius docendo, prædicando, sanitatis conferendo, miracula operando, ieiuniis, et peregrinationibus corpus affligendo, nostra peccata tollerando, deniq; pro nobis crucem, et mortem subeundo, *videbit, & saturabitur anima eius:* videbit inquam fructum suorum laborum, hoc est multitudinem credentium, et salubriter operantium, et saturabitur, idest plenè gaudio replebitur, nec erit amplius quod desideret, vel concupiscat. Et præter hoc *in scientia sua ipse iustus iustificabit multos*, hoc est eos omnes, qui eius doctrinam, modum et formam vitæ ab eo præscriptam toto corde voluerint

psal. 118. suscipere iuxta illud psal 118. In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis, *& iniquitates eorum ipse portabit.* i. sustinebit pœnā pro peccato, quā pœnā nos haudquaquā ferre poteramus, ut sępę dictū est.

Tex. 7. Deinde sequitur. *ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidam spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, et cum sceleratis reputatus est.* qui cum duobus latronibus fuit crucifixus, voluit inquam cum sceleratis, et iniquis deputari, ut sua uirtute iniquitatem destrueret, et qui pro nobis

A actus est maledictū, quasi noxius inter noxios pateretur, factus est inquā maledictū apud Iudęos, q nō verētur dicere Dñm nostrū maxima in infernotormēta pati atq; id fuit figura illius distinctionis, seù diuersitatis, q futura est i extremo iudicio, in quo aliqui ad dexterā cū Christo regnaturi, alii verò ad sinistram damnandi locabuntur. Fuit etiam crucifixus inter duos latrones, ut significaret eos qui sub fide, *vt habetur in Hist. B. Simonis Tridem.*

B et confessione Christi, vel agone martyrii, vel quæ liber auctoris disciplinæ instituta subeunt, non eundem omnes finem adipisci, quoniam qui eius modi pænas, aut tormenta, seu quasuis afflictiones pro ęterna gloria gerunt, latronis ad dexteram constituti fide designantur: qui verò humanæ laudis intuitu illa patiuntur, sinistri latronis mentem, ac fidem imitantur, et actus. At si respicias intentionem

C Iudęorum Christum dominum crucifigentium, dicimus vnà cum Diuo Chrysostomo homil. 88, super Mathæum, hoc eos fecisse, vt demonstraretur Christum Iesum fuisse participem suspicionis, vel opinionis, quę communiter de duobus latronibus habebatur Non ergo absque causa dominus Iesus voluit crucifigi, sed alia fuit ex Dei ordinatione et alia secūdū Iudęos fuit crucifixus inter duos latrones.

D *Dispertium est plurimos*, hoc est in partem, et fortem hæreditatis suę Dñs partitus est inquam, fructus passionis Christi in plurimos. *Dicit* plurimos non omnes, quia non omnes sunt prędestinati ad vitam ęternam, neque etiam omnes obediunt Euangelio, et præterea quemadmodum per Adam peccatores constituti sunt multi, ita in scientia, vel obedientia Christi, qui didicit ex his quæ passus est obe

E dientiam, iusti constituentur multi: ad Rom 6. *Aut* dicas ex Diuo Augustino ex 20. libro de Ciuitate Dei, cap. 23. scripturam sacram frequenter accipere multos pro omnibus; nam Abraę dictum est. patrem multarum gētium te constitui. Et tamen alibi dicitur. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. *Rom. 6. D. Aug. lib. 20. de Ciui. Dei cap. 23 Gen. 17. Gen. 22.*

Ionæ. 4. meæ. Sic etiam dicitur Ionæ 4. Deus multæ miserationis, idest omnis, ubi accipit multum pro omni. Sic etiam psal. 53. psal. 53. Multa fecisti tu Domine, quis similis tui? multa idest omnia. Sic etiam habemus apud hunc prophetã in calce huius capituli, quòd scilicet ipse Christus peccata multorum tulit, idest omnium. Et apud Math. Math. 20. capite 20. Christus posuit animam suam ĩ redemptionem pro multis, (intellige) pro omnibus. Apud Marcum. Marc. 14. Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum (pro multis) idest pro omnibus. Luc. cap. 7. Et apud Lucam dixit Christus Mariç Magdalenç. Remittuntur tibi peccata multa (multa) idest omnia. Et multa alia loca in sacris literis facile est reperire, vbi multa, vel plura aut plurima accipiuntur pro omnibus. Et vt vno verbo dicamus, Christus pro omnibus sufficienter est passus, et pro omnibus fuit cum Dæmone congressus, efficienter autem pro multis mortem sustinuit. Cum itaque dicit hoc loco propheta in persona Dei. Dispertiam plurimos, intelligendus est (plurimos) idest omnes, sufficienter quidẽ non autem efficienter, seu efficaciter. Aliqui verò dicũt prophetam sic esse locutum qm̃ multo plures, et quidem plurimi erũt Gentiles conuersi ad fidem, quàm fuerint Iudæi auersi, et contrarii ipsi fidei, et veritati. D. Aug. lib. 1 de cõsen. Euang cap. 31. Deinde dicit. *Et fortium diuidet spolia*, i. Dæmonũ uires, et captiuos diuidet. Sic enim exponit D. August. lib. 1. de consensu Euangelistarum. cap 31. sic enim dicit, quòd Deus fortium partitur spolia, cum ea quę Diabolus, et Dæmones possidebant, per Ecclesiarum suarum fabricas, et quoslibet necessarios usus illis expulsis, proditisq; distribuit. Diuisit etiam spolia, cum quibusdam ex suis discipulis, & verbi Dei ministris commissa erit, et concredita vna Prouincia, quibusdam altera, sic de singulis, velut optimè declarat Illustrissimus Dominus Cardinalis Baronius in suis Ecclesiasticis annalibus, sub anno Christi 44. cap. 20. et sequentibus, vbi ostendit, quæ cuique

A Apostolorum fuerit commendata Prouincia ad predicandum verbum Dei, ut miseri homines, et plusquam infœlices, errore iam concepto, et infidelitate oppressi denudentur, et induantur dominum Iesum Christum: vel diuidet spolia fortium, idest labores Apostolorum, qui dicuntur fortes, et constãtes in impugnatione Demonum, in expulsione vitiorum, et in imprimenda fidei veritate in mentibus quorumcumque hominum. Dicit Lyra. Diuidet spolia, quia deducet Patres de Limbo, quod fecit in sua resurrectione Christus Dominus. Diuidet etiam spolia fortium, quia aliis datur sermo sapientię, alii sermo scientiæ. Et sic de aliis donis, distributis unicuiq; illorum, secundum mensuram donationis Christi. Vel dũ fecit alios Apostolos, alios Euangelistas, alios Doctores, et Pastores, etc. Et hanc diuisionem, siuè partitionem fecit Christus Dei filius, velut suæ virtutis, et maiestatis, ac potentiæ author, ac distributor: ideo dixit. *Dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est.*

B

C

Vbi notandum quòd non ab re, nec absq; misterio dicit Textus. *Dispertiam ei plurimos*. quę uerba velut a patre dicta, qui demõstrat se daturum filio hanc facultatem, seu potentiam, vt plurimos sibi asciscat, et multas gentes ad se alliciat, et inter plurimos, siuè tot gentes ipse quoq; accipiat sortem, et fiat particeps hæreditatis ęternæ, et bonorum cœlestium, vt quemadmodum dixit Apo. Pau. sit ipse primogenitus in multis fratribus. At verò ne quis fortè crederet solius Dei pãtris fore hoc munus, et potestatem facere hanc distributionem plurimorum, seu multorũ, aut etiã primarios ipsi filio tribuere, et nõ ipse filius id facere posse crederetur, subdit. *Et fortium diuidet spolia* q. d. Ille qui fortium diuidet spolia, dispertiet etiã plurimos, et distribuet virtutes, et dona Ciuitates, et Regna, iuxta beneplacitum voluntatis suę, propterea dicit Deus pater. Dispertiam ei. i. filio, quo ostendat se omnia per filiũ operari, qua quidẽ ratione filius vocatur brachiũ domi

D

E

 ni,

ni, ut in principio huius cap. dictũ est. A Dicit postmodũ. *Pro eo quod tradidit in mortem animam suam & cum sceleratis reputatus est.* Ob hæc tria facinora, seu res magnificentissimè, et præclarissimè gestas humano captui prorsus imperceptibiles, Dei filius homo factus consecutus est hoc prẽmiũ, quod scilicet data est ei vniuersorũ potestas, & quòd Ciuitates, et Regna & quòd lõgè præstantius est, spiritus sancti dona, & virtutum prẽmia posset suis ducibus B & ministris, ac sectatoribus, ut velit
Psal. 46. elargiri. Quod non immerito David præuidendo, & præcipiendo præmõstrauit, cũ dixit. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis, quoniam dominus excelsus, terribilis, Rex magnus super omnem terram, subiecit populos nobis, &c. Quę igitur fuerunt eæ actiones, quibus Dei filius homo factus, est consecutus tam
Tex. 8. amplum ius, ac dominium, illis verbis C declaratur. *Pro eo quod tradidit in mortem animam suam.* Quod scilicet qui est summè iustus, & iustitia ipsa, ac alios iustificans, tradiderit in mortem animam suam, ut scilicet voluerit, uelut impius occidi, & inter sceleratos deputari, vel annumerari, & pro eisdem deniq; Deum patrem exorare, ut videbimus. Vix enim pro iusto quis moritur
Rom. 5. ut ait Paulus ad Roma. 5. at ipse iustus pro iniustis voluit occidi, hoc est quod D tandem subdit. *Peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.* Peccata (inquam) multorũ tulit, efficienter, omnium verò sufficienter, illorum scilicet, qui ei corde, & animo firmiter adheserunt, eorum (inquam) peccata, idest pęnas, & supplicia, quæ pro eorum peccatis, & sceleribus eos pati oportebat, ipse sustinuit in corpore suo super lignum crucis, *Pro transgressoribus rogauit*, rogauit inquam deum patrem, ut E
Luc. 23. habetur Lucæ 23. d. Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt. Pro illis transgressoribus orauit, qui verè trãsgressores fuere, crucifigendo ipsum, id quod fuit summum, & numquam amplius auditum, scelus, & flagitium ad cuius vocem dicunt Nazarei multa millia Iudęorum, qui astabant circa crucem crediderunt, & Lucas ait quod illi qui astabant, & viderunt quę fiebant percutientes pectora sua reuertebãtur. Super his verbis Esaię Prophetę ego puto esse tantisper digrediendum, vt mysterium quod in his verbis latet plenius agnoscamus, videre enim congruum est, qui fuerint isti transgressores, pro quibus Christus rogauit, deinde si fuere transgressores quam ob causam Christus Dominus, qui iustitiam dilexit, rogauit pro eis.

Constat enim, & videtur valde iustum, & rationabile homines scelestos, & legum transgressores debere potius ob sua scelera puniri, quam illis pęnam condonari, hoc quidem paret per Ezech. 12. Da bono, & non recipies peccatorem. Item Ieremias Ezech. 12.
7. dicitur. Tu ergo noli orare pro Ierem. 7.
populo hoc, inquit deus, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.

Item Dauid imprecabatur inimicis suis, & male agentibus dicens. Erubescant, & conturbentur omnes Psal. 6.
inimici mei, conuertantur, & erubescant valde velociter. Et psal 57. Lætabitur iustus, cum viderit vindi Psal. 57.
ctam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Item Ioannis in Apocalip. dicentis. Est peccatum ad mortem pro eo non roget quis. Et omni- Ioan. Apoc.
bus est confessum pro excomunicatis, & pro iis, qui committunt crimen lesæ maiestatis non esse orandum, eiusmodi fuere qui crucifixerunt Christum, igitur pro eis non est orandum. Postremo videatur imprecatio quam facit regius Propheta Dauid psal. 108. aduersus eiusmodi maledicos, & transgressores presertim cum dicit. Induantur, qui detrahunt mihi pudore, et operiantur sicuti di- Dauid psa. 108.
ploide confusione sua, et in principio capitis magis explicat eorum vecordiam cum inquit: locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odii circundederunt me et expugnauerunt me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi. Sequitur tamẽ ego autẽ orabã Hoc est quòd quæritur, cur v3 Christus rogauerit pro eis; sed prius videamus, qui fuerint isti transgressoribus,

ſgreſſoribus, pro qbus ſigulãter orauit, ſi volumus reſpicere conditiones hominũ citra cõtrouerſiã omnes nos (ut inquit propheta hoc in loco) quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit; & alibi: omnes peccauerũt *Rom. 3.* & egent gloria Dei: quod autem attinet ad preſens quæſitum, dicimus multos fuiſſe, qui tranſgreſſi ſunt leges, & pactum, & qui contra omnem iuſtitiã conuenerunt, & congregati ſunt aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius, & primus quidem, qui fuit molitus, aut potius orditus necem Chriſti, fuit vnus ex diſcipulis ſuis, videlicet Iudas Iſcarioth, qui cum vidiſſet Mariam Magdalenam effudiſſe libram vnguẽti nardi piſtici pretioſi ſuper caput, & pedes ipſius Chriſti, indignatus dixit, illud vnguentum potuit vendi trecentis denariis, & dari egenis. Hoc autẽ dixit (inquit Ioannes) non quia de egenis *cap. 12.* pertinebat ad eum, ſed quia fur erat & loculos habens, ea quę mittebantur portabat. Hic itaque indignatus acceſſit ad Principes Sacerdotum, & dixit. Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis *Matth. 26.* tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos conſenſerunt, vt in manus eorum traderetur; Acceſſit ergo ad Chriſtum vnà cum miniſtris miſſis à principibus Sacerdotum, & Senioribus populi dicens illis, quemcumque obſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & confeſtim accedens ad Ieſum dixit. Aue Rabbi, & obſculatus eſt eum, & tunc acceſſerunt miniſtri, & manus iniecerunt in ipſum, & tenuerunt eum.

Secundo loco fuit Pilatus, qui tradidit ipſum principibus Sacerdotum, vt crucifigeretur, ut habetur Ioannis 19. quamuis enim Pilatus ſemel, at- *Ioann. 19.* que iterum fuerit confeſſus ſe nullam in eo cauſam mortis inueniſſe, tribus tamen ex cauſis potiſſimum receſſit à ſententia. Primum, quia dicebãt ipſum fuiſſe transgreſſorem legis, prohibentem tributa dari Cæſari, & facientem ſe Regẽ. Sed per hæc Pilatus detrectabat ipſum morti tradere; ſed alia via illorum petitioni ſatisfacere. Propterea eum vidiſſent Põtifices, & miniſtri Pilatum horrere dare Chriſto necem,

A clamabant dicentes: crucifige, crucifige eum, quandoquidem nos legem habemus, & ſecũdum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit: quæ verba cum Pilatus audiſſet, magis timuit, ut habetur Ioan. 19. Sed dubiũ eſt ob quã *Ioan. 19.* rẽ, vel ob q̃ cauſã Pilatus magis timuit audita iuſtitia legis: dicit Caiet. Pilatũ timuiſſe niſi faceret Chriſtũ crucifigi, ſe aliquod ſuppliciũ paſſurũ uelotis, q nõ faceret iuſtitiã. Alii verò dicũt, ut D. *Aug. 107.* B Aug. trac. 107. ſup Ioan. et Chryſ. quod Pilatus timebat ne forte uerum eſſet ꝙ dicebatur, ut ſcilicet Chriſtus Dñs verè diceretur Deus, aut filius Dei, quoniã cũ ipſe eſſet Idolatra, potuit opinari ipſum eſſe aliquem Deum quemadmodum ipſi fingebant Herculem, aut Iouem, aut quemquam alium, & uerebatur inique agere ſi permiſiſſet eum crucifigi, Iudæi autem videntes illum eſſe perplexum, & ancipitem, iniecerunt C illi alium ſcrupulum dicentes: ſi hunc dimittis, non es amicus Cęſaris, quia omnis, qui ſe Regem facit contradicit Cæſari. Hæc fuit ratio uel accuſatio, quæ mox mouit ipſum Pilatum ad ferendam ſententiam aduerſus Chriſtum, quoniam, ut inquit Auguſtinus magis timuit, ne contemneret Cæſarem, authorem poteſtatis ſuæ, quam legem gẽtis alienæ: quod igitur non fecerat propter crimen leſæ maieſtatis ipſi Chriſto D imputatum, neque etiam propter vſurpatam diuinitatem fecit, ne Cæſaris indignationem incurreret.

Tertio loco, & hoc omnium primo & præcipuo, Principes Sacerdotum, & Seniores populi tradiderunt Chriſtum *Ioan. 18.* vt inquit Pilatus Ioannis 18. Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi.

Quarto loco fuerunt milites, & miniſtri, qui crucifixerunt eum, qui longe minus, quam alii peccauerunt: Iu- E das enim ut diximus, peccauit ex auaritia, & cupiditate tradendo in manus Iudæorum Dominum, & præceptorem ſuum. Pilatus peccauit ex timore, & metu, ne ammitteret gratiam Cęſaris, cuius vicem gerebat: miniſtri, & milites peccauerunt iuſſu præſidis: at principes Sacerdotum peccauerũt ex odio, & inuidia, & ſic multo magis quam alii

transgressoris notā obierunt. De ministris autem refert Ioannes quod plectētes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circundederunt eum, & dicebant ei. Aue Rex Iudæorum, & dabant ei alapas, quare si ipsi non tradiderunt Christum, saltem grauiter, & vehementer iniuria affecerunt. Cęteri verò Iudęorum, qui erāt inferioris classis non parum, & ipsi fuere transgressores, qui criminabantur eum, & magnis vocibus clamabant dicentes: tolle, tolle, crucifige eum. Neq; etiam puto eius discipulos fuisse omnino immunes ab hoc peccato ommissiuè saltem, & si non cōmissiuè, propterea quod relicto eo, omnes fugerunt. Marc. 13. Sed dices qua ratione potest dici eos, qui tradiderunt Christum tam grauiter peccasse; quando legitur apud Apostolum Paulum quod etiam Pater trididit ipsum, sic enim scribitur ad Roma. 8. Proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis ōnibus tradidit illum. Quinimò Christus ipse ut habetur Esaiæ cap. 53. tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est; Sed facile potest aduerti quod non eadem ratione Pater, & filius in mortē conuenerūt, qua cęteri, quos mox enumerauim⁹

Marc. 13.

Rom. 8.

Esa. cap. 53

Constat enim voluntarie Christum Dominum mortem obiisse, & Patrem omnipotentem eum tradidisse, ut scilicet redimeret humanū genus. Quęrere autem si potuit ipse Deus absque morte filii ipsum redimere non est præsentis speculationis. Difficultas tamē à nobis proposita est, ut quęramus causam, ob quam Christus rogauit pro illis trāsgressoribus, quos grauiter deliquisse non est dubitandum, legibus enim cautum est vt earum transgressores, & malefici puniantur, iuxtà illud: maleficos non patieris uiuere, & Esaias inquit misereamur impio, & non discet facere iustitiam, & Isidorus libro quinto cap. 20. inquit: factę sunt leges, ut earum metu humana coherceatur audacia, tutaquē sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio, efrenetur nocendi cupiditas: non ergo videtur rationi congruum, & iustitiæ consonum, ut Christus pro trāsgressorib⁹ exoraret. Videam⁹ ergo causam. Dicimus autem Dominum pro illis rogasse, ut habetur Lucæ 23. cap. quia per ignorantiam peccauerunt, sic n. habetur ibi. Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt; duo ergo sunt nobis videnda; Alterum si qui Crucifixerunt Christum ignorauerunt quid agerent, nec ne. Reliquum numquid eorum ignorantia ea fuerit, ut potuesint excusari à peccato, vel à pœna peccati. Quod actinet ad primum. D. Petrus actorum 3. habens sermonem ad multitudinē Iudęorū hęc verba dixit. Vos sanctum, & iustum negastis, & petistis uirum homicidam donari vobis, authorem verò vitæ interfecistis, quē Deus suscitauit à mortuis cuius nos testes sumus, & postea subdit. Nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis sicut, & principes vestri. D. Paulus 1. ad Thimoth. 1. fatetur se misericordiam consecutum à Deo, quia ignorans fecit persequendo Christum, & eius discipulos, ac ministros, ut B. Stephanus cuius neci fuit consentiens. Item 1. ad Corinth. nos loquimur sapientiam quam nemo principum huius seculi cognouit, si enim cognouissent, numquam Dominum glorię crucifixissent. Et ad Romanos c. 10. habet hæc uerba voluntas cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam. Præterea non solum Iudæi & alię gentes, quæ erant alienę à cognitione Dei non cognouerunt Christum esse filiū Dei, sed neque etiam eius discipuli, quoniam ut habetur Lucę 18. cap. Dum Christus loqueretur eis de morte, & resurrectione sua, nihil horum intellexerūt. Et Lucę vltimo, illi duo discipuli, qui ibant in Emaus dicebant. Nos sperabamus, quod ipse esset redēpturus Israel, & nunc tertia dies est hodie: quo hæc facta sunt: patet ergo ex his, Iudæos ignorauisse Christum esse verum Messiam, et verum filium Dei, non ergo inconuenit ut Christus Dominus clemens, & misericors pro eis rogauerit. Contra verò multę sunt auctoritates, quibus probatur eos nequaquā fuisse

Isidorus li. 5. cap 20.

Luc. 23.

Petr Act 3.

1. Cor. 2. ca.

Luc 18.

Luc. vlt.

Ioannis 15. fuisse ignaros diuinitatis Christi, & primo quidem Saluator Ioannis 15. habet hęc uerba. Si non uenissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberẽt. Sic etiam si non fecissem in eis opera, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem, & viderunt, & oderunt, & me, & patrem meum. Idem *Ioannis 5.* Ioannis. 5. dicebat Scrutamini scripturas, quoniam ipsę testimonium perhibent de me: Præterea Matthei 21. cum pater familias accessisset ad uineam ut acciperet fructus eius agricolę *Matth. 21.* videntes eum dixerunt inter se, hic est hęres, uenite occidamus eum, & habebimus hęreditatem eius. Vbi per agriculas voluit Dominus designari principes Sacerdotum, Scribas, & Pharisęos qui cognouerunt hæredem, idest Christum filium *Dei*, nec dubium quod per hunc hæredem eum oportet intelligere cui dictum est psal. *psal. 2.* 2. postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: cui paulò ante dixit filius meus es tu, ego hodie genui te, quæ omnia citra controuersiam intelliguntur de Christo filio Dei. denique cũ *Marc. 14.* summus Sacerdos, vt habetur Marci ca 14. interrogauerit Christũ, & dixerit tu es Christus filius Dei benedicti? Christus respondit. Ego sum: & subdit, & videbitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis Dei, & uenientem in nubibus cœli, Quod etiam reliqui, qui cooperati sunt in necem Christi potuerint ex signis, & miraculis, ac doctrina cognoscere ipsum esse Messiam, aut saltem virum iustum, & bonum. habemus ex euãgelio Ioannis, ubi ipse dicit quod de turba multi crediderunt in eum. Et *Ioan. ca. 7.* Pilatus ut habetur etiam apud Ioannẽ cap. 19. dixit. Innocens ego sum à san- *Ioaan. 19.* guine iusti huius: & Iudas postquam pœnitentia ductus retulit triginta argenteos dixit. Peccaui tradens sanguinem iustum. Multi etiam ex plebe cognouerunt Christum esse Messiam, & filium Dei, sed seducti à principibus Sacerdotum, & Senioribus populi recesserunt ab eo, quemadmodum etiã quidem ex principibus crediderunt in eum, sed propter Sinagogam non cõfitebantur: quod, n. multi ex Iudæis per signa, &

A miracula potuerit cognoscere, uel etiã cognouerunt Christum esse uerum Messiam patet per illud Ioannis 7. cum dicebant. Christus cum uenerit numquid plura signa faciet quam, quę hic facit? Verumtamẽ d. Christus pendens in cruce. Pater dimitte illis, quia nesciũt quid faciunt. Quid ergo dicemus ad eiusmodi rationes, & authoritates inuicem contrarias? Quomodo conciliabimus uerba Christi, & suorum sibi inuicem B contradicentia. Dicunt aliqui, ut Beda quod illi fuerunt transgressores pro quibus ipse Christus rogauit, qui potius crucifigere, quam quem filium Dei esse intellexerunt confiteri voluerunt. Quidam alii dicunt Christum rogasse pro illis militibus, & ministris, qui eũ reipsa crucifixerunt, qui verius dicebantur nescire, quid facerent, quam quiuis alius. & D. Aug hom. 36 d. quod Deus auertit intellectum illorum, qui eũ C crucifigebant, ne eum agnoscerẽt. Ego autem persisto in hac sententia Christũ dominum rogauisse pro omnibus, qui in eius necẽ consenserunt, & conspirarunt: omnes isti dicuntur modo quodã nesciuisse quid agerent, pro cuius rei declaratione dicendum ex sententia D. Thomæ, in populo Iudæorum fuisse quosdam maiores, & sapientiores, ut puta, magis eruditos in lege, & quosdam minores, ut plebeios, & uiros minus D eruditos, & uersatos in sacris litteris. Dicit ergo maiores cognouisse Christum esse uerum Messiam numquam tamen cognouerunt ipsum esse filiũ Dei, quia si cognouissent numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Minores verò, & uiros populares numquam cognouisse Christum esse verum Messiam; neque etiam filium Dei. Sed ego dico vnà cũ quibusdam (saluo semper meliori iudicio) quod neque Principes, neq; Plebei E cognouerunt Christum Dominum esse verum Messiam, nec filium Dei quamuis non eadem causa moti, quoniam alia fuit nescientia maiorum, alia uerò minorum, datur enim quędam ignorantia, quam uocant affectatam, quędam uerò neglectam seu crassa, altera uerò inculpabilis, seu inuincibilis Principes ergo sacerdotum, & Seniores

populi, & quicumq; eruditi in lege, dubio procul non cognouerunt Iesu m esse Messiam, multo minus filium Dei, potuerunt tamen, & debuerunt nosse, sed excecati odio, & inuidia, & graui quadam indignatione cognoscere noluerunt: puto tamen aliquos ex his melius dispositis cognouisse Christum esse Messiam, & verum Deum. Minores verò, vt puto pro maiori parte non cognouerunt, & ipsi Christum Iesum esse Messiam, non quia noluerunt, sed quia neglexerunt ob socordiam, & inertiam quandam procurādę salutis, & velut hi, quibus satis erat imitari mores, & vestigia maiorum, & toti pendere ab ore viri. Existimo tamen maiorem partem ex his inuidia quadam, & indignatione erga Dominum Iesum eorum peccata reprehendentem, & quandoq; flagris verberantem non cognouisse, vel noluisse cognoscere Christum Dominum vt etiam dixit Diuus Stephanus acto. cap. 7. Sic ergo dicere possumus omnes istos ignorasse, quid fecerint, vel quia noluerunt, uel quia neglexerunt, aut parum admodum curauerunt, & pro omnibus istis legimus Dominum nostrum, patrem rogauisse. At dices, quomodo Patrem Christus rogabat Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt? si propterea nescierunt, quia noluerunt aut neglexerūt? cum presertim apud Regium prophetam fiat hęc imprecatio aduersus hoc hominum genus, cum inquit. Effunde Domine iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna quę nomen tuum non inuocauerunt. & Oseæ 4. cap. inquit Deus, quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Dicendum pro vltima resolutione huius dubii, quod re vera Christus rogauit pro illis, quia profecto nescierunt quid facerēt: quia ut diximus inuidia excecati, & ebrietate absorpti vt habetur cap. 28, non cognouerunt, idest non penetrarunt, neq; vltimum finem attigerūt, quam graue peccatum, & ignominiosum scelus sit offendere Deum, qui nos creauit, qui nos redemit, & ut redimeret de cœlo descendit, humanam naturam assumpsit, peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit, & perpetuò orat. Nescierunt inquam, & non cognouerunt Iudæi quam maxima esset futura pernicies mittere manum in Christū Dei, & occidere filium eius, quemadmodum nos omnes qui nostris sceleribus, & flagitiis Deum offendimus: Quò nos perpetuo tenemur præcari Deum, dimitte nobis debita nostra, qui à concupiscentia illecti, & attracti. Deum numquam non offendim⁹ Quod igitur Deus rogauerit pro ipsis, nulli sit mirum, quoniam quod docuit uerbo, uoluit exemplo perficere, nam Matth. 5. sic præcepit. d. Diligite inimicos uestros, & orate pro persequentibus vos. Ad rationes autem, & authoritates quas adduximus ad probandum nō licere ulli rogare pro peccatoribus & scelestis hominibus quia uidetur fieri contra leges, & iustitiam, paucis verbis potest resp ōderi: primo quod fiorario pro eis, nō ut liberentur à pæna, sed ut caueant à culpa: Vel dicēdum quod oratio non fit pro eis, qui volunt permanere in peccato, & in illo usq; ad finem persistere, & in infidelitate permanere: de hoc genere peccati loquebatur Apostolus Ioānes, cum dixit. Est peccatum ad mortem, pro eo (dico) non roget quis: notat tamen D. Tho. non prohiberi quemquam rogare pro quibuscumq; peccatoribus, dum sunt in hac uita, sed pro obduratis in peccato mortali dicit ipse, non esse cuiuscunq; hominis rogare, sed solum perfectorum; in quęstionibus de libero arbitrio q. 24. ar. 11. & per hęc facile potest responderi ad quascumq; alias authoritates adductas, uel possibiles adduci ad hanc difficultatem. Et de hoc satis ad pręsens.

Psal 78. Osea 4. Matth. 5. D Thom. in q disp. q. 24 ar. 11.

EXPLA-

CAPVT QVINQVAGESIMVM QVARTVM.


AVDA sterilis quæ non paris, decanta laudem, 1.
& hymni, quæ non pariebas: quoniam multi
filii desertæ magis quam eius, quæ habet ui-
rum, dicit Dominus. Dilata locum ten- 2.
torii tui, & pelles tabernaculorum tuorum
extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos
& clauos tuos consolida. Ad dexteram enim
& ad leuam penetrabis; & semen tuum Gentes hæreditabit, &
Ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere quia non confunde
ris, neque erubesces: non enim te pudebit, quia confusionis ado- 3.
lescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrii uiduitatis tuæ non recor
daberis amplius. Quia dominabitur tui, qui fecit te, Dominus
exercituum nomẽ eius: & redemptor tuus sanctus Israel, Deus om
nis terræ vocabitur. Quia ut mulierem derelictam, & mœrẽtem 4.
spiritu vocauit te Dominus, & vxorem ab adolescentia abiectã,
dixit Deus tuus. Ad punctum in modico dereliqui te, & in mi-
serationibus magnis congregabo te. In momento indignationis
abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempi-
terna misertus sum tui, dixit redemptor tuus Dominus. Sicut in 5.
diebus Noé istud mihi est, cui iuraui ne inducerem aquas Noë vl-
tra super terram: Sic iuraui, ut non irascar tibi, & non incre-
pem te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent:
misericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non
mouebitur: dixit miserator tuus Dominus. Paupercula tempe- 6.
state conuulsa absq; ulla consolatione. Ecce ego sternam per ordi-
nem lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponã iaspidẽ propu
gnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, et omnes terminos
tuos in lapides desiderabiles. Vniuersos filios tuos doctos à Do-
mino, & multitudinem pacis filiis tuis. Et in iustitia fundabe-
ris: recede procul à calumnia: quia non timebis, et à pauore, quia
non appropinquabit tibi. Ecce accola ueniet, qui non erat mecũ,
aduena quondam tuus adiungetur tibi. Ecce ego creaui fabrum

sufflantem

sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creaui interfectorem ad disperdendum. Omne uas, quod fictum est contra te, non dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio, iudicabis. Hac est hæreditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me, dicit Dominus.

EXPLANATIO IN QVINQVAGESIMVMQVARTVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. LAVDA sterilis, quæ non paris: decanta laudem, & hinni quæ non pariebas, quoniam multi filii desertæ magis quam eius quæ habet virum.

TEXTVS LXX. interpretum sic habet. *Lætare sterilis quæ non paris, erumpe, & clama quæ non parturis: quia plures filii desertæ magis quam eius quæ habet uirum.* Sic etiã Zacharias cap. 2. prædicit huius temporis foelicitatem, cum dicit. Lauda sterilis et lætare filia Syon, quia ecce ego venio, et habitabo in medio tui ait Dominus, et applicabuntur gentes multę ad Dominum in die illa. Sensus idem, quã quam nõnihil sit descriminis in verbis: hęc eadem verba Paulus Apostolus desumpsit ex hoc loco, et posuit in epist. ad Galath. cap 4 per quę D. Hier. vult prophetam prędicere vocationem gentium, et eorum qui in illum sunt credituri. D. etiam Cyril. est huius intentionis, qui vult prophetam, suam orationem conuertisse ad eos, qui sunt in sortem dati à Deo ipsi Christo, postquam egregiè admodum nobis exposuit preciosam crucem, et passionem, quam pro salute mundi verus agnus, idest Christus sustulerit, cumque prędixerit eundem Christum multos populos possessuros, inquit ergo. *lauda sterilis quę non paris.* vbi per sterilem dubio procul intelligit multitudinẽ gentium, ex A tum et collectionem infidelium, qui neque legem, neque prophetas, neq; vllam veri Dei cognitionẽ habuere, quæ idcirco verè sterilis tanquam quæ dici potest, quia nullum bonum fœtum edere, neque fructum aliquem bonum, et suauem poterat producere: sterilitas tamen non semper damnatur, sed quam doq. commendatur, nam sap. ca. 3. legitur. Foelix est sterilis, et incontaminata, quę nescit thorum in delicto habebit B fructum in respectione animarũ sanctarum. Hortatur ergo propheta hanc gentium turbam sterilem Deum laudare, neque id solum, sed cum gaudio, et exultatione illum commendare: proinde sequitur. *Decanta laudem & hynni quę non pariebas, quoniam multi filii desertæ &c.* Hic ergo lætus admodum, et iocundus est nuncius, ut quæ prius erat sterilis, et nullos habebat filios, efficiatur mater multorum filiorũ, C de qua dicebat Dauid, Deum et ipse cõmendans et magnificãs, qui habitare facit sterilẽ in domo matrem filiorum lætantem, nec laudare sufficit, et laudes utcunq; decantare, sed ad innuendum, et manifestandum inexplicabile gaudium, et animi iocunditatem dicit. *Hinni quę non pariebas,* hoc est vehementer, & alacriter nullo habito pauore, ac more uoces emittas quemadmodũ faciũt et equi

Gentilitas sterilis.

Psal. 1 2.

& equi cũ tympanis, ac tubis prouocãt ad bellũ, aut aliquid delectabile percipiunt. Sed nota quod hinnitus non semper est signum gaudii, sed etiam quandoq. doloris, & afflictionis, ut supra dixit Esaias. Hinni voce tua filia Gallim cap. 10. Alius textus habet. Erumpe, & clama quę non parturis: dicit enim Cyrillus quòd solent mulieres dum pariunt excitare obstetrices, intenta & alia voce exclamare, quo infans é matrice attrahatur, uiscer- B ribus ad clamorem, & præ clamore dilatatis *Erumpe, & clama*, quasi dicat incipe parere, sic & Ecclesia tamquam mater futura innumerabiliũ populorũ monetur voluptatem percipere spiritualem: erumpe igitur & clama, hoc é læta, & allacris vehementer esto aut erumpe, & clama i. ne amplius fileas, nec te contineas, foras emitte voces, erumpe pectus, & præcordia viscerum: tanta est enim lętitia sobolis producen C dę quòd potius mulieres eligunt sustinere quoscumq; dolores, quam carere titulo, & nomine matris.

Huius autem ratio est, quia multi filii desertæ magis quam eius, quæ habet uirum. Quęritur autem quę fuerit illa mater quæ habuit virũ. Omnes quidem intelligunt per eã quæ habuit virum ipsam sinagogam, quæ dicitur habuisse virum, quòd habuit legem, agnouit Deum, & eum peculiarem domi- D num, & patrem selegit: dicebatur .n. Deus Israelis, Deus Iacob, Deus Abraham, & Moyses etiam potest iure nuncupari uir ipsius Synagogæ. At gentiũ multitudo hac ratione sterilis iure nuncupatur. Sed quo pacto ea vocatur sterilis, eum hic habeatur in textu, quod multi filii desertę magis quã eius quę habet virum. Dicitur quod re vera lõ

Deut. 32. ge plures fuerunt gentes quam Iudæi iuxta illud Deuter 32. quando diuide- E bat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. quomodo igitur sterilis erat, adeo liberis fœcunda, & quasi feracissima? Respondeo dictam fuisse sterilem gentium multitudinem, quia uniuersorum ueum ignorabant. pręterea nõ erat in eis per aquam & spiritum regeneratio: Sed ex semine erant corruptio, corrupti, & terreni, sicut ait psal Alienati sunt a uulua, errauerunt ab utero, locuti sunt falsa. .i. ex peccatoribus peccatores prodierunt. Sed nota quod non solum multitudo gentium dicitur fuisse sterilis, verumetiam Synagoga, quæ ante aduentum Christi paucos admodum Deo gratos filios edidit, quæ tamen post Christi aduentũ multitudini gentium coniuncta non amplius sterilis, sed multos, & ipsa Deo filios produxit. quare per sterilẽ hoc loco, multorum filiorum matrẽ, intelligenda é Ecclesia ex Iudęis, & gẽtib' collecta. At secundum aliquos dicenda est Synagoga sterilis secundum priorem statum, & Ecclesia gentium longe fœcundior, etiam ante quã Dei cognitione fuerit illustrata, vt verum sit, quod ait propheta. Multi filii desertæ magis quam eius quæ habuit virũ, quia Synagoga unam tantum gentem est complexa, multitudo tamen, & collectio gentium habuit Persas, Grecos, Medos, & uniuersum orbem. Idipsum contigit post habitã Christi cognitionem, quoniam si qui ex Iudæis adhæsere runt Christo, illi ex una tantum gente prodierunt, at gentiles, eum reliquas omnes orbis partes complectantur, Christi fide imbuti multo plures filios Christo pepererunt, quã Iudæi, vt omni ex parte sit verum, quod multi filii desertę magis quam eius quæ habebat uirum, cuius typus, & figura fuit Sarra, quæ eum esset antea sterilis, & ĩfœcunda numerosæ sobolis mater est facta, vt verè dixerit Anna 1. Reg. 2. sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. Vocatur etiã sterilis, & deserta ecclesia pręsens, quia non parturit aliquid pręsens, diu permansurum, sed futura solum prospicit, & quę non videtur, quę enim videntur temporalia sunt, quæ non videtur æterna. dicitur etiam Ecclesia triũphans .s. cœlestis Hierusalem ad pręsens aliquantulum sterilis, & parũ fœcunda, quoniam pauci admodum ingrediuntur eã, quam tamen ante Christum nullus adibat, quia interruptus erat

Ecclesia sterilis.

erat aditus ad cœlestia. Sed dices Ioan: in Apoc. cap 7. dicit. Vidi turbam magnã quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes ante thronũ &c. Præterea *Deus* promisit Abrahæ se multiplicaturũ semen suum sicut stellas cœli, & velut arenam quę est in litore maris Gen: 22. constat autẽ quod neq; stellę cœli, neq; arena maris potest numerari, igitur numerus electorum est penè infinitus. R. id vtiquè verum est, quod ex sacris literis testimonium affertur, uerumtamen cum Saluator noster dicat paucos fore electos, dicendum quod infinita illa multitudo tum stellarum, tum arenę maris collata his, qui damnantur, est ualde perexigna: ubi etiam nota quod arena maris comparatur his, qui damnãtur, & regni cœlorum sunt exorres: numerus uerò stellarum comparatur his qui æternę hereditatis pręmiũ cõsequuntur, hoc est bonis, & electis.

Gen: 22.

Tex 8. *Dicit dominus. dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida &c.*

Dicit inquam dominus quasi uelit innuere propheta, quæ uobis ego pędico, & quęcumquè uos moneo, & quibus adhortor, sterilem quę non parit, ad laudandum *Deum*, & laudes illi decantandas nõ ex me illa uobis pronũcio, sed uerba sunt uei, & monita ipsius. Quod autem filij desertę futuri sĩt multo plures quam filij eius, quę habet uirum, & sint ferè ĩ immensum multiplicandi, quod uix eos terra capere queat his uerbis ostendit. *Dilata* ĩquit ò mulier sterilis *locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas* uidelicet, expensis laboribus, & uigilijs, neq, tedio afficiaris, aut timore correptus desinas quo tentoria tua sĩt ampla, & ĩ multũ terrę spatium extendantur &c. Pulcherrima certè, & elegans mitaphora, qua propheta explicat augumentum, & amplitudinem Ecclesiæ filiorum Dei, & commodè quidem comparat illam tentorijs, quasi uelit innuere nos hic non habituros ciuitatem permanentem, sed uelut hospites, & peregrini ciuitatem hanc terrenã incolimus, & ad cælestem patriã anhelamus D. Greg: 29: mor: cap: 7. d. hac metaphora designari paucos admodum ex plebe Israelitica ipso Christo pędicante credidisse, innumeros vero ex gentibus eo moriente credidisse. Vnde hæc latitudo Ecclesiæ nunquam fuisset, nisi Christus vitam, quã moriens despexit, eamdem resurgendo demonstrasset Dicit pelles tabernaculorum tuorum extende, hac ratione fortasis, quia solebant tentoria quo essent tuta, & libera à pluuiis, & caumatibus, reliquisuè temporum iniurijs pellibus operiri. *Longos* inquit *fac funiculos tuos*, quibus tentoria extendunt, & colligantur, *& clauos tuos consolida* .i. bene configas pręfatos funiculos, eiusmodi clauis, ut funiculi sint benefirmi, stabiles, & immoti: quo typo uult innuere euangelium regni nõ in una tantum ciuitate, neq; in vna prouincia dumtaxat, aut vna ipsius orbis plaga, sed vbiq;, & vndequaq; extendendum, prædicandum, & annunciandum: quemadmodum idem Christus prædixit, euangeliũ regni prædicabit in toto mundo: Claui sunt benè consolidati, quando uerba pędicationis sunt hominum auribus fideliter impressa. legitur enim ecclesiastes vltimo. Verba sapientis quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi.

Postea subdit *Ad dexteram enim, & ad leuam penetrabis: & semen suum* i. plebs, & proles fidelium *hereditabit gẽtes, & ciuitates desertas inhabitabit.* Ad dexteram enim, & leuam penetrabis .i. fides Christi, & pędicatio euangelii penetrabit mediantibus Apostolis, & Dei ministris ad quamcumq; orbis regionem, quod innuitur per dexteram, & per sinistrã, siue leuam, quamquã p dexteram, & leuam quidam uolunt intelligi bonos, & malos, qui Christi fidem profitebuntur. simile namq; est regnum cœlorum sagenę missæ in mare ex omni genere piscium congregãti. conuenienter autem pro explicanda ratione, qua euangelium sit pertingẽdũ ad quascumq; orbis regiones, & usque ad terminos terræ, usus est hoc verbo, penetrare

penetrare: quandoquidem ea penetrari dicimus, quæ passim, & cum aliquo labore, ac difficultate, seu industria tandem attingimus, aut peruenimus, quo quidem modo Apostoli et eorum successores ad remotissimas quasq; nationes Christi notitiā adduxerunt. Et semen tuum hæreditabit gentes. iuxta illud quod habetur psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrę. Ecce quo pacto verum est quod propheta dixit à principio, quod multi filij desertæ magis quam eius, quę habet virum; Etenim Synagoga acceperat legem tamquam virum, cui despōderat fidem suam, & vinculo quodam indissolubili coniuncta esse videbatur, ex vna tātum gente peperit nōnullos, & eos quidem valdè paucos ipsi Christo: At Ecclesia ex gentibus congregata, quæ fuit quondam sterilis, post Christi passionē, & euangelij promulgationem locum tentorij sui, & pelles Tabernaculorum suorū extendit vsq; in Persas, & Medos aliasq. Barbaras gētes, & nostris temporibus ad amplissimas vsq; regiones Indorum. Ciuitates desertas inhabitabit: ciuitates inq; quæ à vero Dei cultu, & à vera religione fuerant semotę, ac seiunctę desertæ nuncupantur, quæ postmodum Dei fidem amplexæ, non amplius desertæ sed cęli ciuibus repletæ dicuntur. Pręcipitur huic Ecclesiæ, & eius ministris vt longos faciat funiculos suos, & clauos suos consolidet, idest dogmata, & præcepta fidei firmiter statuat, & corroboret, vt non possint vlla ratione discindi, aut eneruari: quemadmodum Christus pollicitus est Apostolorū Principi, & eius Vicario, dicens. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, & hoc est tabernaculū illud, aduersus quod portæ inferi nequaq; præualebunt. Sed uereor ne tabernaculum istud iam cœperit minui, & deuastari, nam omnes funiculi sui penè dirupti sunt, filij Dei exierunt ab eo, idest tot regiones, & oppida exierūt ab eo, & non subsistūt, quia stultè

Psal. 2. *Luc. 22.* *Hierē. cap 10.*

A egerūt Pastores, & Dominum nō quęsierunt. Hierem. cap. 10. Cum postea subdit. *Noli timere quia non confunderis, neq; erubesces.* Consolatur Dominus per Prophetam Ecclesiam gentiū, quæ quidem in sui primordio erat valde tenuis, & modica, & poterat facile dubitari ne ob idololatriam, & ob alia scelera, & enormia peccata, quę olī perpetrauerat indigna foret, vt illius tutelam Deus apprehenderet, aut ne stabilis, & constans in fide persisteret B propterea dicit Deus. *Noli timere*, hoc est ne verearis, neq; pertimescas, aut angaris, bono animo esto, quia nō cōfunderis, neq; erubesces ob tuam iam satis notam, & manifestam in oculisq; omnium constitutam insignem turpitudinem: Non enim te pudebit, idest nulla erit causa quare pudefias. Ad eum namq; statum, & vitę conditionem deduceris, vt confusionis adolescentiæ C tuæ, quando scilicet primum aberrare cæpisti, & ad idola muta, & vana tuū adiecisti animum obliuiscaris. Et opprobrij viduitatis tuę non recordaberis amplius, quia dominabitur tui, qui fecit te, hoc ē ille ipse qui fuit conditor, & formator tuus, tui curā geret: ille custodiet introitū tuū, & exitū tuū: hęc ea dē verba possūt referri ad animā, quæ cū fuerit cōtrita, & in melius cōmutata, non cōfundetur, neq; erubescet, iuxta D illud Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam, &c. *Nunc, & per omne auū* ab omni labe, & iniuria vindicabit te, neq; permittet ab aliquo vt seducaris, & opprimaris. Et quis nā est iste? *Dominus inquit exercituū nomē eius, & redēptor tuus Sāctus Israel:* Iste inq; qui dominatur tui, qui fecit te, quiq; est redēptor tuus, cuius nomen dominus exercituum. iste inquam Deus omnis terrę vocabitur: vel dic. Non recordaberis E amplius adolescentię tuę, quando à synagoga pp humilitatē confundebaris.

Tex. 3.

3

Ezech. 18.

Super his verbis nonnulla sunt expēdenda. Primum quidem cum inquit Propheta. Noli timere ô Ecclesia, quia non confunderis, neq; erubesces. Ponunt quidam discrimen inter confusionem, & erubescentiam, quia confusio est

Erubescētia & confusio quo differūt.

est quædam actio, quæ afficit interius animam, & vehementer angit, & cruciat, ita vt homo in se ipso planè ignoret, quid sit, quid ve sit facturus, & quò se vertat, õnino nescit, nec suis reb⁹ quæ de sit remediũ adhibiturus, erubescẽtia verò exterius hominẽ torquet, & vilẽ se atq; contẽptibilem omnibus reddit, ita vt hęc verba possint referri ad quãcumq; animam, quæ cum fuerit contrita, & in melius commutata non cõfundetur, neq; erubescet. Fideles ergo, & qui Christo nomen dederint non habent quid timeant, quia non confundentur neq; erubescent, hoc est neq; interius, neq; exterius madescent: Dicunt aliqui exponentes ex sententia D. Aug. fidelibus timẽdum erat, ne confunderentur, aut erubescerent, cum varias persecutiones paterentur, & varijs contumelijs pro Christi nomine quotidie essent affecti. dicit August. de cõsensu Euangelistarum lib primo cap. 32. Ne timeas ò, Ecclesia hominũ minas, & furias, quãdo in sãguine martirũ tamq; honoro purpureo vestieris, ne timeas inquã, neq; erubescas, quòd detestabilis sis futura, quando pro magno crimine erit, aut saltim ignominia Christianum fieri, & vocari: Cõstat .n. quod non solum principes sacerdotũ, verum etiam imperatores gentium publico edicto pręceperunt ne Christiani auderẽt palã sacrificia facere: Et Diocletianus imperator fraude tamẽ, & dolo commendabat Fœlicianũ quendã, quòd Christianorum sectam imperatoribus exosam sectaretur: Et Quintianus Siciliç prætor dixit ad B. Virginem Agathã · Nonne te pudet nobili genere natam, humilem, & seruilẽ Christianorum vitam agere? cui tamẽ Agatha respondit. Multo pręstantior est Christianorum humilitas, & seruitus, cunctis regum opibus, ac superbia. Potuit ergo in his, qui recens Christi fidem susceperant plures ob causas cõfusio atq; erubescentia contingere, vel ob memoriam pręteriorum delictorũ, quibus iam diu perpetrãdis erant assueti, atq; ideo timendum erat ne ad ea rursus laberentur: aut ne tam facile à Christo fuerint admissi, & eius gratia

D. Aug. lib. 1. de cõsẽs. euang. cap. 32.

Agatha Virgo, & Mar.

A digni habiti; aut timendum erat ne cõfunderentur, atq; erubescerent si Christi nomen faterentur, & prædicarent, videntes eiusmodi nomẽ tam execrabile fore gẽtibus, & Iuisũ. Dicit ergo Propheta nullam ob causam fore timẽdũ, quia nihil erit quo confundantur, aut erubescant, quia præsentem habebũt, qui dominatur eis, Dominum Deum, qui fecit eos, & qui redemit eos, Dicit Cyrillus, qui fecit eos idest denuo condidit, & reformauit.

B Sed aliud dubiũ nequaquã prætereundum est, quia dicit propheta de Ecclesia ex gẽtibus cõgregata. *Adolescentiæ tuæ, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius.* Dubium ergo est. Quomodo Ecclesia Catholica dici potuit vidua, cum antea dictum fuerit ipsam fuisse sterilem, & postea plures habuisse filios, quam ea quæ habuit virum. Dicendum est primo quod genus humanum potest

C dici viduitatem incurrisse, quoniam ab exordio suç conditionis Deum coluit, fuitq; ei tamquam viro, & sponso legitimo coniunctum, quo postmodũ derelicto se cõuertit ad idola: Aut dicas quòd Ecclesia ãmisit virum iuxta corporis passionem: & in die iudicij quem iam ãmisisse uidebatur receptura ẽ hominis filium. Vidua quoq; dici potest pro illo triduo quo Christus iacuit in sepulchro, quo tẽpore affecta est maxi

D ma ignominia, & ingenti tristitia, quamuis postmodum tristitia in gaudium, & ignominia in summam gloriam, & honorem fuit commutata. Nec me dixisse mireris hominum genus coniunctum Deo, velut sponsam uiro, quia sic etiam Deus copulatur homini, vt vir vxori, non corporis vnione, sed intimo affectu mentis, & beneuolentia: sic enim legitur alicubi dictũ à Deo. Ego desponsaui te mihi in iu-

E dicio, in mĩa, & iustitia, atq; ideo d. Dauid ipsi Deo. Adhæsit anima mea post te, & suscepit me dextera tua. Nõ tamen negamus deũ etiã unitũ corpori, cum scilicet Dei filius factus est filius hominis.

Nicolaus de Lyra describit tempus confusionis adolescentię, pariter & viduitatis ipsius gentilitatis, describit etiam

Eccl. Catholica Vidua.

Quando homines cœperunt colere Idola vide in tractatu de immaginibus.

tiam confusionem,& opprobrium adolescentiæ, & uiduitatis ipsius populi Israelitici: Confusio adolescentiæ gentilitatis fuit eo tempore, quo ad idolatriam deflexit, ad quam statim declinauit, Dei cultu remanente in Abraham tantũ, & suis successoribus per Isaac, & reliquos ab eo descendentes. Vidua vero fuit gentilitas, & opprobrium sustinuit, postq; fuit data lex, quo tempore fuit à Deo propter idolatriam quasi dimissa, & repudiata, ipsa verò B gens Iudaica per legem ipsi Deo coniuncta, & desponsata multitudo gentium vidua fuit secundum Cyrillum, qa quo tempore fuit in idolatria, nullum genus fructuum potuit edere, neq; .n. erat apud eam è cælis sponsus spiritualis fertilitatis dator, qui bonorum seminum occasiones, cuiq; animæ consueuit inserere. Sic & gens Iudaica cõ fusa fuit in adolescentia sua, dum & ipsa post dationẽ legis in deserto in idolatriam incidit, & postmodum in terra promisionis, secundum quod Hier. 2. habetur. vbi dicit Deus. Recordatus sũ tui miserans adolescentiam tuam, & claritatem desponsationis tuæ, quãdo secura es me in deserto. Vidua verò effecta est, & viduitatis opprobrium incurrit ipsa sinagoga, dum fuit data lex noua, quam cum recipere noluisset derelicta fuit à Deo, & repudiata maiori ex parte. Posteaquam verò predicato D Euangelio, & Christi gratia diffusa, eiusq; beneficio gratiter pspecto, fuit constituta Ecclesia ex gentibus, & Iudęis, ablata est confusio, & euanuit ab vtroq; hoc est à gentibus, & Iudæis viduitatis opprobrium; neq; amplius ẽ distinctio Iudæi, & Gręci; quoniã idẽ Dominus omniũ, diues in omnes qui inuocant illum; & paulopost in Christo Iesu, inquit Apostolus, neque circumcisio aliquid valet, neq; præputiũ, E sed noua creatura per fidem, & sacramentum baptismi regenerata; & hoc est quod dicebat Esaias ad ipsam Ecclesiam ex vtrisq; congregatam, videlicet, confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij uiduitatis tuæ non recordaberis amplius, quia dominabitur tui &c. Accipe quam re

Hierẽ. cap. 2.

A lis ex propositis expositionem.

Vnde colligendum est eos in perpetua confusione, & opprobrio viduitatis, & congerie omnium malorum esse permansuros, qui in hanc fidem coalescere, & conuenire noluerint: Ast ego te Domine instanter rogo, supplexq; precor vt obliuiscaris confusionis adolescentiæ meæ, nec solum delicta iuuentutis, sed totius vitę meæ nolis vnquam meminisse; neq; pmittas viduitatis meæ tempus diutius prorogari; sed fac mecum secundum magnam misericordiam tuam; fac rogo, ne et ego amplius confundar, sed confusionis quam capio adolescẽtiæ meę, ac viduitatis prorsus valeam obliuisci.

Quia vt Mulierem derelictam, & merentem spiritu vocauit te Dominus, & vxorem ab adolescentia abiectam, sic dixit Deus tuus. Tex. 4.

C His verbis Deus (vt semper) ostendit suam erga nos benignitatem, & clementiam, nobisq; præ oculis habendam, perpetuo considerandam, quòd non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, dum inquit.

Quia vt mulierem derelictam, & merentem spiritu vocauit te Dominus.

Quasi dicat. Confusio adolescentiæ tuæ, & opprobrium viduitatis tuæ excidet aliquando ex memoria, idest non erit, cur eorum recorderis, *quia qui fecit te, & redemit te, dominabitur tui*: Quod autẽ hoc beneficij tibi cõtulerit, ò Ecclesia à Deo redempta, nullum tuum extitit meritum, sed sola diuinæ miserationis dignatio, nihil omnino tibi tribuas. *Quia vt mulierẽ derelictã, & merentem spiritu*, idest. Tristem, & afflictam, & omni ope destitutam vocauit te Dominus, & veluti uxorem in adolescentia abiectam id quod longe turpius est, & ignominiosius: Solent enim vxores adolescentulæ carius teneri, & ardentius amari; adeo quod si ea inætate repelluntur, absque graui dedecore, & ignominia peragi non potest, sic dixit Deus tuus: per mulierem derelictam, dubio procul intelligere

ligere possumus animã peccatricem, sed quãdo cõteritur, & preteritorũ pœnitet, vocatur à Domino, & eam amplectitur, vnde Prouerb. 12. Mæror in corde viri humiliabit eum. Hoc ait Propheta vt fidem indubitatã suis verbis haberemus: Dixit inquam Deus; *Deus s. omnis terræ*: olim enĩ in sola Iudæa notus erat Deus, at postea quàm vocata est per fidem ad agnitionẽ eius multitudo gentiũ, omnis terra, & omnis lingua se ei subiecit. Ex quo (inquit D. Hier.) perspicuè patet nequaquã eiusmodi verba dici ad Ierusalem, quę nunquã in toto orbe dominata est, sed ad Ecclesiam Christi, cuius hæreditas, mundi possessio est. Sed fortè dices. Si gentes antea ignorabant Deum, quo modo poterant dici derelictę, & spiritu mærentes? Nullus enĩ tristatur se derelictum ab aliquo, si eum non nouerit aut nullam habuerit cum eo necessitudinem. Dicendum quòd licet gentes anteq; Deum agnoscerent non potuerunt dici actu lugentes, & mœrentes; verum hac sola ratione, quia derelicti erant à Deo, & ignorantiæ tenebris obuoluti, luctus, & mœroris iustã causã habebant; id quod possumus asserere de quouis peccatore, qui & si non lugeat, atq; tristetur, dum peccatorũ cęno obuoluitur, habet tamen causam in se ipso vnde lugere debeat, & vehementer tristari: Vocauit ergo nos Deus tamquam mulierem derelictam, & moerentem spiritu, & velut vxorem in adolosceentia abiectam, & hoc est quod dicit Apostolus ad Rom. 5. Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: quare si Christus hoc tam solemne beneficium dum peccatores essemus, nobis conferre dignatus est, multo magis posteaq; iustificati sumus in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsũ Sed vide quid sequitur. *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te &c.* Vsq; ad partem illam. *Sicut in diebus Noë.* Sensus est quod tẽpus, siue spatium illud, quo nobis irascitur Deus, & visus est

Prou. cap. 12.

Gentes ãte susceptã fidẽ derelictę

Rom. 5.

A nos omnino abiecisse, & dereliquisse e valde modicum, & velut instans, si cum eo, quo vsus est misericordia, & benignitate conferatur. Et quamquam per multa sæcula gentes fuerint satis alienæ à Dei notitia, & longè procul aberrarent, vniuersus tamen illius temporis decursus, ac tractus respectu æternitatis fere nihil est. Vnde psal. 62. Misericordia B tua super vitas, labia mea laudabunt te. & Paul. 2. ad Corint. 4. Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis. Præterea si fiat collatio doloris, & pœnæ quam sustinemus dũ hac vita viuimus, cum grandibus, & præ excelsis illis quæ nobis conferuntur pręmijs, nulla ferè poterit esse proportio, cum finiti ad infinitum nulla esse C se possit, penes, & qualitatem, & magnitudinem rei, quemadmodum dicebat Apost. Paul. Non sunt cõdignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis: Et sap. 3. In paucis vexati, in multis benè disponentur. Et prima Petri primo. Modicum nunc oportet contristari in varijs tentationibus, vt probatio vestræ fidei multo sit pretiosior auro. Hoc ergo verbis iam propositis voluit innu D ere, quod ipsum longe clarius manifestat cum inquit. *In momento indignationis*, in eo uidelicet instanti, quo indignatus sum tibi, *abscondi faciem meã parũper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit redemptor tuus Dominus.* Sic profectò cõtingit, quod tentationes, & flagella, quæ patimur in hoc mundo sunt breuissima valdè modica, & quasi in instanti obueniant si conferantur ad præmia, quibus quãE doq; fruemur, vt verum sit quod Naũ primo legitur. Afflixi te, & non affligam vltrà. vt etiam d. Paulus. Vide & pondera quam magnum, & latum sit discrimen inter tempus illud, quo Deus auertit faciem suam à nobis, & quo misericordia nostri miseretur: nõ cõtinet enĩ Deus in ira misericordias suas: nec dicit se auertisse faciem suam a nobis,

Ps. 62.

2. Cor. 4.

Rom. 8.

Sap. 3.

prima Petri cap. 1.

Naũ. cap. 1.

bis, sed abscondisse tantum, quoniam A
& si auertisset faciem suam à nobis, omnia turbarentur, & conuerterentur in puluerem, sed abscondit tantum ne videlicet suæ bonitatis radios aspicere, ac attrahere possimus; quemadmodũ sol dum abscondit radios suos, id quod dum interponitur terra inter ipsum, & lunam solet accidere, omnia sunt tenebris obtecta: sic propemodum nobis vsu venit dum peccamus. sic enim dicebat ptopheta. Peccata vestra diuiserunt B
Hieremias. inter uos, & deum vestrum. *Hac ergo dixit redēptor tuus Domin⁹* q. d. Nõ dubites, nec hæreas, aut existimes nugas esse, & mendacia, quę hucusque diximus. Verba sunt redemptoris tui. Quò autem diuinæ promissiones certiores simus, nec Deũ aliquando nobis defuturum suspicemur, ponit exemplum in his quę in diebus Noè contigerunt dicens:
Tex. 5. *Sicut in diebus Noè istud mihi est* scilicet proprium, & peculiare ne quod C
polliceor cuiquã desit, sic erit de vobis. Iuraui enim ipsi Noè ne inducerem aquas diluuii vltra super terram, sic iuraui, & animo firmiter constitui, ut nõ irascar tibi, & non increpem te, idest non cum ira, & indignatione commoueat aduersum te, quod quidem nos omnes iugiter expetere, & præcari debemus, hoc præsertim tempore, quo in tot angustias, & mundi aduersitates incidimus, quando fame, & sæua hominum mortalitate affligimur, & crucia- D
mur. Ne velis optimè Deus nobis amplius irasci & increpare diutius, satis enim oppressi sumus, & calamitatibus affecti. Aptissima est collatio ipsius Noè cum domino nostro, quoniam sicut Noe fuit principium instaurationis humani generis per Archam ex ligno confectam; sic Christus dominus per lignum sanctę crucis fuit principium eorum qui regenerantur in filios Dei. E
Subdit. *Montes enim commouebuntur & colles contremiscent, misericordia autem mea non recedet à te, & foedus pacis meæ non mouebitur, dixit miserator tuus Dominus.* Sensus horum verborum est quod prius montes & colles à suo loco recedent, & transferentur, & colles velut res animata contremiscent, quàm misericordia mea sit à te recessura, & foedus pacis meę tecum initum, sit rescindendum, aut amouendum, ut sit idem quod supra diximus ex verbis Saluatoris. Pro te rogaui Petre vt non deficiat Luc. 22.
fides tua; & psal. 39. Statuit supra petrã Psal. 39.
pedes meos, & direxit gressus meos. Nec dubium eiusmodi promissionem firmiter adimpleri penes Ecclesiã hanc militantem, quæ & si quandoque iactetur fluctibus, & agitetur, numquam tamen summergitur, & perit. Nec de Ecclesia tantum communiter accepta, verum de quolibet uiro probo, & iusto potest etiam intelligi, qui & si quandoque ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam; & idẽ Psal. 36.
propheta dicit alibi. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet, nõ dabit in ęternum fluctuationem iusto. & psal. 33. Multę tribulationes iustorum, & de omnibus his liberauit eos Psal. 33.
dominus: custodit enim dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur.

Similitudo ergo hic adducta de Noè in hoc consistit, quod sicut eo tempore quo iussu domini inundauerunt aquę super omnem terram, & perdiderunt omnem carnem, exceptis illis paucis qui fuere seruati, dixit post modũ Deus. Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuii, neque erit deinceps diluuium dissipans terram, ita, & nunc postquam deleuero, & expiauero per eundem filium meum omne peccatũ, iniuit pactum cum Ecclesia sua, & cũ fidelibus suis, non amplius se iraturum cum ea, & increpaturum eam, & misericordiam suam numquam ab ea recedendam: quemadmodum dixit ibidẽ ad Noè; Nequaquam vltra maledicam terrę propter homines. Deinde sequitur eandem Ecclesiã arguens. *Paupercula, tempestate conuulsa absque ulla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles;* hoc loco propheta in persona Dei prædicit prosperitatem, & foelicitatem futuram Ec- Tex. 6.

Gen. 9. cap.

clesiæ, sed ut cognoscamus eiusmodi A prosperitatem, & fœlicitatem conferri ab eo qui est miserator Dominus, præponit eius miseriam, & calamitatem: vocat eam pauperculam quod nō solum miseriam, & egestatem omniū rerum videtur indicare, sed humilem, & omnino abiectam, ac miserabilē statum illius: Deus vocatur misericors, & miserator, quia misericordia vtitur erga nos liberando à culpa: vocatur, & miserator, quia nos liberat à miseria, B idest à pœna.

Dicit eam tempestate conuulsam, quia uariis cupiditatibus commotam, & agitatam, & absque ulla consolatione. Anima cuiuscumque hominis, & præsertim uiri iusti dicitur conuulsa interius tempestate tentationum, exterius vero tempestate persecutionum, & afflictionū, & demum tempestate Diaboli qui semper circuit quem deuoret. Sic profectò habebat multitudo genti- C um priusquam Dei filius adueniret, & se ipsum nobis manifestaret, eramus omnes pauperculi, nullo spirituali munere ditati, a Demone, mundo, & carne frequenter agitati, neque vllam poteramus consolationem recipere: quādoquidem ubi non est Deus, nulla potest esse neri boni possessio, gaudium nullum, nulla consolatio. Aliqui per pauperculam, tempestate conuulsam intelligunt ipsam Ecclesiam fidelium D tot tribulationibus, & persecutionibus infidelium, & hæreticorum agitatam, aut etiam ipsam animam nostram plurimis Diaboli tentationibus commotam, infestatam, ac perturbatam.

At posteaquam Christus venit in hunc mundum, & construxit Ecclesiā suam vide quot, et quam maxima bona fuere huic domui siue Ciuitati collata dicit enim. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos &c.* Sternam inquit E per ordinem, quia suo quoque loco disponam, nulla erit cōfusio, quia conuenit omnia decenter, & secundum ordinem fieri: sternam inquit lapides tuos. i. ita te muniam, et lapidibus præciosis construam, ut nullus turbo, nulla tempestas, atque procella te cōuellere, aut è loco mouere unquam possit: firmabo te supra firmam petram *& fundabo te Saphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua*; fundamenta quidem non modo erunt solida, & firma, sed maximè præciosa, vt venustior, & elegantior sit domus, *& ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos* marmoreos, et eximia arte elaboratos, & omnes terminos tuos circumquamque *in lapides desiderabiles*, ut nulli sint iis augustiores, & preciosiores, ut vera fuerit visio Ioanu: Apocalip. cum inquit. La- *Apoc. ca. 21* pides præciosi omnes muri tui, et terres Hyerusalē gemmis ędificabuntur: quos lapides dicunt fuisse Apostolos, et prophetas, et viros doctos, probos, et iustos. Alii moraliter dicunt lapides fore sternendos cum discutimus quid per singulos sensus operamur. et quot peccata passim committimus. Porro de natura, et qualitate istorum lapidum, nihil amplius discutiam, sat est videre Dioscoridem, Plinium, et alios auctores, qui de huiusmodi copiose loquuntur: con stat autem omnia hæc per metaphoram dicta: fundamentum enim primum et præcipuum huius Ciuitatis, ac domus, est ipse Christus ut dicebat Apostolus prima ad Córinth. 3 Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est quod est Christus Iesus: fundamenta etiam fuere Apostoli, et præceteris princeps ille Apostolorum Petrus, cui dictum fuit à Domino. Tu es Petrus, et super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam Diuus Gregorius 18. moraliū. cap. 20. vult Deum loqui ad Ecclesiam et pollicetur se in ea straturum per ordinem lapides, hoc est distinguere animas Beatorum iuxta diuersitatem meritorum, et fundare eam in Saphiris, hoc est in animabus cœlestia appetentibus eam stabilire, et consolidare. Vide reliqua 18. moral. cap. 20. Preterea ostendit ipse Propheta, quales sint futuri huius Ciuitatis habitatores et incolæ, et inquit. *Vniuersos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis filiis tuis* habitatores inquam ipsius non erunt homines rudes, et ignari

ri, sed vniuersi docti a Domino, ut dominus sit eorum doctor, & magister id quod etiam adductum fuit a Ioanne cap. 6. d. Est scriptum in prophetis, et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit a patre et didicit, venit ad me. Volunt plerique hanc sententiam intelligi solum de his, qui vna cū Christo triumphabunt in regno cœlorum, qui quidem vident omnia in verbo quę faciunt ad eorum beatitudinē, et quæ vult Deus illis innotescere, verum ego existimo intelligi quoque de his qui sunt in pręsenti Ecclesia: quandoquidem quicunque docentur, ac recipiunt Christi doctrinam, et efficiuntur eius discipuli; neque aliud scire cupiunt, nisi quę spectant ad salutem, nonnisi a spiritu sancto instruuntur, et erudiuntur, et propterea quicumque sunt veri fideles, et discipuli Christi, in Ecclesia, et non extra Ecclesiam addiscentes, erunt docti a Domino, et propterea dicit. Omnes erunt docti a Domino, non quod omnes generaliter sint docti, sed quicumq; sunt edocti, a Deo sūt edocti. Aug. de prædest: sanctorū. *& hi habebunt multitudinem pacis*. i. tranquillitatem conscientię, ita ut nihil eis aduersum valeat, ipsos concutere, aut perturbare, et præter id promittuntur huic Ecclesiæ quę sequuntur. *Et iustitia fundaberis:* pollicetur ergo Deus Ecclesiæ suæ multitudinem pacis, et iustitiam: quemadmodum prędixit ipse Dauid psal. 71. Orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis, et dominabitur a mari vsque ad mare, et à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Pro iustitia quidem hoc loco possumus accipere eam quæ seorsū ponitur distincta ab alijs virtutibus primariis quæ Cardinales nuncupantur, et pro iustitia legali quę est operatio, et executio legis, et administratio omnium virtutum: aut etiam pro iustitia qua verè, et realiter, seu formaliter iusti sumus, quę quidem est basis, et fundamentum omnium bonorum, et præcipuum decus, et forma ipsius Ecclesiæ, quæ non habet maculam neque rugam: cum itaque tot bona fuerit Ecclesiæ suę pollicitus ipse

Io. cap. 6.

psal. 71.

Fundari in iustitia,

A Deus monet illam, et cautam reddit, recedat ab iis omnibus, quę illam quęunt perturbare, aut quouis pacto annituntur conuellere, et inquit. Tex. 7.

Recede procul à calumnia, quia non timebis, & a pauore, quia non appropinquabit tibi. Sic habet textus vulgatus, et sic exponit diuus Hieronymus, et plerique omnes. Quidam tamen iuniores sic legunt. *Recedes procul a calumnia, quia non timebis, & a pa-*
B *uore, quia non appropinquabit tibi*, & hic est sensus horum verborum quod videlicet inter alia dona, et beneficia quæ pollicetͬ Deus ipsi Ecclesię, et suis fidelibus hoc aliud erit, quod ī iustitia fundabitur, et erit immunis a calumnia, et sic legunt. Recedes procul a calumnia. Sed quoniam, ut dixi, textus vulgatus habet. Recede procul a calū nia, quasi moneat, et aduertat quemcumque, ut recedat a calumnia, et nō
C calumnietur quemquam, ideò sequens communiorē sententiam, sic libet exponere. Vt scilicet ipse Propheta post quam pollicitus fuit tot gratias spirituales Ecclesiæ conferendas, quò eas consequamur, nec aduersariorum impetus vmquam formidare possimus, docet quid facere debeamus, et inquit. Recede procul a calumnia, idest neminē calumnieris. Vt autem videamus quā maxime conferat saluti nostræ, et quie
D ti recedere a calumnia, operepræcium est uidere quid sit calumnia. *Ea quidē* iuxta communem, et vulgatam huius nominis acceptionem dicitur falsa alicuius criminis impositio alicui persone, et tanto grauior, quanto de eo cui imponitur est optima apud omnes opinio, sic Nonius videtur accipere, et Salustius itidem. Calumnia, quid.

Aliqui aliquanto pressius accipiunt calumniam, ut dicatur vexatio alicu
E ius in litibus per fraudem, et frustrationem, aut dicitur alicuius rei malitiosa interpretatio. Diuus autem Hieronymus interpretatur calumniā iniquitatem, quia ut ipse inquit Omnis iniquitas, et rapina nascitur a calūnia, quasi uelit innuere, calumniā esse originem omnis mali. Cū itaq; a calumnia recessertmus, tremor et pauor, nō

 appro-

appropinquabunt nobis,sed ita fiet ut nequaquam homines,sed Deum timeamus,ut dicamus cum Moyse.Tremés sum ego, & timeo:& vná cum Dauide Timor,& tremor uenerunt super me,& contexerunt me tenebræ. Id autem erit, si potius homines, ac commoda nostra quam Deum timeamus. Multiphariam namque contingit homines quandoq; fore calumniatores, uel spõte, & proprio spiritu ductos ut suis cõ modis, & uoluptatibus inseruiant, uel aliorum opera, & consilio, uel etiam coactè, idest per uim, & metum,multa enim plerique homines per vim,& metum facere coguntur. Sed minas hominum non esse timendas, facile quisque iudicabit cum meminerit Regium Prophetam nobis polliceri, ac testificari quod Deus humiliabit calumniatorem psal.71. Neque propheta præcipit solum, ut recedamus à calumnia, sed addit,procul,idest, longe multum,nulla ex causa, neque vsquam, aut vllo in tempore, itaut omnino caueas, ut sis immunis a calumnia, ut sis tutus à pauore, & tremore,tunc enim liberi sumus à pauore,quando neminem ledimus,nulli calumniam inferimus:quàm deinde sint noxię, & pestiferę, aut execrandę hominum calumniæ, ostendit Regius Propheta cum psal. 118. rogat Deum dicens. Redime me à calumniis hominum, ut custodiam mandata tua,ut scilicet liberè, & absque ullo impedimento valeam tibi inseruire: Nam que ut exponit D.Augu. si hoc mecum egeris o Deus,ne criminationes eorum falsas, quas obiiciunt pertimescam, cum patientia donata redemeris, inter ipsas calumnias, custodiam mandata tua.

Ps. 71.

Ps. 118.

Super his uerbis Prophetæ Aug. elicit hanc pulcherrimam sententiam, seù dogma,uidelicet,calumnias hominum non esse timendas, quia ut ipse inquit, si uera homines crimina obiiciunt,non calumniantur, si falsa non est opus redimi ab eis,quia sic nocere nõ possunt. Crimen quippe falsum,quod est calumnia, reum non facit hominem, nisi apud Iudicem hominem; Vbi autem Deus Iudex est,nullus falso crimine lę

A ditur,quia non ei obiicitur sed obiicienti potius imputatur. Omni ergo iure, & ratione recedendum est a calumnia quemadmodum etiam monet Apostolus prima Thes.4 Nequis supergrediatur,neque circumueniat in negocio fratrem suum, quoniam uindex est Dominus de his omnibus. *Ecce accola veniet,qui non erat mecum,aduena quõdam tuus adiungetur tibi.* Manifestũ est hoc loco vaticinium de conuersione gentiũ

D Paul. 1. Thes.cp.4.

B earumque accessu ad ipsam Ecclesiam, Sed nonnulli distingũt inter accolam, & aduenam, ut per accolam intelligamus hereticos qui uidentur esse propè nos, & ex nostris, sed re vera non sunt ex nobis,longè sunt a nobis,& ualde remoti,ac distantes, seù mauis dissidentes, sed psal 104 Iacob dicitur fuisse accola in terra Cham. Et secundum aliquos accola dicitur uicinus alicui loco,& aduẽtitius,vel ascititius. Per adue-

C nas verò & peregrinos intelligunt Idolatras,quos appellat,quondã tuos,quia ex ipsis,vel ex eorum patribus prodierunt. Isti ergo omnes adiungẽtur tibi; hoc est ipsi Ecclesiæ: sunt qui per accolam,& aduenam intelligunt non eos qui accesserunt ad Iudæos, ut essent cum illis,sed ut conspirarent aduersus eos, sed ficta quadam religionis specię aut foederis cuiusdam cum illis ineundi simulato prætextu intestinum sce-

D lus,& odium occultabant-Sed hæc expositio nullo pacto cõuenit pręsenti literæ,propterea sequamur priorem sententiam iuxta sensum allegoricũ,quod multi ex Iudæis, qui olim videbantur esse ex nostris, & ex gentibus,conuenerunt, & accesserunt ad ecclesiam in qua non est distinctio Iudæi,& gręci. Sequitur textus. *Ecce ego creaui fabrum sufflãtem in igne prunas, & proferentem uas in opus suum,et ego creaui interfectorẽ ad disperdendũ.*

E Litera est facilis si exponam iuxtà sententiam hebræorum, quod.s. Deus creauit, & destinauit Nabuchodonosor ad destruendã CiuitatemHyerusalem,& disperdendum populos eius & interficiendum, at quoniam credibile est Prophetam uaticinari de his quæ contigerunt in Ecclesia, & quotidie ferè contingunt in animabus

bus quorumcumque hominum, dicamus Deum creasse fabrum, idest Demonem secũdum substantiã .f. & naturales eius potẽtias, ac virtutes, creasse inquã ipsum, ut experiatur in nobis patientiam, & magnanimitatem. dicitur enim Demon faber sufflans prunas in igne, idest excitans aduersus ecclesiam iniquitates, nequitias, hęreses, & dissidia, ipse quidem, & eius membra sunt artifices omnium malorum, de quibus dicebat psal. 128. supra dorsum meum fa B bricauerunt peccatores, prolongauerũt iniquitatem suam, & Iob 13. cap. d. cos esse fabricatores mendacii, & authores, & cultores peruersorum dogmatum. Huius fabri folles sunt omnes adulatores, detractores, lenones, & omninm malorum inuentores, iste quidem artifex, & faber sufflat interius tentando, suggerendo, & cogitationes malas immittendo, exterius uero offert, & affert oportunitates in opere exequendo, & C postmodum, disperdit, & consumit, qui ei consentiunt, adeo quod ipse est faber sufflans, & proferens uas in opus suum, idest ab eo commotum, & preparatum, & postmodum interfector eorũ qui sibi consenserunt; & id quod magnopere notandum est, hæc omnia opera, actiones, & officia habuisse a Deo quo ad substantiam naturę, & actus, nõ autem quoad malitiam, & turpitudinẽ rei (nisi Deo permittente) & propte- D rea sequitur in textu ne de diuina bonitate, & clementia Dei vnquam diffidamus, sequitur inquam, *Omne vas quod fictum est contra te non dirigetur, et omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis*. q. d. ò sponsa mea ecclesia, uel anima mihi plurimum dilecta nõn timeas artes, & uersutias Diaboli, quia omne uas, quod fictum est contra te non dirigetur, idest nihil efficiet, nihil exequetur, non sortietur effectum, frustra, & perperam erit omnis labor, & E negociatio contra te, & omnem linguã resistentem tibi in iudicio iudicabis, adeò quod tu, ò Ecclesia, & anima fidelis eris dominatrix, & iudicatrix omnium operum, & cogitationum quas

psal. 128.

Iob. 13. ca.

A aduersum te homines peruersi, & Demonis asseclę moliri curabunt. Vas fictum significat omnem uim, & industriam hominum contra Ecclesiam, sine contra electos, & quodcumq; arte & studio demonis elaboratum: vasa diaboli dubio procul sunt ipsi peccatores de quibus loquitur Apostolus Rom. 9. d. sustinuit ipse Deus in multa patiẽtia uasa irę apta in interitum. *Per linguam resistentem tibi*, intelligas huius seculi sapientiam, consilium, & prudentiam, & pręsertim prauas, & impias hæreticorum doctrinas, & impurissima eorum dogmata, nihil horum contra te dirigetur, & vim suam poterit exercere, tandem concludit Esaias, & inquit. *Hęc est hereditas seruorum Domini, & iustitia eorum apud me dicit Dominus*, dicit inquam Dominus, hæc quę ego uobis scribo, quę prędico, ac ventura polliceor, hæc qnidẽ non ego, non ex meo spiritu, non á me dicta, uel inuenta cogitato, sed uerba sunt *D*omini. Hæc dicit, & inspirauit Dominus *hæc est* inquit *hereditas, & possessio seruorum Domini*, nihil ergo aliud quærere, nihil aliud eos oportet expetere, neque cum. *D* Petro Dominum percunctari dicentes. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? *Et iustitia eorum apud me*, hoc est Sanctitas, honor, & gloria eorum hæreditabunt apud me, idest eam dabo, eam conferam, & à me recipient, & in me vno illam constituent. Nam qui suam volunt iustitiam constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, & & propterea dicit. *Iustitia eorum apud me*, quia sermo est omnifariam de seruis Dei qui sunt apud Christum Dominum, & manent in domo sua, idest in ecclesia. Quę est bene fundata, idest in iustitia constituta, sapienter ædificata, artificiose cõstructa, multis mansionibus rectè accõmodata, & bonis omnibus ditata, ab omnibus cohabitata, ab hęreticis, infidelibus, et Tyrannis oppugnata, in cunctis tamen aduersitatibus, (protegẽte Deo) victoriam consecuta. Amen. Et hic est finis expositionis liiii. cap. Esaiæ prophetæ.

Vas fictum.

CAPVT QVINQVAGESIMVM QVINTVM.

OMNES sitientes venite ad aquas, & qui non
1. habetis argentum: properate, emite, &
comedite; venite, emite absque argento, &
absque vlla commutatione vinum, & lac.
Quare appenditis argentum non in panibus
2. & laborem vestrum non in saturitate? Au
dite audientes me, & comedite bonum, &
delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem
vestram, & venite ad me, audite, & viuet anima vestra, &
feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid
3. fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac praeceptorem
Gentibus. Ecce Gentem; quam nesciebas, vocabis: & Gentes
quae te non cognouerunt ad te current propter Dominum Deum
4. tuum, & sanctum Israel quia glorificauit te. Quaerite Dominũ
5. dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est: Derelinquat
impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, &
reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum
nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogi-
tationes meae cogitationes vestrae, neq; viae meae, viae vestrae dicit
Dominus. Quia sicut exaltantur caeli á terra, sic exaltatae sunt
viae meae á viis vestris, & cogitationes meae a cogitationibus ve
6. stris. Et quomodo descendit imber, & nix de caelo, & illuc vl
tra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & ger
minare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti.
Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuerte
tur ad me vacuum, sed faciet quaecunq; volui, & prosperabitur
in his, ad quae misi illud. Quia in laetitia egrediemini, & in pa
ce deducemini, montes, & colles cantabũt coram vobis laudem,
& omnia ligna regionis plaudent manu. Pro saliũcula ascendet
abies, & pro vrtica crescet myrtus. Et erit Dominus nomina-
tus in signum aeternum, quod non auferetur.

EXPLA-

EXPLANATIO IN QVINQVAGESIMVMQVINTVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *OMNES sitientes venite ad aquas; & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac.*



PRęsens caput quam quam utatur multis metaphoris, & similitudinibus, quibus utitur sacra scriptura, ut abscō dat sapientiam suā non studiosis, sed negligentibus, & ociosis meo iudicio est valde planū: cū .n. in cap. præcedenti ostenderit esaias, quibus licet frui bonis, seruis domini, & quicunque apud eum, & cum eo sunt: nunc introducit eum vocantem, & inuitantem omnes sitientes, Inopes, & egenos, diuiniq; fauoris, & gratiæ percupidos, vel quos bonorum cœlestium sitis excruciat ad hauriendas, & potādas aquas apud quem est fons vitæ, Et summa liberalitate, ac munificentia cohortatur indistinctim omnes qui sitiunt, & & exuriunt iustitiam, nemine prorsus excepto ad percipiendas huiusmodi aquas, quibus dubio procul designatur gratia spiritus sancti, aqua sapientię salutaris, vera salus, & iustitia: dicit ergo. *Omnes sitientes*; omnes qui uehementer et magnopere, atq; ingenti desiderio cō cupiscitis Dei beneuolentiam, fauorem et gratiam, venite ad aquas; vocat etiā qui aquæ penuria laborant, dicit: venite, ut ostendat nos esse liberi arbitrii, & potestatis, ut accedamus ad gratiam: sed quia non est satis, ut nos accedamus, aut accedere uelimus, nisi quis nos uocet, & trahat: ideirco operepræcium est Dei gratia nos pręuenire: sic etiam alibi nos cohortatur Christus (Matth. 11.). Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis & ego reficiam uos: & apud Ioan 7 (Ioan. 7.), Si quis sitit ueniat ad me, et bibat. oportet igitur nos ad aquas accedere, non expe- A ctantes, quòd aquę accedant, & fluāt ad nos, quod nil aliud vult innuere, nisi q̄ oportet nos disponi, & præparari ad suscipiēdam gratiam, nec reluctari, & terga uertere, aut aures occludere diuinis motionibus, et uocationibus: omnes ergo sitiētes, qui. s. pręssi mole peccatorum pertimescitis iudicium Dei, & longe uos abesse ab eius regno suspicamini, agnoscentes insuper Dei benignitatem, gratiam, et misericordiā: Venite, B statim accedite, neque differatis ad eū conuerti, ne pręoccupati die mortis, locum pœnitentię inuenire possitis: Per Sitiētes aliqui intelligunt qui sunt vehementer cupidi rerum terrenarum, nec possunt explere sitim. De huiusmodi aquis plura habemus testimonia in sacris literis, ut illud psal. 24. (Psal. 24.) super aquas refectionis educauit me, animā meam conuertit, & illud. Haurietis aquas (Esai. 12.) in gaudio de fontibus Saluatoris: (Ioan. 4.) C & illud Ioa. 4. Qui biberit ex aqua, quā ego dabo ei, non sitiet in ęternum, sed fiet in eo fons aquę salientis in vitam ęternam. Aquę scilicet quas nobis subministrat spiritus sanctus perficiunt, & satiant nostrum appetitum, & omnem sitim extingunt, ne amplius sitiamus, & cupiamus, immo quo magis eas ebibimus, & potamus, eo magis desiderium, & cupiditas augetur, sed absque ullo tædio, & labore, at aquæ huius mūdi pręterquam quod sitim non sedant, D sed magis augent, magnopere tandem cruciant, atque fastidiunt. *Et qui non habetis argentum properate, emite, & comedite.* Nomine argenti hoc loco intelligitur quicquid eo possumus nobis aliqd acquirere p̄cio extimabile: uult ergo innuere propheta, ne quis ob ino-

piā, vel ęgestatē alicuius rei terrenæ ae nire detrectet, & inquit. Properate. i. solliciti estote, & vt D. Paul. ad Heb. 4. d. Festinemus ingredi in illam requiem, non differamus vsq; ad senium, sed sūmo mane properemus accedere ad hunc fontē, uelut Regius Propheta. d. Mane astabo tibi, & uidebo, quoniam non Deus uolens iniquitatē tu es. et psal 118. Media nocte surgebam ad confitendū tibi. Et Eccl. 5. Nō tardes cōuerti ad Dominum. Et Ecc. 9. Quod cumque potest manus tua instāter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapiētia, nec scientia erit apud inferos, quò tu properas. Manna etiam non inueniebatur nisi mane exod. 16. quare etc. Sed dubium est quo pacto propheta inquit. Qui non habetis argentum emite: qui, fieri potest ut non habentes argentum, neque quicquam, quo possimus commutationem facere, cum eo quod accipimus, emere possimus? Præterea iubet nos, uel cohortatur sitientes venire ad aquas, & eas comedere, aqua nāq; non comeditur, sed potatur. Postremo aquę proprietas, et natura est ualde diuersa à natura vini, et lactis: verū tamē hortatꝰ nos venire ad aquas, et absq; vlla commutatione sumere vinum, et lac.

psal. 118. *Eccl. 5.* *Eccl. 9.* *Exod. 16.*

Ad primum dubium Respondetur. (secundum D. Thom) quod emere hoc loco accipitur satis improprie · emite, idest sumite, non secus ac si emeretis: vt scilicet liberè ac sponte accedamus tamquam rem nostram accepturi. Cum autem vellet ostendere propheta nos fore securissimos de Dei promissionibus, et eas non aliter nobis conferri, quam si propriē res nostrę essent; ideo voluit uti hoc vocabulo, emite. Aut dicendum illa emi, quæ magnis laboribus, aut obsequiis obtinentur, iuxta illud Prou. 23. Veritatē eme, et noli uēdere sapientiam, doctrinā, et intelligētiā. Alij dicūt illud, pprie dicitur emi quod tāquā uenale nobis pponitur acquirēdū, cū autē regnū cœlorū quandoq; dicatur uenale, quod tantū valet, quātū habes · idcirco dicitur, et pręponitur illud nobis emendū, sed quo argēto, qua pecunia, quo prætio illud emimus? hoc vtique v3 fide, charitate, obseruatione

Emere quid significat. *prouer. c. 23*

A mandatorū Dei, et qꝫ plus his omnibus est, inextimabili, & incōparabili pręcio sanguinis Christi. Ad aliud dubiū, dicimus aquā verisimilē potationi potius quàm cōmestioni idoneam, et institutā, sed cū hæc locutio sit similitudinaria, non debet per omnia omnibus respondere, dicimur enim aquam comedere, sumendo aquam pro gratia, & dono spiritus sancti, cuius generis aqua non

B solum sitim, verumetiam, & famem uidetur extinguere: est enim huiusmodi aqua ipsius animæ pabulum, & panis ille saluberrimus quem petimus dicentes: panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & hęc est illa aqua de qua supra dicebamus ex regio uate. Super aquam refectionis educauit me: neque omnino est præter rem, vt uinum quoque aliquando commestioni deseruiat: propterea quædam uina, tantam habēt vim, et uirtutem, tantum robur,

Psal. 22.

C & substantiam, ut si semel in die epotentur, absque alio cibo hominem sustentant, vt ego sum expertus in quibusdā Hispaniæ regionibus, in quibus uinū est adeo potens, quod parum desumptum, per integrum diem sustentabat, nec erat opus quicquam aliud cibi assumere, et de maluagia (uulgo dici solet) quòd manducari potiusquam potari debet: quare non inconuenit sub aliqua ratione dici, comedite uinum,

D & lac: sed hoc loco per comedere vinum, & lac, pariter, & aquam intelligamus gratiam spiritus sancti, & eius dona ad nos attrahere, & in intimis cordis uisceribus ea diutius detinere, & conseruare. Sed cur vinum, & lac speciatim nobis proposuit manducanda? Dicunt aliqui hoc ideo factum ut intelligamus dona spiritus sancti esse distributa iuxta varias hominum conditiones: uinū quidē est nutrimentū suauissi

Quam magna sit uis & virtus vini. vide Pli. lib. 17. cap. ult. lib. 12. cap. 1. Et li. 14. cap. 5 & sequ.

E mū, seniorib⁹ valde cōmodū, hoc est iis qui sunt magis in fide, et cognitione spiritualium dogmatum prouecti, atque instructi. Lac verò quod est magis aptum, et idoneum nutritioni infantium denotat donum, siue dogma illud quòd paruulis in Christo, et minus prouectis Ecclesia dare consueuit; propterea dicebat Paulus apostolus. Tanquam paruulis

1. Cor. 3.

ulis

ulis in Christó lac uobis potum dedi. Et hæc sacra scriptura comeditur legendo, audiēdo, meditādo, conferēdo, & bene operando. Dicunt alij propterea nobis proponi vinum, & lac, quæ sunt & ratione coloris, & ratione sapo ris gustui nostro valde delectabilia, vehementer etiam inducunt somnum, & quandoq; nimis epota auferūt sensum, quoniam significant dona dulcissima, & suauissima quę nobis impertit Spiritus sanctus, & qui ex eis vbertim suscep erit non sitiet in æternum. Dicit ergo testus. uenite, venite inquam, non passibus corporis, sed puris animi affectibus, emite absq; argento, & absq; vlla commutatione vinum & lac, sine argento quidem, ne forte existimetis dona cœlesta diuitibus tantū esse conferenda, pauperes verò excludendos, nec solum absq; argento, sed absq; vlla commutatione, sitientes venite, & comedite vinum, & lac: sine vlla inq; commutatione; quippe qui nullum habetis meritum, neq; opera vlla bona, quib⁹ gratiarum promoereri possitis, sed sola gratia, & misericordia mea hunc vobis spirituale cibū conferre libuit. Libet hoc loco subnectere verba quędā Lact: lib. 3. diuinarū institutionum cap. 26. vbi dicit. Tanta diuinę sapientię vis est, vt in hominis pectus infusa, matrem delictorum stultitiam vno semel impetu expellat, ad quod efficiendum non mercede, non libris aut lucubrationibus opus est, gratis ista fiunt. facile, cito, modo pateant aures, & pectus sapientiā sitiat: per aquas etiā hoc in loco diuinæ scientiæ vbertas, & copia, claritas, & magnificentia potest intelligi: quandoquidē sicut aqua purgat à macula corporis; sic & diuinę veritatis cognitio mundat nos ab iniquitatibus nostris: quemadmodum Ezech. 36. dicit Deus. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Per eiusmodi aquas ītelligi, etiā potest baptismi Sacramentum, & lauacrum pœnitentiæ, quibusquidem citra omnem controuersiam, mundamur ab iniquitatibus nostris, quamquam non eadē ratione (vt aliàs videbitur) præciū uerò quo eiusmodi aquarum genera emere possimus, & nobis comparare nullū aliud est efficacius, & magis idoneum, quàm abnegatio propriæ uoluntatis, & omniū rerum terrenarū, vt maceratio carnis, orationis frequētia, & studiū sanctarum scripturarum. Qui uerò longe maiorem curam in his rebus acquirendis, & possidendis, quàm in prędictis aquis salutaribus epotandis insumunt, grauiter increpantur hoc loco ab eodem propheta, dum inquit. *Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate?* Vide quàm magna sit fatuitas, & insania, & quam maxime deploranda illorum inscitia, aut potius nequitia, qui omne eorum studium in his quæ non satiant, nec perficiunt animam impendunt: nos quidem miseri laboramus, affligimur, & tota die contendimus pro rebus inutilibus, caducis, & momentaneis; & hoc est quod dicit hic Esaias. *Quare appenditis argentum*, uos libratis & uelut in statera ponderatis magnam copiam auri, & argenti, & tamen nihil inde lucrifacitis: appenditis inquā argentum non in panibus, idest in ijs rebus, quæ nequaq; uos reficere, aut famem depellere queant: semper exuritis, semper sititis, & inopiam omnium rerum patimini, & *laborem vestrū nō in saturitate* adhibetis, conteritis tempus, & perperam defatigamini; nihil enim est pręter uerbum Dei, & gratiā Spiritus sancti, quæ per huiusmodi aquas nobis præfiguratur quod possit nos reficere, & prorsus satiare. Cum argentum nostrum, opes nostras, labores nostros in huiusmodi panibus coemēdis impendemus, saturi omnino efficiemur, & bene erit nobiscum: hic est panis uitę, cui pręgustando, & commedendo maximi refert omnem substantiam, uendere, & insumere; sicut ille qui uendidit omnia bona sua ut emeret agrum, in quo erat illa pręciosa margarita, quę est Christus Dominus: ager ille dubio procul erat liber sanctarum scripturarum in quibus solis Christus inuenitur: Græci olim principes pro animi sui arbitratu, & mundi spiritu inflati loquentes in Belzebub orbem terrarum

Aqua refectionis.

Ezech. 36.

terrarum fefellerunt,& dogmatum nõ verorum, sed incertorum, ac uituperandorum expositiones conscripserũt, ex corde suo loquẽtes,non ex ore Dñi, atq; vti tutores, eiusmodi perniciosam doctrinam docentes,ac disseminantes grandem vim pœcuniæ adducebant, & in illis precio conducendis cõferebãt: isti quidem appendebant argentũ non in panibus, & laborabant non in saturitate, quoniam talis eorũ cognitio ad nutriendam, & viuificandam animam non solum nihil omnino conferebat, sed mirum immodum perniciem afferebat. Propt. *D.* Paul. prima ad Corint. 1. illis insultat d. Vbi Sapiẽs? vbi scriba? vbi ĩquisitor huius sæculi? Nõne Deus stultã fecit sapiẽtiã huius mũdi? Omittamus igitur frustra laborare, & nullos fructus colligere, & in rebus infrugiferis studia Collocare: Neq; solũ eos fore reprobãdos iudicam' qui in vanis scientijs oleum, & operam insumunt, sed in plerisq; alijs huius mundi illecebris, & vanitatibus,vt opibus, honoribus, atq; voluptatibus se ipsos totos dedunt,in quibus nulla est firma quies,nullum verum gaudium, nec diuturna possessio: propterea monet nos Propheta d. *Audite audientes me*, *& comedite bonum* idest viuite lautè,& opulenter, quæ sunt noxia dimittatis, & ea comedatis, quæ sunt simpliciter bona, & optimum afferunt nutrimẽtum, *Et delectabitur in crassitudine anima vestra.* delectabitur, inq;, in crassitudine,idest in pinguedine, in bonis cœlestibus anima vestra,quamuis caro alioqui relaxetur, & patiatur 2. Cor. 4. vt eiusmodi, crassitudo sit summa bonorum cœlestium vbertas, qua distentus animus affluit vera copia, & affluentia omniũ rerum: comedite igitur bonũ, idest non hoc,vel illud bonum, sed bonum simpliciter, & omni ex parte bonum, qualia non sunt bona hæc terrena quęcunq; sint illa, sicut neq; etiam sunt omni ex parte mala, quæ talia existimantur vt paupertas, inopia, langor, & cruciatus, quæ nec bona, nec mala proprie dicuntur, sed pro sustinentium diuersitate (inquit *D.* Hier.) bona, & mala efficiuntur: hoc bonum de quo

D. Paulus Cor. 1.

A loquitur hic Esaias est illud quod dicebat psal. 102. qui implet in bonis desiderium tuum. Et alibi. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et prou. xi. Anima quę benedicit, impinguabitur. Dicit ergo propheta, expostulans attentionem, & promptam, ac expeditã animi pparationẽ, *Audite audientes me, & comedite bonum*, gustate, & videte quam suauis est Dominus,

Ps. 102.

Prouer. c. 11

B *Et delectabitur in crassitudine anima vestra.* Dicebat etiam propheta. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et quoniam optime nouerat Esaias quæ præponuntur humanis sẽsibus misteria fore difficilia,&vix intellectu perceptibilia, rursus quærit attẽtionem,& velut aliquid noui dicturus,inquit. *Inclinate aurẽ vestrã* nõ aliò vos deflectite, *Et venite ad me, audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscũ*

Ps. 36.

C *pactũ sẽpiternũ,misericordias Dauid fideles.* Vide quęso,& enumera quot cõmoda nobis proponũtur: primo quidẽ copiã, & abũdantiã õniũ bonorũ, nõ huius tantũ & illius,sed bonũ simpliciter; deĩde vitę ppetuitatẽ; vita .n. sẽpiterna cõplet promissionẽ õniũ bonorũ: omniũ .n. bonorũ promissio (test. D. Hier.) ẽ vita sẽpiterna. Cyrillus vult his verbis subindicari sẽpiternã spẽ ijs qui christi vestigijs voluerint insistere.

D Postremo fœdus sempiternum tantam quidem animorum concordiam & conciliationem, vt nulla sit amplius futura perturbatio intra nos, & Deum: fœdus istud, siue pactum aliud nihil est, nisi misericordię Dauid fideles, idest gratię, & fauores, firmi, & stabiles, ac perpetuo duraturi, quos promisit Deus ipsi Dauid quos ille postea decãtauit et sigillatim expressit in psal. 88. cuius initium est. Misericordias

Ps. 88.

E Domini in æternum cantabo. Pactum istud, siue fœdus quando initur dicitur feriri, quoniam (vt inquit Glos.) in eo stabiliendo, & confirmando hostia feriebatur, & immolabatur: Dicuntur misericordiæ Dauid fideles,vel quia fuerunt promissę ipsi Dauid, vt patet in eodem loco, vel quia per ipsum Dauid fideles, idest per ipsum Christum,qui descẽdit ex semine Dauid secundum carnem, uel,

Misericordia Dauid fideles.

vel quia fuit præsignatus, & præsignratus per ipsum Dauid filium Iesse. Hę autem misericordię, vel dicuntur fideles, vt diximus, quæ sunt stabiles & firmæ, & numq; defuturæ, vel quia sūt ipsius Dauid fidelis, idest ipsius Christi, qui ideo vocatur fidelis quia promissa compleuit. *Pactum sempiternum.* pactum autem istud vocatur sempiternum ad differētiam ipsius legis, quę fuit tantum vnius temporis: prępterea lex erat in vmbris, hoc verò testamentum ueritatis pulchritudine fulget, & resplendet spiritualiter: de hoc fœdere, seu pacto sempiterno lo-quutus est Hier. cap. 31. *Hier. ca. 31* locutus est, & Ioannes cap 1. *Ioan. cap. 1.* sui Euangelij ponens discrimen inter vtrumq; d. lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est: gratiam & veritatem declarat Cyrillus nil aliud esse nisi institutionē veri, & spiritualis cultus per euangelica oracula, quę eū virtute, ac potentia est coniuncta; hoc fœdus seu pactum, aut testamentum dicas quomodo vis (sunt enī idem, & idē significant), nihil planè aliud est, vt diximus, quàm misericordiæ Domini fideles, quæ à lxx. *Lxx.* interpretibus nuncupantur sancta Dauid fidelia, quæ merito quidem vocantur sancta, quia sanctos reddunt eos, quibus insunt, quēadmodum & Euangelium vocatur vita quia viuificat intelligentem, & apprehēdētē, ppterea d. Christus. *Ioan. 6.* Verba quę ego loquor vobis spiritus, & vita sūt: & Petrus ad eū. Dñe ad quē ibim⁹; uerba inquit uitę ęternę habes. Ioā. cap. 6. dicūt etiā fidelia, quia fidē faciunt, & stabilitatem fidei, & uitæ pietatem, his qui ea apprehenderint, ingenerant. hoc itaq. est rectè dictum; sed uerba quæ nos habemus in nostro textu, plenius huius fœderis naturam exponunt, dū misericordię Dauid fideles nuncupantur, quoniam re uera quicquid nobis deus pollicetur, & quicquid boni in nobis exequitur, & prestat, totum est misericordia, Charitas, & Beneuolentia Dei erga nos, quòd satis dilucide Psal. pręallegato expressit ipse Dauid. dicit postmodum. *Tex. 3.* *Ecce testem populis dedi eū ducem ac præceptorem gentibus.* Conueniens quidem erat, ut rectè dicit D.

A Hier. postq; Iudæi noluerunt credere uerbis Prophetarum, neq; etiam crediturierant euangelio, neq; ipsius promissionum participes esse uoluerunt, ad gentes trasferendum esset hoc testamentum: Propterea dicit. *Ecce*, quasi dicat, posteaq; uos Iudæi renuitis hoc fœdus, & pactum inter nos, & me ineundum, *Testem populis dedi eum*, idest Christum filium meum, nec testem solum, *Sed ducem, ac præceptorem gen-*

B *tibus*; dicit etiam *ecce*, tamquam digito demonstrans suum filium futurum messiam iam in foribus esse, & cito illis afuturum: uel d. Ecce tamq; rationē manifestam adducēs cur reliquit *Filius Dei* iudęos pro gētibus *dedi eum testem*, ut *testis*. .s. testetur, & manifestet mentem meam, & nomen meum gentibus annunciet, sicut ipsemet dixit. Ego testimonium perhibeo de ipso, & testimoniū perhibet de me, qui misit me Pater, & *Ioan. 8.*

C Ioan. 18. dixit ad Pilatum, in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut *Ioan. 18.* testimonium perhibeam ueritati: fuit ergo Christus Dominus testis earū rerum, quæ erant in sinu patris obtectæ, cuiusmodi erat incarnatio filij Dei, abolitio legis ueteris, Iudęorum exinanitio, & conuersio gentium, & deniq; humani generis redemptio, & cœlestis regni consecutio, & hæc quidem omnia, ex Dei misericordia, & benignita

D te solum, erant opportuno tēpore adīplenda, & pleraq; alia quæ in Sacris paginis noui testamenti referuntur: potuit quidem ipse Christus esse verus, fidelis, & oculatus testis, quæ est natura testium, & .s. de ueritate, & de re certa, & penitus indubitata quam ipse nouerit, uiderit, & audierit, & author fuerit ipse testetur. D. Hier. inquit. Deus est testis omniū quę Pater mūdo spopondit & pręstitit, cuius misterium

E Paul. 1. Ephes. describit, vnde dictum est apud Ioan: cap. 1. Deum nemo uidit unquam, unigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit, & eidem Beato Ioanni qui in cœna recubuit supra pectus Domini reuelata sunt secreta cœlestia, & apud alios scriptū est. Nemo nouit patrem nisi filius, neq; filiū *Math. 11.* nisi pater, & cui uoluerit filius reuela-

re,

1. Tim. 2. re. Et D. Paulus prima ad Timo: 2. Vnus est mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, cuius testimonium temporibus suis confirmatum est. Datus est igitur filius Dei in testem populis, dedit etiam Deus eum ducem, & præceptorem gentibus. Ducem inquam vt nos ducat, viam ostendat, & præbeat, per quam ituri sumus ad patrem, ipse enim est via per quam nos oportet incedere, vnde ipse dixit Ego sum via veritas,& vita. Ipse solus nouit, & docuit rationem, & modum quo nos ituri sumus ad patrē: dedit etiam præceptorē, vt s. nos doceret,& præciperet quid facturi eram',. propterea dicebat ipse apud Matth. 11. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & quæ sequuntur. His dictis nunc propheta dei personam gerēs,cōuertit sermonem suum ad ipsum filiū, & eum alloquitur, de quo prius loquebatur pater in tertia persona d. *Ecce testem populis dedi eum*, nunc verò dicit. *Ecce gentem quam nesciebas vocabis, & gentes quæ te non cognouerunt ad te current propter dominum Deum tuum, & sāctū Israel quia glorificauit te* vtitur enī hic doctissim' propheta tropo qui vocatur exallage. Dicit Deus nō cognouisse gentes, cui tamen nihil est abscōditum, sed dicitur nō cognouisse, quia non eas approbabat, nec in numerum filiorum suorum ascripserat; & gentes similiter dicuntur non cognouisse Deum, quia re vera non existimabant esse alium Deum præter eum, vel prẹter eus quos sibi ipsi confinxerant, omnes tamen hę gentes posi habito, & relicto quocumq; alio cultu velociter ad te current. *Propter dominum Deum tuū, & sāctus Israel, quia glorificauit te.* Iuxta illud psal. 17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, glorificauit inquam ipsū filium, quia dedit ei honorem, gloriam, & potestatem: fuit enimuerò filius glorificatus à Deo patre inquantū homo in omnibus, & singulis misterijs suis, puta in Natiuitate, in doctrina, in vita, in prodigijs, & miraculis, in suscep-

Ioan. 14.

Math. 11.

Ps. 17.

Filius Dei glorificatus à patre.

A tionem baptismi, cum fuit transfiguratus in monte, ac deinceps in passione, in resurrectione, in ascensione ad cœlum,& in missione visibili Spiritus sācti, & præpterea, in singulis operibus quæ quotidie in nobis operatur, quemadmodum ipse dicebat. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor, & pater in me manens ipse facit opera. Non ergo nos pigeat colere Christum dominum, & eius vestigia sequi, qui B nobis datus est à Deo patre testis, dux, & Præceptor: testis inq; cui firmiter, & absq; vlla dubitatione credere: dux, quem omnifariā sequi: præceptor cui perpetuo inseruire, & obtemperare totis viribus nos oportet, sequitur textus. *Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.* Hucusq; fuit Tex. 4. præfatus Esaias,& hoc loco incipit monere, cohortari, & docere quid facturi simus vt bona nobis promissa aliquā C do consequamur: Propterea dicit. *Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est.* Oratio est facilis, & plana, nihil habens obscuritatis, verū posset quis minus peritus ambigere; quo nam pacto nobis præcipitur. Quærere dominum dum inueniri potest, & inuocare eum dum prope est. Datur ne tempus vllum, aut locus, in quo non possit Deus inueniri? Deest ne aliquando facultas, & ocium inue- D niendi cum alibi legamus. Propè est dominus omnibus inuocantibus eum, Ps. 144. omnibus inuocantibus eum in veritate. Certū est enī quod oportet eū quęrere dum sumus in hoc seculo, quoniam in futuro videbitur, non quæretur. Quidam volunt eiusmodi admonitionem ad illud tempus esse referendam, quo Christus carne indutus versabatur inter Iudæos, qui quidem poterant ipsum nō modo in prophetis, & per scri- E pturas cognoscere, sed & per vitæ sanctimoniam, doctrinæ excellentiam, operationē miraculorum facile agnoscere, sed noluerunt, excæcauit enim eos malitia eorum: propterea monentur, & excitantur à propheta dicente. Quærite dominū dum īueniri potest, idest dum vobiscum adest, dum prope est, dum præsentem habetis, priusq; à vobis

vobis corporali præsentia secedat: futurum est enim tempus (dicebat Christus) quo quæretis me, & non inuenietis, & in peccato vestro moriemini quęri .n. potest nō præsignando, & præfigendo locum, quia vbiq; est, neque vllo circumscribitur loco, & cum fuerit inuētus, inuocate eum, idest ipsum commendate & vires, ac promptitudinem resistendi peccato ab ipso petite, vt possitis dicere cum propheta. Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero: hęc q̄dē expositio si referatur ad Iudæos, qui sub eo tempore degebant, optima est. At ego magis probo huiuscemodi verba omnes respicere, & pro quocumq; tempore dum sumus in hac vita. Tempus enim quo licet Deum quærere, est tempus præsentis sæculi, idest dum viuimus, dum viget intellectus, & nostrę potestatis est eligere bonum, et malum; id quidem facere donec dies est (dicebat saluator) oportet: Veniet nox quando nemo potest operari: tunc quidem hoc est in die poterit inueniri si toto corde, rectafide,
Psal. 118. & sīcera charita e quęsierimus Regius Propheta gloriabatur d. in toto corde meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis, in corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi; & sumendum est exemplum à Structoribus templi Salomonis in quo cum ædificaretur de lapidib⁹ dolatis, atq; perfectis malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo Dei,
3. Reg. cap. 6. vt habes 3 Reg. cap. 6. id quod vult innuere, non esse tempus illud quo perfici, ac dolari necesse est postq; ex hac vita recesserimus, postquam nulla datur amplius facultas bene, aut male operandi, sed bonorum, & malorum operum præmia vel pœnas accipiendi, & propriam cuiusq; operis mercedem consequendi. Tria ergo oportet in his verbis considerare. Primum, quando sit quęrendus Christus. Respond. Dū sumus in hoc seculo. Secundū. Quo modo, Respond. Animo ardenti, et irrefragabili, non perfunctoriè, sed violenter, & intrepide. Tertium. Vbi quærendus. Respond. In Cælo, non in terra, iuxta illud. Quę sursum sūt sapite, non quę super terram. Quare dum sumus in hoc sæculo studeamus quærere dum inueniri potest, ipsū Deū, & dum nobis quoq; adest præsens per varias inspirationes, & admonitiones tū ītcrnas, tū externas eū inuocemus. Magni quidē refert quærere dūm, quo niam ut inquit Beatus Augustinus, anima quæ non quærit Deum, neq; etiam amat; & quæ nō amat Deum arida est & misera, quia si non quęrit, nec diligit Deum, mundum diligit, peccatis seruit, et uitijs est subiecta, et consequenter nunq; est quieta, nunq; est secura, hinc Propheta psal. 118. erraui sicut ouis, quæ perijt: ita profectò sūt animæ, quę non quęrunt Deū; sed hoc opus, hic labor est, nosse modum, et ui am quò quęramus Deum, et illum inueniamus, cum Deus sit inuisibilis, et absconditus, nec possit aliquo sensu tā īterno, quā externo ab ullo intellectu creato cognosci, et cōsequenter à quo quam inueniri. Namq; si oculus audeat, ac tentet videre Deum, nihil efficiet; quandoquidem oculus non percipit nisi coloratum; sic nec auris poterit illū percipere, quæ pro obiecto habet sonum, olphatus pariter, et gustus, atq; etiam tactus non poterit percipere Deum, cum nihil horum sit, quæ á sensibus tamq; propria obiecta percipiuntur; sed neq; etiam aliquo sensu interno potest à quoquam percipi, aut videri, cum Deus sit lux super omnem lucem, quam non capit oculus interior; multo minus quisquam aliorum sensuum, cum sit superintelligibilis; superincōprehēsibilis; superexcedens omnem, et quamcumq; creaturam. Hic enim est Deus noster, et non ęstimabitur alius ad illum, homo compositus Deo non potest iustificari, nec poterit respondere vnum pro mille, quid ergo agendum? pręcipit Esaias d. Quęrite Dominū dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est, quoniam, vt inquit D. Augustinus, Qui non quęrunt Deum, dum inueniri potest, non poterunt in æternum inuenire: oportet enī scire tempus quo quæri, et locum vbi possit inueniri. Anima, quæ cupit Deum apprehendere, vel

Manu. cap. 4.
Psal. 118.
Soliloquiorū. cap. 31.
Iob cap. 7.

vel ab eo apprehendi; quandam videt̃ A pati difficultatem, & tarditatem in quę rendo Deum veluti spōsum dilectum: inquit enim tamquàm Sponsa Canticorum tertio. In lectulo meo per noctes quęsiui quē diligit aīa mea, quęsiui illum, & non inueni; Scio quid faciam, (*Cant. 3.*) surgam, & circuibo Ciuitatem per uicos, & plateas, quęsiui illum, & non inueni: circuit ciuitatē idest mundum, et quæsiuit deum per uicos, hoc est per B Iudęam, & per traditiones Iudęorum, nequaquam inuenit, quia iam recessit ab eis tamquam à suis viculis, sicut prędixit Hiæremias 12. cap. loquēs in persona Dei d. Reliqui domum meam, dimisi hęreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. (*Hier. 12.*) Anima ergo velut spōsa dilecta quærens Deum per uicos, idest per sinagogas Iudæorum, non inuenit. Sic etiā quæsiuit eum per plateas, nec potuit in C uenire, quia, ut ait hic Propheta cap. 59. corruit in platea veritas; quid enī per plateam? nihil profectò aliud intelligimus nisi sapientiam Philosophorū, qui quidem veritatem Dei detinuerunt in mendacio; nec tibi videatur durum populum Iudæum, & Israel secundum carnem appellari vicum, & comparari uico, quandoquidem de vno erant semine Habraę, & in vnum compacti, & coarctati ritum, & vna lege constricti. D (*Esaias cap. 59.*) Sapientes autē huius mundi iurè figurantur per plateas, quoniam effrenata libertate, & licentia, extrà veritatis tramitē sunt euagati, de maiestate diuina sentientes, & asserētes nō minus absurda, & absona dignitati quā reluctantia veritati, quo igit̃ pacto poterit īfelix anima ī istis uicis, & plateis inuenire dominum Deum. (*Populus Hębreus vico. Populus gētium plateę cōfertur.*) Iudæi namq; non habentes veram intelligentiam scripturarum, negant pluralitatem personarū. E Gentiles autem nullo diuinæ eruditionis obice tardati inducunt numerositatem Deorum. Si qua ergo anima quęrit Deum in eiusmodi vicis, & plateis non amplius sponsa, & mulier casta, & pudica, sed mulier adultera, aut cōcubina dici debet, quarum altera conturbenium cum sponso non habet perpetuum, altera verò maleficum;

non ergo debemus, aut possumus quęrere Deum p traditiones ac doctrinas Iudęorum, aut per eorum leges perperam, & falso ab eis expositas, & interpretatas. Sed neque etiam per dogmata, & opiniones Philosophorum, quoniam suspecta est, & cauenda tam in diuinis sensibus, quàm in humanis vsibus vnius licētia, alterius restrictio, obstinatio vtriusq;. Vnius in diuina natura numerositas, alterius sīgularitas, vtriusq; cæcitas: Idcirco nequaq; sponsæ permittendum est in istis vicis, & plateis quęrere Deum tamquam spōsum verum, & sibi dilectum, quia non inueniet. Propterea inquit D. Bernardus vnà cum Beato Gregorio, & quibusdam alijs sanctis, & probatis hominibus, alios vicos, & plateas eidem spōsæ pparādas quibus valeat tutius, & securius sponsum quęrere, & fortassis inuenire; & hi quidem sunt binę conuersationes, & vitę rationes fideliū. (*D. Bernar.*) Alij quidem per plateas vagantur. hoc est. Latam sectantur viam. Alij arctissimę se tradunt disciplinæ, & vitæ rationi, & quamq; habeamus ex sacris literis. Arctā esse viam quę ducit ad vitā, (*Matth. 7.*) in hac tamen arctitudine datur quędā latitudo, vna scilicet aliquanto arctior altera, vita enim quam profitentur hi, qui vocantur Regulares, est arctior ea, quam profitentur Clerici seculares. & vtraq; earū est multo arctior ea, quā Laici, et qui actiuam vitam consectantur profitere, ac tenere solent, et in vtraq; potest inueniri Deus, sed multo facilius in vna quam in altera, neq; vllus audeat sentire aut dicere, hic est Christus, hoc est, apud Regulares, et non illic, vt apud Laicos, siue coniugatos, neuē quis dicat oppositum, sed pessimus ille est, qui dixerit neq; hic, neq; ibi reperitur Deus. Namq; vtrobiq; quærit sponsa Dilectum suum, et hic, et illic: Quæram (inquit ipsa) per vicos, & plateas quem diligit anima mea. Per vicos districtionem accipe: Per plateas dispensationem, et libertatem quandā pro arbitrio uiuendi, modo talis libertas non assumatur in occasionē carnis; et potest quidem non magna cum difficultate, ac tædio seu labore coniugi

gi quandoq; platea cum vicis, quemadmodum multis in oppidis ac Ciuitatibus est reperire non nullos vicos valde propinquos, & penè coniunctos plateis, & vici quidam reperiuntur vsq; adeò lati, & spatiosi vt simillimi sint plateis. Ita profectò contingit quibusdam, qui in se ipsis coniungunt vicis plateas, & hoc quidem bifariam.

Primum quidem si quem coarctat afflictio, aut voluntariè suscepta, quemadmodum qui aggreditur, & auspicatur arctiorem formam, & regulam vitæ intra septa alicuius loci, siue monasterij inclusus, aut violenter impacta, vt ab inimicis, & persecutoribus, vel à iudice ob alicuius criminis pęnam inie cta, si patienter, ac libenter omnia substinebit, poterit intus in corde gaudio spirituali dilatari, & tunc vicis plateas copulare, & cum Dauide illud proferre Ps. 17. Eduxit me in latitudinem: & illud apostoli ad Rom. 12. Spe gaudentes in tribulatione patientes: & illud Zachariæ 8. Plateæ Ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius. Deinde si quis in libertate constitutus, & actiuam vitam degens, coniugatus, aut vlli opificio vacans, ita vigilijs, orationibus, ac ieiunijs se se exerceat, vt parum admodum à regularibus videatur posse discerni, his nempe coniunget vicis plateam. Quid? Nonne legimus primo Regum cap. primo de Elchana ephrateo qui habebat duas vxores, & statutis diebus ascendebat in templum vt adoraret, & sacrificaret Domino. Sic etiam parētes B. Nicolai Tolentinatis nostri Ord. & Sodalitij suscitandę prolis desiderio assiduis Deum præcibus solicitabant, vt voti compotes fierent; Nōne isti adiunxerunt, vel coniunxerunt vicos plateis? Imo vtriq; eorum, & primi pariter, & secundi permanserunt in vno, vt in platea seù, vico, corpore, in altero vero spiritu, & opere. Sed quid dicemus de his, qui cum toti essent in hoc seculo, & in platea habentes vxorem, filios, & filias, diuino spiritu commoti secesserunt in vicos, & angulos platearum. hoc

Ps. 17. ad Rom. 12. Zacharia 8

1. Reg. cap. 1.

A est in regularium cænobia, aut in parua quædam cubicula, atque ibi, quod reliquum est vitę consumpserunt, cuius rei recens est exemplum de quodā viro Mediceæ artis peritissimo mei nominis amantissimo, qui cū per aliquot annos cum vxore, & familia sua satis honorifice vitam duxisset, tandem dei spiritu compulsus ingressus est ordinem, & familiam Beatissimi Patris Dominici, & eius coniux itidem B in monasterium Santimonialium ingressa, quisq. in prefatis locis Sanctissimam vitam ducit. De plerisq; alijs possem afferre exempla, sed in re tam clara non est opus diutius morari. Angusta profecto est huiusmodi uiris in presenti res quam ferunt: spes verò lata, arcta possessio, expectatio verò satis profusa, & in vtroque statu possumus quęrere Deum, & tandem inuenire. At si in quouis istorum C statuum Deum offendamus, & eius timorem præ oculis habere neglexerimus, neque hic, neque ibi poterimus Deum inuenire. Dicit enim Bernardus. Non inuenitur forma iustitię si piorum operum non est intentio pura: Et de regularibus quidem notanda est illa sententia, quam ipse profert ī calce huius sermonis, vbi dicit.

Nusquam esse maiorem commoditatem inueniendi Christum; quam intra D claustra eorum, qui vitam Regularem profitentur, verum nullibi maiorem confusionem si penes eos non inueniatur Christus, sed quemadmodum contingit aliquando Deo sic mouente, ut qui prius in plateis, & hominum consortio lubricam, & dissolutam uitam cunctis illecebris, & voluptatibus dediti uiuebant, in aliquos uicos plus satis arctos, & angustos se recipiunt, è quorum numero multos E ego noui uiros pernobiles, & præclaros, presertim Perusiæ, & alijs etiam in locis vbi, per aliquot ānos superiorum iussu vitam duxi, quò facilius bonis literis, & artibus uacarem permanere licuit, idipsum conspexerim. Ita (ò deplorādū facinus) nō nullos etiā noui, qui cū à puero se Dei obsequio mancipauerint

cipauerint, & alienius instituti Regulam professi fuerint post aliquot annos instigante Demone ob leuissimas causas relicto vteo in plateas se dimiserūt, ubi mercimoniis, turpi lucro, & cupiditatibus omnis generis se totos dediderunt, væ illis, quia Deum, quem in eo vico inuenerunt, non tenuerunt, ne demitterent, aut ne recederet ab eis, illuc enim deuenerunt, ubi non defecit vsura, & dolus, ut ait Dauid psa. 54. & hi sunt, ex eorum numero, qui Ciuitatem Babylonicam ingressi per vicos, & plateas quęrunt ipsum Demonem, quærunt enim in vicis, hoc est in locis vbi non nisi murmur, contentiones, & rixę sentiuntur, tum fœminarum, tum hominum ignobilium, & nullam veri Dei cognitionem habentium: quęrunt in plateis, vbi est concursus, & tumultus perditorum hominū, propterea D. Augustinus monet in sermone de Epiphania non esse quęrendum Deum in platea, ubi multa vanitas, non in foro, ubi grandis aduersitas, non in taberna, ubi maxima ebrietas, non in scolis philosophorum, ubi est infinita peruersitas, & quemadmodum supradiximus ingens obscuritas, & falsitas

psal. 54.

Quid ergo nobis peragendum cum versamur in eiusmodi vicis, & plateis? ne deuiemus à recto, & inueniamus dilectum quem quærimus? Operepręcium est adeamus vigiles, qui custodiūt Ciuitatem, vigiles inquam, idest Dei spiritum consulamus, prophetas, Apostolos, ac Dei ministros, qui custodiūt Ciuitatem, hoc est Ecclesiam Sanctam Catholicam, & curam gerunt animarum nostrarum, tunc profectò inueniemus eum, quo inuento adeò firmiter, & strictè teneamus, ut (si fieri potest) numquam dimittamus, sed violenter, & importune ipsum teneamus, ut inquit Ambrosius, & huic muneri insistamus, & vires omnes intendamus. Sed quoniam prophecia nos monet dicens. Quęrite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est, quęrendum est vbi nam possit inueniri; Ostendimus enim in vicis, & plateis posse quodammodo inueniri; Sed verius, & certius dicendū, nusquam posse facilius inueniri quā in anima nostra non. n. quęrendus est extra nos, extrà animam propriam. Intus Deus habitat, modo in eius amore ardeat cor nostrum, & in eo requiescat, contempletur te anima nostra in mentis excessu, cantet laudes tuas in iubilatione, & in voce tubę. Agamus continuè quod monet Propheta. d. psallite Deo nostro psallite Regi nostro: psallite sapienter, vt fiat quod monet Dauid psal. 104. lætetur cor quęrentium Dominum: quęrendus est ergo Christus, & dū inueneri mus, tā fortiter, tā suauiter, tam dulciter teneamus, ut eum non omittamus. Quærendus est ergo in animabus sanctis, in scripturis sanctis, in operibus bonis, in fide, & charitate peractis. Quærendus est itaq; dum inueniri potest, & inuocandus, dum propè est. Inuocandus inquam orationibus, ieiuniis, suffragiis, ac præcibus, & pauperum subuentionibus, & aliis bonorum operum subsidiis dum propè est, sic. n. habes apud Hieremiam 23. Ego Dominus appropinquans eis, qui appropinquant mihi, & recedens ab eis, qui procul recedunt a me; prope est inquam dominus, ut erudiat nos, & consoletur ut habes in psal. 33. Iuxta est Dominus, his qui tribulato sunt corde, & psal. 90. cum ipso sum in tribulatione, cum ipso inquam qui quęrit me, & inuocat me, eripiam eum, & glorificabo eum. Quęrite ergo Dominum & inuocate eū dū prope est, ipse quidem est sponsus animæ nostrę amans et amabilis. Quęrite ipsum quicumq; estis tam sapientes, quā insipiētes, tam diuites, quā pauperes: Sed quęritę nō eū luxuria in qua est manifesta deformitas, nō eū superbia, in qua iacet æterna calamitas, non eū auaritia, in qua est idolorū seruitus, & perpetua infęlicitas. Sed quoniam posset quis peccatorum grauitate onustus secum ipse animo versari atq; fortassis uereri, ne suam imbecillitatem agnoscens possit umquam inuenire Deum, & illum inuocare tamquam ducē, & protectorem, docet his verbis Propheta quo pacto quis valeat ad eū quęrere, & inuenire, & supplex illum inuocare

psal. 104.
Hierem. 23.
psal. 33.
psal. 90.

nire, & supplex illum inuocare dicit hęc uerba. *Derelinquat impius uiam suã & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.* Hęc uerba deberent esse cordibus nostris stulo ferreo cõscripta, cum nihil peccatoris ut eumq; impii, & scelerati possit animum erigere, & consolari, magis quam eadem iugiter meditata, & in opus educta, his enim nobis commõstratur, ubi consistat tota, & uera pęnitentiæ ratio, quę est detestari malum, & peccatum, & apprehendere bonum, cuius ratio est, quia dũ peccamus auertimur a bono incommutabili, & conuertimur ad bonum cõmutabile, idcirco dum reconciliari volumus cũ Deo, operepręciũ est detestari, & reiicere, ac post habere bona ista commutabilia, & conuerti ad Deum viuum, et uerum: id quod breuioribus verbis descripsit Regius propheta dicens. Declina à malo, et fac bonum, inquire pacem, & persequere eam: & hic idẽ vates in huius operis exordio dixit. Quiescite agere, puersè. discite benefacere, & q̃n mali operis principium sunt ipsę cogitationes, quę per mortuum illum qui domi degens, nec dum foras egressus, designantur. ideo monet Propheta d. Derelinquat impius uiam suam, idest modum, & rationem vitæ quam prælegit, et vir iniquus derelinquat cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius. Quo differant impius, et iniquus dictum est supra. *Et* ne quis forte existimaret non esse tam difficilem gratiã remissionis, pręsertim cũ frequenter cõtingit Deũ offẽdisse, dicit Propheta Vnusquisq; peccator secure postquã deliquerit semel atq; iterũ reuertatur ad Dominũ, quoniã ipse multus, plurimus inquã, & facilis, ac prope...us ad ignoscendum. Et quoniam posset alicui videri difficile satis semel, et iterum in se peccantibus fore indulgendum, idcirco dicit Dominus non ita vobis existimandum est. *Non. n. cogitationes meæ cogitationes nostrę, neq; via nostra via meę dicit Dominus,* imo (supple) magnum, et valde latum est discrimen, et propè

Tex. 5.

A immensum inter cogitationes nostras atq; meas, longissime, quidem absunt, propterea si frequenter deliquerit, non dico septies; sed septuagies septies, modo derelinquat uiam suam, et reuertatur ad Dominũ et miserebitur eius. *Quoniam sicut exaltantur cœli a terra, sic exaltata sunt vię meę a viis vestris, & cogitationes meę a cogitationibus uestris* Comparat Esaias distantiam inter nos et Deum, distantia quę est inter cęlum

B et terram, non quò non sit multo maior distantia inter nos, et Deum quam cœli, et terræ, sed quia nulla maior nobis apparet ant esse presumitur quam distantia cœli, et terræ, ideò ea nobis proponitur ab *E*saia. Magna quidem est distantia inter Deum et nos: quia scilicet nos Deus amat, nos uero eum odimus: ipse nos uocat nos eundem fugimus: ipse nos beneficus prosequitur, nos aduersus eum præliamur.

C Sed non iacet hic lepus, non est id quod querimus, et dubitamus, sed hic uergit difficultas; hoc est quod nos angit, ac vehementer admodum excruciat. Qui enim fieri potest, ut qui fuerit à teneris (ut aiunt) unguiculis assuetus ad delinquendum, et in peccatis fuerit fermè totus immersus, recedere queat ab inueterato usu, seu mauis abusu, & derelinquere uiam suam, quam sibi peruiam

D & uelut ordinariam delegerat, & auspicari nouam uiuendi rationem. Vt enim bello assueti ligures non facile arma deponunt, ita propemodum, qui fuerit in uitiis enutritus, & diuturno tẽpore uersatus, haud facile poterit ab illis resilire. Verum ꝗnõ fueris omnino demẽs, surdus, & cæcus, cũ te vocauerit Deus, ausculta, aures prebe, non occlude, si porrigit manum, apprehende, si pulsat ad ostium aperi, nec

E tardes conuerti ad Dominum: sic enim ait: ego sto ad ostium, et pulso, si quis aperuerit mihi, introibo ad illum cenabo cum illo, et ipse mecum.

Sic itaque fiet, ut homo impius derelinquat uiam suam, cum Deus sua benignitate mouebit eius voluntatem per inspirationem internam, uel externam, et per uariòs modos, atque

 rationes,

rationes, & ipse peccator Dei motioni seù vocationi obediat, & in se ipsum reuertatur: nec obsistat, tunc absque dubio, Deus infundet, & conferet ei lumē gratiæ, quo quidem lumen, nondū satis erit vt operetur bonū, & perseueret in eo, sed opus erit rursus diutno auxilio, quo bonum opus operetur, quandoquidem habitualis gratia prius infusa licet reddat, & efficiat hominem iustum, qui antea erat iniustus, & impius, non est tamen adeò perfecta, ut possit a natura semouere vniuersā eius imbecillitatem, & pruriginem, neque ab intellectu totam eius hebetudinem, & obscuritatem.

Neque vlli videatur absurdum gratiam iustificantem nobis gratis datam, fore nonnihil imperfectam, cum teste D. Thoma etiam in statu gloriç non est vsquequaq; perfecta. Neque ullus sit adeò promptus, & audax ut putet se absque vllo Dei auxilio preueniente resurgere a peccato, quamuis aliquando sapiens prouerbiorum 16. dicat, hominis esse *Prouer. 16.* preparare animam, quod quidem verum est supposito prius Dei auxilio. Pro huius rei pleniori, & vberiori intellectu, vide Diuum Thomam. 1. 2. q. 109 art 9. & Conc. Triden. sess. 6. cap. 5. nihil enim ex nobis ipsis huc attulimus.

Sequitur tex. *Et quomodo descendit imber, & nix de Coelo, & illuc vltra non* *Tex. 5.* *reuertitur, &c. sic erit uerbum meum, quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me vacuum*, & hac eleganti metaphora describit Esaias promissionum Dei certitudinem & constantiam. & presens textus est adeò planus, & facilis ut nulla egeat expositione. Sed notandum, quod imber, & nix cum descendit de cœlo, illuc vltrà non reuertitur; at verbum, hoc est, Christus Dominus, qui in principio erat verbum, cum de sinu Patris descenderit in terram, illuc tamen rursum rediit, quia nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo: & qui descendit, ipse est; & qui ascendit super omnes cœ'os ut adimpleret omnia. Si per verbum Dei intelligatur predicatio Euangelii, quod quidem egressum est

A de ore Dei, illud quidem non reuertetur vacuum. *Sed faciet quęcumq. voluit ipse Deus, & prosperabitur in iis ad quem misit illud.* Cuius signum erit: quia vos Iudæi, qui auersi fuistis à Deo, quemadmodum, & gentes *in lætitia egrediemini. De* Idolatria, & de laqueis peccatorum, *& in pace deducemini* non n. decebat Dei filium, qui in hunc mundum venerat, ut aliquos saluaret, frustra hùc accessisse, ideò cum Iudęi renuerent B salutem consequi, oportebat quòd gentes saluarentur, ne verbum Dei reuerteretur vacuum. *Montes, & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.* locutio hiperbolica, qua designatur, & præfiguratur ingens lætitia conuersionis gentium: per montes etiam, & colles intelligi possunt Angeli, & beatorum animę: Nam gaudium erit in cœlo super vno peccatore poenitentiam agente, & C ps. 149. exultabunt sancti in gloria, & lætabuntur in cubilibus suis. Vel per *Ps. 149.* montes Prelati, & Doctores Ecclesię iure optimo possunt intelligi: per Colles, qui sunt inferiores, & ministri: per ligna agri, qui sunt de populo, & infimæ sortis homines non iniuria debent accipi. Sequitur vltima pars huius capituli, in qua lætum, & faustum nunciū describitur. d. enim. *Pro saliuncula ascendet abies, & pro vrtica crescet myr-* D *tus, & erit Dominus nominatus in signū ęternum quod non auferetur.* D. Hieronymus ęgregiè admodum (vt semper) exponit hoc capitulum, sed hanc vltimā partem D. Gregorius 18. mor. cap. 11. *Gregor. 18. mor. ca. 11.* sic exponit quod pro Saliuncula ascendet abies, quia scilicet in sanctorum corde, abiectis terrenis cogitationibus, quę per saliunculam designantur, altitudo supernę contemplationis exoritur; Abies enim est arbor satis al- E ta, & eminens. Vrtica verò igneę omnino natura est. Myrtus autem temperatiuæ dicitur esse virtutis.

Pro vrtica igitur crescit myrtus, dum iustorum mentes à prurigine, & ardore vitiorum ad cogitationum temperiem tranquillitatemq; perueniunt, dum scilicet non amplius terrena appetunt,

postea

postea quam flammas carnis, desideriis A rerum cælestium prorsus extingunt. Et reuera pro saliuncula abies, quando pro malitia uirtus, pro luxu pudicitia, pro stultitia prudentia confertur, quę commutationes dubio procul fuerunt in duobus præcipuis ducibus saluatoris nostri, Paulo videlicet & Matth. & plerisque aliis, vtinam & in nobis. De Saliuncula multa refert Plinius lib 21. de Natur. hist. ca. 7. dicit eam esse herbam folliosam, sed breuem, & quæ B necti non possit, & potius herba, quam flos dicenda. Pannonia eam gignit, & nobilissimi odoris. d. eam esse, & eodem lib. cap. 20. refert idem Plinius: Saliuncę radicem in vino decoctam sistere vomitiones, & corroborare stomacum, & quędam alia refert de hac herba, pro quibus poteris videre ipsū. Quidam alii dicunt ipsam esse rubum, sed quæ quid sit, nobis sat erit intelligere quid significet, et hoc satis de capitulo isto 55.

CAPVT QVINQVAGESIMVM SEXTVM.

AEC dicit dominus: Custodite iudicium, & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea 1.
vt veniat, & iustitia mea ut reueletur.
Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis,
qui apprehendet istud: custodiens sabbatum
ne polluat illud, custodiens manus suas ne
faciat omne malum. Et *non dicat filius ad-*
uena qui adharet Domino dicens: Separatione diuidet me Domi- 2.
nus a populo suo: Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum
aridum: Quia hac dicit Dominus Eunuchis: Qui custodie-
rint sabbata mea, & elegerint qua ego volui, & tenuerint fa
dus, meum dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, &
nomen melius à filiis, & filiabus: nomen sempiternum dabo eis,
quod non peribit. Et filios aduena, qui adhærent Domino, vt
colant eum, & diligant nomen eius, ut sint ei in seruos: om-
nem custodientem sabbatum ne polluat illud, & tenentem foe-
dus meum. Adducam *eos in montem sanctum meum, & lati-*
ficabo eos in domo orationis mea: holocausta eorum, & victi-
ma eorum placebunt mihi super altari meo: quia domus mea 3.
domus orationis vocabitur cunctis populis. Ait Dominus Deus

qui congregat dispersos Israel. Adhuc congregabo ad eum con
4. *gregatos eius.* Omnes *bestiæ agri venite ad deuorandum, vni-*
5. *uersæ bestiæ saltus.* Speculatores *eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormiẽtes, & amantes somnia, & canes impudẽtissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viã suam declinauerunt, vnusquisq; ad auaritiam suam á summo vsque ad nouissimum. Venite sumamus uinum, et impleamur ebrietate: Et erit sicut hodie, sic & cras & multo amplius.*

EXPLANATIO IN QVINQVAGESIMVMSEXTVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. HAEC *dicit Dominus. Custodite iudiciũ, et facite Iustitiã: quia iuxta est sal' mea, vt veniat, & iustitia mea ut reueletur &c*

Intẽtio præsentis cap. QVAE sit intentio, A vel scopus præsentis capituli non facilè percipitur. *D. Thom.* D. Thom. vnà cum quibusdam expositoribus asserit prophetam ex persona domini suis fidelibus polliceri salutem, et multa alia bona, posteaquam in præcedentibus liberationem a malo fuerat eis pollicitus. *Cyrillus.* Cyrillus vult prophetam alloqui so- B los Israelitas admonens eos ad fidem, & exercitium bonorum operum, & ut ab eorum cordibus inanem fiduciam quam in Patribus habere videbantur, nec non tumorem atq; superbiam studeant amouere. *Hieronym* D. Hier. dicit quòd gẽtium vaticinio terminato quod scilicet in aduentu sermonis Dei sunt in meliorem statum mutãdę, nunc loquitur propheta ad illius temporis auditores, vt faciant cuncta quæ recta sunt, & C parent se aduentui saluatoris, quia ipse est iustitia, et misericordia Dei: ego autẽ existimo, salua pace omnium aliotum, prophetam hoc loco prosequi exhortationem, & admonitionem ad cũctos populos, ut Dei præcepta obseruent, quo Dei misericordiam ad quam omnes sitientes mox inuitauerat facilius consequantur: tantus est enim Deĩ erga salutem. & prosperitatem suorum populorum zelus, & amor, ut nullũ prætermittat genus officii, quo diuinorum beneficiorum sint aliquãdo participes, et suæ pietatis, et clementiæ abundantiam, et largitatem manifeste cognoscant, & fateantur. Inquit ergo propheta. *Hæc dicit Dominus*; quæ uobis sum dicturus, doctrina est Dei, est præceptũ eius, illius est consilium, hæc mihi vobis aperienda pręcepit. uidelicet. *Custodite iudicium*, idest exequimini quod iustum est, recte iudicate & in hoc iudicii munere obeundo, neq; ad dexteram, neq; ad sinistram declinetis. & posteaquã iudicii rectitudinem agnoueritis. custodite illud. i. iuxta illud operamini, neq; pmittatis illud quacũq; ex causa vobis auferri. Vel uos qui alios iudicaturi estis, facite iustitiã i. bene operamini,

non

nō solum cuique reddendo quod suum est,& neminem opprimendo, verūetiā virtutū omnium pro loco, & tempore actiones insequendo. Cyril. ait; custodite iudicium, idest Dei mandata perficite,& facite iustitiam. Alii quidā existimant hac admonitione nil aliud voluisse prophetam innuere, nisi id ipsū quod Io: Bapt: clamabat ·d. Pœnitentiā agite appropinquauit enim regnum cœlorum? sic ꝓpemodum loquitur hic propheta d. *Custodite iudicium, & facite iustitiā, quia iuxta est salus mea ut ueniat & iustitia mea ut reueletur.* simile est ei quod dicit propheta psal. 105. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore, vt iuste quod iustum est persequantur,& rectè agant;
psal. 105. sic exponit Aug· illud psal. vbi aduertit quod iustitia,& iudiciū ferè sēp se cōsequuntur,& connectuntur. Et quoniam diximus per hanc iustitiam non solum intelligi eam virtutem, qua reddimus vnicuiq; quod suum est, sed etiam qua quis actiones aliarum virtutum exequi tur, itaut qui vnam iustitiam fecerit, cunctas virtutes se impleuisse dicatur, & qui vnam habuerit, omnes habeat,& qui vna caruerit, cunctis eareat, id palam paucis verbis indicatur à propheta psa. 14· ut bene annotauit D. Hier. cum dici-
psal. 14. tur, qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, & quæ sequuntur hic habitabit in tabernaculo Dei, & requiescet in monte sancto eius. Cum itaque huius admonitionis causam reddens propheta dicit. *Quia iuxta est salus mea ut ueniat, & iustitia mea ut reueletur,* nulli dubium pet salutem, & iustitiam intelligendum esse Christum Dominū, filium Dei, ipse enim est salus, & iustitia nostra, de ea locutus est psal. cum. d No tum fecit Dominus salutare suū in cōspectu gētium reuelauit iustitiam suā: si ergo talis est salus, & iustitia nostra per quam nos iustificari,& salui esse possumus, eette frustra salus ista adueniret & reuelaretur iustitia, nisi tales reddere mur, ut eius manifestatio nobis esset profutura Dicitur enim hæc salus, & iustitia iuxta esse, prope est ut veniat,& dies eius non elongabuntur, cito enim Christus veniet,& non tardabit, sic per

A Oseæ. x. custodite iudicium,& facite iustitiam quia appropinquat salus mea. Oseæ ca. 10
Christus namque non pro se ipso mortem sustinuit, quippequi nullum peccatum fecerat, sed pro nobis mortuus est, ut qui peccatis mortui eramus per illum vitam consequeremur. Quod autem per iustitiam,& per salutem Christus Dominus intelligatur, verba textus indicant: dicit. n. *Custodite iudicium &c. quia iuxta est salus mea vt ueniat*; uenire
B ·n.& pedibus suis moueri conuenit rebus animatis,& non quæcumq; in abstractione concipiuntur, ut salus, iustitia, virtus &c. dicit autem hoc ipse propheta, ne quis nostrum putaret his uerbis Israelitas ad obseruationem legis, quæ in umbris, & figuris posita est excitare, quandoquidem per legem nemo iustificatur: quemadmodum satis vere, & erudite demōstrauit Paul. Apo. multis in locis, sed per solum Christum, quem
C. vocat hic propheta salutem,& iustitiā, misericordiam sumus adepti, & remissionem peccatorum: Sequitur ergo propheta,& inquit, *Beatus uir qui facit ho., & filius hominis qui apprehēdet istud, custodiens sabbathum ne polluat illud: custodiens manus suas, ne faciat omne malū.* idest nullum malum, ut de omni genere mali, quæcumque hic dicun- Ps. 14.
tur propemodū in psal. illo facile erit reperire. uocat propheta beatū eū virū
D q̄ fecerit iudiciū et iustitiā, vteūq; sit filius hominis imbecillis,& mortalis,& custodierit manus suas ne faciat ōne ma- lū. i. nullū malū. Non superuacaneè, nec q. citra ratione ꝓpheta duas orationes affert parū admodū inter se dissidentes dicit. n. primo *Beatus vir qui facit hoc.* Deinde *Beatus filius hominis qui apprehendet istud*, quid sibi vult ista repetitio? beatus vir,& beatus filius hominis, dicitur. n. primo, beatus vir qui facit hoc. i. iudici
E um & iustitiā, quia non inconuenit aliquos, dum non sunt adhuc bene imbuti cognitione Dei et gratia spiritus sancti efficere ea quæ sunt paruuli, sed postea quam quis fuerit ritè imbutus Dei cognitione, & cognouerit quàm malum sit contemnere Deum, & eius mandata, iste quidem euacuabit ea quę sunt paruuli,& poterit conuenienter vir

 appellari.

Deus trahit ad se aduenas,& Eunuchos vt ostendat se habere rationem Sanctita tis, & religionis,non generis,aut loci, aut etiam sanguinis. Per Eunuchũ hoc loco propheta intelligit quicunq;caret liberis,& prole,qui propterea dicit-Ego sum lignũ aridũ,nullũ faciens fructũ, ad nullũ opus seu ministeriũ vtile,& ido neum,sed ad solã combustionẽ,præparatũ, hoc ideo quia scriptũ erat in lege. maledictus sterilis,qui non facit semen in Israel. Propterea cũ per aduẽtũ Christi debuerit lex euacuari:lex inquã,cere monias,& iudicia cõplectẽs,& fieri vnũ ouile,& vnus pastor, *Dicit Dominus Eunuchis. Qui custodierint Sabbatha mea*.i. qui me voluerint,& elegerint quę ego volui,& tenuerint fœdus meũ,neq;recesserĩt à pactis,& cõditionibus initis intra me,et populũ meũ *dabo eis*.i. Eunuchis *in domo mea*.i.in Ecclesia,& in regno cœlorũ,*et in muris meis*,hoc est ubicũq;ius, & potentiã habuero,dabo inq̃ eis locũ .i.hospitiũ,partẽ,& possessionẽ,& præter hæc,*dabo nomẽ melius a filiis, & filiabus*.i.maiorẽ honorẽ,maiori in præcio habebuntur,quam qui gloriantur se esse filios,& filias ipsius Abrahę,eũ tñ illi us fidẽ,& timorẽ nequaq̃;habuerĩt. Vel *dabo eis in domo mea lo: ũ,& nomẽ melius a filiis & filiabus*.i.nomẽ lõge præstantius,et excellẽtius,quã qui habẽt filios & filias,habere vnquã possint,& quod nã erit nomẽ istud:*nomẽ* inq̃; *sẽpiternũ dabo eis,quod nũquã peribit* quibus verbis ostendit ipse Deus(sm̃ D. Aug.)se datu rũ illis gloriã quandã propriã,atq; excellentẽ:& nõ cõmunẽ cũ multis,quãuis alioqui in eodẽ regno,& in eadẽ domo cõstitutis,et fortassis ideo dictũ est dabo nomẽ melius,ut eos quibus datur distinguat à cæteris. Et nõ ab re addita est illa particula, *dabo nomẽ sẽpiternum quod non peribit.* Et breuiter dicas dabit eis nomẽ; vt filii Dei nominẽtur,& sint 1.Io.3. Nunc videamus pro claro intellectu istorum verborum. Quid per Eunuchos hoc loco intelligat *Esaias*: prima quidem facie, et quemadmodum præsens oratio prætendit,per Eunuchos intelligi videntur quicumq; nullum partum edunt, siue viri siue

In quæstionibus vet.& nou. testa. q.44.

1.Ioan.3.

A fœminæ,ita quod sterilitas in alterutro sit,noster autem Saluator apud Matth. 19. tria genera Eunuchorũ videtur asserere:sunt (Inquit) Eunuchi,qui de matris vtero sic nati sunt. et sunt Eunuchi qui facti sunt ab hominibus, et hoc qui dem multifariam contingit, quoniam vel per violentiam, & iniuriam fiunt Eunuchi ab hominibus,uel propter ali cuius morbi remedium, vt sępenumero contingit: aut etiam à se ipsis ob ali

Eunuchi multip lici ter.

B quam causam illis notam,sed non propter regnum cœlorum,et sunt Eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum cœlorũ, et hoc idem bifariam potest fieri,vel quod vere, et re ipsa se castrauerint propter regnum cœlorum qui quidem voluerunt in carne esse steriles,et infœcundi,ut spiritu fœcundiores esse possent,et Christo domino con iungi,neq;unquam ab eo diuelli:aut cor eũ mundo, et eum Christo diuidere,vt

C legitẽ de Origene,et multis aliis: aliqui verò dicuntur se ipsos castrauisse, non quidem in corpore,sed in ipsa concupi scẽtia radice cœlestem, et angelicam uitam in terrena mortalitate meditantes, atq; id faciunt non propter continentię laudem expiscandam, sed solũ propter regnũ cœlorum facilius,et expeditius acquirẽdũ,cuiusmodi sunt vtri usque sexus homines,qui vitam cęlibẽ hac vna ratione profitentur. Cũ ergo in

D quit hic Deus per Esaiam,*dabo Eunuchis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & filiabus &c.* non debet intelligi de Eunuchis,qui de matris vtero sic nati sunt,neq; de his qui facti sunt Eunuchi ab hominibus,aut etiã à se ipsis ob aliquã aliam causam, quã ob hanc vnam, quæ est propter regnum coelorum, sed de his Eunuchis verba prefata intelligenda sunt, qui se ipsos corpore ipso, et re ipsa castra-

E uerint propter regnum cœlorum, et fortè multo uerius de his, qui non corpore, sed mente, et spiritu se ipsos castrauerunt: hoc est, abdicauerunt sese omni concupiscentia, et libidinis desiderio. Hi profectò habebunt in coelesti patria, et in omnibus iuribus, prædiis, et possessionibus diuinę maiestati subiectis, locum et

nomen melius quam qui filios, & filias pepererunt. Cœteri uerò Eunuchi quibus pudenda debilitantur, aut quauis ratione fuerint manca, aut amputata, vt generare non possint, si Christiani fuerint, & Dei præcepta custodierint, eo tamen proposito, ut coniuges, si possent, haberent, cœteris in domo Dei coniugatis fidelibus adæquantur, qui prolem licitè, pudiceque susceptam in Dei timore enutriunt. Pro qua re vide D. Aug. cap. 24. libro de Virg. vide etiam Diu. Hier. & alios authores id ipsum asserentes. Breuius dicũt aliqui, qui sunt natura, & qui ab hominibus Eunuchi possunt aliquid moereri propter patientiã. qui vero sunt Eunuchi a se ipsis, & propria voluntate propter Virginitatem, & continentiam redduntur illustriores, *D. Greg.* 3. par. past. cap. 29. dicit. Eunuchos esse qui compressis motibus carnis affectum in se praui operis abscindunt, qui quidem in domo patris .i. in æterna mãtione filiis præferuntur & filios aduenę qui adhærent Domino, ut colant eum, & diligant nomen eius, ut sint ei in seruos omnem custodientem sabbathum, ne polluant illud, & tenentem fœdus meum adducam eos in mõtem sanctum meũ &c. Tantus erat tremor, et fastus Iudęorum, quod existimabant nullum aliud genus hominũ prȩter eos partem habiturũ in regno cœlorum & præsertim qui orbati erãt prole, & tanq̃ steriles putabantur, & pręter nos qui erãt alieni a cultu Dei iuxtà morem hæbreorum quemadmodum legitur deut. cap. 23. non intrabit Eunuchus attritis, uel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam domini. Et post pauca Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum: at quia Christus Dominus, qui venerat in mundũ, ut omnis qui credit in eũ non pereat, sed habeat uitam æternam, secus decreuit ac fuit operatus: statuit. n. tam Eunuchos, quã alienigenas, & extraneos fore participes regni Cœlorum, modo & ipsi adhæreãt Dño, colant eum post habitis Diis alienis, et diligant nomen eius, ut ei in

A seruiant, neque dedignẽtur serui Dei appellari, cui quidẽ seruire regnare est.

Et præter hęc custodiant Sabbatum, non polluant illud, & teneant fœdus meum: per Sabbatum intellige omnes dies festos in Ecclesia Dei. Omnes istos dicit propheta *adducam in montem sanctum meum*, hoc est in Ecclesiam; primum quidem militantium; deinde in Ecclesiam, qua perpetuo diuina pace fruentur, & lętificabo eos (inquit) *Tex. 3.*

B in domo orationis meæ, hoc est in domo, quam elegi, ut ibi fiant mihi orationes, supplicationes, & sacrificia, ut hęc domus non sit velut templum quod solis Israelitis tributum, & concessum erat, sed velut templum omnibus per orbem terrarum conuersione, & fide ad agnitionem ipsius Dei vocatis patefactum, & apertum, & Subdit, *Holocausta eorum, victima eorum placebunt mihi super altari meo.*

C Vbi non amplius, ut olim arietes, & hircos incendere, & sacrificium offerre necessum erit, sed se ipsos Deo sacrificare, mundo mori, & iustitię viuere, tam hi qui totam quasi vitam suam velut holocaustomata sanctam reddunt, quam etiam hi qui particulare sacrificium offerunt Deo velut horum vita, qui nuptias contraxerunt; quippequi non se totos offerunt Deo, sed partim mundo, partim ipsi Deo.

D Dicit enim D Hieronym. Inter uictimas, & holocausta, hoc est discrimen. quod holocausta sunt, quę super altare integra concremantur, victimę vero, & hostię sunt, quarum pars offertur altari, pars verò datur sacerdoti: vult etiam talia sacrificia offerri super altari suo non super altare ab hominibus constituto, et erecto, idest fide, & spe in Deum, non in vlla creatura quæcumq; sit illa. Quare sciendum est *D. Hieronym. Differentia inter uictimam & holocaustum.*

E quod Eunuchi qui se totos consecrant Deo, qui scilicet potius mente, quam corpore dicuntur esse castrati, Deo holocausta offerunt, victimas verò alienigenę, qui ad tempus vacant orationi: dicit ergò Deus quod *holocausta eorum, & victimę eorum placebunt mihi super altari meo, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis*;

Et non

Et non duodecim tribubus tantũ uocabitur ergo domus orationis, non domus arietum, hircorum, & uitulorum. Vnde facile quis poterit agnoscere nom bram legis euersam esse, & posthabitam, & literæ uetustatem iam penitus abolitam & inefficacẽ redditam: præterierunt uetera, facta sunt omnia noua; atq; id quidẽ per Christũ, in Christo, & supra omnem uirtutem, & efficaciam meritorum nostrorum, & quis est qui hæc loquitur, & promittit? num forte Esaias tamq; ex sua sententia hęc loquitur, & effatur? minimè quidẽ, ait, Dominus Deus eiusmodi uerba, & eiusmodi promissiones uoluit explicare. Hæ sunt orationes, & promissiones suæ, hæ sunt uoces cõmiserantis, qui cum sit natura bonus, clemens, & pius uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire; & quis nam est iste Deus? ille inq; est, *qui congregat dispersos Israel*: non enim ueni ut ostendam clementiæ meæ magnitudinem in solis gentibus, uerum etiam in his, qui ex sanguine Israelitico oriuntur; adhuc congregabo ad eum, idest ad Deum patrem meum (si filius loquatur) uel ad eum, idest ad Christũ filiũ meũ (si pater loquatur) cõgregatos eius, idest quoscunq; Deus iam prædestinauit, & definiuit esse coniungendos cũ populo Israel, & esse aggregandos in numerum filiorum Dei. Hoc etiam ꝑ

Ioan. ca. 11 dixit ipse Ioannes, Dei filium moriturum esse pro gente, nec pro gente tantum, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum. hoc est in vnam domum, in vnam fidem, & sub vnius dei obedientia. Nec prętereas hanc propositionem mox expositam:

Matth. 21. uidelicet *domus mea domus orationis est cunctis populis*, desumptam fuisse à saluatore nostro. Marc. 11. qui dum intro isset in templum, cœpit eijcere vendẽtes, & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit: cum enim in ea admirabili actione, huius Prophetę sententiam pro sua tutela desumpsisset, voluit innuere sacrificiorum quoq; mutationem futuram, eijciendo enim è templo boues, & columbas, voluit

A significare his victimis non amplius opus esse sed vero sacrificio; quemadmodum Propheta ex persona Domini hoc loco demonstrauit: sic etiam cum eijcit Iudeos de templo, voluit pariter excelsionem Iudeorum, & vocationem gentium nobis indicare: Non ergo superbiant, & intumescant Iudęi, tamq; soli sint habituri domiciliũ in domo Dei, sed quæcumq; gentes, & quęcumq; nationes, quæ reiectis idolis, & vanitati-

B bus vni Deo cohærebunt, vt verum sit quod aliquando canit ecclesia in persona Dei d. Dabo sanctis meis locum nominatum in regno patris mei. &c.

Nota etiam circa verba iam exposita, quòd per dispersos Israel non solum Iudæi, qui erant vndequaq; dispersi, verum & gentes (vt diximus) intelligendæ sunt, quæ dicuntur Israel, quoniã regeneratione spirituali fiunt membra Christi, qui ubiq; ferè in scripturis ap- *Dispersi Israel qui.*

C pellatur Israel, quod ab Israel secundũ carnem ortum ducat. Nec amittendi sunt illi qui nolunt in his congregandis, annummerari Iudęos, quod corũ Ecclesia iã fuerit congregata; nec propterea legendum negatiue dictum illud postremum. *Adhuc congregabo ad eum congregatos eius*, quod quidam negatiue legunt. Non cõgregabo, vel Deus non congregat dispersos Israel. legam⁹ textũ, & exponam⁹ iuxta sentẽ

D tiam D. Hier. veluti iam expositus est.

Super his verbis, quæ mox declarata sunt, de aduena, & de Eunucho non est mirum, quòd Deus per prophetam consolatur vtrumque, quoniam Deut; 10. habetur, quòd Deus personã hominis non accipit, neque munera, facit iudicium pupillo, & viduę, amat peregrinum, & aduenam, dat ei victum, & vestitũ, & vos ergo amate peregrinos, quia ipsi quoque fuistis aduenę in ter-

E ra Aegypti: sic etiã quamuis Deut. 7. habeatur hoc præceptum. Non ærit apud te sterilis vtriusq; sexus, tamen eiusmodi sterilitas non intelligitur de sterilitate prolis, sed de sterilitate bonorum operum, qm̃ in lege veteri multi fuerũt steriles, & quàm maximè grati Deo, velut, Elias, Rasias, ut habetur a Machab. 14. cap. Ioannes bapt. Beata *Deut. cap. 7*

Viro

Virgo, quæ vouit votum virginitatis, & adimpleuit, & Paulus Apostolus, qui legitur fuisse virgo, & maximè gratus, & acceptus Deo, vt puta Vas electionis. Et omnes isti fuerunt enutriti, & educati in veteri lege. Hic autem Propheta prius consolatur, & pollicetur multa eunuchis, quàm aduenis, & peregrinis, quoniam maius erat opprobrium secũdum legem esse sterilẽ, quam proselytum, cuius rei signum est, quòd habetur cap. 3. sap. vbi dicit: fęlix est sterilis, & incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Vide Lyranum super librum Iudicum cap. 11. sequitur. *Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersę bestiæ saltus.* Huiusmodi verba inuitantia, seu prouocãtia omnes bestias agri ad deuorandum, secundum omnes fere expositores duos habẽt intellectus. Prior est, & mihi haudquaq; approbãdus, quod scilicet Propheta inuitet omnes gentes, quę olim erant velut bestię absq; aliquo sensu, & ratione, crudæ, & immites, & indomitæ, utpotè sub diabolo educatæ, & quasi efferatę, nec humano more viuentes, inuitet inq; eas ad comedendum, deuorandum, & in intimis visceribus recipiendum sacrosancta diuini spiritus dona, & ad sumendum etiam & ipsi sacratissimum Domini corpus, quod cor hominis cõfirmat, adeo vt & ipsi gaudentes dicãt. Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascuę ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Et post pauca subdit. Parasti in conspectu meo mẽsam aduersus omnes qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus ẽ. Huiusmodi ergo bestias, hoc est homines, qui tamquam bestiæ commorantes in syluis, saltibus, & præcipitijs nullam habebant iusti & recti cognitionem, neq; poterant facile deduci ad capiendã veritatẽ, hos inq; homines diuina bonitas, & clementia, vocat & inuitat ad se percipiendum, & deuorãdum.

Sap. cap. 3.

Psal. 22.

Quod autem in ea totius terrarũ orbis vastissima silua fuerit olim mõstra ferarum, atq; portenta, quę nec fingere satis potuit scriptorũ gentium vanitas, ad quę olim perdomanda ẽ Galilea piscatores missi fuere, nõ est in dubiũ reuocãdũ. Sed vt in pręsẽtia dicere prętermittamus de singularum gentium superstitione, satis erit nunc, quæ de cõplurium illarum moribus, quæ Theodoretus summatim collegit, & ante eũ D. Hieron: lib. contra Iouinianum coràm afferre. Persicæ inq; nationes, quę iã pridem Zaradæ legibus vtebantur, Matrum, filiarum, sororum connubijs susq; deq; commixtæ, remq; iustissimam arbitrantes, id quod erat facinus iniustissimum, audita Piscatorum lege, & accepta, Zaradæ leges, vt iniquitatem maximam conculcarũt, Euangelicãq; protinus temperantiam complexi sũt, quiq; prius edocẽti illo didicerũt mortuorum corpora canibus depascenda, volucribusq; porrigere. At cum cœperunt in Christum credere, ab eiusmodi immanitate recesserunt, & mortuos suos terrę infodiunt, neq; curant Principum leges, quibus id fieri prohibebatur, neq; tortorum seuitiam perhorruerunt, magis enim timent, aut timebant Christi iudicium: cũq; præsentia cũcta irrideãt, sẽpiternare magis gaudent, quę nõ vidẽtur, eaq; demũ reuerentur & timẽt. Has itaq; nouas leges acceperũt à promulgatorib⁹ Galileis, quiq; nõ timuerũt Romanorũ potẽtiã, sese vltrò crucifixi hominis Imperio subdiderũt. Atq;, vt hi Romanis legib⁹ viuerẽt, neq; Augustus ipse ĩpetrauit, neq; Traianus, qui Persarũ Regna subuertit; & tamẽ Apostolorũ monumẽta Persę omnes tanq. cęlitus allata fuerĩt, venerantur; & paulo post Massagetæ miserrimos esse homines arbitrati, qui alio mortis genere, quã uiolenta nece decumberent, quiq; idcirco legem demactandis senibus, comedẽdisq; tulerunt, postq; Piscatorũ leges, sutorũq; acceperunt, abhominabiles illas dapes, ac hostias pertesi sunt. Tibareni quoq; soliti olim seniores de altis rupibus dare præcipites legem iniquissimam consciderunt, euangelica lege accepta. Neq; amplius Hircani, neq; Caspij ipsi alunt Canes hominũ cadaueribus, neq; Scithæ

D. Hieron: Contra Iouinianum.

Desumptæ Annal. D. Card. Barõ.

scith æ vnà cum mortuis hominibus ui uos infodiunt, quos olim uiuentes illi dilexerant, tantā morum mutationem Piscatorum leges inuehere potuer ũt. Hæc pauca ex multis satis erit insinuasse, ut per ea qualis esset tunc orbis terrarum facies intelligatur, magisq; Xpi potētiam admiremur, qui per paucos, abiectosq; homines tot orbis monstra domuerit, ac suo iugo, nec tamen corpore, sed animo quoq; ea ipsa subegerit, nec secus putandum est posteriori- B bus temporib⁹ contigisse in illis ipsius orbis Regionibus, quæ apud Indos nuper fuerunt repertæ; in illis namq; non pauciora, neq; minora monstra, atq; portenta ferarum fuere inuenta, ut refert D. Antonius Possoninus in sua Bibliotheca selecta, adque pariter edomāda, & ad meliorem frugem deducenda homines quoq; uiles & abiecti, & parū admodum experti fuere destinati, ut Religiosi quidam, & sacerdotes diuer- C sorum Ordinū, qui ōnes, ut excolerēt hanc uineā, & ā sētib⁹ & spinis expurgarent, missi fuerę, & libenter admodū hane prouinciam grauem, & erumnosā susceperunt, & longissima, ac difficil lima itinera mari, terraq; inter homines feros, & immanes peregerunt.

Antonius Possoninus.

Quarè non immeritò Esaias hoc loco nominat hoc hominū genus bestias agri, quia reuera sunt uelut bestiæ nullum habentes intellectum, atq; ratio- D nem, quos tamen ipse Deus iuxta expositionem quorundam, uocat ad deuorandum, idest ad uerbum Dei auspiciādum, & suis in cordibus firmiter imprimendū, atq; ita tenaciter absorbendū ac deglutiēdū, ut nūq; ā plius excidere queat, atq; etiā ita in fide proficiat, ut sāctissimū Christi corpus aliquādo sumere, ac pene deuorare uideāť. Nec ista expositio uidetur satis extranea (quam quam mihi non ualdè probetur) quan- E doquidem D. Aug. super psal. 103. eādem probare uideatur; dicit enim Bestias siluç iure nuncupari quicumq; sūt destituti ueri Dei cognitione, & sapiētia salutari, ignorantes quid sit uere bonum, quidue malū; Silua autē dicitur vniuersus Orbis, q ab huiusmodi gētibus occupaŧ, quę iurè dicūŧ bestię, qui

D. Aug. super psal. 103.

Greg. li. 30. moralium.

eū incolūt, qa nullus hominū pertrāsibit, nāq; nullus Propheta illuc missus fuit; īqua quid ē Silua dicūtur esse etiā ōagri, .i. Asini siluestres, nec nō animalia magis domestica, & modici roboris, ac virtutis, vt lepores, Apri, & quęciā alia animātia nō vsq; adeò ferocia; quę oīa D. Aug: iuxta allegoriā refert ad varias hominū conditiones, & gradus. Leo etē Papa in ser. Apost. Petri, & Paul. vocat hūc mūdū, & precipue Romā fiť uā fremētiū bestiarū: vult. .n. per Onagros, q vt plurimū in solitudinibus degūt, designari eos, q abiecto mūdo, & relictis ōnib⁹, sequūtur Christum, aut eos (vt vno verbo dicā) q toti dediti sūt contēplationi. Per animalia verò domestica, & quę versātur in agris, vult intelligi eos, qui vitā actiuā exercēt, neq; in sūt vsq; adeò eruditi in doctrinafidei quemadmodū priores: & licet mysteria fidei sint ita occulta, vt nō facile possīt ob ōnib⁹ intelligi, verumtā inqt Aug: hoc in loco. Ita pueros audire ea delectat, vt īperiti accedāt ad bibendū, & satiati eructēt in psallēdo, vt vnusquisq; possit dicere cū Propheta. Eructauit cor meū verbū bonū: bibūt ergo (inquit Aug:) minores bestię, vt lepores, & Canes, & Gallinacei, & maiores, sed capacius maiores, qa suscipiunt Onagri in siť suā, bibūt minores quod dictū ē. Viri diligite vxores vestras sicut & Christus dilexit Ecclesiā.

cap. 83. hoc idem sentit

psal. 44.

In hoc loco Propheta videť innuere duo genera Bestiarū, & ea adnocare d. Omnes bestię agri venite ad deuorandū, vniuersæ bestię saltus, vbi quidā exposiitor p bestias agri intelligit bestias feroces, & immites, sed alibi dicit oppositū, verū vtrūq. potest admitti, nāq; si p bestias agri intelligamus equos, Asinos, Boues, & huius generis animalia, si cōferātur ad Onagros. Vrsos, leones, & huius generis similia, vtiq; bestiæ agri sic acceptę sūt animalia minus ferocia, & valde mitiora: at si eadē cōparēť his animālib⁹, quæ domi nūtriūť, & educāťvt Catelli, Pulli colūbarū, & Pulli gallinacei, atq; etiam feles, dubio procul Asini, Boues, & Canes sunt seuiora, & crudeliora, quam eiusmodi animalia, quæ domi nutriuntur

tur (ut diximus) At ego dixi (data uenia) nullam harum expositionum possum tuta conscientia admittere, ut Propheta hic per bestias agri, & per bestias saltus intelligat allegoricè homines feros, ac barbaros, aut etiam homines mitiores, & magis tractabiles, quos ipse Deus per Spiritum suum per Prophetas, ac ministros suos uocet, ac inuitet ad percipiendam fidem, & ad san ctissimi Christi corpus percipiendum ac deuorandum. Sed potius accipio B sententiam D Hieron: & quorundam aliorum, qui per bestias agri, & per be stias saltus intelligunt dæmones; qui sunt uocati, & quodammodo impulsi ad deuorandum mentes, & corpora Iudæorum, & perditorum hominum, qui noluerunt, aut neglexerunt audire uocantem, & recipere verbum Dei; aut etiam per huiusmodi bestias intelligunt exercitũ Romanorum, qui sub Tito, & Vespasiano fuere uocati à *Deo*, C vt uindictam sumerent de sceleribus, & peruersitatibus Iudeorum, & præser tim de conspiratione facta contra Christum filium Dei, fuerunt itaq; uocati ad deuorandum opes, & opera, atq; etiã corpus, & animam Iudæorum, & quę cumq; poterant illis esse adiumento, & si vnquam expediret, eos deuorare, & in nihilum redigere, ob hanc item causam fieri deberet ob ingẽtes blasphemias, quę in eundem filiũ *Dei*, & quos D cumq; ipsius fideles, ac ministros impudenter inijciunt; legimus enim apud quosdam Authores eos solere singulis quibusq; diebus hanc orationem effuti re, q͞d scilicet. Christianis non sit spes, quodq; omnes repentè dispergantur, in matricibus minorentur paruuli, & amplius non resurgant, & omnes inimici tuæ gentis Israel destruantur, & Regnum nequitiæ Christianorum eradicetur, & confundatur. Fac Domine, E fac impleatur quod petimus in diebus nostris uelociter, quia tu es Deus bene dictus, fugans inimicos, & destruens impios. Vide quam procax, & impudens sit hæc eorum imprecatio, proptẽ rea non iniuria rogandus est Deus, ut uocet bestias agri ad deuorandum hũc populum imbellem, ingratum, & in-

Imprecatio Iudęorũ aduersus Christianos

fidelem. Vt autem reuertamur ad expositionem textus, dicimus Prophetã inuehi aduersum populum, non ut erudiatur in fide, & incorporetur cum Christo Domino, sed vt destruatur, ac deleatur, & unà cum Dauide rogemus Deum d. Disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus Domine, huius autem ratio, quia speculatores eius cæci omnes, nescierunt uniuersi, Canes muti non ualentes latrare, ubi uides (si rectẽ sapis) uerba iam nũc exposita cum sequentibus habere connexionem; Namq; propterea uocat Propheta bestias agri ad deuorandum hũc populum, quia cæci omnes, nescierunt uniuersi, &c. exponamus tex. *Psal. 58.*

Speculatores eius caci omnes, nescierũt uniuersi canes muti non ualentes latrare, videntes vana, dormiẽtes, & amantes somnia. Quibus uerbis mihi certe uidetur Prophetam præuidere ac prædicere id quod futurum erat de Iudęis; futurum inq; erat (quemadmodũ iam diximus) ut plures nationes uelut Assyrij, Babylonij, & postremo Romani, qui omnes tãq; idolatræ bestialibus affectibus ducti, & cõmoti, uenirẽt ad deuorãdũ, ad degluttiendũ, & opprimendum populũ *Dei*, idest ipsos Iudæos, & præsertim principes sacerdotum, Scribas, & Phariseos, quos propterea obiicimus, & exponimus potestati eiusmodi bestiarũ agri, quia impiẽ ęgerunt: namq; principem uitæ interfecerunt, fidem non receperunt, ac longe abacti non amplius dei populus, sed odio habiti fuere, ut pote in patresfamilias inijcere manus, audentes. Ne uero sine causa id fecisse uideatur Deus, & de re nihili, aut parui momẽti pœnas exigere, mox illorum crimina subijcit, quibus implicati dantur in exitium hostibus, & in deuorationem bestiis, quæ autem sint horum crimina iam audisti. Speculatores eius, idest hi, quorum intererat aliorum curam gerere, illorum commodis prouidere, hostes eorum propulsare. Erant cęci omnes. Cęci inquam, quia ueram lucem, idest Christum aper tè clamantem, & dicentem. Ego sum lux mundi Ioan: 8 qui sequitur me nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen

Tex 5.

men vitæ, scire, ac recipere noluerũt; propterea alibi dixit ipse saluator. Cę ci sunt, & duces cęcorum. Nescierũt vniuersi. iuxta illud psal. 13. Non est intelligens quisq; aut requirens Deũ. Canes muti non ualentes latrare: oportebat enim qui gregis curam habent, canes imitari, qui cum gregem sequuntur, vndiq; circumeunt semper, nec somno, nec dormitatione uincuntur, & si quod animal ferum, ut lupum, aut quid simile ad gregem propius accede re conspexerint, fortiter latrant, & totis viribus enituntur a grege, uel armẽto arcere uoracem bestiam, sed tales non erant principes Iudęorum, sed ue lut canes muti se se præbebant, dormitationem amantes, & in lecto somniantes, siue somnia amãtes; & hoc qui dem verũ est, quia ut scribit Iosephus de bel. Iud. decepti Iudæi à pseudo prophetis, qui somnia uenditabãt pro uaticinijs, perditum ierunt. Sic etiam dicebãt illi cultores uineæ cum uiderũt patremfamilias, uenite occidamus eũ, & habebimus hæreditatem eius: erãt ergo principes Sacerdotum Scribę, & Pharisei uelut canes muti non ualẽtes latrare, uidentes uana, quæ sibi ipsis cõfingebant, dormientes, & amantes sõnia: dicuntur enim quidam Canes fieri muti, cum adiguntur in rabiem, & in furorem uertuntur: tũc enim nõ latrant, nec dominum agnoscunt, sed rabie perciti in illum, & domesticos eius feruntur: sic quoq; Iudæi rabie cõmoti, & furore agitati, in suum Dominum, & in eius domesticos crudeliter irruerunt, & omnibus tormentis, & cru ciatibus in Christum, & suos sæuierũt. Et nota quod nõ ab re dicit, non ualentes latrare, non potentes latrare, aut rabie & ferocitate deteuti. aut in gutture, vel in ore aliquo alio cibo occupati, uel impediti, nõ possũt latrat⁹ emittere, sic habent pleriq; pastores, & magistri, qui odio uel amore deuicti, uel munere, aut fauore ligati, aut etiam eadẽ uel maiore culpa conuicti, nõ ualent alios deliquẽtes corrigere, iuxta illud Paul. Qui predicas non furandum furaris? Vide August. lib. de pastoribus. Præterea quod per dormientes, & amantes

psal. 13.

A somnia, quidam intelligunt delicias, & voluptates, quibus eorum primates erant deuincti. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem, qui & si habent quod manducent, & quibus uentrem expleant, & suis cupiditatibus satisfaciant, nunq; tamen quæunt saturari: & quamq; hoc loco canes in malam partem capiatur (ut sępe alibi) cum inquit. Nolite dare sanctum canibus, similiter non est bonum sumere panẽ B filiorum, & mittere canibus, & hoc loco, Canes impudentissimi nesciennt saturitatem, per quos significantur homines molles, & assueti in peccando, & homines perfrictę frontis quandoq; tamen in bonam partem accipiuntur, ut psal. 67. lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Et alibi sæpe; Per quos designantur prædicatores, & doctores ueritatis, ut etiam testatur B. Gre: lib. mor. super 30. c. Iob lib 20. C cap. 7. Qui ergo sunt canes boni, et laudabiles, uigilant semper, et latrant pro domo, pro domino, pro grege illis cõmendato, et pro pastore, qui secũ eos ducit. D. Aug. t. de Ciui. cap. 9. dicit. qd nõ solũ pastor debet obiurgare deliquẽtes, sed, et qui prępositus non est, deuitãs sępe eorũ offensiones. Qui uero canes hic à Propheta rephenduntur, non quia canes, sed quia pigri, dor mientes, qui non ualentes latrare, dor- D mientes, et somnia amantes reprehenduntur, quod si uigilarent, et pro conseruando grege, ac domino suo latrarent, essent magnopere laudabiles; sic inquam dicendum est de Prælatis, et pastorib⁹, et animarũ curã gerentibus; De quib⁹ uide etiã quę scribit Greg. 19. mor. 18 qui aliqui uidelicet sũt ita mites, et mansueti, ut perdãt districti iura regiminis, et oĩa pessum ire pmit. unt. Et ecõtra sũt aliqui ita rudes, et crudi, E ut omnem beuignitatis speciem amittant, Et hac quoq; ratione plebes quarum curam gerunt per impatientiam ruunt. Sed uide quod sequitur, *Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisq; ad auaritiam suam à summo vsq; ad nouissimum*. Particula ista ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam multifariam.

psal. 67.

tifariâ exponitur. Primo quidē ignorauerunt intelligentiam, idest nihil intellexerunt eorum, quæ illos scire, & nosse oportebat, iuxta illud psal. Nesciuerunt neque intellexerunt in tenebris ambulant: plurimum quidem refert pastores; & rectores animarum prudentes & sapiētes esse, quemadmodum legitur apud Xenofontem nihil magis in Imperatore necessarium, quàm quod sui cunctis sapientiorē eum existiment, & propterea videntes Israelitæ, & serui Salomonis, quam tulit ipse sentētiam super controuersia, & iurgio duarum meretricum, timuerūt ipsum sic n. scribitur 3. Reg. 3. Videntes qui astabant sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium, timuerunt ipsum. Alia expositio est, ipsi pastores ignorauerunt intelligētiam. i. non habuere iudicium, nec potuerunt discernere inter bonum & malum: aut ignorauerunt intelligentiam, idest non perceperunt se nihil scire, & intellectu carere, existimātes se aliquid esse cum nihil essent. Quidam alii sic exponnnt. Pastores ignorauerunt intelligentiam i. finxerūt se ignorare id quod minime ignorabant: Sciebant namq; & intelligebant ipsum Christum esse Christum Dominum, & verum messiam, sed fingebāt se ignorare; propterea dicebat ipse Christus Io. 7. Et me scitis, & unde sim scitis, & a me ipso non ueni, sed est verus qui misit me, quem uos nescitis: hoc ergo modo dicuntur pastores ignorasse intelligentiam. *omnes in uiam suam declinauerunt*. i. quisq; secutus est suum morem, & vitæ consuetudinem, & quisq; faciebat quod lubet, non quod licet. & quemadmodum scriptum est Iud. 17. Non erat rex in Israel, vnusquisq. quod rectum sibi videbatur hoc faciebat, & ꝓprios sequebatur humores, *& à sūmo vsq; ad nouissimum procliuis erat ad auaritiā.* A summo vsque ad nouissimum dicit D. Hier. à principibus vsque ad plebem dici non potest, neq; vllis verbis explicari quam maximè sit detestabilis auaritia in principibus, & eo magis in pastoribus animarum. Hi autem cum cęperint percutere conseruos, & comedere ac bibere cum ebriis, dicunt: *venite o crapulones, & ebrij* socii furum, *sumamus vinum, & impleamur ebrietate*, & hoc nō semel, sed erit *sicut hodie, sic & cras, & multo amplius*, hoc est non est satis, preteritis voluptatibus nos fore satiatos, sed futuras etiam appetimus, & exquirimus, & longe maiores, quam quibus antea fuimus potiti: aut dicas. *Erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius*, per hęc verba innuit studium, ac cupiditas bibendi diuturna, & continua, ut

psal. 81. | 3. Reg. 3. | Ioan. 7. | Iud. 17.

B numquam sit finis, sed studeamus semper ꝓgredi de malo in peius, profectò miseri sunt illi, qui talia commiscuntur, & reipsa efficiunt, quo uides ignorātiam, legis contemptum, libertatem marbitrii, lucri cupiditatē, crapulā, & ebrietatem vitia fore, ac defectus, quæ quoscunque magistratus, & imperia labefaciunt: de hoc etiam cōquerebatur Esa. in principio huius operis, cum dicebat Principes tui infideles, socii furum om

C nes diligunt munera, sequuntur retributiones: hunc in modum, & hac ratione defecit Synagoga; deficiunt quoq; multi reges, & familiæ, cum enim propriæ voluntati habenas laxare consueuerint, & pro animi sui libidine facere quęcunq; voluerint, in extremum excidium eos incidere necessariū est. Quid plura? his verbis ostendit Esaias oportere speculatores esse quos describit Apost. 1. Timoth. 3. quod videlicet spe- 1. Timot. 3

D culator sit sobrius, pudicus, modestus, doctor, ac prudens, non vinolentus, non percussor, & cupidus, quales fuerunt speculatores, quos redarguit Esa. quod scilicet sunt cœci omnes, nescientes, ignorantes intelligentiam, dormiētes & amātes somnia, & cætera quæ habes in textu. Quo circa non est mirum si omnes in viam suam i. in malam crucē abierunt, & confusi sunt. quoniā Deus spreuit eos. Propterea exequamur quod

E præcipit dominus per Dauid psal. 2. Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta, cum exarserit in breui ira eius: Verum enimuero beati omnes qui confidunt in eo. psal. 2.

CAPVT

CAPVT QVINQVAGESIMVM SEPTIMVM.

IVSTVS Perit, & non est qui recogitet in corde 1.
suo: & viri misericordiæ colliguntur, quia non
est qui intelligat, à facie enim malitiæ collectus
est iustus. Veniat pax, requiescat in cubili suo,
qui ambulauit in directione sua. Vos autem ac 2.
cedite huc filij auguratricis, semen adulteri, & fornicariæ. Su-
per quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam?
numquid non vos filij scelesti, semen mendax? qui consolamini
in dijs subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in
torrentibus, subter eminentes petras? In partibus torrentis pars
tua, hæc est sors tua; & ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificiū.
Nunquid super his non indignabor? Super montem excelsum,
& sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti vt immola-
res hostias. Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale
tuum: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum: di-
latasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus: dilexisti stratum
eorum manu aperta. Et ornasti te regi vnguento, & multiplica-
sti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es
vsq; ad inferos. In multitudine viæ tuæ laborasti: non dixisti;
Quiescam: vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti:
Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recorda
ta, neq; cogitasti in corde tuo? Quia ego tacens, & quasi non vi
dens, & mei oblita es. Ego annunciabo iustitiam tuam, & ope 3.
ra tua non proderunt tibi: Cum clamaueris, liberent te congre-
gati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura: Qui autem
fiduciam habet mei, hereditabit terram, & possidebit montem
sanctum meum. Et dicam: Viam facite, præbete iter, declinate
de semita, auferte offendicula de via populi mei. Quia hæc dicit
excelsus, & sublimis habitans æternitatem: Et sanctum nomen
eius in excelso, & in sancto habitans, & cum contrito, & humi
li spiritu: vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor con-
tritorum. Non enim in sempiternum litigabo, neq; vsq; ad finē
irascar: quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciā.
Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum: 4.
abscondi

abscondi à te faciem meam, & indignatus sum; & abiit vagus in uia cordis sui. Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. Crea ui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè est, & qui propè, dixit Dominus, & sanaui eum. Impii autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Non est pax impiis, dicit Dominus Deus.

EXPLANATIO IN QVINQVAGESIMVMSEPTIMVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

IVstus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & uiri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat, à facie enim malitiæ collectus est iustus.

QVIS sit scopus, & intentio prophetæ in præsenti capitulo, non facilè constar, dum aliqui uolunt prophetam hic prędicere suam ipsius necem, & aliorum prophetarum, ac seruorum Dei sub impio rege Manasses. Alii volunt ipsum Christi mortem prędicere, ac deplorare qui solus vere, & proprie potest nuncupari iustus, B quem sensum ego non solū non reprobo, sed obuiis manibus lætus amplector, & excipio, saltē quoad sensū mysticū, vt scilicet in morte sua tā atroci futura pręuideret etiam mortem Christi atrocissimam. Recentiores volunt hoc capite, & quibusdam sequentibus, prophetam describere miserum, & infœlicem statum Iudæorum, qualis fuit à temporibus Esaię vsque ad Christi domini aduentum; quo fuit reddita pax, & securitas hominibus bonę voluntatis, & hanc quoq; sententiam ego non rentio.

A At siquis diceret hic prophetam describere in uniuersum humani generis cōditionem, vbi maiori ex parte boni diuexantur, & perturbantur: mali autem foueri, & extolli consueuerunt, non existimo me quicquam inficiari, iuxta igitur hanc intentionem, duo facit. Prius enim describit miserum, ac deplorandum piorum hominum statum; deinde impietatem, & nequitiam malorū, huius autem narrationis occasio desūpta est ex pręcedentibus. Si enim pręsides, et moderatores aliorum sunt cæci, & velut canes muti non valentes latrare, dediti quoque gulæ, et ebrietati, & ignorantes intelligentiam, nō est mirum, si boni, et iusti diuexantur, & pereunt Sic ergo dicit textus. *Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo*, idest nemo est qui secum ipse cogitet, quam graue malum sit permittere, aut non prohibere; et dare operam ne iu- C stus pereat, et male tractetur, nemo est qui consideret, qui vel minimum aduertat et secum ipse perpendat, quot inde sequātur incommoda illius enim defe

ctu seu carenaia subtrahitur hominib⁹ occasio bene agendi, aut eorũ supplicium prorogandi, cum plerumq; eius monitur vel exem plo à vitiis retrahan tur, primum quidem hoc facinore Deus qui est summa iustitia grauiter offenditur, nec facile patitur sui similes cruciari, & persecutionem pati: deinde maxi ma fit iniuria ipsi virtuti, cuius opus, & finis est probos, & iustos, præmiis, & honoribus afficere non opprobriis, & contumeliis diuexari. Tertio rerum ordo peruertitur, namq; ordo rerũ sic exigit, & ratio postulat; ut boni foueantur, & seruentur, non ut mactentur & perdantur: Postremo ex hac deordi natione, & actionum peruersitate, facilè Deus blasphematur, & homines ad malum, quã ad bonum suapte natura pro cliuiores, se ipsos perdunt, & alii se ip sos perdendi occasionem sumunt: quip pe qui nequaquam, quod regius prophe ta illis comminatur aduertunt dicens

Psal. 36. Noli æmulari, in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem, quoni am tamquam fœnum velociter arescent & quemadmodum olera herbarum cito decident. Quòd si præfata verba velimus referre ad Christum Dominum, qui verè, & propriè dictus est iustus, verissimè quidem dictum est à propheta. Iustus perit, & non est qui recogitet Christus iniuriis, & contumeliis afficitur. Christus ab vno ex discipulis traditur, & deinde a cæteris derelinquitur. Christus flagellatur. Christus in crucẽ agitur, & tandem Christus perit, & non est qui recogitet in corde suo nullus (in quam) est, qui tam immane facinus aduertat, prohibere cogitet, tanti sceleris aliquando pœniteat. *Iustus itaque perit, & non est qui recogitet in corde suo.* Sed no ta (ut inquit D Hier) quod perditio hoc loco notat tantummodo persecutionis magnitudinem, non autem substantiæ interitum, & abolitionem: Christus enim mortuus est, sed statim resurrexit; nihilominus verum est quod ait propheta. *Et non est qui recogitet in corde suo.* Propterea monet Paulus Hæb. Heb. 12.
12. Recogitate eum, qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradictionem. Re-

A cogitate, inquam, non solum labiis, & lingua, sed corde, & animo. Nec dubites Christum eo tempore iustum fuis se habitum. vxor Pilati appellauit eũ iustum dicens ad Pilatum. Nihil tibi & iusto illi. Matth 27. Pilatus etiam ap- Matth. 27.
pellauit eum iustum, qui lotis manibus dixit. Innocens ego sum a sangui ne iusti huius, Præterea, & Iudas Peccaui (inquit) tradens sanguinem iustum. Et Hier 33. Hoc est nomen, quo voca-
B bũt eũ dominus iustus noster, pleraque alia, & prope innumera sunt in sacris litteris testimonia, quibus ostenditur, ac declaratur Christum Dominum fuisse hominem iustum, immo ipsam iustitiam, qua iusti sunt, quicũm que verè iusti dicuntur, de qua re stul tum est quærere, & quicquam dubitare. Et propterea cum scriptura sacra loquitur de iusto simpliciter absque vlla additione, iurè intelli-
C gi non potest, nisi de Christo Domino, quamquam nihil obstat multos etiam uiros dici, & esse iustos, qui multas pa tiuntur angustias, & afflictiones, ut Pau lus testatur ad Hębreos 11. cap. Et nemo est qui recogitet, prouideat, ac dam Heb. 11.
net, ideo Iob. d. flebam super eo, qui af flictus erat. Hinc etiam subdit Esaias. Iob. 3.
Et uiri misericordię colliguntur, quibus de monstratur non solum Christum, qui Iusti quomodo colliguntur.
est uerè iustus, et tamquam iustus pe
D rit & nemo est qui cogitet in corde suo super hoc iniquo facinore, idest secum ipse penetret, ac vllo modo obsistat, sed viri misericordię, idest uiri digni misericordia, idest qui nulli fecere iniuriam sed quos Deus instituit, ut cęlesti lumi ne alios instruerent, & perficerẽt, quales fuere Apostoli, & gloriosi Dei Martires, hi quoq; colliguntur idest de medio tol luntur, neci traduntur, et cum aliis ad supplicium duci permittuntur. Hi qui-
E dem uiri misericordiæ nuncupantur, aut quia ob eorum virtutes, et patientiam Dei misericordiã sunt cõsequuti, aut qa erga alios sunt usi misericordia, quorum iustitiæ obliuionem non acceperunt, ut habetur Ecclesiastici ca. 44. Eccle. c. 44.
Dicũtur isti uiri misericordiæ colligi, idest de medio tolli, hoc est, mori, & cũ cęteris patribus cõsepeliri, ob hãc cau

 sam,

sam, ne videant mala, quę Deus est illa turus aduersus impios, quemadmodū
4. Reg. c. 22 legimus de Iosia 4. Reg. cap. 22. cui d. Dominus Colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ne videant oculi tui omnia mala, quę introducturus sum super locum istū.
In vita B. P. Aug. a Possi... Exp. s. opo Calamensi descripta cap. 29. Sic etiam legitur de B. P. Aug. qui cum Ciuitas Hiponensis, Vandalorum, Alanorum, Gotorumq; copiis obsideretur rogauit Dominum, ut uel his periculis eum eximeret, aut patientia muniret, vel tandem ex mortalium commercio ad ęternum illud domicilium Deus eum vocaret, ne calamitates ingruentes videre cogeretur. Dicuntur porrò quidam iusti de medio tolli ne quandoque ob consuetudinem malorum fiant peiores, quemadmodum legitur apud
Sap. 4 Sap. 4. de quodam. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut fictio deciperet animam eius.

Insuper iusti quandoq; colliguntur, & tolluntur de hoc mundo, ut ab impiis et turbine huius seculi quandoq; separentur, et recondantur in horreo sanctissimæ Trinitatis, quemadmodū fructus cum ad maturitatem peruenerint colliguntur, et reponuntur cum aliis fructibus in loco idoneo ad id muneris deputato, & hoc est quod d. Esaias in hoc loco dum inquit, *A facie malitię collectus est iustus*. i. ereptus, et subtractus ne. s. homines praui, et iniqui moliantur quicquam in damnum illius, ob quam causam Dauid precabatur Deum. d.
psal. 139. psal. 139. Eripe me domine ab homine malo, et a uiro iniquo eripe me, et sapientiæ 4. dicitur Iustus si morte præoc
Sap. 4. cupatus fuerit in refrigerio erit. Sed dices nonnè Iob cap. 4. dicitur quod num
Iob. cap. 4. quam innocens periit, neque recti vnquam sunt deleti, et ps. 36. Non uidi iu
psal. 36. stum derelictū? Resp. D. Greg. quod innocentes utiq; pereunt, et recti quādoq; funditus delentur, sed quia reseruantur ad ęternam gloriam neq; funditus deleri, neque omnino perire dicuntur. Sed nota, q nō solū iusti, & uiri misericordię colliguntur. i. tollūtur de hac terra uerum, et impii quandoq, sed longè di
Esaia 26 uersa ratione quoniam, ut habetur 26. Esaię tollitur impius ne uideat gloriā Dei. At bonos contingit quandoq; tol

A li de medio ne uideant mala quæ manent impios, et persecutoribus, sed hoc non simpliciter, et uniuersaliter p bo, quia scriptum est, lætabitur iustus cum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Reuertamur ad expositionē text. *Viri misericor-* psal. 57.
dia colliguntur, quia non est qui intelligat A facie enim malitia collectus est iustus. Nulli dubium hoc quoq; loco per iustū posse intelligi Christum Dominum,
B quia a facie malitię dicitur esse collectus, quia, i. a malitia, et prauitate, quæ obcecauit oculos Iudæorum fuit collectus i. traditus, et cruci affixus, sed et de quibuscumq; iustis quod dicitur potest etiam intelligi (ut mox exposuimus) colliguntur (inquā) iusti a facie malitiæ, uel ne fiant mali et faciant mala, uel ne patiantur a malis, cum uerò dicitur. *Non est qui intelligat.* Hęc uerba possunt multifariā intelligi uel. *Non est*
C *qui intelligat*. i. qui aduertat, aut auertat, seu promdeat, aut quoquo pacto compatiatur et doleat; Vel nemo est qui intelligat, qui cogitet hoc mysterium, et hoc sacramentum hoc est sacrę rei signum, quod v3 omnipotens Deus in beneficium, et quietem illius, qui colligitur motus opportunitate a communi calamitatis acerbitate, et perturbatione eripitur et liberatur: nemo quidē est, qui intelligat, qui penetret hoc
D opus fieri a Deo non solum permissiuè sed simpliciter, et effectiuè Quod. n in beneficiū, et vtilitatē illius opera ē in eius detrimētū mundus fieri existimat, q; (ut planè intelligas) vide quid sequitū. *Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua.* Præcatur Propheta ut postea q; iusti fuerit collectus a facie malitiæ .i. subtractus a malis, (modo ābulet in directione sua). i. faciat quod a principio cæperit ac didice-
E rit. i. faciat quod placitum est in oculis Dei, dubio procul quiescit in cubili suo hoc est sua commoditate vel pace fruetur. propterea Dauid precabatur Deū dicens. Dirige gressus meos in semitis psal. 16.
tuis ut non moueantur vestigia mea: itaq; et qui ambulauit in directione sua veniat pax, & requiescat in cubili suo, vel debet accipi hoc verbum tamquam
præca-

præcatio, dicendo, veniat, pax, aut si le A gatur in futuro, veniet pax, & requiescet in cubili suo, erit prędictio, & vaticiniū: solet n. scriptura plerumq; variare mo dos, nūc quidē optatiuo, nūc verò impe ratiuo & alijs modis. Potest etiā dici ꝙ pax illa quā præcatur Esaias hominib⁹ pijs, & iustis, sit ipsa mors, quæ est tran quillitas quædam, & maxima quies, & velut aliqui dicunt ipsa non est malum, sed malorum finis, nec aliqua ex parte horribilis, & tremenda, sed preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius, requiescent in cubili suo, hoc est, in tumulis, & sepulchris suis, quæ instar cubilium detinent, & fouent defunctorum corpora vsque ad diem iudicij: Animæ verò eorum requiescent in cubili suo, idest in gradu gloriæ sibi præparato, quia in domo patris mei mansiones
Ioan. 14. multę sunt, dicebat Iesus, & sicut stella differt à stella in claritate, sic erit & de gloria beatorum. Si verò volumus hęc eadem verba referre ad Christum, qui scilicet à facie malitiæ, idest propter instantem Iudæorum malitiā collectus est, vel sublatus (vt dicunt alij) dicoquod pax veniat, quia scilicet ipse ex hoc mundo recedens pacem reliquit dicens. Pacem meam do vobis. pacem relinquo vobis; pax etiam veniet super ipsum, quia absque tumultu, & strepitu armorum mortuus est & sepultus, & requieuit in cubili suo, hoc est in sepulchro, & in monumento, nuper exciso, in quo non dum quisquam positus fuerat, qui post tres dies resurrexit, et post quadraginta ascendit in cælum, & ambulauit in directione sua, quippe qui ab eo loco à quo descendit, simul quoque ascēdisse dicitur (ut alibi diximus)
Ioan. 3. nemo ascendit in cœlum, nisi qui descēdit de cœlo filius hominis, qui est in cęlo: quod ipse Christus requieuerit in cubili suo, & pax ei venerit, propheta regius psal. 75 egregie prædixit dum ait
Psal. 75. & factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Syon. Solet exponi particula ista, iuxtà textum LXX. interpretū erit in pace sepultura eius, quod omnes Iudęi vno omnium consensu, et pace inter se ipsos facta conuenerunt aduersus dominum ut ipsum crucifigerent, et sepelirent, existimantes illum omnino extinctum et de medio sublatum sed maximè fuere decepti, vt supradiximus, cū autē in textu nostro habetur, quod *a facie malitię collectus est iustus*, non est sensus quod ita fuerit omnino collectus, et extinctus, sed loquitur propheta ratione machinationis, molimenis, & cōsilii ipsorum Iudęorū: Et nunc sequitur textus aduersus impios, & pertinaces Iudęos, & subinde ad uersus omnes qui persequuntur iustum
B increpans, effrenatam illorum petulantiam aduersus Christum & inquit. *Vos autem accedite huc filii auguratricis, semē adulteri, & fornicariæ: super quem lusistis & super quem dilatastis os, & eiecistis linguā? numquid uos filii scelesti? &c.* vsq; ad illam partem super montem excelsum. Tex. 8. In toto huius orationis progressu tria summatim habemus à propheta. primo quidem coarguit Iudęos de turpi, ac detestabili idolatria; Deinde
C reprehendit eos, & vehementer inuehitur aduersus illorum impudentiam, qui tam irreuerenter, & verbis coutumeliosis, & factis ignominiosis sese habuerint aduersus Christū Dominū. Tertio breuissimis, paucissimisq; admodum verbis insinuat quale sit futurum eorū prēmium: vocat igitur primum eos filios auguratricis, quod Ciuitas Hierusalem fuerit domicilium, hospes, & sē tina omnium augurum auspicum, & di
D uinorum: quandoquidem ipsius proceres, atque primates, spręto Deo, & cōtemptis legibus soliti erant phitones auspices, & augures, & id genus homines consulere, quiq; ex stellis, auibus, & intestinis animantiū, quod ad solius Dei numen attinet, præscire futura, & contingentia præsumebant: vocat eosdem semē adulteri, & fornicariæ, quòd contempto, & reiecto, cui multis nominibus erant coniūcti, atq; deuincti, Deo
E vero sponso, simulachris, & vanissimis quibusq; rebus adhæserunt. Et quamq̄ grauissimus hic morbus, & sęua pestis Deut 6. alias quoq; nationes inuaserit ac possederit, minimè autem excusabiles, erāt Iudæi, ut quibus lege pręscriptum erat Dominū Deum tuum adorabis, & illi soli seruies Vocantur semen fornicariæ, qui non solū unū, aut alterū De-

um,quãquã falsũ,& fictitũ excolebãt, sed plures,& penè înumeros Deos adorabãt. Propterea hębreorũ gens, & natio vocabatur meretrix, & fornicaria; queãdmodũ 1. cap. huius operis ab Esa. taxatur,& ab Hier. ca. 2. ubi dicitur. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix, & alibi etiam ab eodem reprȩhẽditur, et notatur, quod fert fornicata cũ amatorib⁹ multis: cõstat .n. quicquid à quoquam pro Deo colitur, eiusdẽ spõsus,& maritus potest nuncupari. Vnde Cyril. merito (inqt) Iudæorũ Synagoga meretrix erat appellãda, utquę adulterorũ semina reciperet, et sapiẽtissimi Mosis legẽ, repudiauit. Principes verò Sacerdotũ, Scribæ, et legis latores, et quicũq; prȩsidebãt: nõ solũ quia legis præcepta nõ seruabãt, adulteri iure quidẽ erãt appellãdi, sed quia ad quę fas non erat ea detorquebant, docentes doctrinas, et mandata hominum, quos iustissime Christus reprehendit. d. Vos mandatum *Dei* reliquistis, propter traditionẽ uestrã. Deinde in hoc eodẽ cõtextu reprehendit eos propheta, et insultat ob eã quã dixim⁹ irreuerẽtiã, impudẽtiã, ac animositatẽ, qua se cõtra Dei filiũ cõmostrarũt d. *Super quẽ lusistis?* su p qd subiectũ nugas, risus, et irrisiones fecistis? quẽ (rogo) ludibrio habuistis? dicite mihi quale suppositũ, quã personã delegistis? super quã vestros tractatus, locutiones, et fabulas confinxistis? *super quẽ dilatastis os, & eiecistis linguã?* nõ aduertẽtes quid, et de quo loquebamini? quid aduersus eũ. i. Christũ dominũ nõ estis locuti? quid depromere, et effutire nõ estis ausi, nonne vos dixistis in Beelzebub principe Demoniorũ hic eiicit Demonia? nonne dixistis ei. Samaritanus es tu, et demonium habes? nõne cũ duxistis eũ ante Pilatũ, et interrogati ab eo qd. n. mali fecit, nos dixistis Si nõ esset hic malefactor nõ tibi tradidissemus eũ? nõne eũ diuinã, et speciosã eius faciẽ alapis cecidistis dicebatis Prophetiza nobis quis est, qui te percussit, & denique dum in cruce penderet homines improbi, & inqui cõtumeliose dicebatis? Alios saluos fecit, se ipsũ non potest saluum facere. nõ solum hoc egerunt, sed miserũt legatos procul, & in õnes orbis terrę partes ad Indęos, ut docerẽt cõnitiari Xpo & doceere gentes blasphemare nomẽ ei⁹ Sequitur Tex.. *Nũquid nõ filii scelesti uos semẽ mendax, qui consolamini in Diis subter omne lignũ frõdosũ, immolantes paruulos in torrentibus, subter eminẽtes petras?* ℭ Prosequtur Esaias enarrare fatuitates et insanias, & quibus laqueis erant detenti. et quibus sordibus erant innoluti & inquinati, propterea inquit. Vos filii, anguratricis, vos filij spurii, & maledicti, vos qui ausi estis verbis, & factis dilacerare dominũ vestrũ, vos inq: qui talia fecistis, qui tot, & tanta cõmisistis, nũquid non estis vos filii scelesti? filii multis sceleribus onuisti? semẽ mẽdax cũ ex patre Diabolo, qui est pater mendacii procreati estis? qui cõsolamini in *Diis*? explicat quo genere idolatrię laborabãt dũ inquit. Qui cõsolamini in diis subter õne lignũ frõdosũ mutuo qdẽ sese cõsolabãt sub frõdosis arboribus vbi dicit Glo. quod sub illis arborib⁹ luxuriã exercebant, & genio, & gulæ operam dabãt in veneratione quorũdã idolorũ quę pudet appellare. Alii dicunt ꝙ consolabantur in Diis suis super omne lignũ frõdosũ, quia sibi uidebatur bonã cultus rationẽ elegisse, ea ratione suos *Deos* habere propitios, a quibus quicquid peterent obtinerẽt, & sua quę q; desideria explerẽt, nec forte videbatur absurdum sub his arboribus frõdosis sacra facere, quia mos erat apud Idolatras huiusmodi loca, velut magis abdita, & recõdita, & ab hominum conspectu plurimũ semota eligere, quo intensius suis Diis sua vota ꝓpalarẽt. Et quæ precabantur obtinerẽt. Nõnulli volũt p arbores frõdosas delicias, & voluptates, quib⁹ frequẽter incũbebãt designari, Et præter hoc immolabãt paruulos ĩ torrẽtibus subter eminẽtes petras, de quo genere sacrificii postea dicemus: tertio loco breuissimis uerbis ostẽdit propheta, quę fuerit eorũ pars, & sors, & inquit. *In partibus torrentis pars tua* hec est sors tua, idest finanitas, & absurda fecisti, vanus etiã & vacuus remanebis. & pars horum, & sors eorũ erit, quia citissime prȩsẽtient irã Dei, & grauiter punientur sicut exponit Cyrillus.

Vel

Vel hoc vult innuere prôpheta. Mactastis liberos uestros ĩ vallibus, illa ergo est pars tua, hæc tua sors erit, in eadẽ deduceris mala, eritq; pars, & sors tua mactatio. Alii sic exponũt *in partibus torrentis pars tua*, hoc est quicquid habere poteris, & acquirere ex his quę elici possunt á torrente, vel in torrente tu habebis, hęc erit sors tua, & pars hæreditatis tuæ, sicut qui sequuntur Dominũ dicũtur pars Domini, uel habere partẽ cũ eo. iuxta illud Deut. 32 Pars Dñi populus eius funiculus hęreditatis eius. Tu ergo, qui colis Demonem in torrentibus, ibi erit hæreditas tua, tu eris portio hæreditatis Dęmonis. Aut sic expone; ne quicquã prætermittamus intactum. *In partibus torrentis pars tua* .i. ex lapidibus qui sunt in torrentibus, vel propẽ torrentes erit pars tua, super his poteris mactare, & iugulare filios tuos, & tuis Diis immolare, & sacra facere: Vel quot erunt lapides, & saxa in torrente, tot erunt idola, ex quibus aliqua tibi forte contingent, & sic habebis partem Deorum tuorum, quę omnia sunt ironicè per contemptum, & ignominiam dicta. Et quemadmodum lapides, & saxa coluisti, sic lapides, & saxa erunt pars tua, quasi dicat, nihil inde habebis. Vbi sequitur, *Et ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium*, quibus (ut par est) diligenter propensis, & consideratis, in hęc verba iracundię, & indignationis plena; propheta in persona Dei summo quidem iure & rationabili causa prorumpens dicit.

Deut. 32.

Numquid super his non indignabor? nonne merito irascar? sunt ne eiuscemodi opera, & actiones tam leuis momenti, & eius generis, ut misereri debeam? non equidem. Primum quidem (ut omnia eorum errata recẽseam) vos consolamini in Diis, *super omne lignum frondosum; deinde immolastis paruulos, & filios uestros in torrentibus*: quemadmodum legimus de Ieconia Rege, qui interfecit filium suum, et de Achaz Rege. vt patet 4. Reg. 17. & eos propterea immolauerunt Demoniis, ut patet Deut. 32. & psal. 105. Tertio. *subter eminentes petras eos occidistis*, & iis tamquam Diis vestris sacrificastis. Hæretici dicuntur

4. Reg. 17.
Deut. 32.
Ps. 105.

immolare subter eminẽtes petras idest super diuersitate dogmatum tamquam super fundamento suarum opinionum siuẽ sectarum, Catholici vero super vnã petrã principalẽ, & super plures petras minus principales. Præterea *Super montem excelsum, & sublimem* dicit Deus *posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, ut immolares hostias*: posuisti inquam cubile tuum, idest sacellum, & altare tuum;
B aut etiam lectum, ut ibi diutius, & cõmodius Diis tuis immolares: Increpat his verbis Esa. Iudæos Idolatras, qui omnẽ querebant oportunitatem, ut tutius, & commodius suas explerent cupiditates. Postremo ne tuorum Deorũ cultus, & obseruantia posset unquam memoria excidere, in postibus, & limine portarum, & locis familiaribus, ac domesticis, & cuicumque facile obuiis *posuisti memoriale tuum*. His omni
C bus modis, ac rationibus te idolorum cultorem, ministrum & seruum ostendisti. Vbi dicit. D. Hier Quòd omnes mõtes, valles, atque torrentes pleni erant idolis, & nullus erat locus immunis à cultu idolorum, immo dicunt quidam quod obseruabant: & verebantur petras eminentes, quasi aliquid magnum, & diuinum latitaret in ipsis excelsiuis lapidibus, vel etiam in aquis perpetuò decurrentibus: propterea dicit Deus, &
D iure quidem. *Numquid super his non indignabor*? dicit Cyrillus, quòd eiusmodi insipientes, & fatui, formas, & imagines idolorum incidebãt in foribus, ut introeuntes domum, & exeuntes, illas viderent, & sempiterna retinerent memoria, & eiusmodi imagines, & simulachra eorum vocabant custodes, & seruatores domorum, ac Deos tutelares. Alii dicunt ipsa Symulachra posita fore in foribus, & post ostium domus, ut fœ
E lix esset ingressus, & egressus adeuntibus. Alii dicunt ea fieri in signum eximiæ dilectionis, & deuotionis, quam erga suos Deos habebant, quorum auxilio quam maxime nitebantur. Cuius rei testis est Ezechiel cap 8. ubi sic dicit. Adduxit me in Hyerusalem in visione spiritus Domini iuxtã ostium interius quod respiciebat ad Aquilonẽ, ubi erat

Stultitias & abhominationes gẽtilis in cap. precedenti aliqua ex parte notauimus.

Ezec. ca. 8.

ſtatutum idolum Zeli ad prouocandã emulationem. Quare non ſolum in tẽplis, in montibus, & in vallibus, erant erecta idola, uerum etiam in foribus domorum, & ante, & retro poſtes, et limina domorum. Et fortaſsis hæc erãt imagines, et pſagia eorũ quę nos Chriſtiani ueræ lumine fidei imbuti, et illuſtrati facere didicimus, quandoquidem nemo eſt noſtrum qui ob reuerentiam quam debemus clementiæ, et benignitati Dei noſtri, et multorũ ſanctorum

B non conſtituamus in ingreſſu domorũ et intra earum penetralia, parietes, et cubicula ſacroſanctæ crucis imaginẽ, uel alicuius diui noſtri protectoris effigiem, ut Dominus eorum præcibus cuſtodiat introitum, et exitum noſtrũ nunc, et uſque in ſæculum: atq; ut Dei beneficiorum nulla unquam nos teneat obliuio, & illorum ſanctorum perpetuo meminerimus, quorum protectionis auxilio nos apud Deum iuuari confidi-

C mus. Verumenimuerò longè deterius qui Christiana profeſsione cenſentur, efficere deprehēdũtur, qui pręforibus et in ſingulis domorũ angulis, et parietibus ſua ſtegmata, & ſuæ familię inſignia depĩgi, aut inſculpi faciũt, neq; memores ſũt ſẽtẽtię cuiuſdã Pœtę, q dicit. Tota licet veteres exornẽt vndiq; cerę, Attia, nobilitas ſola eſt, atq; vnica virtus; quę tamẽ nobilitas nõ ex quacunq; vir-

D tute, ſed ex vera fide, et charitate proficiſcitur. Pari quoq; ratione dicendũ eſt, varios idolorum cultus, et uaria quoq; loca, vbi ſtatuebant idola, et ibi præcabantur, fuerunt imagines quędam, et prçuiæ quaſi diſpoſitiones eorum, quę fiunt a pleriſq; Christiano nomine inſignitis. Quód.n quidam ex Iudæis, aut Gentilibus abdita quædam loca, et ab hominum cætu vel conſortio ſegregata pro ſuorum Deorum cultu ſelege-

E rint, non eſt mirum, quandoquidem ſic etiã nos docuit Chriſtus magiſter noſter. Cum dixit. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, et clauſo oſtio ora patrem tuũ, et ſimiliter, quód pleriq; ex illis montes excelſos, lucos, et ſyluas ſelegerĩt, ut ibi ſuis Diis libarẽt et ſacra facerent, neq; eſt quod quis miretur, et damnet, quoniam plerique

Matth. 6.

A ex uiris Deo acceptiſsimis, quibus dignus non erat mundus, erant (teſte. D. Paul. ad Hæb. 11.) in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, et cauernis terræ. Et Nicephorus 4 cap. ſuę hiſt li. 8. refert, quod dũ res Chriſtianę eſſẽt florentiſsimæ, et vbiq: locorũ fęliciſsimè degerent, quãplures Monachi, non in vrbib', & in oppidis ſed in ſolitudinibus, ac deſertis locis, ac mõtib' exiſtentes emergere et pullulare cæperũt.

Paul. ad Hæb. 11.

Nicephorus Lib. 8. cap. 4.

B Quorum primus dicitur fuiſſe Paulus quidam ex inferiore Thebaide Eremitarum auctor et magiſter, qui cũ quindecim eſſet annorum, orbatus parentibus declinandę perſecutionis cauſſa et ut Deo liberius vacaret, in eremi ſpeluncam ſe contulit, vbi palma victum ei, & veſtitũ pręberet, uſq; ad centeſimũ et decimum tertium annum vitam traduxit, poſt quem fuit Antonius quidam Aegyptius, qui et ipſe parentibus Chri-

C ſtianis orbatus, iã adoleſcens ſe cõtulit in vaſtiſsimam Aegypti ſolitudinẽ, vbi cõtinuè ad Chriſtianam perfectionẽ próficiens, perpetuum cum Dæmonibus bellum agebat, a quo tandem victi, ab eo tẽtando defecerunt. Poſt hos duos, qui reuera videntur fuiſſe proceres, et anteſignani in colendis eremis, ac ſolitudinibus: acceſsit quidam alius Abbas vocatus Egidius Athenienſis ex Regia ſtirpe ortus, qui et ipſe ſeceſsit

D in eremum, ubi diutius herbarum radicibus, et Ceruæ lacte ſtatutis horis paſcebatur. Nec (ut puto) his fuit inferior Hilarion Tabatenſis, qui quamuis ex pa reutibus infidelibus fuiſſet ortus, Antonii, de quo prius diximus, celeberrimo nomine percepto eius videndi ſtudio in illius ſolitudinem ſeceſsit, vnde poſt aliquot dies receſsit, qui poſtmodum nec dum quintumdecimum agens annum rediit in ſolitudinem, ubi extru-

E cta exigua caſa, quę vix ipſum caperet homi cubabat, neq; ſaccum, quo ſemel eſt amictus vnquam lauit, atq; mutauit, cum ſupernacaneum eſſe diceret mundi tias in Cilicio quærere. Mennas quoque Aegyptius, ut poenitentiam ageret in ſolitudinem ſeceſsit, et pleriq; alii in Prioribus illis Chriſtianæ fidei temporibus in ſolitudinibus, & cauernis ter-

ræ

rę vitam duxerunt, quos omnes, longū esset enarrare, sed nolo pręterire B. Frā cisci memoriam, seu notitiam, & ante ipsum D. Benedicti tam sublimis, & emi nentis ordinis, ac institutori authoris, quo rum alter in altissimam quandam speluncam propè Sublacum sese abdidit, alter vero in solitudinem Montis Aluer ni, vbi 40. diebus voluit detineri, & pœnitentiam peragere, uigiliis inquam, ac ieiuniis & orationibus corpus macerare. Eiusmodi ergo vitę genus plerią; sā cti, & veri serui Dei, ac ministri peregerunt, quod tamen haudquaquam abhorruisse legitur sanctissimus & pręclarissimus Ecclesiæ Doctor Augustinus Tagastensis, qui postea quam Dei gratia disponente, ac promouente effectus fuit Christianus, in patriam reuersus cœpit (quemadmodum ipse de se ipso refert) boni propositi fratres col ligere compares suos, proprii nihil habentes, sed in commune singuli uiuentes, quibus tamen commune erat magnum, & vberrimum predium quod est ipse Deus, & quia disposuit esse in Monasterio cum fratribus suis, cognito instituto, & voluntate sua à Beato Va lerio Episcopo dedit illi hortulum quē dam, in quo ipse construxit Monasterium, & ab hoc eius instituto ordo noster, qui sub eius Regula Christo Dño fa mulatur Eremitarū nomenclaturā suscepit, qui quidē ordo fuit ab ipso post eius conuersionem indubitanter funda tus iuxta modum & rationem viuendi, quem nobis proposuit, ac mandauit, id quod fuit anno Domini 394. & post Affricanas ruinas, ac destructiones à Vandalis peractas à quodam sanctissimo Guilelmo, olim Guasconię Duce, deinde huius ordinis professore in Gal lia fuit reparatus anno Domini circiter 1157. Postmodum vero per quē dam Ioannem bonum in tota Italia, ac pręsertim in Lyguria fuit reformatus, & ab Alexandro 4 sub vno nomi ne, eodemq; habitu, ac instituto, & Re gula fuit coadunatus, & confirmatus, sicut hodie (Dei gratia, & beneficio) persistit, ac perseuerat, id quod perpetuo futurum (Deo annuente) speramus.

Sed ne quis existimet eiusmodi cultum eremi, & solitudinum, & cryptarum, & locorum abditorum fuisse post Christi aduentum, & numquam antea vsitatum, debes scire, ut plerique referunt, in prioribus illis conditi orbis temporibus cępisse hoc genus uiuendi, quandoquidem legitur de Enoch, qui dicitur fuisse primus, qui ambulauit cum Deo & non apparuit, quem & ipse Deus transtulit; quibus verbis velint innuere, quod ille vitam priuatam & à reliquis viuentibus semotam, & segregatam viuebat; Nazzarei similiter, ut habetur Numeri cap. 6, hanc vitam ducebant. Elias pariter, ac Eliseus, ut habetur. 3. Regum, & 4. fuerunt hi velut Religiosi nostri temporis. Sic etiam filii Ionadab, filii Rechab, & filii Prophetarum dicuntur vitam ceù Religiosam duxisse; de mulieribus etiam, quę ieiuniis corpus suum macerabant, & vitam pauperem, & castam agebant multa ferunt testimonia, sed ne hac in re non adeò obscura, atq; ignota videar esse morosus, non dicam amplius, satis erit videre vitas patrū, Io: cassianū. D. Antonin. et quosdam alios veteres & modernos. Hoc vnum volo præmonere, ne fortè quisquam fallatur, aut existimet me nimis leuem, aut credulum, quod eos homines, de quibus in ueteri testamento exempla ponuntur, ut Enoch, Eliam, aut Eliseum ego crediderim fuisse verè & expressè Religionem professos, qualis nunc est, sed fuit tantum adū brata & modo quodam initiata. At post quam Christus aduenit, quod prius erat adūbratum, in luce clarissima fuit expressum, & quotidie magis exprimetur. Dicimus ergo iuxta expositionem textus. quod sicut apud gentes feras, & barbaras aliqui colebant siluas, & montes, ac lucos, ita etiam contigit temporibus nostris post aduentum Christi, & ante aliquatenus ut dictū est, & velut refert Paul. in epi. ad Heb. c. 11. propè finē. Deinde quē admodū illi immolauerūt filios suos & filias suas Demoniis, sic & nos quamprimū nascimur infantes im mergimur aquis baptismalibꝰ, quę per torrentes illos designātur, in quibus, & penès quos illi suis Diis filios suos immolabant; quemadmodum & nos filios nostros paruulos immolamus

Gen. 5.

3. Reg. & 4.

Deut. 32.

Deo viuo & vero, & eosdem spirituali
gladio interficimus, quia non secus eos
admittimus, quam si priorem vitā om-
nino abiiciant, & renunciant Diabolo,
Mundo, & pompis eius. Atq; id qui-
dem super eminētes petras peragimus
quæ sunt Christus Dominus, & Eccle-
sia constructa super fundamētum Apo
stolorum, & Prophetarum. Sic etiam
immolamus filios Deo non solum in
Baptismo, uerum etiam quando ad ar-
ctiorem vitę regulam, veluti mortuos
huic mundo, secundū institutum Beati
Augustini aut cuiusuis alterius adigi-
mus, ac promonemus, sic Beatus Nico-
laus Tolentinas, et plerique alii diuer-
sorum ordinum professores.
Sed ꝓsequamur exprobrationē & que
rimoniam, quam Deus iustus; & miseri
cors iustissimè quidē habet aduersus
phalanges Iudęorum. Et post ostium,
et retro postem posuisti memoriale tu
um, quia iuxtà me discooperuisti, & su
scepisti adulterum &c. vsque ad illam
partem. Ego annunciabo iustitiam tuā.
Cōqueritur ergo Deus aduersus Iudę-
am, & improperat ei multa scelera, &
peccata, quę perpetrauit in ipsum. Pri-
mum inquit. Quia iuxta me discoope
ruisti, non es veritus conspectum meū,
neque timuisti nomen meum, fuisti ad-
eo impudens ac temerarius, ut absq; vl-
lo pudore, & erubescētia, constitue-
res idola in tēplo meo, & adorares ea,
& hoc est quod dicit. Et suscepisti adul
terum, peccatum inquam fuit istud, &
scelus infandum, quod cum existeres
iuxta Deum, te ipsi idolo succumbe-
res, atque pro legitimo sponso habere
te demostrares. Deinde aliud scelus &
peccatum. Dilatasti cubile tuum, idest
cor tuum, & mentem tuam ampliorē
fecisti & extendisti, ut non vnum solum
aut alterum Deum, sed plures, & for-
tassis innumeros Deos tibi assumpsi-
sti, cum tamen Dominus Deus tuus
iam inde ab initio te præmonuerit di-
cens. Audi Israel Dominus Deus tuus
unus est. Et alibi, non habebis Deos
alienos coram me: id autem fecit instar
adulteræ, quæ ampliat lectum, ut iuxta
virum suscipiat adulterū: hine dictum
est Ezechi. 16. facta es quasi mulier adul *Ezech. 16.*

A tera, quæ super uirum suū inducit alie-
nos. Aliud scelus, siue contumelia vero
Deo illata, videlicet. Et pepigisti fœ-
dus cum eis. i. cum idolis tuis, & falsis
Diis, vt relicto me solo, & vero Deo illis
te adiungeres, a quorum fide, et obediē
tia te numquam recessurum pollicitus
fuisti, & foedus, quod mecum longe an
tea inieras, violare minime erubuistis.
Cum tamen olim dixeritis ad Moysem
omnia quæcumq; locutus est Dominus
B faciemus, & erimus obedientes. Ille ve-
rò scilicet Moyses sumptum sanguinē *Exod. 24.*
respersit in populum, et ait. Hic est san *Deut. 8.*
guis fœderis quod pepigit Dominus
vobiscum super cunctis sermonibus
his. Præterea subdit. *Dilexisti stratum
eorum manu aperta.* Sensus clarus, quod
videlicet Iudæi non ui, aut metu incū-
bebant in idololatriam, sed magno cū
affectu, & propensione animi, atq; id qui *Manu aperta dilexisti stratum.*
dem manu aperta idest palam, sine ali-
C qua erubescentia, ut faciunt meretrices
quæ palam, et libere suas explent cu-
pidines: vt Hier. frons meretricis facta
est ei, noluit erubescere: vel (ut dicit D.
Hier.) manu aperta, idest obuiis ulnis,
& cum maxima alacritate, quemadmo-
dum facimus eum aliquem beneuolum
hilariter excipimus. Alii dicunt (ut Ly *Lyranus*
ranus) manu aperta, idest cum maxima
liberalitate, & facilitate magnas expen
sas in eiusmodi cultu, & celebritate fe-
D cisti: vel manu aperta, idest satis artifi-
ciosè, & plurimū elaborate horū Deo-
rum imagines confecisti: sicut legim⁹
de Acaz Rege Iuda, qui videns idolum,
& altare constructum in Damasco præ-
cipit Vriç Sacerdoti construeret altare
iuxta exemplar, & similitudinem illi-
us in Hyerusalem, iuxta omne opus ei-
us 4. Reg. 16. Neq; tamen his abomi-
nationibus enarratis propheta conten
tus, recenset alias Iudæorum uanitates
E & stultitias. d. *Et ornasti te regio unguen
to, & multiplicasti pigmenta tua.* Vult
his verbis (meo iudicio) Esaias ostende-
re ipsos Iudæos in cunctis fere eorum
actionibus fuisse, imitatos mores, & eō
suetudinem fornicantium: sicut enim
iste suis ut amatoribus adlubeant, vn-
guēto delibuntur: sic isti, suis ut idolis
ac demonib⁹ placerēt, nihil omittebāt
D. Hier.

D.Hie.ita legit. *Ornasti te regio vnguēto.i.* A
ornasti te vnguento quod rex Deus ve
rus rex tuus tibi dederat, & idolis pro
stitueris? Vel ornasti te regio vnguen
to, idest ornasti te vnguento, vt placeres
regi idolo Ammonitarum, qui appellatur
Maloch. vel magis ad literā:
ornasti te regio vnguēto, idest vnguento,
quo rex solet inungi idest vnguēto
p̄ciosissimo, & excellentiss. Has duas
expositiones volui attulisse ob reuerētiā
tanti doctoris. Et multiplicasti pig B
menta tua, idest varia ornamenta quæsisti,
vt & uisu, & odore adulteros prouocares,
idest reges idolatrarum tibi deuincires,
& in amicitiam conciliares;
vel multiplicasti pigmenta tua, idest varios
modos, & rationes excogitasti, quibus
eiusmodi falsos Deos propitios haberes.
Cœterum *misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsq; ad inferos.* Misisti
inquam legatos, quod quidem in
graue dedecus, & ignominiam tibi cesſ C
sit; nam cum vos Iudæi cœlestis numi
nis fauore liberi essetis, & soli Deo ser
uire iussi fuissetis, & promiseritis regibus
extraneis, & Idolatris vos ipsos subijcere,
& illis seruire noluistis, vt patet
de Acaz Rege Iuda 4. Reg. 16. & alibi
quo facto humiliata es ò infęlix
Synagoga vsq; ad inferos, & uilis effecta;
quasi dicat. Non poteras inferius
& subinissius deponi, quam iam deposita
es, & constituta cum sub regibus i- D
dolatris, & quàm maxime truculentis
viuere cogaris. Est & alius sensus. *Humiliata es vsq; ad inferos,* quia scilicet ab
eo tempore, quo cępisti Idolatriā exercere,
vsq; ad tēpus illud nouissimum,
quo a Romanis fuisti deuastata, vsq; ad
infernum fuisti humiliata, quia scilicet
non poteras magis humiliari, & in maiorem
contemptum, & ignominiam deduci,
quàm si ad inferos deducereris.
est locutio quędam hyperbolica. ve- E
rum si propriè, & non figurate loquamur,
fuit vtiq; synagoga propter cultū
idolorum deducta vsq; ad inferos: primo
quidem humiliata es vsq; ad infernum,
quia deuenit vsq; in profundum
peccatorum. Infidelitas namq; est grauissimum
peccatorum teste D. Tho.
D.Thō.2.2. 2. 2. q. 10. art. 3. Et deinceps priua
q. 10. art. 3.

ta, & spoliata omni gloria, & decore
tam spirituali, q̄; temporali, & facta opprobrium
hominū, & abiectio plebis.
Deniq; destinata, ac deputata ad æternas
pœnas, quas nūq; desituras vnà cū
cæteris idolatris, qui Deum non nouerunt,
sustinere cogetur. Iuxtà illud
psal. Effunde iram tuam in gentes, quę Psal. 78.
te non nouerunt, & in regna quæ nomen
tuum non inuocauerunt. Dicūt
aliqui quòd Synagoga misit legatos su
os procul ad quærendos alios Deos,
præter eos quos habebat, vt ostenderet
Propheta vltrà modum, & mēsuram
cōmissam fuisse ab ea scilicet Synagoga
fornicationem spiritualē aduersus
Deum. Ad literam verò exponitur (ut
supra diximus) de Acaz rege Iuda, qui
legitur misisse legatos suos ad regem
Assyriorum, cui etiam constat multa
munera eum dedisse præter aurum, &
argentum, vt ei suppetias ferret aduersus
regem Israel. Nec solum Iudęos
misisse legatos ad reges sibi conterminos,
sed procul, idest longe vltra terminos
suos vt ad Aegyptios ac Babylonios,
& sic humiliata est vsq; ad inferos
(ut supradiximus) sequitur textus. *In multitudine via tuę laborasti: nō dixisti quiescā: Vitā manus tuæ inuenisti: propterea non rogasti:* Rursus increpat ipse
Propheta ex persona Dei insipientiā, &
fatuitatē Iudęorū, qui cū tot Idola gratis,
& perperā coluissent, inq; illis honorādis,
& excolēdis, nullis laboribus, &
expēsis pepcissent nihil tamē solidi, &
veri boni sūt assecuti hoc ē quod dicit
Propheta. *In multitudine vię tua laborasti.* Hunc locum luculenter, et egregie
exponit D. Hier. d. Hos miseros Iudeos
multas uias peragrasse, et uaria
itinera confecisse, qua in re plurimum
certe laborarunt, quandoquidem nō
per uiam rectam incesserunt, sed per
uias indirectas, asperas, et obliquas,
oportebat eos arripere uiā unā, et eā
quidem rectam, et securam: quemadmodum
pręcepit Deus per Moysem d.
Via regia ambulabis, et non declinabis
ad dexteram, neq; ad sinistrā: Proinde
rogabat Dauid Deum d. Psal. 26. Psal. 26.
Dirige me domine in semitam rectam
propter inimicos meos. Et labi Vias

tuas

tuas domine demóstra mihi, & semitas tuas edoce me. Et Hie. hortabat d. Quę rite viā bonā, & ābulate in ea, & inuenie tis purificationē animarū vestrarū: qui vero per multas vias pambularunt nō immeritò laborasse dnī. & insudasse; Sicut p sapientē aliquos fuisse cōquestos legim᷑ d Sap. laxati sumus ī uia iniqui tatis, & perditionis, & ābulauimus vias difficiles. At quæ nā fuit ista multitu do viarum? Aliqui simpliciter dicunt ipsos Iudæos perlustrasse multas regio nes, & loca, vt plures Deos, quibus tutò confiderent adinuenirent, ferunt enim quidā scriptores triginta millia deorū fuisse inuenta. Alii dicunt multas vias eos peragrasse, ut ab exteris, & infidelibus patrocinium expeterent, sed maxime sunt decepti, propterea quod una tātum satis erat via, qua veram securitatem & corporis, & animi salutē obtinerent. Et hęc ea vna erat, quę ille seipsa dixit. Ego sū via, veritas, & vita, et nemo uenit ad patrē nisi per me. Hanc viā regius propheta sibi patefieri exorabat. d. Notā fac mihi dñe viā in qua ambulē, quia ad te leuaui animā meā. Nec Iudęi solum, sed plerīq; nostrū, qui fidē Christi profitemur in multitudine viarum laboramus, & numquam dicimus, *quiescam*; Quot enim sunt qui variis cogitationibus crucientur, varia negociorum studia amplectuntur, ut quietem inueniant, neque unquam quiescunt. Plurimi quidem dediti cumulandis opibus, multa, ac difficillima mari, terraq; aggrediuntur itinera, neq; didicerunt unq dicere quiescam: Multi etiam sunt, qui ambiunt honores, gradus, ac dignitates, nullos labores, nullas vigilias, ac defatigationes omittunt, quousq; gradum aliquem assequantur, quē cum fuerīt assecuti, alium expetunt, diu, noctuq; varios modos, & vias exquirunt, quo illum consequantur, quo importunis eū secuto precibus, largitionibus, aliisq; actionibus p rum cō mendatis, maiorē dignitatē auspicantur, & sic in dies quic quā aliud expetēdo laborāt, neq; cogitant, se aliquando quieturos. Sed lōge deterius faciunt hi, qui cū variis libidinibus, delitiis, ac voluptatibus fuerint ab ineunte ętate uehemēter addicti, et plurimū assueti toto uitæ suæ tēpore in huiusmodi cęno uolutantur, & vsq; in senectā, & seniū huiusmodi turpitudini bus operā nauāt, neq; unquā & hi nouerunt dicere. quiescam. tēpus iā est, ut huiusmodi uoluptatibus renūciē, & dicā vale: & tandē hac nouissima hora animæ meę saluti cōsulere studeā O terq; quaterq; miseri, & infælices, Dñe De᷑. Hi quidē qui vt suas cupiditates explenant, nūquā quiescunt, in labore hominū non sunt et cum hominibus nō flagellabūtur, sed sunt in labore bestiarū, ut mulorum, & asinorum, & huiusmodi animalium quę semper adferenda onera fatigātur: extēde manū tuā, ne nostri obliuiscaris in finē, fer opē, impēde auxiliū, ut ab his malis eruamur, & qnq. ad nos ipsos reuertamur, vt cū sāctissimo Iob dicere possimus Cogitationes meæ dissipatæ sūt torquētes cor meū, & rursū post tenebras spero lucē. Deīde dicit. *Vitā manus tuæ inuenisti propterea nō rogāsti* Sensus est. Quia vitā fuisti auspicatus, cōuenientē, uel opportunā manibus tuis. i. volūtati tuę, genio tuo, propterea nō rogasti, nihili me fecisti. D. Hier. ita exponit. Quia bonis ōnibus affluis, & nihil tibi deesse suspicaris, ppea nō rogasti, sed potius me dñm nelgexisti, uelut p aliū prophetā dr ipsi synagogæ. quia saturata es panibus, ideo supbiisti, & per Eze. prophetā. Ociū, saturitas, & abundantia panis fecerūt apostatare hominē a Deo. Quidā volūt hæc uerba ironicè accipiēda hoc modo. Vitā manus tuæ inuenisti, ppea nō rogasti, quasi dicat quia existimas te suenisse ōne bonū, quod nullo vnquā tēpore sit defuturū, ppea nō rogasti me, sed exitus acta probat, tuo magno malo breui experieris, q̄. turpiter fueris deceptus, & q̄; pnicioſè fueris a me auersus, & falsis Diis, & uanis hominibus te ipsū spōtè dedicaueris. Deinde sequitur. *Pro quo solicita timuisti, quia mētita es, & mei nō es recordata, neq; cogitasti in corde tuo: quia ego tacēs, & quasi non uidens et mei oblita es.* Particula illa, meo iudicio est ualde difficilis, & perobscura, nec vidi quemquam exposi orum, qui abundè mihi satisfaciat, & quamquam in eius intellectu, diu multūq; institerim, quod mihi omni

Marginalia: Sap. 5. (beside "legim᷑ d Sap."); Psal. 142. (beside "quia ad te leuaui"); Psal. 72. (beside "quaterq; miseri"); Iob. 17. (beside "ad nos ipsos"); Ezech. 16. (beside "biisti, & per Eze."). A
B
C
D
E

oī ex parte adlubeat nō dn̄. inueni, sed quę ab alijs dicunt, ad pn̄tes adducā in mediū. Particula ergo ista bifariā solet legi, asſertiue s. & interrogatiue, (vt ita loquar) Primo modo sic exponitur à D. Hier. pro quo solicita timuisti, qa mētita es, & mei nō es recordata. Quoniā s. tu Synagoga multis opib⁹ abūdas, nec me rogare voluisti, solicita timuisti eas pdere, cū vehemēter eas diligas, & in eis fiduciā cōstitueris: nāq. res ē solici ti plena timoris amor: si tn̄ quoq; cō- tra mētis tuę cōscientiā facere voluisti, & meū auxiliū expetere, nequaq. accipies; qa mētita es, & mei nō es recorda ta, ore tantū, & necessitate cōpulsa, nō autē corde, & animo ad me confugere decreuisti. Nō enī poteras dicere cū ti mor te inuaserit. Dn̄s auxiliator me us. Quomodo enim poteras me inuo care quæ mei nullam habebas memoriam; neq; cogitasti in corde tuo, quia ego sum Dominus &c. Si verò nota interrogationis vtamur, sic potest exponi. Pro quo solicita timuisti? .i. quid causę fuit quod tu solicita, afflicta, & angustiata timuisti venire ad me? quæ si forte quandoq; statuisti interpellare auxilium meum, mentita es, & mei nō es recordata: cū .n. timeres Babilonios, Aegyptios, & Assyrios, & postremo Romanos, timuisti venire ad me, quia mētita es mihi i. recessisti à me, & nō es mei recordata. Quidam alij sic exponunt cōformiter textui hæbraico. *Pro quo solicita timuisti?* q. d. quem nā metuisti? quem timuisti? q.d. neminē. Quamq; videaris me colere, & me īuo care soleas ī aduersis, tu mētiris, nihil .n. de me, aut de meo cultu solicita es, neq; mei recordaris, voces tm̄ habes, & verba, cor autē tuū lōge ē à me. Ego autē in hāc expositionem deuenio vt s. Esaias velit ostēdere Synagogam certiorē redditā de apostasia, & defectione à deo, & de tot sceleribus ab ea, & ī ea pertratis solicitā fuisse, quo nā pacto sit veniā cōsecutura; atq; ideo timuisse iudiciū Dei cōfidere tn̄ in eius bonitate, cui dicit Deus pro quo solicita timuisti, nō est quod à me auxiliū expectes, qa mētita es, & mei non es recordata &c. quibus uerbis colligitur, q; graue fuerit peccatū Iudęorū, qui cū in multitu

A dine uiarū laborauerit, laborauerīt īq; non pedibus ābulādo, sed animi affecti bus se se defatigando, & uitā turpissimā suis manib⁹, ac studijs exercēdo, apostatiæ modū nullū imposuerit, studiū ad mala nō extīxerit, posteriorib⁹ cōsilijs uō acquieuerint, sed maiori cō tentione incubuerīt facere ea, atq; sectari, quæ nec primo quidē tēpore fieri debuissent, & singula hæc quæ de Synagoga, uel ad Synagogā dn̄r, de anima peccatrice cuiuscūq; hominis non
B minori causa, & ratione dici possunt. Potest autem clarius exponi particula ista, ut uidelicet Deus conqueratur de sinagoga quod q. uis ab eo defecerit, & mentita fuerit, neq; fuerit eius recordata in suis tn̄ angustijs, & afflictionib⁹ nō debuit timere interpellare Deū, sciens quod ipse Deus ē tacēs, & quasi nō uidens, tamq; dissimulās peccata hominum, sed quia oblita est Dei, hoc est
C miserationis suę; ideo nō rogasti me, idest non rogauit ipsum Deum. Hæc mihi uidetur plana expositio istorum uerborum. Dicit ergo Propheta. *Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neq; cogitasti in corde tuo, quia ego aliquando tacens, & quasi non videns, sed dissimulans peccata hominum propter pænitentiam*, nec stati in cōmissa scelera animaduertens *tu mei oblita es*: tunc enī nos obliuiscimur Dei,
D nō solū quia plerūq; obliuiscimur Deū esse, sed quia no dignamur ei subijci, & eius pcepta paruipēdimus, & uelut ōmino, plapsi, ōnia peragimus, quę sūt his quę facere debuimus contraria. De us verò nostri obliuiscitur, cum auertit manū suā auxiliarē, aut ipsam contrahit, & omni benignitate, ac misericordia nos denudat, ut postmodū videbimus. Collige igitur, & memoria repete quā maxime deliquerit Iudaica
E natio; primo quidem in turpi idolatria ex multis capitib⁹, vt colligit D. Tho. tū ex diuersitate locorū, qa uel locos amenos, uel umbras arborum, aut ubertatē aquarū, uel sublimitatē montiū, tū ob domesticā cōsuetudinē, quorūcum quæ prætereūtiū, vel accedentiū. Deinde peccarunt ex diuini fœderis uiolatione, ex peccandi auiditate, & se-

et fecur itate, femota quacumq; uerecundia, ac honeftate. Prẹterea culpabiles redduntur, ob nimiam folicitudinem plures Deos adeundi, & reliquas nationes pertrahendi ad eūdem cultū, & ab idolatris regibus fuæ eorum apoftafiæ patrocinium expetendi.

Poftremo eorum peccatum aggrauatur, ex peccandi pertinacia, & afsiduitate, quia nec labore, aut tedio, neq; ulla profperitate, vel aduerfitate temporali neq; etiam diuturna Dei omnipotentis patientia, & expectatione ab huiusmodi nefario idolorum cultu, & á crimine inexplebilis auaritiç, & á plerisq; alijs fceleribus, quæ mox recenfere non eft opus, recedere voluerunt. Dixit enim Deus 42. cap. Tacui, femper filui, patiens fui, nunc eft opus iuftitiam exercere. Propterea dicit. *Ego annunciabo iuftitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi &c.* Iuxtá D. Hier. videtur hic prima facie ad Synagogas Iudeorum; quæ defecerunt á Deo per ironiam, & per exprobrationē quādam fermonem haberi, oftendendo quam vana fuerit eorum fiducia, imo nulla, qua potuerint aliquod auxilium fuis in anguftijs, & necefsitatibus expectare: propterea dicit. *Ego annunciabo*, palam faciam *iuftitiam tuam*, quæ (fupple) nulla eft. quēadmodum alicui infragrati crimine deprehenfo diceremus o, quam bene fecifti, laudabile quidem, & omni præmio dignum opus fecifti; id quod per fequentia verba manifeftat, dum inquit, *Et opera tua non proderunt tibi*, q. d. Perge vt cœpifti, & videbis quid inde boni fis confecuturus. *Cum clamaueris*, fi quando tempus aliquod tribulationis aduenerit, *liberent te congregati tui*, hoc eft turba illa Deorum quos cōgefsifti, & coadunafti, & pro Dijs tuis tutelaribus cooptafti: vel congregati tui, hoc eft milites quos in tui auxiliū conduxifti, vel etiam Synagogæ tuæ, quas tamquam ductrices, & tuç falutis conferuatrices habuifti inter congregatos recēfet Abb: Tuit. effufiones fanguinum, blafphemias in deum, & clamores in prophetas; fed non placet hæc opinio, conftat autem tempore obfidionis, & anguftiæ nihil horum tibi fuffragaturum: vnde Deuter 32. illis improperatur per Moyfem d. Vbi funt Dij tui, in quibus habebas fiduciam. Et Hier 2. Vbi funt Dij tui quos fecifti tibi? furgant, & liberent te in tempore afflictionis tuç: fecundum numerū quippe ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda, & omnes eos, videlicet, Deos, & quicumq; illos adorant auferet ventus, & tollet aura, hoc eft facile omnia ruent, & difpergentur velut puluis ante faciem venti. *Qui autem fiduciam habet mei* dicit Deus, *hæreditabit terram, & pofsidebit montem Sanctum meum:* Terram inquam non hanc calcabilem, & lutuofam, fed terram de qua loquebatur ipfe Dauid. Credo videre bona domine in terra viuentium, & per montē fanctum intelligitur ille mons de quo loquitur Paul. ad Hęb. 12. Accefsiftis ad montem Syon, & ciuitatem Dei viuentis Hierufalem cœleftem, & multorum millium Angelorum frequentiā, &c. aut etiam per montem Sanctū quē boni funt poffeffuri poffumus intelligere fcripturas Sanctas, quas Dominus cōminatᶜ auferēdas á Iudęis, & nobis Christi fidelibꝰ cōferēdas. *Et dicā* (inquit Deus) *viam facite, præbete iter, declinate de femita, auferte offendicula de via populi mei*, dicam, inquit Deus angelis meis coadiutoribus, & adminiftris, *viam facite* electis meis, & his qui fiduciam habent mei præbete iter, &c. Aut dicam ego Dominus Apoftolis, & me as vices in terris gerentibus. viam facite vos difcipuli mei his, quos male actorum pœnitet, quiq; ad me cōuertūtur, præbete iter, oftendite qua via tuti quę ant incedere, parate viam Domini, rectas facite femitas eius, auferte offendicula, & remouete fcandala de via per quam trāfire debet populus meus, nihil eos offendat, nihil impediat quo minus ad me hilares accedant. Mira certè benignitas, & affectus Dei noftri erga fuos, quos eligit, & vocauit. *Quia hæc dicit excelfus, & fublimis, habitans æternitatem, & fanctum nomen eius in excelfo, & in fancto habitans*. & cum contrito, & humili fpiritu, vt viuificet fpiritum humilium, & viuificet cor contritorum. Incipit in hac parte nofter

vates

Margin notes: Tex. 3. — Deut. cap. 32. — Hier. cap. 2. — Pfal. — Heb. cap. 12.

uatet à laudibus ipsius Dei, posteaquã enarrauit, & expressit errata Iudeorũ, & postmodum, quæ bona sunt adeptu ri qui confidunt in Domino. *Dicit* ergo. *Hæc dicit Dominus excelsus, & sublimis habitans æternitatem.* Nulli dubium, quod Propheta hic loquitur de Deo, quia ipse solus est excelsus, & sublimis, & qui in excelsis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra, & ipse est, qui solus habitat æternitatem, & sanctum nomen eius, in excelso, & B
Psal. 21. in sancto habitãs vt psal. 21 dicit etiã Dauid. Tu autem in sancto habitas laus Israel Nec existimes Deum in cœlis sedem suam constituere, quasi vllo circumscribatur loco, sed dicitur habitare in cœlis, quia in his, quorum uita, & conuersatio est adeo bona, & sancta, quod mereatur dici habitaculum Dei, & inter cœlos computari. Deus enim (ut dicebat Apostolus) non habitat in templis manufactis, sed in men- C tibus puris: quemadmodum ipse Apostolus dicebat. Templum Dei sanctũ est quod estis uos. Habitat etiam Deus, cum contrito, & humili spiritu, hoc est cum eo qui nulla ratione de se ipso præsumit, nihil sibi ipsi tribuit, omnia refert in Deum, & quicquid boni habet, vni illi refert acceptum, quomodo Deus dicitur habitare in excelsis, & qui sunt isti contriti, et humiles, quorum humilium spiritum, et quorum D cõtritorum uiuificet cor optime decla
Aug. super Psal. 121. rat ipse Aug. super psal. 112. Vbi dicit Propheta Dauid. quis sicut Dominus deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit in cœlo, & in terra. Sed forte quis aliquãto curiosus quæreret. Quid causæ est, qua Propheta postquã ostenderat Dei seueritatem erga rebelles, & incredulos Iudæos cæpit tantopere commendare Deum. Dicitur hoc maximè fuisse oportunum, quia ostẽ- E surus ex aduerso Dei misericordiam, & benignitatem in eos qui iugiter, & ex corde ei cõfidunt congruebat ostẽdi prius aduersus rebelles, & tumidos eius iustitiã & seueritatẽ. Dicit Cyrillus solemne, esse Prophetis dum magnum quid, celebre, ac diuinum deus pollicetur ob suę bonitatis, & glo-

A riæ admirationem, & pro ingenti gaudio, & lætitia exultantes, quo surgant in laudem omnipotentis Dei. Alij dicunt hoc Prophetam fecisse quo ostenderet parcere pęnitẽtibus, & eis benefacere, & creaturas suas diligere, & salvare, maximè potentię Dei, & bonitati cõuenire iuxta illud, Deus cui proprium est misereri sẽper, & parcere: propterea tam magnifice ab eius laudibus exorsus est Propheta. d. *Quia hæc dicit excelsus, & sublimis habitans æternitatem.* Psal. 78.
Quasi uelit dicere propheta Attendite, & uidete quæ sum locuturus: non enim hominum sunt, sed ipsius Dei uiui, & veri promissiones, & verba: & diligenter expẽde, & memoriæ tenaciter mãda, gaude, & lętare super his, quæ dicit Deus. *Non enim* (inquit) *in sempiternum litigabo, neq; vsq; ad finem irascar, quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.* Non litigabo in sempiternum, quasi perpetuo velim discutere actiones vestras, aut vobiscum in iudicio contendere, & à litibus nunquã discedere, aut feriari, neq; usq; ad finẽ irascar, iuxta illud psal. Non in perpetuum irascetur, neq; in æternum comminabitur. Et Dauid pręcabatur Deũ d. Vsquequo domine obliuisceris me in finem, vsq; quo auertis faciem tuam à me. tunc enim Deus irascitur vsq; in finem, quando animaduertit in peccatorem quantum ille meretur, et quicquid potest. Deus, inquit Augustinus. tunc nostri obliuiscitur in finem cum differt dare spiritum quo intelligamus Christũ qui est finis rectus omnis nostrę intentionis, Auertit faciem suam à nobis, dum nõ præbet animæ nostrę notitiam sui. Vel quando nõ amplius adest locus reconciliationis, vt dicebat Saluator noster Venit nox, quando nemo potest operari, contra uerò diligit nos Deus in finem, quando eousq; nos diligit, quò vlterius non dicitur progredi amor: huius autem rei causã affert cum inquit. *Quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciã.* Planus horum uerborum sensus est, quia à facie mea ab auctoritate & potestate mea egredietur spiritus hoc est iussio, & potestas puniendi, & ignoscendi, pu- Psal. 102. Psal. 12. Psal. 38.
niam

Deut. 32. niam dum voluero, & dimittam eum mihi libuerit, iuxta illud Deut. 32, Ego occidam, & uiuere faciam percutiam & ego sanabo &c. omnem flatum ego feci, idest nullus habet potestatem coercendi, & puniendi nisi per me, & me iuxta illud Ioan. non haberes in me datũ potestatẽ vllam nisi esset desuper. Alij per spiritum, & flatũ intelligunt ipsam animam. vt D Aug. super ps 118. & 7. lib de Gen. ad litteram c. 3. Alij quidam volunt per flatũ intelligamus tantum animam, per spiritum verò Spiritum sanctum, cuius sententiæ videtur esse D. Hier. super hũc locum. Et super 42. dicit Deus per prophetam: ego dñs dans flatum populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. Præterea opinionem illorum qui per spiritum, & flatum metaphorice intelligunt ipsum ventum, quoniam parum admodum consonat ijs de quibus agitur, sicut est videre D. Hieronimum super hunc locum. Deinde sequitur textus vbi dicit. *Propter iniquitatem auaritiæ eius, iratus sum & percussi eum, &c.*

Text. 4. Propterea quæ hucusque habuimus à Propheta circa deiectionẽ populi Iudæorum, & eorum qui in Saluatorẽ credere noluerunt, & præter promissiones factas suis fidelibus, & Apostolis, ostẽdit quod in manu Dei est pœnitentibus veniam tribuere, & pruicaces omnino à se reijcere. Et inquit. *Propter iniquitatem auaritiæ eius* idest ipsius populi, de quo hactenus sumus locuti, qui non vna tantum iniquitate, ut pu a auaritiæ quę maxime vigebat in eo fuit contentus, sed semper peccata addiderit peccatis iratus sum, & percussi eum Deinde mutata locutione à tertia persona in secundam, quod est satis frequens apud Prophetas per figuram. Hypallage inquit. *Abscondi à te, gens impia, & iniqua faciem meam,* gratiæ meæ, & fauoris mei collationem, *& indignatus sum, & abijt vagus*

Quomodo in via cordis sui. Vagus abire & anceps dicitur. Abijt inquam vagus, anceps, nesciens qua uia incedere deberet, quam vitæ rationem deberet arripere: id quod conuenit cuiq. delinquenti, & uiam nobis à Domino præparatam, & ostensam derelinquenti: quemadmodũ de Cain legitur Gen. 4. Vagus, & pro fugus eris super terram. Alij dicunt. Vagus abiit in uia cordis sui idest præceps in omne malum quocunq. noluntas ducebat, iuit. Alii dicunt. Vagus abiit in uia cordis sui, hoc est mœrens, & auersus à Dei iussione: quemadmodũ dicebat ipse Dauid Psal. 37. Miser factus sum, & curuatus sum usque in finem tota die contristatus ingrediebar. Dicitur autẽ peccator curuatus ob graue pondus peccatorum. Psal. 37. Pe. cator incuruatur. Diabolus enim & angeli eius incuruãt animas ad terram, vt pronę ad temporalia & terrena, non quærant nec aspiciant cælestia Augustinus Hom. 48. c. 1. At hæc postrema expositio est D. Hier. qui iuxta textum LXX. Interpretum legit. Abiit tristis in via cordis sui, per quæ verba videtur innuere quod tristitia ista fuerit ex intima cogitatione, pariter, & dolore ipsorum peccatorum: quandoquidem peccator dum ad memoriam reduxerit quoties, & quot modis Deum offenderit. grauitatemq. suorum criminum, vnà cum Dei iudicio perpenderit, quodq. iuxtà desideria cordis sui ambulauerit, tristis, & mœrens tandem ad Deum conuertitur, propterea sequitur in textu. *Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum ad me, & in viam rectam. Et reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius.* Vias eius vidi, quia scilicet properabat ad pœnitentiam, & cogitabat de auspicatione melioris uitæ: propterea sanaui eum, reddidi consolationes ipsi. & lugentibus eius: Hæc quidem nonnulli exponunt de Iudæis, qui reuersuri erãt de Babylone in Hierusalem, quibus haud dubie Deus reddidit consolationes, & suis lugentibus idest his qui lugebant. & cum ingenti desiderio expectabant illorum reditum, id quod licet Iudæis de captiuitate Babylonica ereptis, absque ullo negotio possit tribui, figuratè tamen, & secundum typum. Quia secundum rei veritatem conuenit gentibus, & reliquiis illis Iudęorum, qui fuerunt erepti per Christum Dominum a captiuitate dæmonis. quos quidem maximam suscepisse consolationem credendum est. iuxta id

id quod dixit Saluator. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Preterea sequitur aliud beneficium, quod mœrentibus, & corde contritis, ac lugentibus contulit Deus, quod istud est.

Fructus labiorũ quis. *Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longe est, & ei qui prope, dixit Dominus, & sanaui eum.* Quis sit iste fructus labiorum non omnes idem sentiunt. Alii existimant fructum labiorum, nihil aliud esse nisi dona linguarum, & gratiam sermonum. Alii dicunt fructum labiorum nihil aliud esse, nisi laudem & nominis Dei confessionem; quidam alii dicunt fructum labiorum esse occasionem & materiam Deo gratias perpetuo agendi, quæ materia fuit pax diu expectata, & sic exponunt aliqui. Dicit Deus. *Creaui fructum labiorum*, idest exequutus sum, & adimpleui quod ex labiis meis egressum est iux. Illud Psal. Quę procedunt

Psal. 88. de labiis meis non faciam irrita, vt se daturum pacem illis qui fuerint contriti, & conuersi ad eum non solum his, qui propè, idest ipsis Iudæis, sed etiam his qui longè, vt Gentibus atque ita pacem super pacem dedit Deus, idest post pacem datam gentibus, non solum his, quæ propè sunt, ut Persis, Medis, Palestinis & aliis nationibus, quæ ferè omnibus notę erant, sed & his, quæ longè procul aberant, & paucissimis admodum erant agnitæ, nedum familiares, & propinquæ. ad eas enim nonciata est pax, & collata, & sanitati restitutæ, quemadmodum ipse Deus per Prophetam prædixit, dum inquit sermonem habens de Populo Iudęorum. Creaui (inquit) & sanaui eam, huiusmodi ergo gentes, quæ a Deo sunt sanatæ, & quæ tam longè a cęteris erant semotæ, ac distantes, quamquam plurimæ sint, in tres classes iuxta sententiam quorundam partiuntur. Pri-

1. Classis Indorum. mam classem ferunt esse eorum, qui a recta ratione, & humani generis consuetudine non multum absunt, quibus quidem, & Respublica constans, & leges publicæ, & ciuitates munitæ, & Magistratus insignes, & certa, atque opulenta sunt commertia, & quod omnium caput est litterarũ celebris vsus;

A In hac gętium exterarum classe quidam uolunt esse quos vocant Sinenses, aut qui uulgò dicuntur Chinenses: deinde uolunt cõnumerari Iapponenses, e quibus nonnulli primores nouissimis tẽporibus Romam concesserunt ad præstandam obedientiam & de osculandos pedes Summorum Põtificum, Gregorii XIII. & Sixti V. In secũda classe huius ignoti orbis putãt esse recẽsendos quosdam, qui plusquam priores videntur ratione quadam humana

Sinenses & Iappone.

B regi, & gubernari, cuiusmodi sunt Mexicani, Peruenses idest qui de regione Perù nuncupantur, quorum Imperia, Respublicæ, leges, & instituta meritò quidam asserũt fore digna admiratione, & quæ sint ea, in quibus isti excellere, & admiratione digni esse dicuntur, ab iis, qui eorum historias agunt, & præsertim ab Illustri Domino Antonio Posseuino Societatis Iesu, & a quo-

2. Classis.

C dam Iosepho Acosta satis copiose referuntur, quique tamen & a recta ratione, & a consuetudine generis humani abesse dicuntur. Porrò datur harum gentium tertia classis, in qua (vt aiunt) sunt homines siluestres feris similes, vix quicquam humani sensus habẽtes, sine lege, sine Rege, sine fœdere, sine certo Magistratu & Republica, sedes itidem, commutantes, aut ita fixas habentes, vt magis ferarum specus, aut

3. Classis.

D pecudum caulas imitentur, & qđ præcęteris turpissimũ est, non aliud, quam sanguinolentiam exerceant, in hospites omnes sæui, quique humana carne uescuntur, nulla ueste uix ipsa uirilia, seu pudenda tegentes. hi uocantur Carybes de quibus etiam volunt loqui Aristotilem 1. & 3. Politicorum.

De hoc genere Barbarorũ diximus aliquid in pręcedenti capite desumptũ ex Annalibus Illu. Card. Baronii: om-

E nes istę nationes communi uocabulo uocantur Indi, & sunt ferè omnes barbari, immanes & feri, quanquam non omnes eodem modo seu gradu sed inter eos datur aliquod discrimẽ (vt iam monstrauimus) ad hos ergo oẽs Christus voluit predicari Euangelium, annunciari pacem, & ad meliorem frugem reduci, propterea dixit. creaui

fru-

fructum labiorum pacem his qui longè sunt, & his qui propè dixit Dominus & sanauit eos; uide quam fuerit benignus, & misericors Dominus, qui tam etsi quandoq. dixerit se non esse missum nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, alias tamen oues, quę non erant ex eo ouili uoluit ad se adduci, cuiusmodi fuere gẽtes istę immanes, & ferę, tam longe absentes a cognitione Dei, & participatione donorum eius. Ad eos ergo ad gregem Dominicum deducendos, & congregandos misit Deus varios, et multos eius seruos, et ministros diuersorum ordinum et Officiorum ad Euangeliũ prędicandum, opera quędam illustria peragenda, et labores varios perferendos, ut illi salutem consequerentur, et quanquam non omnes adhuc fuerint capaces salutaris doctrinę, et Euangelicę Fidei, plurimi tamen ex tot millibus gentiũ, particeps fuerunt huius diuinę veritatis: sed quis dicet. Hęc nouitas, seu dispositio huius noui orbis non potest iure tribui ministris Euangelij, quamuis non absque auxilio Dei id potuerit contingere, quoniam (vt inquit Esaias) cap. 54. Vniuersi, Filii Dei dicuntur esse docti a Domino, quoniam nõ nisi eius gratia cooperante isti percipiunt, & amplectuntur veritatem Fidei. *Dubitatio.* Sed forte quis audax, & temerarius dicet conuersionem istorum barbarorum haud quaquam fore tribuendam ministris Dei, aut opus fuisse Dei, quoniam constat plerosq. Barbaros, vt Indos, & alios ad Fidem conuersos ob quorundam hominum cupiditatem, siue curiositatem, vt videlicet diuersos orbis partes peragrãdo, ut magnã auri, & argenti copiam lucrarentur. *Responsio.* Cui responderur, quod quanquam ita sit, aut fortè potuerit esse, non ideo tamen excluditur diuinum præsidium, imò E tanto maius & mirabilius fuisse demonstratur, quod per malas artes, & prępostera quorundam hominum ingenia tam ingens bonum fuerit productum, ut tot animę saluarentur. Nec obstat quod pleriq., & fortasis maior pars illorum non fuerint conuersi; & adhuc in infidelitate perstiterint quemadmodum etiam pleriq., & fortè multò plures ex Catholicis sunt sceleratissimi, & vitiis omnibus repleti, quoniam etiam inter tot segetes reperitur palea, & inter grana tritici reperitur zizania, nec ob id est relinquẽdus ager incultus, quia in eo producũtur spinę et tribuli, et herbę satis inutiles, ac uenenosę, neque hortus et pomerium est omninò deserendum, quia in eo pręter flores, et fructus oriuntur etiam vrticæ et cardi.

Quarè non est vllo modo negandũ, aut presumẽdum diuinam opem vbertim affuisse, ac pręfuisse, et principium extitisse, huius tam insignis, et fructiferæ, ac fructuosæ actionis, et operationis conuersionis inquam horum infidelium Barbarorum, ac Idololatrarum, et ea fuit vis, ac uirtus, et potentia diuinę maiestatis, ut spreta, et paruihabita ignoratione linguarum, ineptitudine barbarorũ, difficultate itinerum, multitudine periculorum, et plerisq. aliis pœnè innumeris incommodis, ac difficultatibus illuc accesserint personæ, vt præmonstrarent illis veram uiam salutis, quod nisi præuideretur, esse futurum aut impossibile putaretur, nunquam Omnipotens Deus præcepisset hoc fieri, quando per Prophetas, et per Apostolos prædixit uocationem omnium gentium, exclusionem aliorum Deorum, atque Aetyopiæ interfectionem et cõsumptionem gladio Domini, quod est Verbum Dei, vt habetur Sophoniæ c. 2 frustra etiam præcepisset ipse Christus ipsis Apostolis, ut euntes in mundum prædicarent Euangelium omni creaturæ nisi præuidisset id fore possibile, et longè, quã quiuis hominum cogitasset citius futurum Quare concludamus verum esse, et omninò effectum esse, quod ipse Deus per Prophetã presenti capite dixit se iam fecisse quod ex parte facturus erat dum inquit. *Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationem ipsi & lugentibus eius*, hoc est eius tam ingentis, et innumerabilis populi perditionem et damnationem. *Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longè est, & qui propè est dixit Dominus*

Sophoniæ cap. 2.

nus sanaui eum. Reuerà de Dei prouidentia, & benignitate nulla ratione est dubitandum, ac diffidendum, quando etiam latrones, et homines perditissimos voluit ad fidem conuerti, et cœlestis hæreditatis fore participes, ut habetur 29. Aprilis in Martyrologio Romano confecto per Illustrissimum Dominum Cardinalem Baronium.

Tex. 5. *Impii autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum, non est pax impiis dicit Dominus.*

Impii qui. Qui sint impii, facilè potest declarari, quamuis enim plures dicantur esse peccatores, non tamen omnes dicuntur impii, quoniam ut d. Beatus Augustinus in expositione primi psalmi. Multi sunt peccatores, qui non sunt impii, sed nullus est impius, qui non sit peccator, & hi præcipué dicuntur impii, qui de Deo malè sentiunt, et malè mœrentur, quiq; etiam de patria, de parentibus ac etiam de amicis non modo male moerentur, sed semper aduersus eos malum cogitant, et malum operantur. De vtroq; loquitur Dauid psal. iam prællegato, quod scilicet Impii non resurgent in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorum, sed reuera vtrique resurgent, sed impii non ut iudicent, neque iudicentur, quia iam poenis certissimis, et infallibiliter obeundis sunt destinati. Peccatores autem resurgent, nō ut iudicent, sed vt iudicentur, de istis ergo d. Propheta quod. *Quasi mare feruens quod quiescere non potest*, feruent quidem, quia semper mala, cogitant, A mala machinantur, et semper ira, et crudelitate feruidi moliuntur, qua uia, quibus artibus nocere queant proximo; dicitur mare numquam quiescere, quoniam etiam dum in summa viget tranquillitate, fractis ad litora fluctibus, obuoluitur, et aliquatenus commouetur, et quēmadmodū ipsum mare a fluctibus, et a uēto cōmouetur sic et impii turbantur à ꝓpria cōscientia, et à suggestionibus Dæmonū, quicquid faciat impius, quicquid moliatur B et cogitet, redundāt fluctus in cōculcationē, et lutū eorū nā sicut fluctus maris nihil obstant littori, multo minus ipsi mari procelloso, sed redundant in conculcationem prætereuntium, et lutum, quo ipsi inquinantur, sic profectò omnes machinationes, insidia, et tractatus impiorum, præsertim contra Christum, & Ecclesiam, in ipsos redundabunt, hoc, est in opprobrium, & C damnationem ipsorum. Tandem concludit Esaias d. *Non est pax impiis dicit Dominus Deus*, ut etiam supra cap. 48. Non est (inquam) pax, non est quies, aut ulla consolatio; nec refert, quod ait Dauid psal. 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani, quoniam sicut ipse ait. Psal. 36. Si pertrāsieris reperies ipsum nō esse, iam euanuisse, iam fuisse perditum, et non esse inuentū locum eius. Quare fu D giamus impietatem, et eorum consortium; quia tametsi quandoque videantur prospere duci, et agere, si paululum pertransieris aut quæsieris, non inuenies locum eorum; et hæc pauca de cap. 57.

CAPVT LVIII.

CLAMA, ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuā, & an
1. nuncia populo meo scelera eorū, & domui Iacob
2. peccata eorū. Me etenim de die, in diē quærūt, &
scire vias meas volunt: quasi gens, quæ iustitiā fe
cerit, & iudiciū Dei sui dereliquerit, rogant me
iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus
& non aspexisti humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce
in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra & omnes debito-
res vestros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & p
cutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hāc diē, vt audia
tur in excelso clamor vester. Nūquid tale est ieiuniū, quòd elegi,
per diē affligere hominē animā suā? nunquid cōtorquere quasi cir
culū caput suū, & saccum, & cinerē sternere? nūquid istud voca
3. bis ieiuniū, & diē acceptabilē domino? Nonne hoc est magis ieiu
niū, quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos
deprimētes: dimitte eos, qui cōfracti sunt, liberos, et omne onus
disrumpe. Frāge esurieti panē tuū, & egenos, vagosq; induc in do
mū tuā: cū videris nudū operi eū, & carnē tuā ne despexeris. Tūc
erūpet quasi mane lumē tuū, & sanitas tua citius orietur, & ante
ibit faciē tuā iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuo
4. cabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet: ecce ad sū: si abstu
leris de medio tui catenā, & desieris extendere digitū, & loqui q
nō prodest. Cū effuderis esurienti animā tuā, & animā afflictā re-
pleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erūt sicut me
ridies. Et requiē tibi dabit dominus sēper, & implebit splendori-
bus animā tuā, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus
& sicut fons aquarū, cuius nō deficiēt aquæ. Et ædificabūtur in te
deserta sæculorū, fundamēta generationis & generationis susci-
tabis: & vocaberis ædificator sepiū, auertēs semitas inquietē. Si
auerteris à sabbatho pedē tuū facere volūtatē tuā in die sācto meo
& vocaberis sabbathū delicatū, & sanctū domini gloriosū & glo
rificaueris eū, dū non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas
tua, ut loquaris sermonē. Tunc delectaberis super domino, & su-
stollā te super altitudines terræ, & cibabo te hereditate Iacob pa-
tris tui. Os enim domini locutum est.

EXPLA-

EXPLANATIO IN QVINQVAGESIMVMOCTAVVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *CLAMA, ne cesses, quasi tuba xalta vocem tuam, & annunçia populo meo scelera eorum, & domus Iacob peccata corũ.*

MAGNO, & singulari affectu clemẽtissimus pater, erga populum suum moueri videtur, quem ꝑfectò nollet vlla ratione perditum iri, sed saluum fieri: & hoc rationabiliter uidetur hoc loco hunc eius affectum, & pietatem demonstrare, cum in præcedenti capitulo, & plerisq; aliis ostenderit, quàm turpiter defecerit ab eius lege, & mandatis, & quàm magna pernicies futura sit ei proposita, nisi quãdoq; resipiscat. Propterea iubet prophetam eundem monere, & excitare, vt quandoq; sua delicta agnoscat, & ab eis studeat aliquando recedere modo velit

Sũma cap. ipsum Deum habere propitium. Capitulum istud quatuor summatim continere videtur, videlicet exortationes, repræhensiones, instructiones, & promissiones fructuum, seù beneficiorum, quę aliquãdo consequitur populus Dei, si quę Deus illi pręcepit, aut monuit totis viribus exequetur, & iuxta hęc quatuor subiecta, seu tractatus, capitulum istud

Diuisio ca. in quatuor parte diuiditur. Prima erit ab initio capituli, vsq; ad illã partẽ, vbi habetur. *Me etenim de die in diem quærũt.* Alia pars erit vniuersa ab hoc loco, vsq; ad illã, vbi dominus demõstrat quale sit ieiuniũ, quod ipse elegit, & quod à populo suo haberi constituit. Tertia pars in toto illo cõtextu verborum, qui est ab hoc loco vsq; ad illũ. *Tunc erũpet, quasi mane lumẽ tuũ,* quo loco enarrãtur omnes fructus, & beneficia quę cõsequetᷣ populus Dei, si fuerit obsecutꝰ quęcũq; pręceperit illi Deus ab eo, ex. *si abstule-ris de medio tui chatenam,* ubi ponit duo vel tria documenta ipse propheta vsque in finem. Dicit ergo. *Clama*, q.d.

A O propheta cuius muneris est excitare populum, prædicere illi quid pro salute ei facere sit opus. *Clama*, inquam, loquere palàm, sic uerba propales, & excutias, ut procul audiaris, non submissè loquaris, aut in gutture, seu voce demissa, fortiter & alta uoce proclames, neq; timidè loquaris, aut cum pauore, sed audacter, & intrepide. *Clama* (inquã) .i. vehemẽter, & viriliter age cõtra delinquentes, temerarios, ac impudentes; &

B hoc præceptum non ad *Esaiam* tantũ sed ad omnes prophetas, & ministros verbi Dei, & ad quoscunq; curã animarũ gerentes erigitur, qui clamare iubentur & vehementer instare, sicut & Christus, ut habetur apud Io: cap 7. clamabat in Ioan. 7. tẽplo, docẽs, & dicẽs, & me scitis, & vnde sim scitis. Nec solu nos clamare oportet, sed etiã vt pręcipit hoc loco ipse Deus, non semel tãtum, aut iterum clamemus oportet, sed frequẽter idipsũ re-

C petere, & incessanter arguere, & mõere quid sint facturi: nec parcãt voci, inquit Au. ut prosint saluti, & vno eodẽq; sono pastores adhortatur, ut sint fortes ad vĩcendũ, quẽadmodũ peccator erat strenuus, & fortis ad peccãdũ. Sic.n. monebat Apostolus 2. ad Thim. ca. 4. ipsũ Thim. 2. Timo. 4. Prædica verbũ insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina, quemadmodũ & ipse faciebat vt habetur Act. 20: qui dicit.

D Nõ cessaui per triennĩũ, die ac nocte, cũ lachrimis monens vnũquẽq; vestrũ. Nõ solũ verbo clamare oportet sed in officio persistere quousq; delinquẽtes audiãt, & percipiãt, & sedulò cognoscant suũ errorẽ, immò perpetuã eorũ dãnationẽ, nisi clamãti aures prębeãt, & eius voci obediãt. *Clama* itaq; ne cesses, neq; statim fatigeris, aut ab officio recedas Deinde sequitur, *quasi tuba exalta vocẽ*

tuā, & annuncia populo meo scelera eorū. Nec mireris Deū uelle hac in re prophetā ita extollere, & exaltare vocē, quasi tuba, ut. s. studeat, & conetur ita clamare, vt ab ōnibus audiatur, neq; possit vllus quo minus audierit vnq; excusari: & propterea voluit Deus clamorē, & vocē ipsius prophetæ fore similē tubæ, ut agnosceretur discrimē inter eos, quibus predicabāt Apostoli, et quibus prędicaturus erat Esa. Apostolis nāq; pręceptum erat ut ascenderent in mōtē excelsū ad euāgelizādū uerbū Dei, & nō vt tuba, aut quasi tuba exaltarēt vocē suā, quia lōgè peiores erāt, & grauiorib⁹ onusti peccatis, qui p prophetā erāt exeitandi quam quibus Apostoli erāt pdicaturi. Qui. n. sunt maioribus criminib⁹ detēti, sūt velut mortui, ad quos excitādos necessarius est sonitus tubę, queadmodū dicit Apostol. Canet. n. tuba, & mortui resurgēt incorrupti, sic peccatores dnī mortui iuxta illud Io: Apo. Nomē habes, q̄ viuas, & mortuus es. & D. Pau de peccatore grauiter deliquen. e dicit. Exurge, q dormis, et exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Cū itaq; peccatores in peccatis ptinaciter psistētes, & obsoleti sint velut mortui cōueniēter ad eos suscitādos uti oportet magna, & vehementi voce, quemadmodū sonitus tubę cuius rei argumento est q̄ dn̄s noster suscitaturus Lazarū, clamauit voce magna. d. Lazare veni foras D. *Aug.* occasione horum verborum monens sacerdotes. d. ut quasi tuba exaltēt vocē suā, ne v3 tacēdo parcāt iniqnitati peccatorū, quo ipsi tacendo pereant, & ne dum peccatoris verecundię consulunt eius sanitati parum consulerè videātur, neuè q̄ clamādo rescecare poterāt vulnera, reticendo ī peius enutriēt, ne quę uox sacerdotis lateat, iubemur vehemēter clamare & ne forte hoc ipsū nō sufficiat subditur, sicut tuba exaltata vocē tuam. Tuba qdē nō sęp delectat, sed qnq; terret, & pterea nō emittit sonum ex se, sed ab. alio mota, & sufflata, sic diuini verbi prędicatores, nō ex se, sed Dei spiritu voces emittere debēt. Tuba itaq peccatorib⁹ est necessaria, nō solum ut aures eorum penetret, sed cor cōcutiat, nec delectet cantu, sed castiget auditu, talis debet esse

A se vox pdicatorum, ut delinquētiū opera dissipet, & sanctorum facta cōfirmet et ponit Aug. exemplum de muris hierico, qui sacerdotalibus tubis coruerūt, dum aduersus ferrum, et arietes inexpugnabiles restiterunt. Alii dicunt propterea iussit Deus prophetam exaltare vocem, quasi tuba nō quasi ursus, aut leo, qa nisi tāgatur, manu, nō sonat, q̄ significat oportere eū q alios docet, & monet, nō solum verbo pferre, sed opere

B q̄ alios docet pficere: Vñ Greg 24. mor c. 22: & seq. Dicit q̄ pdicatores iusti solent auditores suos cū maximè delique rit, obiurgando corripere, et solēt etiā in eorum vitiis districta increpatione seuire; vnde scriptum est Ecc. 12. Verba sapientū quasi stimuli, & sicut claui, in altum defixi, & cōgruè eorum uerba dicūtur claui, qa culpas delinqnētiū nesciūt palpare, sed pungere. Nonnè Ioannis verba claui erant, cum dicebat Iudæis.

C Progenies viperarum, quis vobis demonstrauit fugere à ventura ira? Num verba Stephani claui erāt enm. d. Vos spiritui sancto restitistis: sic etiā Pau. cū dicebat *Matth. 3.* O insensati Galatæ qnis vos fascinauit. Et Dn̄s noster cū discipulis euntibus in Emaus dicebat. O stulti, & tardi corde, ad credendū in omnib⁹, quę locuti sūt prophetę. Oportet ergo prophetas, & apostolos ac Dei verbi ministros clamare, & nunquam ab hoc officio cessare,

D ut reuocent deuios, ac delinquentes ad viam veritatis. Sed fortè dices. Sunt ne ministri Dei, ut prophetę, et apostoli, et curatores animarum adeò vecordes, et pigri, ut oporteat eos hortari, et monere ut clament, & quasi tuba extollant vocem suam, ut annuncient populo scelera eorum? Ita quandoquidē sunt multi, q ab officio predicationis desistūt, ob varias detractiones, irrisiones, et opprobria malignorū, spiritnū hi sūt q in

E cidūt in laqueū venātiū, & à verbo aspero remouētur, à bono peragēdo, q timētes pdere substātiā, aut cōsuetudinē amicorū & aliorū hominū nihil, aut minus q̄; oportet polliceātur ęterna, ne forte amittāt tēporalia. Et queadmodū dicit B. Au. Nulla est causa, q magis retardet aut īpediat diuini verbi dispēsatores q̄; hūi timor, ac suspicio. Quos tñ arguit

Beatus

Beatus Apostolus ad Titũ c.1.cum inqt. Oportet Episcopum fore potẽtem, exhortari in doctrina sana, & eos, qui cõtradicunt arguere. In hũc errorem lapsi sunt Principes quidam Iudæorũ, ex
Ioan. 12. quibus multi, vt habetur Ioa. 12. crediderunt in Christũ, sed ne expellerẽtur ex Synagoga non confitebantur Christum, quos ipse reprehendit dicens, q̃ dilexerunt gloriam hominum, magis quàm gloriam Dei. Multi etiam prædicatores, & Ministri nostrorum temporum, in eundem errorẽm sæpissimè labuntur, cauentes aliquãdo prædicare veritatẽ, ne ab hæreticis confundãtur, & irrideantur, ac subsanentur, & longè peiora patiantur, quos tamen Saluator noster admonet dicens. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, posthæc autem non habent quid faciant. Deinde aliqui prohibentur prædicare, quia quamuis qđ verum est, prędicando doceant, opere tñ, & actione non faciunt. quod prædicant, & propterea scandali-
Aug. super Psal. 115. zant. Sed inquit Aug. in exp. Psal. 115. quòd licèt isti aliud faciant, quã quòd prædicant, non sunt tamen prohibendi, vt cum facultas adest, seù necessitas postulat quin prædicare permittantur. Iudas enim (inquit ipse) quamuis auaritia, & alijs forte flagitijs teneretur, veritatem tñ & ipse prædicauit. & Apostolus primo Philippenses inq t. Siue p occasionẽ, siue p veritatem Chrus annuncietur, in hoc laudo, & gaudebo.
Matth. 23. & Dominus noster apud Matthæũ 23. Quæcunque vobis dixerint Scribæ, & Pharisei, facite, secundùm autem opera eorũ nolite facere. Tertio, sunt quidam, qui ne quicquam offendant, vel ob pigritiã non prędicant, neque Dei verbum annuuciant, quos Saluator arguit, qui quamuis talentũ habeant, quia tamen erogare noluerũt, audient à Dño, eos iudicante, & condemnante. Serue nequã, & piger & c. Cõtra verò, ei, qui erogat talentum, qđ accepit Matth 25. dicitur. Euge serue bone, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituam; intra in gaudium Domini tui. Insuper nonnullos est reperire, qui propter humilitatẽ, aut pusillanimitatem prædicationis munus effugiunt. Cõtra quos

A legitur Prouerb. 11. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Frumẽta quidem abscondere, nihil est aliud, quàm prædicationis verba apud se retinere. ex horum numero, quàm plures ego noui, qui ab hoc Sancto prædicationis exercitio se abstinnerunt, vel ob pigritiã, vel ob aliquos affectus humanos. Sunt postea quidam, qui non ob timorem, aut pusillanimitatem, aut etiam ob modestiam, vel humilitatem Prou. 11.
B prædicare detrectant, sed ob altitudinem, & profunditatem misteriorũ Dei quos tamen Salomon Eccl. 20 damnat, Eccl. 20.
ac reprehendit dicẽs. Sapientia abscõdita, & thesaurus inuisus, q̃ vtilitas in vtrisque? Vnde Prou. 2. eos hortatur, & impellit in hunc modũ dicens. Anima, quę benedicit impinguabitur, & qui inebria, ipse quoque inebriabitur. Qui n. prædicãdo exterius benedicit interius augmenti pinguedinem recipit Vnde
C Esaias cũ a verbi ministerio qñq abstinuisset, illustratus tamẽ supno lumine, magna voce seipsum rephendit dicẽs. Vę mihi q a tacui, & Paulus 1. ad Cor. 9. Vę mihi si non Euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit. Plerique verò magnopere concupiscunt hoc ministerio fungi, verùm ob inscitiam, & ineptitudinem, aut etiam ob vereeũdiam non audent, se ad tantũ munus obeundũ accingere, qui tamen non ideo sunt
D excusandi, q̃m Christus Dñus pollicetur eis d. dabo vobis os & sapienti ã, cui non poterũt resistere oẽs aduersarij vestri. & iterũ. Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, q loquitur in vobis. Quocirca Propheta ps. 39. audacter, & intrepide dñum allocutus dixit. Ecce labia mea nõ prohibebo, dñe tu scisti. iustitiam tuã non abscondi in corde meo, veritatem tuam, & salutare tuũ dixi. Sunt insup qui ob modicã re- Psal. 39.
E rum experientiam, aut pp imbecillam ætatẽ non audent coram populis, & in conspectu plurimorũ sermonẽ habere, ob quãrem licèt sint de modestia valde commendandi, quia tamen Paulus prima ad Tim. 4 monebat Timo. discipulũ suũ ne hoc ministeriũ deuitaret; sed illud appræhendere, & exercere nõ vereretur idcirco pfati non sunt penitus Tim. 4.

excusandi, sic .n. scribit loco iã citato. A Præcipe hęc, & doce, nemo adolescentiã tuã contẽnat. & Hiere. cũ renuisset prophetare in gentibus, quemadmodũ erat præceptum ei a Dño d A. a. a. dñe Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sũ, dixit ei Dñus. Noli dicere, puer ego sum, quoniam ad omnia, quæ mittã te, ibis, & vniuersa, quæ mandauero tibi loqueris. Quarè nihil, aut parũ admodũ refert pro hoc sacro munere obeundo quemquam esse puerum, vel senem, mõ sit motus, & inspiratus a Deo: Verũ nemo se debet huic operi se se exponere, nisi rationabili quadam coniectura nouerit se tantisper fore idoneũ, ne videaẽ voluisse tentare Deum, admonitus exẽplo pullorũ auiũ, q cũ voluerint añ pennarũ pfectionẽ altius volare, mox demerguntẽ in ima. Dẽt ẽt multò magis, & q optimè moueri quisque exẽplo discipulorũ Chri, quos nõ videẽ, Chrus Iesus ad munus pdicationis induxisse, B nisi prius edocti essent à Deo, cũ dixit. Vos aũt sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Luc. 24. Sed quid plura? nonnè Dñus, & Saluator noster, preceptor, ac magister, cum esset annorum duodecim, & sederet in medio doctorũ, nũquã legiẽ ipsũ qcquã docuisse, sed potius audientem illos, & interrogasse. Cuius exemplo, quisque debet moneri, ne parum sciẽs, ac intelligens audeat alios docere, si Christus puer, q virtute diuinitatis erat oĩa sciẽs, noluit qcquã docere, sed potius alios interrogare, & ab eis aliquid expetere. Postremò haud pauci sunt, qui ab huius functione ministerij, facilè secedũt, vel pp ætatem grauescentem, vel ob alios corporis defectus, vt puta pp vocis, & organi tenuitatẽ, aut ẽt ob memoriæ debilitatẽ, qui tñ cum necessitas vrget, nulla ratione dẽnt hẽc laborẽ subterfugere qñquidem 2. ad Cor 9. scriptũ est. Qui admiñistrat semẽ seminanti, & panem ad manducãdum pstabit, angebit incrementa frugum iustitiæ vestræ. & eadem epistola c. 12 inquit idẽ Apostolus. Cum infirmor, tũc fortior sum. & itẽ. Virtus in infirmitate pficiẽ, pficiẽ inquã in infirmitate corporis, nõ in infirmitate rationis. Preterea si vires corporis desũt,

Hier. 1.

Luc. 24.

2. Cor. 9.

Dei virtute corroborãtur. Dicit etiam Apostolus 2. ad Tim. 2. Omnia sustineo pp electos, vt & ipsi salutẽ consequantur. & Petrus prima eius epistolã c. 4. inquit. Vnusquisq sicut accepit gratiam in alterutrum, illam administrantes & paullo infra Si quis loquitur quasi sermones Dei, si quis ministrat tanquã ex uirtute, quam administrat Deus, is (inquam) nõ dẽt ob vllam causam omittere hoc tam vtile, & tã salubre genus officij, modo non sit ita viribus destitutus, vel usq. adeo defatigatus, vt nequaquam possit illud exercere, cum psertim Esaias c. 53. tanquã admirabundus in hæc verba prorumpat. d. Quam speciosi pedes Euangelizantium pacẽ? euangelizãtiũ bona? quæ eadem verba referuntur à Paulo Apostolo ad Ro. 10. Verũ est tamen q nullus debet hoc munus prædicandi vltroneus arripere, nisi mittatur. Qui etiam debet in hoc C munere exercendo ita se gerere, vt in cunctis, quæ dicit solerti cura se inspiciat, ne in eo, quod rectà prædicat, vitio se elationis extollat, nec vita à lingua discordet, ne pacẽ, quã in Ecclesia annũciat, in seipso dum benedicit, & male viuit amittat. Hęc D. Greg. 23. moral. c. 4.

2. Tim. 2.

Quæ verò sint beneficia, & vtilitates, quæ ex pdicationis officio oriuntur, ac emanant, non põt paucis explicari. Qui .n. ob pdicationem aliquẽ a peccato re- D uerti fecerit, saluabit aĩam eius, & opit multitudinẽ peccatorũ. Qui uerò secus fecerit, cũ sit id efficere potuerit, sãguis eorũ, q deliquerint de eius manu requirẽ Contra uerò, ratio postulat, & scriptura ipsa pcipit, ac monet, qui pascunt alios uerbo, pascanẽ & ipsi, quibus maximè indigere noscunẽ. Non .n. alligãdũ est os boui trituranti, & q altari seruit, de altari uiuere dẽt, queãdmodum agricola, qui colit agrũ, de fructu agri E percipere debet. Clamare ergo dẽnt, & quasi tuba exaltare uocẽ suã .i. pdicare Euangeliũ, & annũciare populo scelera, & peccata eorũ: sed qui nã est popul° iste? cui oporteat annunciare scelera, & peccata? dubio pcul est populus Dei, populus inquã Israeliticus, q ppea uocaẽ populus Dei qui a Deo in populũ suum peculiarẽ fuit selectus, & cooptatus de

quo

quo regius Proph. dicebat. Nos popul⁹ tuus, & oues Pascuę tuæ. Sed si populus iste, erat adeò rebellis, & incredul⁹, multisq. sceleribus obnoxius cur uocat eũ Deus populũ suũ; cum alibi dicat. Non populus meus estis uos? Hoc ideo facit ipse Deus, vt populus iste confundatur, quippe q̃ cũ ederet panes Dei, & ab eo nutriretur, & regeret᷑, ausus est ipsum supplantare, quemadmodum alibi. d. p
Psal. 40. Prophetã. Qui edebat panes meas, magnificauit super me supplantation᷑. & cur posteaquã dixit. Annuncia populo meo scelera eorum. subdit. & domui Iacob peccata eorũ? multi, multa dicunt, sed ego existimo hoc illũ subiecisse, ut magis eorum culpã aggrauaret, ut ille populus, q erat de domo Iacob, usq adeo celebri, & ingenua in tot errores, & scelera fuisset elapsus. Neq. ꝑter r᷑ monet annunciare populo huic scelera, & peccata, ut p scelera intelligamus grauiores culpas, & magis enormes, p peccata uerò quodcunq genus flagitii, ut fiat trãsitus à specie, ad genus. Sed q̃so, q̃ scelera, & peccata fuere? q bus iste populus ꝑmebat? pleriq. ex ueteribus existimant eiusmodi scelera fuisse conspirationes Iudęorum aduersus Christum Dñum, nãq. scelus istud, & peccatum, fuit cõmunè toti populo, maiorib⁹ inquam, & minoribus, quia uno oĩum cõsensu captus fuit, & traditus Pilato, & deniq. post multa in Cruc᷑ actus. Nec fuere contenti tã magnum scelus admisisse, uerum post eius necem in Apostolos, & fideles suos, vsq. in hodiernũ diem sęui, & immanes exititerunt & esse uoluerunt. Alii dicunt scelera, & peccata eorum, quæ maximè abhorrer, & detesta᷑ ipse Deus erat Idololatria, impietas, & auaritia. Quidã alii, & fortasse melius existimant scelera, & peccata, q̃ ꝑcipit Deus annuncianda populo suo, ea ipsa fore, q̃ refert ipse Propheta in ꝑsona Dei, cũ inquit. *Me etenim de die, in diem quærunt, &c.* quæ sequuntur. quę oĩa singillatim nunc exponemus. Nec reprobo eorũ sententiã, qui dicunt hoc ꝑceptũ, siue monitionem fieri ad ipsũ Christum, quasi Deus pater hortetur filium suum, ut clamet et quasi tuba exaltet uocem suam, quemadmodũ postea

A fecisse legitur q̃n statim cæpit enarrare prauitates eorũ quibus uniuersa diuinitas offenditur, & inquit. *Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens, quę iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit, rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare Deo volunt* Per hæc uerba profectò uidetur innuere Deus per prophetã, quæ fuerint scelera, et peccata dom⁹ Iacob: illa. n. dictio, etenĩ, solet adduci ad red-
B dition᷑ cãę. q. d. Quæ sunt ista scelera, et peccata domus Iacob, quæ annuncia ri debeant, et manifestari? inquit. *Me etenim de die in diem quærũt &c.* hoc est singulo quoq. die, nulla unq̃ ꝑterit dies qua ad me idest ad domos, et habitacula mea, ad ipsum templũ non accurrãt, non cõpareant, et ibi per aliquod tpis spatiũ nõ cum maxima humilitate, ac deuotione sistere uideant᷑: quotidie me interpellãt, et de opibus, et actionibus
C meis colloquunt᷑, et scire uias meas nolunt, quasi gens q̃ iustitiã fecerit, et quę iudicium Dei sui nõ dereliquerit quærunt etiam de die in diem: quærunt quidem ut ꝑdant et occidãt, non ut colant uolunt inq̃ scire uias meas, expetere, et explorare cõsilia, et iudicia mea, et eãr mearum actionum, quid sim facturus añ diem iuditii, quid etiam post illum diem cur s. fiat hoc, aut illud, et præsertim cur ego permittã tot angustiis, et
D afflictionibus uexari populum meum, et in eam opinionem sese adduci ꝑmittũt, ꝙ ego nõ intelligam hæc inferiora, nec de illis hẽam curam ullam. talia autem suspicari, et sibi ipsis confingere audent, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, et quæ iudicium Dei sui non dereliquerit idem est, ac si dicerent uel imaginarentur Deum fore illis debitorem. En quemadmodũ de se ipsis primores Iudęorum pręsumebãt, quasi dicerent.
E Nos sumus populus Dei, nos leg᷑ obseruamus, libenter eius mandata custodimus, ueruntam᷑ quotidie affligimur, quotidie persecutiones patimur, foris pugnæ, intus timores: quotus quisque poterit inter nos facile reperiri qui non eiusmodi noxa, uel potius audacia detineatur, ut existimet quandoq. nullam esse Dei prouidentiam, et dicunt illud

Tex. 2. idest 2. Pars in qua explicã tur obliquitates & degeneratio Iudæorum.

Psal. 94. ps. 94. Non uidebit Dominus nec intelliget Deus Iacob. Sūt plerių ex nostris utinā et ipse non sim ex eorum numero, qui singulo quoque die horas præces recitantes, nullo die sacrā sinexim prætermittentes, ecclesias frequenter uisitantes, diuinis pdicationibus assistentes, et de rebus diuinis libenter colloquentes, dum tamen, qđ summopere appetunt, aut expetunt non assequunē, ipsi commouētur, subirascuntur, & indignantur, & in eam facile cogitationem se deduci permittunt, ut credant Deum non cognoscere hæc inferiora, quos hunc in modum arguit regius ꝓpheta d. (hoc loco iam citato) Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquā do sapite, qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat &c. D. Hier. sic particulam illam exponit, & ferè in idem redit. Me de die in diem quærunt, quia per singulos dies currunt ad Synagogas, & Dei legem meditantur. Scire vias meas volūt, hoc est scire cupiunt quid Abraham, Isaac, & Iacob, & cæteri patres egerint, & diuina mandata iugiter decantant, & hac ratione dicuntur de die in diem quærere Deū. qui tamen neq; iustitiam Dei fecerunt, neq; eius iudicium sunt complexi. i. Christum abiecerūt, qui iustitiā pariter, et iudicium iure optimo nuncupatur, iuxtà illud ps. 71. Deus iudicium tuum regi da, et iustitiam tuā filio regis. Sed fortè dices: erant ne arguendi populi Hæbreorum dum singulis dieb⁹ quærebant Christum Dominum? nonne scriptum est. Quærite Dominum dū inueniri potest, & ps. Inquirentes dominum nō deficient omni bono. Dicendū fore, rem optimā, & saluberrimam quęrere Deum: at non eo modo quo quęrebāt Christum dominum: hi. n. ut supra diximus quærebant Christum dominū vt cum perderent, et occiderent, illi; verò de quibus loquitur propheta quærebant Deum speciētenus, uel ut eum reprehenderent, et secum expostularent, de qbus p Hier. 29. dicebat Deus. Quęrent me mali, & nō inuenient, & quāq; Matth. 7. scriptum sit omnis qui quærit inuenit, et pulsanti aperietur, oportet tamen ut quærēs inueniat, benę quærere

Psal. 93.

Psal. 71.

Matth. 7.

A & nō male; cōstat autē eū facile inueniri, ab his, à quibus bene, & sincere quęritur, quales sūt ii, qui cū qrunt in bonitate, et sāctitate, et simplicitate cordis. Propterea sequitur alia Iudæorum increpatio dum inquit deus. *Rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare Deo volūt.* *Deus quō sit quærendus 71. cap. 55.* maxima est (inquit D. Hier.) temeritas Iudæorū, qui quasi fiducia bonæ conscientiæ iudiciū postulāt iustū & imitanē sanctorū verba dicētiū. Iudica me dñe

B qm ego in innocentia mea ingressus sum: rogant inquā me iudicia iustitię quasi velint scire, cur hoc fecerim uel illud, cur hunc dānē, hunc uero saluē, etc. huiusmodi: quemadmodū nos hoc ipso tēpore expostulamus, et quodam cōquerimur de Deo, cur tot imprimitatibus vexari nos permittit, cur iam non miseretur nostri, cum tot homines ingenuos, et pclaros utriusq; sexus singulariter quoq. die conspexerimus,

C et plorauerimus, cur tot bellis seditionibus, et iurgiis conflictamur. et cætera huiusmodi qbus coangustamur, et affligimur, quotidie expetimus, et quęrimus à Deo, et iudiciorū suorū causas, et rationes exquirim⁹, et rogamus, cū iñ iudicia Dei abyssus multa, et sint nobis incōprehensibilia. *Et volunt appropinquare Deo* (maxima ꝓfectò temeritas, & inscitia) uolūt *appropinquare Deo*, i. usq; adeo de seipsis ꝑsumere, qđ iuxtà

D Deū, & ꝓpè Deū, uel nō sub Deo manere uelle uidenē, & parū abest, qn diabolo cōparari, qui Dei similitudinē impudēter appetiit, uolūt appꝓpinquare deo, i. cū ipso congredi, & cū eo altercari, & quasi in iudicio cōtendere. Cæterū appꝓpinquare Deo bonū est: quemadmodū ille dicebat ps. 72. Mihi adhærere Deo *Psal. 72.* bonū est. ponere in dño Deo spē meā. & B. Iacob⁹ c. 4. Appꝓpinquate Deo, & ipse appꝓpinqnabit uobis: uerū oportet eā

E uitę sōnē tenere, q̄ Deo grata sit, & cōformis eius uoluntati, alioquin nemo sibi frustrà polliceatur se appropinquare Deo, quia dicit Psal. Non habitabit iuxta te malignus neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Hi uerò, qui uolebāt appropinquare Deo, & in iudiciū eum uocare, & quasi de iniustitia cum eo cōtendere, his uerbis

bis utebant. *Quare, inquiũt, ieiunauimus, & nõ aspexisti? humiliauimus aĩas nostras, & nescisti?* Aspicere, & cognoſcere ipſi⁹ Dei, nihil eſt aliud, quã ipſum ap̃pbare opa nr̃a, & illorum rõnẽ aliquã hẽre, p̃miũſq. afficere, q bñ operant. cũ aũt iſti, ieiunis p̃ceptis in lege, ſacrificiis, & oblationibus ſeſe exercerẽt, nec illa nunq̃ intermitterent mirabant, & q̃rebantur ſe nõ exaudiri ſed affligi potius & cruciari.

Cognoſcere Dei quid.

Quidã expoſitores autumãt humiliare aĩas idẽ eſſe, qd ieiunare, ſed ego, (ſaluo meliori iudicio) exiſtimo humiliari eſſe aliud gen⁹ pęnitẽtię, quale eſt ſe flagris cedere, diſcalceatũ incedere, & aliis modis ſe ſe affligere, quã ſola cibi & potus abſtinẽtia, quãquã p̃s. 34. dicat Dauid. Humiliabã in ieiunio aĩam meã, & orõ mea in ſinu meo conuertet, ſed nõ põt hoc loco accipi Humiliatio p̃ ieiunio, quoniam iam dixerunt, & Quare ieiunauimus nõ aſpexiſti, p̃pea humiliatio longẽ latius hic accipitur q̃ pro ieiunio vel abſtinentia, ſed pro quacunque maceratione carnis. Sed vide quid illis obiiciat Deus, quidevè pro ſua cauſa in eorum confuſionẽ reſpondeat dicens. *Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie.* In die inquit, ieiunii veſtri, quando ſcilicet vos ieiunare contingit inuenitur voluntas veſtra, ideſt facitis quicquid libet, quod vobis arridet, & à veſtris cupiditatibus nequaquam abſtinetis, & opere expletis. *Omnes debitores veſtros repetitis*, ideſt abſque vlla modeſtia, & commiſeratione exigitis, quod aliquando mutuaſtis. *& percutitis pugno impiè*. i. non verbis tantum durioribus, & importunis, quod vobis debetur extorquere tẽtatis ſed pugnis, & verberibus, variiſque cruciatibus & in carcerẽ coniectos illos affligi permittitis. Qui autem repetit ab eo, qui non habet, facit Deo violentiam inquit glo. Ieiunium quidem bonum eſt pariter & oratio, cum dæmoniorum quoddam genus ſit reperire, quod non eiicitur niſi cum oratione, & ieiunio: at ieiunium commixtũ cupiditatibus rerum terrenarũ, & carnis illecebris adiunctum ingratum eſt

Pſal. 34.

A
Deo, & abhominabile, vt de eo dicere poſſit Deus: ieiuniũ veſtrũ abhominatio eſt mihi; ſic etiam dicimus quod debitores repetere non eſt malum, & damnandum; quãdoquidem ratio poſcit, & iuſtitia exigit, vt ſicut mutuum dedimus, ſuo tempore repetamus, nihil tamen lucri inde ſperantes: verum ab egenis per vim aliquid repetere, impium eſt, & deteſtabile: nam qui miſeretur pauperi, fœneratur Domino: &
B
beatus ille cenſetur, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. In die enim mala liberabit eum Dñus. Hinc elicit D. Tho. q̃ obedientia, qua quis voluntatem ſuam ſubiicit ipſi Deo, vel prelato & eam prorſus abnegat, præponitur omnibus aliis bonis exterioribus 2. 2. q. 186. art. 8. in Corp. Ieiunium ergo qd̃ fit propria voluntate nõ eſt ita gratum Deo ſicut quod fit ex p̃cepto ſuperioris aut ipſius Dei: quare dixit Domin⁹
C
& monet nos per p̃phetam. *Nolite (inquit) ieiunare, ſicut vſque ad hanc diem,* (ſupple, ieiunare conſueuiſtis: docet ipſe Deus quomodo ſit ieiunandum ne videretur oĩno reprobare ieiunium: *Vt beni unde audiatur in excelſo clamor veſter*, non ita ieiunetis, vt vna cum ieiunio crudelitatem exerceatis in proximum, ita vt clamor oppreſſorum in excelſo, ideſt vſque ad cœlum & per vniuerſum orbem exaudiatur. uel nolite ieiunare
D
ſicut vſque ad hanc diem; ita ut in excelſo audiatur clamor veſter, hoc eſt, vt ab omnibus audiatur, & cognoſcatur iſtud quod facitis opus, quemadmodũ faciunt hypocritæ qui exterminant facies ſuas vt appareant hominibus ieiunantes: & quemadmodum illi qui faciunt aliquod opus bonum coram hominibus, vt uideantur ab eis. Datur & tertia expoſitio quæ mihi reuera parũ ſatisfacit videlicet. Nolite ieiunare ſi-
E
cut hucuſq. feciſtis, ſed ita ieiunate, & veſtras preces, ſic effundite, vt in excelſo audiatur clamor veſter, vt ſcilicet in excelſo, ideſt apud Deum, & coram Deo perferantur, & nõ apud homines, & pater cœleſtis, qui videt in abſcondito reddet vobis, & bene. Vt audiatur in excelſo clamor veſter, vt precabatur Dauid dicens Dñe exaudi vocem meã

Quid ſit agendũ cum debitoribus eum non habentibus vnde ſoluant, vi. Aug. Hom. 48. inter Hom. 50.

ieiunans

ieiunans enim debes adire Pontificem nostrum Christum, qui non in terris requirendus est, sed in excelso, & per ipsum debes offerre hostiam Deo, vel sic: *vt audiatur in excelso clamor vester*, idest nolite ieiunare, lites, & contentiones suscitãdo, & subdit. *Nũquid tale est ieiunium quod elegi*, inquit Deus per diẽ; idest tota die affligere hominem animam suam, hoc est, esuriem pati, & animam tuam, hoc est, uitam corporalem in angustia famæ, & siti oppressam detinere? Nunquid contorquere quasi circulum caput tuum, & saccum, & cinerem sternere, *numquid istud uocabis ieiunium? & diem acceptabilem Domino?* Contorquere caput sicut circulum, nil aliud est quam torquere caput vel incuruare, seu demittere, vel complicare, aut in vnam, aut in aliam partem, ac si esset quidam circulus, quod vernacula lingua diceremus andar col collo torto: vel (vt inquit D. Thom.) contorquere caput sicut circulũ est caput suũ vsque ad pedes inclinare, quod nos materna lingua dicimus andare col capo basso, e nõ leuar mài gl'occhi da terra, quemadmodum honestissimi religiosi dum per vicos, & plateas ciuitatis incedunt facere debent. Alii contorquere sicut circulũ caput, exponunt, demittere caput inflexa ceruice, velut iũcũ in curuum molliter flexibile sicut iam dictum est. Et saccum, & cinerem sternere nihil aliud est nisi super nudam humum sternere saccum, & cinerem & super illis cubare: aut toto corpore deturpari: & in sordibus & squallore iacere, queãdmodũ pleriq. viri religiosi, & aliquot etiam uiri insignes pro maceranda carne, & pro concupiscentiis carnis edomandis, aut eneruãdis super quosdã saccos uacuos, aut ad summum paleis oppletos, aut sup nudas tabulas dormire consueuerent. dicit ergo Esaias, *nũquid tale est ieiuniũ quod elegi per diem?* hoc est ab ortu Solis vsque ad occasũ, vel tota die affligere hominẽ animã suam, hoc est inedia, & subtractione cibi, & potus corpus suum affligere, et quemadmodum nonnulli ter in anno quadragesimale ieiunium perfice re, ciliciũ deferre, et rudibus indumẽtis corpus contegere, aut contorquere caput suum, velut circulum, & saccum, et cinerem sternere; *Nunquid tu quis istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino?* poteftis ne vos credere & imaginari istud genus ieiunii approbari a Domino & fore illi acceptabile? minime quidem gentium, imo si minimum quid sapitis nunquam istud approbet. Vbi nota. in his verbis quatuor conditiones, quibus ieiunium reprobatur, hic manifeste explicari. prima quidem est, ut dum ieiunamus, auram populi, & gloriã omnium auspicemur: deinde affligere corpus, & uitam propriam abstinẽtia cibi & potus. Tertia incedere capite curuato humili, & abiecto. Postremo nimis incommodè, dn:iter & præpostere humi cubare, & est saccum, & cinerem sternere. Non enim quærit Deus afflictionem solam, & humiliationem animæ per iniuriam corporis; At si hæc fiant ad gloriam Dei, & ad corporis macerationem, vt magis reddatur in obsequium spiritus, nequaquam sunt reprehendenda, non primam quidem conditionem, ut scilicet audiatur in excelso clamor noster, quando præceperit Deus ut opera nostra bona appareãt coram hominibus, vt glorificent patrem nostrum, qui in cęlis est: eumq. prætcrea homines exemplo magis quã verbo ad bene agendam pertrahantur affligere etiam corpus, & incuruato capite, & collum submittere, ac per strata uiarum tristis & abiectus incedere, neque etiam est prorsus arguendum, cum Dauid Psal. 37. de se ipso dicat. *Psal. 37.* Miser factus sum, & curuatus sũ vsque in finem tota die contristatus ingrediebar, & afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei: quodque quis sacco vestiatur, & in cinere dormiat nullus merito reprehendar, cum & ipse Dauid de seipso dicat. Psal. 101. cinerem tanquam panẽ man- *Psal. 101.* ducabam, & potum meum, cum fletu miscebam. & Psal. 34. Ego autem cum *Psal. 34.* mihi molesti essent induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animã meam, & Psal. 6. Lauabo (inquit) per singulas *Psal. 6.* noctes lectum meum lacrymis meis stratum

Cõditiones, quibus ieiunium reprobatur.

ſtratum meum rigabo. Quare ſi eiuſmodi ieiunia fiant, & ſummam humiliationem exerceas, iuſtitiæ tamen, & veritatis uiam ſeqnaris, nec te permittas fedis, ac turpibus vitiis inquinari, nec mundi laudem, & gloriam velis aucupari Deo erunt acceptiſsima. Sic tamē vt rationabile ſit obſequium noſtrum vt monet D. Paulus Roma. 12. Proinde ſubdit. *Nonne hoc eſt magis ieiunium quod elegi. Diſſolue colligationes impietatis. Solue faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti ſunt liberos, & omne onus diſrumpe*, frange *eſurienti panem tuum, &c.* Commode quidē, & opportune posteaq̄ dānauit, & reprobauit quo vtebantur Iudęi ieiunium, & quale fortaſsis in veteri lege ſeruari cōſueuerūt (q̄d vtinam in noua lege apud cuiuſq. generis, & cōditionis homines nō multo deterius exerceatur) docet quale genus ieiunij ſit ei gratū, & acceptū, & quo nobis eū propitium reddamus, inquit ergo: hoc eſt ieiunium, q̄d ego magis quam vetus, eligo, & probo *Diſſolue inquit colligationes impietatis:* decebat ſanè ab eo, à quo eſt omnis ſapientia, & via ad quæcunq. ſunt optima veri ieiunii rationē excipere. Colligationes impietatis, quas LXX. Interpretes appellant obligationes violentarum cautionum, ſunt (iuxtà D Hier) quidam contractus, ſeu pactiones, aut mauis impoſitiones, quibus aliqui obligantur certo quodam tempore portionē quandā pecuniarū ipſis principibus, & rectoribus ciuitatum exoluere, quibus aliquando circa neceſsitatem pauperes vehementer præmuntur, quæ quidem pecuniarū impoſitio, quandoq. magna & præcipua eſt cauſa turbarū, & ſeditionum, & frequenter rebellionum in vrbibus, & populis, quas quidē impoſitiones ſeu taxas nos Ethruſci, lingua vulgari, vocamus (balzelli): & de iſtis obligationibus fortaſse loquebatur Dauid, cum dicebat ps 124 Declinātes in obligationes adducet Dominus cum operātibus iniquitatem: aut per colligationes impietatis intellige contractus illicitos, & iniuſtos magnaque impietate refertos, qui fieri ſolent in negociationibus, cenſuum impoſitionibus, & aliis qui-

Text. 3. particula i qua ponuntur instructiones & monitiones bene agendi, et seruendi Deo.

Colligationes impietatis.

Pſal. 124.

A buſdam cōmerciis, quæ in ratione dati, & accepti fieri ſolēt turpis lucri gratia. iubet ergo Deus eiuſmodi colligationes impietatis eſſe diſſoluendas ſi ieiunia noſtra velimus Deo aliqnādo probari: nec profecto diſplicet qnorūdam expoſitio, qui quaſcūq coniurationes, conſpirationes, & conuenticula facta contra Principem, aut contra quemcunq. innoxium interprætātur eiuſmodi colligationes, hæ qnidē ſunt impiiſ-
B ſimę, iniquiſsime, & bonis omnibus vehementer exoſę. Alii per colligationes impietatis intelligunt Pacta q̄dam ſeu conuentiones, quibus aliquem inopem aut minus potentem dolis & fraudibus deuincimus, & obligamus ad aliquid faciendum minus rectum. Per faſciculos deprimentes intelliguntur libelli, ſeu pagellæ, aut apodixe ſimul colligatæ, qnibus deſcribūtur, & notantur debitores, quibus quiſq. tenetur alteri pro ſol-
C uendis pecuniis, aut quibuſcunq. rebus aliis quomōcunq. acceptis. Alij p̄ faſciculos deprimentes intelligunt ipſamet fœnera, ſeu ſeruitia, quæ dum debitores ob inopiam ſoluendo non ſunt, in dies augentur, & ſic miſeri deprimūtur, & adiguntur ad ſummam ęgeſtatem. *Diſſolue igitur (inquit Deus) colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti ſunt liberos*, hoc eſt qui paupertate. & rerū omniū ino-
D pia ſunt fracti, neq qnicquam amplius ex ſe facere poſſunt: dimitte liberos, ne permittas eos mendicare, & oſtiatim petere quo ſibi ipſis ſubueniant: fac vt ipſi ſuis viribus, & operibus manuum poſsint ſibi ipſis victum comparare, ne arctes eos ſub vinculis, & iugo ſeruitutis, cum ſecus fieri non poſsit. Sed vide ne forte fallaris, quia non præcipit Propheta ne vnuſquiſq. exigat quod iuſtè dedit, & iuſtè repetit: ſed vbi ini-
E qua eſt cautio, & vbi pauperes opprimuntur calumnia, atque etiam ubi nulla eſt ſoluendi facultas, ibi faſciculi cautionum, & omnia iniquitatis vincula ſunt rumpenda. Hoc eſt quod dicit. *omne onus diſrumpe*. Sunt qui huiuſmodi obiurgationes non ad eos tantum, qui *in ſuos debitores ſeuiunt*, verum, et contra debitores, qui erga ſuos

Faſciculi deprimētes.

suos creditores sunt nimis ingrati, tenaces, ac duri, propterea quòd vel munusculis quibusdam, uel seruitiis, & quandoq. etiam minis eos afficiant & persequuntur, ne repetant, quod mutuo præstiterunt, aut quandoq. in longum protrahunt mutui restitutionem, et uariis modis suscepti beneficii imme mores, dilacerãt ac deludant eos à quibus beneficium receperunt. et ego memini me legisse apud probatos authores, quod non restituentes dũ facultas adest, et non consentiente, aut conniuente domino, quod mutuo acceperunt, mortaliter peccant. quare sic diuidunt hunc textum. cum dicit Propheta. *Dissolue colligationes impietatis, & fasciculos deprimentes*, monet ipsos creditores, vt erga debitores se mitius habeant: dum verò subdit. *Dimitte eos qui cõfracti sunt liberos, & omne onus disrumpe*, verba facit ad ipsos debitores, monens eos memores fore beneficiorum. et quamprimum datur facultas disrumpant onus, quod habent, & ea obligatione se eximant. constat enim (vt diximus) nõ minus fore culpabiles interdum, debitores erga suos creditores, quàm e cõtra: Sed vtcunq. sit prior expositio quia cõmunior, et forte verior, est admittẽda; et pro comperto habere, Deum nequaquam prohibere iustum debitum posse, ac debere exigi: sed quod iniustum est et extrà tempus, et absque misericordia, nequaquam. Præfata verba ad spiritualem intellectum pleriq. veteres deducunt. dicentes. *Dissolue colligationes impietatis, & fasciculos deprimentes*: hoc est dissolue, disrumpe, dilacera, et in nihilum redige schedulas, fœdus, et Chyrographa quibus te dæmoni obligasti, et ob tua delicta illius te debitorem constituisti, et exime te ex potestate diaboli, et si tu non es soluendo, accipe Chryrographũ illud, et affligas Cruci Domini nostri Iesu Christi, qui pro te omne debitũ exoluet: *dimitte eos qui cõfractis sunt liberos*, qui scilicet perdiderunt rem suam, maximam fecere iacturam in bonis tum corporis, tum animi: fuerũt maximè decoctores suarum facultatum, et nihil habent, quod soluant, aut restituant, et dimittet tibi

A Dominus peccata tua: vel tu Christe Iesu Redemptor, et salus, solue, et cura infirmitates animi, et rumpe insolubilia peccatorum vincula, quæ nos miseri pauperes, et insani fecimus cũ patre peccati ipso diabolo. Sed quia non est satis cauere mala, et ab illis abstinere, nisi etiã studeamus facere bonum, propterea præcipit ipse Deus. d. *Frange esurienti panem tuũ*, non præcipio plures partes afferas pauperi, ne forte causeris te non habere, sed unum panem,

B nec ipsum totum, sed partem illius quã forte comederes nisi tu ieiunares. Nec volo, ut aliis surripias, aut uiolenter seu dolo accipias quod ipsius est, sed tuum, hoc est de tua substantia, et de eo quod habes in arca recondità, vt habes apud Tob. cap. 4. Et cap. 2. Non licet, inquit, nobis aut edere ex furto aliqd aut contingere. sunt enim aliqui inquit Augustinus de Salutaribus documentis c. 31. *Tob. cap. 2. & 4.*

C qui diripientes aliena facere se simulãt elemosinam, et cum alios premunt, alus se misereri fingunt. At si ex proprio labore dederint, gratum et acceptum erit coram *Deo*. Nunquid autem pro danda elemosina liceat aliqũ furari alibi disseruimus. *Et egenos, uagosq. induc in domum tuam*. quod si neque panẽ habes, aut multi sunt esurientes, aut si maiorem vis facere misericordiam, et multo magis promereri,

D huiusmodi pauperes non habẽtes, quo sese recipiant, induc in domum tuam, præbe illis hospitiũ, qua in re nullum damnum patieris. *Cum videris nudum operi eũ*, quod Dominus uoluit innuere cum dixit. Qui habet duas tunicas det alteram non habenti. Luc. 3. Neq. tibi præcipitur vt habens vnam tantum scindas eam et diuidas in plures partes. Postremo subdit. *Et carnem tuam ne despexeris*: caro .n. nostra omnis ho- *Vi. quæ scribit D. Aug. Hom. 18. inter 50. hom. tom. 10.*

E mo est, multo uero magis, qui sunt domestici fidei, et præ cæteris quicumq. fecerit uoluntatem patris nostri, qui in cœlis est. Quæ omnia cum fecerimus hilares, et tuti ante Dei Tribunal poterimus comparere in die iudicii, cum dicet. Esuriui, et dedistis mihi manducare, sitiui, dedistis mihi bibere, nudus fui, & cooperuistis me. Quod si non feceri-

cerimus illi, qui bonorum nostrorum nō indiget, modo fecerimus vni ex minimis seruis eius, illi proculdubio nos fecisse meminerimus. Dicit enim Augustinus Hom. 39. Date omnibus, videlicet egenis & pauperibus, ne enim nō dederitis, ipse sit Christus, cui ue dederitis, ipse sit Christus. Origenes paucissimis verbis ostendit quo pacto ieiunare debemus, quando, & cur, optime quidē. Ieiuna (inquit) ab omni peccato, nullum sumas cibum, nullas capias voluptatis epulas, nullum vinum luxuriæ ebibas, ieiuna à malis actibus, abstine à malis sermonibus, contine te à cogitationibus pessimis. Næ tamen hæc dicimus ut abstinentię Christianę frena laxemus: sunt enim dies quadragesimæ ieiunijs consecrati, sunt & alij dies per hebdomadam quibus ieiunare consueuimus: est præterea libertas Christiano per omne tempus ieiunandi, non obseruantiæ superstitione, sed virtute continentiæ. quo enim pacto castitas incorrupta poterit seruari nisi arctioribus cōtinentię fulta subsidijs? quomodo scientiæ, & sapiētiæ, & sacris literis operam dare, & inuigilare poterunt, nisi per continentiam ventris, & gutturis? quomodo quis seipsū castrat propter regnum cœlorum, nisi ciborum affluentiam resecet, nisi abstinētia victus ministret? hæc itaque Christianis est ieiunandi ratio. D. etiam Augu. ser. 172. pulcherrima dicit de ieiunio, qđ nobis in noua lege præcipitur, vt sit distinctū ab ieiunio ueteris legis, de quo habuimus in hoc loco. *Nunquid tale est ieiunium quod elegi? Per diem affligere hominem aiam suam?* ne ergo ieiunia nostra vt ieiunia Iudæorum à Domino respuantur, à peccatis principaliter nobis est ieiunādum. Dicit enim ibi Ieiunia Christianorum spiritualiter potius quàm carnaliter obseruanda sunt. Tādem dicit B. Aug. cum ad ieiunandum accedimus, nō immanium delictorum frequens reatus impellat, non denique adipiscendæ gloriæ tēporalis, vt & docuit Christus Matth. 6. & hic, vel cumulandi patrimonij cupiditas accēdat, sed semp religionis affectus & deuota sinceritas ad id nos vrgeat, & impellat,

A quam cum fuerint comitata plenę pietatis officia, quantum ille ualebit, tantum ille pficiet. Multa hic possent colligi de modo, & ratione ieiunandi, & de eius virtute ac efficacia, sed hæc dicta sufficiant. *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur,* & quæ sequuntur, vsq. ad illam partem. *Si auerteris à Sabbatho pedem tuum,* &c. In toto hoc contextu verborū recenset Propheta fructus, & beneficia B quæ sūt habituri, qui ieiunauerint iuxtà eum modum mox prætaxatum, hoc est pietate, & charitate vnà cū ieiunio vsi fuerint in proximum, & fratrem suum: diximus enim per proximum primo intelligendum esse quemcunq hominem, & eum præsertim, qui indiget opera nostra, iuxtà doctrinam Saluatoris apud Lucā c. 10. Deinde volumus intelligi per proximum, qui sunt domestici fidei quibus etiam addēdos es- C se non veremur, qui sunt eiusdem seminis, vel cognationis cuiusmodi sunt affines, & cōsanguinei quibus cęteris paribus magis quàm alijs prouidendum esse putamus iuxta illud prima Thi. 5. Qui suorum curam non habet cet. & Amb. primo de offi. allegatus à D. Th. 2. 2. q. 32. art. 9. Et Aug. Serm. 172. Postremo quicunq. corde puro, conscientia bona, & fide non ficta fuerit secutus Dominum, & fecerit eius voluntatem, D iuxtà illud Saluatoris. Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis est hic meus. frater, & soror, & mater est. *Inquit ergo. Tunc* idest quando quis fecerit quę supra diximus, *erūpet quasi mane lumen tuum,* idest virtus tua, & bonitas tua cito, & quasi ex improuiso apparebit, & vbi prius erás totus tenebricosus anceps et incompositus lucidus, & fulgēs apparebis: quasi Sol qui diluculo oritur, & splendescit. Dabitur (inquit E Cyrillus) tibi lumen à Deo nō leuiter ac remisse. sed erumpet instar fulgoris cuiusdam cum impetu, ac cæleri motu immissi a Deo: & hæc oratio (inquit ille) habet quandam emphasim, *Et sanitas tua citius orietur;* Hoc est secundum beneficium: sanitas (inquam) idest purgatio, & liberatio ab omnibus malis quæ sauciant animam, & facile perdūt, citius

Text. 4 & 4. pars præsentis c. in qua explicātur beneficia qua largitur Deus facientibus eleemosinā & cętera q̄ mox fuerūt expressa.

citius orietur quam, vnquam sperauerimus. Et quoniam peccata vulnerant animam (vt dixi) & frequenter occidunt, dum scilicet illis plenè acquiescimus, idcirco alius textus quem ex Aquila refert D. Hier. mihi summopere placet. dum inquit. Et cicatrix uulneris tui cito obducetur · relinquũt enim vulnera peccatorũ cicatrices in anima. De quibus loquebatur Dauid dicens Psal. 37. Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meę a facie insipientiæ meę. Pollicetur ergo Deus cum fecerimus quæ monuit, non solum vulnera, verum cicatrices, & quicquid reliquũ erit ex priori plaga prorsus abstergere, & abolere. Tertium beneficium. subiungit cum inquit. *Et anteibit faciem tuam, iustitia tua*, idest nihil efficies, quin appareat iustum, & bonum : aut nihil efficies, quod non præparet, & accomodet, aut facilem reddat uiam ad pietatem. & ad alias virtutes; Peruia reddens quę prius erant, aspera, & dura, & quod pręruptum est tollens, & cursum ad quæcunq. optima sunt, modo quodam pręmonstrans et patefaciens. Postea sequitur. *Et gloria. Domini colliget te*: colliget (inquam) in sui protectione suscipiet, neq. ut quicquam declines a recto patietur. iuxtà illud Psal. 30. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij vt saluum me facias. Alius textus habet. Gloria Domini circundabit te, circundabit (inquam) tanquã vestis pulcherrima, & illustrabit te; vt glorificeris apud Deum, & homines. Velut gloria Domini operuit Moysen, quãdo Iudæi voluere ipsum lapidibus obruere, de huiusmodi hominibus, quos Domini gloria colligit, & circundat, loquitur Dauid ps. 30. Abscondes eos in abscõdito faciei tuæ a conturbatione hominum; proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum. Aliud beneficium quàm maximè exoptandũ, & perquirendum, quod scilicet quandocunq. inuocauerimus Dñum quamprimum simus exauditi · quemadmodum etiam contulit ipse Deus ipsi Dauid dicens. In quacunq. tribulatione inuocasti me, liberaui te, exaudiui te in abscondito tẽpestatis, probaui te apud aquam contradictionis, hoc est quod dicit Esaias. *Tunc* idest quando feceris, quæ præcepta sunt tibi : tunc inquam *inuocabis*, interpellabis *Dominum, & Dominus exaudiet. Clamabis, & dicet Deus. Ecce adsum*, q.d. Præsto sum, respõdebit quidem non uoce, sed opere, nõ verbis, sed beneficiis ad quod in leproso illo apud Matth. c 8. facile est videre qui cum dixisset Saluatori si vis potes me mundare, confestim respondit. Volo. Mundare. & statim mũdatus est propterea rogabat Dauid Deum, dicens. Inclina aurem tuam, accelera vt eruas me. D. Cyrillus hoc loco dicit. Deum velut optimum patrem frequenter annuere petẽtibus, non quidem omnibus, sed solum his, qui in iustitia, & sanctitate præcedunt. Vnde per ea verba, quæ dicit. Deus per Prophetam, *Ecce adsum*. indicatur summa Dei munificentia, benignitas, & promptitudo erga nos innandos, qui nondum completa, & absoluta præcatione, se nobis præsentem demostrat, vt exaudiat : & rursus eadem quæ supra aliqua ex parte repetens, proponit nobis opera quædam salutaria, quæ si fecerimus, multa bona consequemur, usque adeo nostra salus est sibi cordi. & hæc sunt. *Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animã afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua.* Multa nobis proponit ipse Propheta, quæ sunt præcipua documenta, adiecta his, quæ supra dicta sunt. Primum est auferre de medio nostri catenam · Alterum non extendere digitum. Postremum non loqui quod non prodest. Horum autem præceptorum, seu consiliorum hęc est sufficiens ratio, ut quemadmodum tribus modis, & actionibus hominem offendimus, sic tria præcipuè sunt nobis cauenda. Offendimus autẽ proximum mente, & cogitatione, dum scilicet animo concipimus, & uersamur qua uia eundem lędere possimus, cum multa aduersus eum molimur, & cogitamus. Deinde cum uerbo, & lingua ei detrahimus. Postremo cum minis, & terroribus eundem affligere, & infestare, ac sua

Marginalia: A, B, C, D, E (section letters); Psal. 30.; Matth. 8 c.; Psal. 30.; Tria documenta nobis à Deo proposita.

sua rapere curamus. Propterea d. tex. *si abstuleris de medio tui catenã*, i. si de corde tuo, de intimis penetralibus aĩi tui abstuleris catenã, qua tua aĩa est colligata, & detenta, vt nihil aliud cogites nihil aliud mẽte uerseris, nisi rõnes & uias, quibus proximum offendas: uel si abstuleris de medio tui, idest de domo tua, de iuribus tuis, ac cunctis negocijs tuis catenam, idest uinculum peccati, quo tu detineris, uel alios opprimis, ut pauperes, inopes, pupillos, & uiduas: uel si abstuleris de medio tui catenã, idest consortium, & societatem malorũ hominum. Postremo si abstuleris de medio tui, idest ex animo tuo procul abieceris multitudinem peccatorum, multitudinem desideriorum, quæ militant aduersus animam: *& si desieris digitum tuum extendere*, idest uires, & potẽtiam adhibere ad opprimẽdum proximum tuum, & ad explendas cupiditates tuas. *& loqui quod non prodest*, detrahendo videlicet, & murmurando, & aliorum uitam, & famam subsanando iuxtà illud Prophetæ. Detrahentem secretò proximo suo hunc persequebar; neque fueris ex eorum cœtu, qui prauo corde machinantur ad malum, & omni tempore iurgia seminant. Si inquam hęc feceris, & alia, quæ nunc subiiciam, *orietur lux, &c.* Hæc eadem ferè uerba habemus a Ieremia 4. c. eũ inquit. Si abstuleris offendicula tua, a facie mea idest a corde tuo, quod potest appellari facies Dei, non commoueberis. His positis sequitur textus, & alia subdit, q̃ nos facere oportet, modò uelimus, quæ nobis promittuntur præmia consequi. Et ablata cordis catena, & compositis exteriorum membrorum motibus, toti uacemus uirtutibus, & bonis operibus, quas uirtutes, & opera nunc explicat dicens. *Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua & tenebræ tuæ erũt sicut meridies.* Super his uerbis notare conuenit id, quod dicit B. Aug. quòd uidelicet nõ est satis abstinere a peccatis, nisi etiam bona facere studeamus, ut iam dictum est. Cum itaque posteaquam abstulisti catenam de medio tui, effuderis esurienti animã

Psal. 100.

Hieremi. 4.

Aliud Documentum.

A tuam, idest te totum illi dederis quoadusque subleuetur, & liberetur ab inopia, et spontè, ac hilariter, et ex animo fueris illi suffragatus, et animam afflictam repleueris, idest bonis omnibus ita repleueris, ut nõ amplius indigeat, sed omnia eius vitæ necessaria subministraueris, orietur in tenebris lux tua. Per ea uerba innuit a, Propheta, quod habetur Tobiæ 4. ut scilicet si multum tibi fuerit, abundanter tribuas, ut sup- Thob. 4.
B pleas pauperis indigentiam, sed nõ ita ut ex datis ille superabundet, et tu inopiam patiaris. Pro qua re, uide D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 10. *Orietur in tenebris lux tua*, idest cum esses alienus a Deo, et peccatorũ tenebris obuolutus, et nonnisi mala, et supplicia æterna, pariter, et temporalia tibi imminerent, orietur lux tua, idest refulget, et apparebit bonitas tua, et tenebræ tuæ erunt sicut meridies, iuxta illud Psalmi. edu- Psal. 36.
C cet quasi lumen iustitiam tuam, et iudicium tuum, tanquam meridiem. Vt uerum sit, et firmiter credendum quod ait idem Propheta Psal 40. Beatus uir, Psal. 40. qui intelligit super ęgenum, et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus id quod paullò ante adduximus. et Saluator noster. Beati misericordes, Matth. 5. q̃m ipsi misericordiam consequentur.

Sed uideamus, quę sint istæ tenebræ, quæ aliquando erunt meridies, sic eñi
D dicit text. *Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.* Tenebrę Tenebræ multiplices. quid ẽ sunt multiplices, mysticè loquẽdo. Homo namquè dicitur esse in tenebris, et uersari in illis, quando uidelicet est obscuri nominis, aut propter infamiam, aut propter ignobilitatem: hi quidem possunt aliquando, si uelint, de tenebris in lucem prodire, et fieri sicut meridies; sed omissa hac significatione huius nominis, dicimus, tenebras
E magis ꝓpriè sumi aliquando pro ignorantia intellectus, de quibus tenebris loquebatur Christus cum dicebat Qui ambulat in tenebris, nescit quo uadat, et Psal. 81 Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Sunt etiam tenebræ, et hoc longe magis propriè, quãdo quis est inuolutus, et immersus uariis peccatorum generibus,

ribus, tenebrę (inquam) sunt ipsa peccata, & cum quis peccatis detinetur, & opprimitur dicitur versari in tenebris, & ibi delitescere: de quibus tenebris loquebatur Apostolus dicẽs ad gentes. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: Sic etiam Lucæ primo dicitur. Visitauit nos oriens ex alto, illuminare his, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent, & innumera sunt loca in sacris literis, vbi nomine tenebra rum designantur peccata, & ea quidem grauia. Tertiò sumitur hoc nomen tenebra, ad designandum tribulationes, angustias, & afflictiones, quas patimur in hoc mundo; quod verè quidem, qui eiusmodi patiuntur, ac tolerant dicuntur in tenebris versari, & in tenebris detineri. Isti omnes, qui uersantur in tenebris, aut ignorantiæ, aut peccatorum caligine, aut etiam varijs tribulationibus anguntur, si abstulerint de medio sui catenam, & esurienti animam suam effuderint, & animam afflictam repleuerint, orietur in his tenebris subitò, & repentè lux, idest gratia Dei, illuminatio, & præsidium ipsius Dei, & tenebrę illę erunt sicut meridies, vt vnusquisq. horum dicere possit cum Propheta for sitan tenebræ conculcabũt me, & nox, illuminatio mea in deliciis meis. Sic itaque intelligenda sunt eiusmodi verba Prophetæ. Nec mireris hæc eadem superius dicta nunc repeti; quoniam (vt dicit D. Cyril.) præcepta, & documenta valdè salutaria, si sæpe repetantur, non modicam afferunt vtilitatem: sic D. Paulus dicebat iis, qui crediderunt. Eadem scribere vobis, mihi quidem non molestum, vobis autẽ tutum, & D. Aug. sit repetitio, ne subrepat obliuio. Sequitur aliud præmium cum inquit. *Et requiem dabit tibi Dominus semper*; quod quidem beneficium est præter alia optatissimum, & primũ. Quid enim potest homini iucundius accidere, quàm perpetua requie in hoc, & in futuro sæculo frui? in hoc quidem secu lo initiatiuè, & modo quodã imperfectò, in futuro verò cõpletiuè, & modis, omnibus absolutè. Neque tamen potest aliunde hoc nobis beneficium contingere, nisi studeamus habere nobiscũ

Psal. 188.

Phil. 3.

Philip. 3.

A Deum, vt ritè, & rectè admodum dicebat. D. Aug. Ibi sit mens, & hic erit requies. & alibi: Inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Si tecum enim fuerit Deus, nihil tibi deerit, bona omnia abundanter suppeditabit, tẽtationum impetus depellet, teque vsque adeo fortem reddet, vt cunctis mundi carnis, & Sathanæ valeas resistere impugnationibus: Proinde conuenienter sequitur *Et implebit splẽdoribus animam* B *tuam*. Sed (quæso) qui sunt isti splendores, quibus tam largiter, & copiose pollicetur, Deus implere animam nostram? Hi profectò sunt dona Spiritus sancti, virtutes, & gratiæ, quibus re-uera homo decoratur, & splẽdet in hoc mundo, & post hanc vitam fruitur visio ne diuinæ maiestatis: isti sunt splendores, & radij, quibus homo super alias creaturas illustratur. quibus splendoribus fuit etiam Christus (inquãtum ho- C mo) à patre decoratus, iuxtà illud Psal. 109. In splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te. Præter hæc: *ossa tua liberabit*; mox dixit se impleturum animam splendoribus, nunc dicit, & ossa tua liberabit, idest corpora à sempiterna corruptione, & omnimoda abolitione libera, & secura reddet; id quod futurum est in generali resurrectione mortuorum: si ossa hoc loco p. corporib⁹ recipiamus, vt ibi in ps. 140. D Dissipata sunt ossa nostra secus infernum, idest in ea vitæ discrimina incidimus, vt penè mortem obierimus. Accipiuntur etiam quandoq. ossa pro viribus ac potentiis animæ, vt eo in loco, omnia ossa mea dicent. Domine quis similis tibi: quandoq. verò pro singulis corporis membris, vt ibi ps. 33. Dominus custodit omnia ossa eorum vnum ex his non conteretur: quo pacto fortassis hoc loco accipitur dũ in- E quit. *Et ossa tua liberabit*, idest curabit, & efficiet ne vnum quidem tui corporis membrum labefiat, aut quicquam detrimenti patiatur; sed melius meo quidem iudicio est, vt hic ossa capiantur pro viribus animæ, quæ vt dicit textus LXX. Interpretum pinguescent, idest recipient pinguedinem, quia scilicet vires animæ implebuntur virtutibus, &

Splendores aiæ nostrę.

Libertatio ossium.

Psal. 140.

& gratiæ Spiritusſancti, & vberrima Dei cognitione, quæ prius ob penuriã ſpiritualis cibi erant extenuatæ,& macilentæ. Dicit poſtmodum. *Et eris quasi hortus irriguus,et ſicut fons aquarum cuius non deficiunt aquæ.* Anima quidem quæ eſt repleta cœleſtibus donis, vt ſapientia, ſcientia, ac intellectu miſteriorum Dei,& quæ maxima feruet charitate in Deum, & proximum, vbique redondat, omnibus ſuam bonitatem communicat, nulla ſui parte deficcatur, nullo vnq̃ tempore defatigatur,ac deſiſtit alios irrigare,& participes reddere cognitionis Dei,ſemper floret,pullulat ſemper, ac germinat,ſemper eſt in viridi obſeruãtia mandatorum Dei, & multiplices fructus edit, eſtque fons aquarum ideſt gratiarum abundantiſsimus pariter, & ſempiternus, nunq̃ deficiens: dicebat enim Saluator. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et alibi. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ,ſalientis,in vitam æternam. Propterea non immerito quidam non minus verè quam eleganter dixit quod conferre beneficium in pauperem, eſt proiicere ſemen in terram pinguiſsimam propitio cœlo ſaluberrimos fructus producentem; nec ſatis fuit ipſi Prophetæ tot mercedes, ac præmia retuliſſe, ac enumeraſſe, quæ confert omnipotens,& miſericors Deus iis qui miſericordiam exercent, in pauperes, ſed & alia quædam non minus extimanda, & vehementer appetenda recenſet. Quæ ſunt hæc. *Et ædificabuntur in te deſerta ſaculorum. Fundamenta generationis, & generationis ſuſcitabis, &c.* Propheta in his verbis prædicit aliud inſigne beneficium quod ſunt accepturi qui miſericordes fuerint in pauperes, dicens. *Et ædificabuntur in te deſerta ſeculorum & fundamenta generationis,& generationis ſuſcitabis.* Quę verba accepere Iudæi dicta de reſtauratione ciuitatis Ieruſalem, & vniuerſæ Iudææ quod dici non poteſt, quoniam manifeſtum eſt Vrbes Iudeę nequaquam fuiſſe inſtauratas; cum non ſatis diu poſt reditũ ex Babilonia fuerint omnes dirutę à Romanis. Qui-

Deſerta ſæculorum.

A dam alii referũt hæc verba ad animas, quæ cum olim fuerint orbatæ cœleſti gratia, & omni auxilio ſuperno penitus deſtitutæ, quandoq. inſtaurabuntur, & diſciplina cœleſti reficientur, & cœleſtibus dogmatis, & Chriſto tanq; muro ſepientur, & munientur. & hoc modo deſerta ſæculorum, ideſt animi potẽtiæ propter peccatum ſolitudines effectæ in meliorem formam redigentur;quam expoſitionem quamquã non B improbemus, proſequendo tamen, & continuando præſentia cum præcedentibus dicimus.hic prophetam demonſtrare q̃ Deus multiplicabit ſobolẽ, & poſteritatem eorum, qui miſericordes extiterint, vt ciuitates, & oppida quæ per longa tempora fuerunt deſerta, & incolis deſtituta, ædificabuntur, & in perpetuum conſtructa, & reſarcita remanebunt: & præter id,quæ ob penuriam habitantium vſque ad ima fun- C damenta corruerunt, tu Domine pius, & miſericors ſuſcitabis fundamẽta generationis, & generationis,quæ per tot ſæcula proſtrata remanſerunt. Aut ſic dicas. Aedificabuntur in te deſerta ſæculorum, ideſt tam magnus,& grandis erit fructus pietatis, & miſericordiæ q̃ per eos, qui eã exercebunt in pauperes, & egenos ædificabuntur multæ eccleſiæ,& ſacrę domus, quę per multa ſęcula fuerũt diſertę ac deſtitutę omni cul- D tu Dei, & tu qui facis miſericordiam in pauperes,& inopes,ut Dei ſeruus, & miniſter,ſuſcitabis fundamẽta generationis,& generationis.i.fidem, & reliquas virtutes,quę ſunt fundamenta generationis, & multiplicationis fidelium in ſempiternum permanſurę: vel tu clementiſsime Deus ſuſcitabis fundamẽta perpetuo duraturũ,i Xp̃um,& Apoſtolos, q erunt fundamenta generationis,& generationis. i.nationis Iudaicæ, E & Gentilitatis. *Et vocaberis ædificator ſepium auertens ſemitas in quietem,* hoc eſt tu, q̃ miſam exerces *vocaberis* ædificator ſepium,i. Eccleſiã viatorũ, vel ẽt aĩam propugnaculis,& cuſtodibus p̃munies, ne à beſtiis deuaſtetur; hoc eſt à dęmonibus,& à veritatis impugnatoribus D. Aug. Benedictus & Franc. fuere fundatores ſępium.i.diuerſorũ ordinum qui

L ſunt

sunt velut sepes ad custodiendam animam. Alius text. habet auertens semitas iniquitatum, idest remouens prohibens, idest errores, & hæreses. *Auertens semitas in quietem*. idest dabis opera tu Domine clemens, & misericors, ne semper laboremus, neque semper fatigemur in via, sed aliqñ tandē quiescamus præsertim cum resurgemus in ęternam requiem, & vtraque particula nunc exposita videlicet vocaberis ædificator sępium, auertēs semitas in quietem referri possunt ad Deum, vel ad ipsum hominem misericordia, & pietate ornatum, qui quidem Dei functus officio pariter & auxilio, vocabitur ædificator sæpium, & auertens semitas in quietem. Tandè pollicetur Deus largientibus elemosinas omnia bonorum genera tam spiritualia quàm temporalia, tam interna, quàm externa, vt colligit Diuus Tho Non contentus Propheta hisce promissionibus adhibitis, modo quæ sunt præcepta fecerimus, alias affert, & ponit in medium, & hæc sunt. *Si auerteris à Sabbatho pedem tuum facere voluntatē tuā in die sancto meo, etc.* vsque in finem, idest si diem Sabbathi soli Deo dicatum, & consecratum, qui vocatur Sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum custodieris, & glorificaueris, & nullum opus seruile in eo feceris, neque cogitatione, verbo, vel opere Deum, aut proximum offenderis, neque etiam iuxtà uoluntatem tuam deambulaueris, tria consequeris beneficia, & ea quidem maxima, & inquit. *Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudinem terræ; & postremo cibabo te hæreditate Iacob Patris tui*. Sed vide ne fallaris: qñquidem per diem sabbathi non intelligit illum solum diem, qui postremus est totius hebdomadæ, quia tunc sequeretur præter illum diem nobis licere quicquid libuerit operari; sed intelligendus est quicunq. dies, in quo necessum est bene operari: in āq. sabbathū de quo hic loquiť propheta significat dies, & tpa, quibus Xpus regnat in nobis qđ quidem sabbathum dicitur sanctū delicatum, & gloriosum, i. procul ab omni cupiditate, lasciuia, & inani gloria, sub

A cuius dominatu cessare oportet, & quiescere à peccatis oībus, & carnis cupiditatibus obsistere; neq. vnq̄ illis obtemperare: oportet etiam cauere, ne loquamur sermonē. Non quidem est sensus, ne vnq̄ loquamur, sed ne loquamur qđ malū est, sm qđ. d. Propheta ps. Prohibe linguā tuam a malo, & labia tua ne loquanť dolū. & alibi. dixi custodiā vias meas, vt non delinquā in lingua mea. Neq. delectemur sermonib⁹, & verbis *Sup hoc tex. vide luculētam expōnē D. Hieron.*
B leuibus, ociosis, & iocosis, & inutilibus Quòd si hęc feceris, *delectaberis sup dño*, hoc est hēbis oēm voluptatem, ac delectationem. iuxtà illud ps. Memor fui Dei, & delectatus sum & alibi. Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui; & rursū. Cor meū. & caro mea, exultauerūt in Deū viuū. *Deinde sustollet te, & eleuabit te super altitudinē terræ*, non quidē super montes Iudęę, neque sicut exaltauit Moysen, quē. d. Deus, ego cōstitui super excelsam terram; sed sup al *Psal. 33.* *Psal. 38.* *Psal. 76.* *Psal. 36.* *Psal. 83.*
C titudinē terræ, i. sup terrā excedentem quāeunq. aliam altitudinem. i. sup cœlos cœlorū. Vnde Greg. lib. 31. mor. c. 34. d. Ille sup altitudinem terrę sustollitur, qui nullā pſentis vitæ gloriā esse depræhendit, & ille iure dicitur sustolli, qa non p se, sed ab alio, hoc est à Deo dř sustolli, & subtrahi. Hæc igitur tria consequuntur pręmia custodiētes sabbathum, videlicet, delectationē, exalta
D tionem, & paternā hęreditatem ipsius Iacob, hoc est, ipsius Dei, cuius filij dicūtur quieūq. supplantant uitia, & peccata, vt ait D. Hieron. Postremo *cibabo te hæreditate patris tui Iacob*, cuius hæreditas fuit possessio regni cœlestis promissa cunctis hęredibus, & sectatoribus eius. cibabit nos, qa saturabimur & satiabimur, cū fruemur gloria Dei. iuxta illud ps. satiabor cum apparuerit gloria tua. Et ne putemus hæc falsa, & cōmē
E titia fore quę nobis promittuntur concludit in. fine Propheta. Os Domini locutum est quod nec fallere, nec falli, nec mentiri vnquam potest.

Itē. *Per deserta sæculorum*, ego facilè intelligerē nationes, & Synagogas Iudæorum venient nationes infidelium, quę dubio procul in prioribus sęculis cum nō hērent legem, neq. prophetas, *Deserta sæculorum.*

de-

desertę poterāt nūcupari:quēadmodū & Israelitæ per lōgum tempus deserti poterant appellari, tum qa desciuerant a uero cultu Dei, tum quia carebant vera legis intelligentia, & destituti erant Dei gratia, & donis Spiritussācti. dicit ergo Propheta, q̄ in his & p eos tamq̄ p instrumenta, qui fuerint misericordes, et pii erga paupes, ædificabuntur, erigētur, et cōstruent̄ Ecclesiæ, apparebit uerus cultus, & vera Dei religio, & diuinę legis pura, & sincera interptatio: Tu itē suscitabis fundamenta generationis; et generationis.i. fundamēta ædificii, hoc est domus Dei, quæ pmanebunt in gñationem & gñationem, quę quidem fundamenta sunt Xpūs & Apostoli, & Doctores Ecclesię: vel fundamēta gñationis, & generationis i. fuudamēta super quę cōstruet̄ Ecclesia collecta ex gñatione, et gñatione .i. populo Iudæo, & Gentili: Tu item uocaberis ædificator sepium idest construes muros, & repagula, ne Deus exerat iram suam aduer-

A sus transgressores: quemadmodū Moyses tāquam murū se opposuit ipsi Deo, ne percuteret populū: uel Christus in te, hoc est tua opera, & ministerio vocabitur ædificator sepium, i. apponet custodiam Angelorum, dogmata, præcepta, et consilia, et Spiritussancti pręsidia, ne diabolus ingrediatur vineam, i. ecclesiam, uel animam nostram, et dissipet eam. Auertens velconuertens semitas quę sunt vię difficiles; et angu-
B stę in quietem, hoc est ut quiete, & pacificè degas in hoc sęculo, et postmodum absq. vllo impedimento requiem sanctorum possis aliqñ possidere: uel auertens semitas in quietē. i. faciens, & disponens ut omnis labor, & difficultas quam patimur in hoc sęculo conuertatur in quietem. aut demittens et placās iram Dei, ne nos puniat, ut mœremur. hæc mihi expositio satis arridet, sumat quisq. quam velit expōnem, quamuis
C non sit multa differentia inter vtramq. & hæc pauca sufficiant circa cap. 58.

CAPVT LIX.

ECcè non est abbreuiata manus Domini, vt saluare
nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non 1.
exaudiat: sed iniquitates vestræ diuiserunt in-
ter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra ab-
sconderunt faciem eius à, vobis, ne exaudiret.
Manus *vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate:* 2.
labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniqui-
tatem fatur. Non est, qui inuocet iustitiam, neque est, qui iudi-
cet verè, sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates, conce-
perunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aspidum rupe-
runt, et telas araneæ texuerunt, qui comederit de ouis eorum mo-
rietur, & quod confotū est erumpet in Regulum. Telæ eorum non
erunt in vestimentum, neq̄ue operientur operibus suis: opera eo-
rum, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pe-
des eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sangui-
nem innocentem: cogitationes eorum, cogitationes inutiles, va-
stitas, & contritio in vijs eorum. Viam pacis nescierunt, & non

eſt iudicium in greſsibus eorum. Semitæ eorum incuruatæ ſunt eis, omnis, qui calcat in eis ignorat pacem. Propter hoc *elongatum eſt iudicium à, nobis, & non apprahendet nos iuſtitia, expectauimus lucem, & ecce tenebræ. Splendorem, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus: impegimus meridie, quaſi in tenebris, in caliginoſis, quaſi mortui: Rugiemus, quaſi vrſi omnes, & quaſi Columba meditantes gememus. expectauimus iudicium, & non eſt, ſalutem, & elongata eſt a, nobis. Multiplicatæ ſunt enim iniquitates noſtræ coram te, & peccata noſtra reſponderunt nobis, quia ſcelera noſtra nobiſcum, & iniquitates noſtras cognouimus, peccare, & mentiri contra dominum: & auerſi ſumus, ne iremus poſt tergum Dei noſtri, vt loqueremur calumniam, & transgreſsionem: concepimus, & locuti ſumus de corde verba mendacij. Et conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longè ſtetit, quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta eſt veritas in obliuionem, & qui receſsit a, malo*

3. *prędæ patuit.*

Et vidit dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non eſt iudicium, & vidit quia non eſt vir, & aporiatus eſt, quia non eſt, qui occurrat, & ſaluauit ſibi brachium ſuum, & iuſtitia eius ipſa confirmauit eum. Indutus eſt iuſtitia, vt lorica, & galea ſalutis in capite eius. Indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus eſt quaſi pallio zeli. Sicut ad uindictam, quaſi ad retributionem

4. *indignationis hoſtibus ſuis, & viciſsitudinem inimicis ſuis, Inſulis vicem reddet. Et timebunt, qui ab Occidente nomen Domini, & qui ab ortu ſolis gloriam eius, cum venerit quaſi fluuius violentus, quem ſpiritus Domini cogit. Et veneris* Syon *re-*

5. *demptor, & eis, qui redeunt ab iniquitate in Iacob dicit Dominus. Hoc fœdus meum cum eis, dicit dominus. Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis tui, dicit Dominus, amodo & vſque in ſempiternum.*

EXPLA-

EXPLANATIO IN QVINQVAGESIMVM NONVM CAP. ESAIAE PROPHETAE.

Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à, vobis, ne exaudiret &c.

Diuisio & partitio totius capituli.

MVLTA quidem, et eximia in hoc eapite continentur mysteria, et summopere contemplanda, et expendeda, sed præcipuè quatuor, aut quinq. summatim visum est nobis colligere. In prima quidē parte ꝓpheta nobis demōstrat. & quasi digito ostendit Dei potentiā, virtutem, & clementiam. nulla ex parte fore diminutam, sed illam eandem saluam esse, & integram, quę fuit ab æterno, & semper erit. Sed quod populus Iudęorū nō fuerit particeps bonitatis, & elementię Dei, ipsimet fuere in cā, quia nōluerūt aspicere dn̄um deum, & auertere faciē ab iniquitatibus suis. & hoc est primū, quod ostendit Esaias iu his verbis. *Ecce nō est abbreuiata manus Domini, &c.* Deinde Propheta recenset q̄ eorum peccata diuiserunt inter ipsos, et Deum. Tertio loco in persona eiusdem populi fatetur eorū transgressiones, enormitates, et pręcipua eorumdem scelera ac delicta pariter, & miserias, quas inde ptulerūt. Quarto loco (si bene sum memor) ostēdit iustitiam, & seueritatē Dei, aduersus delinquentes, & indomitos. Vltimo loco ostendit Esaias diuinę miserationis, & elemētię magnitudinē erga eos, qui redierint ab iniquitate in Iacob, & explicat fœdus ęternum, quod Dominus cum eis inibit. Dicit ergo primum.

Tex. 1. *Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat.* Certè mirum est, cur fuerit vsus Esaias hoc aduerbio ecce, quid quęso demōstrat cum dicit,

A ecce? existimo se nihil aliud voluisse innuere nisi eandem tunc Deum habere potentiam, quam semp, & ab ęterno habuisse manifestum est, sicut etiam c. 50. huius operis dixisse constat. Nunquid abbreuiata, & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere? aut non est in me virrus ad liberandū? sed peccata uestra diuiserunt inter uos, & Deum vestrum. Iuxta opinionem quotundam dixit hæc uerba nunc Esaias, vt ostēderet Deum omnino facturum quod fuit B pollicitus cap. præcedenti, cum inquit, Sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate patris tui Iacob. Sed re vera non videtur posse hæc expositio conuenire cum verbis in hoc eodem textu immediatè sequentibus, cum inquit. *Nō est abbreuiata manus Domini, neque auris eius: aggrauata, vt non exaudiat*, sed iniquitates vestrę fuerunt in caussa, quo minus vos audiret, quia C scilicet nos uobis ipsis posuistis obicē diuus. Hieronymus asserit hoc loco Deum per Prophetam quærelis, & excusationibus Iudęorum, quas aduersus Deū effutibāt, facere satis, & eos reprimere. Et Euseb. Cęsariensis asserit prophetam hoc loco redarguere impietatem, & acerbitatem iniuriarum, quas afferebant Iudæi aduersus Deum, & repellit, ac abiicit eorum religionem, & præposteram sanctitatem. Postremò verò D vocationem omnium gentium. Non est ergo abbreuiata manus Domini, quin saluare ualeat, sed iniquitates uestræ, peccata, & scelera nestra, diuiserūt inter uos. & Deum uestrum, Deum (inquam) illum, quem uobis pe-

D. Hieronymus.

Eusebius.

culiarem esse prædicatis, & gloriamini. Peccata vestra fuere velui murus æneus positus, & erectus inter uos, & Deum, ita ut Deus nec uidere uos, nec andire ualeat praeces vestras. Non sunt aures eius obtusæ, ant modo quodam impeditę ne uos audiant. sed (ut diximus) uos estis in caussa. Christus autem Rex, & Saluator noster destruxit hunc murum, seù parietem, qui interpositus fuit inter nos, & ipsum, & substulit hanc maceriem, soluens & diruens, ac procul eijciens inimicitiam, quæ erat inter nos, & ipsum, quo pactò sumus ei reconciliati. Dicit enim Augustinus

Aug. super Ioan. tract. 41.

super Ioannem tract. quadragesimo primo. Non possumus reconciliari cum Deo, & vniri ei, nisi ablato, quod in medio est, & posito, quod in medio fit: est enim medium separans, & è contra est mediator reconcilians; medium separans est peccatum, mediator reconcilians, est Christus Iesus. Vt ergo tollatur maceria separans, quod est peccatum, venit ille mediator, quæ prius separata, & ab inuicem maximè disiunctæ erant, coniungens, & reconcilians, & peccata nostra absconderunt faciem eius, ne exaudiat nos Deus, quandoquidem non est speciosa *laus* in ore peccatoris. Prædixit etiam Deus per Moisen Deuteronomio 32. Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum. Propterea

Deut. 32.

Psalm. 43.

Dauid Psal. 43. percunctatur, & dolet dicens. Quare faciem tuā auertis? obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? At huic quærimoniæ satis responsum est. Sed videamus, quæ fuerint peccata, quæ diuiserunt inter populum Israeliticum, & ipsum Deum, vt saluare nequeat, & eorum preces audire. Dicit Propheta. *Manus vestra polluta sunt sanguine, & digiti*

Text. 2.

vestri iniquitate. &c. Quæ pars secundo loco fuit a nobis proposita, & hic erit secundus textus. in quo Esaias explicat multa genera peccatorum, quę perpetrarunt ipsi Iudæi, quę vtinam & nos quoq. qui sumus Chriani & multò clariorem, q̃ ipsi lucem habemus, & cuius beneficio dum uolumus frui facilè possumus, ac debemus: peccata verò quę

A enumerat hic propheta sunt valde plurima, atque ea varia, ac diuersa: sed ea trifariam committuntur, velut etiam diximus in capite præcedenti, aut verbo, aut opere, aut corde quibus inquam modis omnibus, quàm maximè contaminati erāt populi Iudæorum, id quod patet p ea, quæ dicit hic Esaias. Manus .n. eorum erant pollutę sanguine, ecce que ratione opere Deum, ac primum offenderūt; verbo, quia labia (inquit) ue-

B stra locuta sunt mendaciū; corde etiam multifariam peccarunt, id qđ per oua aspidum facile designatur, vt infra uidebimus. Sic etiam cum .d. eos cōcepisse laborem, & iniquitatē peperisse. Quàm graue autem crimen sit habere manus sanguine pollutas, & quā maximè Deo displiceat effundere sanguinem proximorum, indicat ipse Dauid ps. 5. & pluribus aliis in locis huius criminis grauitatē frequenter inculcat, cum ait. Vi-

C rum sanguinum, & dolosum abhominatur Dñus; & alibi: Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. D. Aug. ponit discrimen inter virum sanguinum, & dolosum, quia uir sanguinum ad operantem iniquitatem refertur: dolus autem ad mendacium. Et virūq. solet Deus valde abhominari.

Discrimen inter virum sanguinum, et dolosum.

Dicit etiam Propheta. Manus vestrę pollutę sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate, quibus verbis vult innuere

D non solas manus fore sanguine pollutas, sed omnem corporis partem esse pollutam, et ea quidem non vno, uel altero tantum homicidio, quouis modo peracto, sed eisdem multis, et iniquissimis, et inter alios modos sanguinē pauperum sugendo, eorum bona rapiendo, nulla oīino occasione adhibita, eo potissimū, quo perpetrarunt in Christum Dñum: Aut p digitos (inquit D. Tho.) voluit sapientissimus uates innuere stu-

E dium, ac diligentiam subtilem & profundam malitiam, qua vsi fuere in tractando mortem Christi. Vnde Psal. Dilexisti malitiam super benignitatē, iniquitatem magisq̃ loqui ęquitatem: dilexisti omnia verba pręcipitationis lingua dolosa. Et hoc est quod sequitur. *Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur.* Ille di-

Psalm. 51.

citur

Fari quid sit. citur fari,qui non palàm contra proximum iniquitatem loquitur, detrahens ei, et calumnias in eum congerens,uerum dum secum ipse cœpit, disponit ac meditatur aduersus illum. iuxta illud Ps. Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bone,malitiam non odiuit. Illi propriè secũdum quosdam dicuntur fari, qui nõdum expeditè loqui norũt, vt pueri, q propterea dicuntur infantes, quasi nescientes fari. Postremo recenset eorum peccatũ, quod animo, et corde perpetratur, dum inquit. nõ est qui inuocet iustitiã, nec est qui iudicet uere, sed confidunt in nihil, & loquuntur uanitates. quamquã dixerimus hoc loco præcipue tangi peccata, quæ corde perpetrantur:verũtamen & alia secum unit, et commiscitur: inquit.n non est qui inuocet iustitiã hoc est qui curet, et aptet, ac uelit fieri iustitiam:et hoc est peccatũ populorum, hoc est eorum qui subsunt aliorum regimini, et gubernationi: sed si qui erant oppressi, & cupiebant iustitiam. Subdit. *Nec est qui iudicet vere*; id quod ptinet ad iudices, et magistratus, sed confidunt in nihilo, q. d. nullus erat iustitię locus, sed totum quo ipsi nitebantur, et confidebant, in rebus nullius ponderis, et momenti consistebat, hoc est in potentia, sapientia, opibus, et consilio, nec non, et propriis viribus, q oĩa ad Deum comparata, erant nihil. & fortassis etiam confidebant in idolis, quæ erant plusquam nihil. Præterea in hoc etiam grauiter errabant, sic errant, quia loquũtur vanitates. Id quod de illis verissime dici potest, qui non credentes verbis Christi, et uerbis Prophetarum, loquuntur uanitates; expectantes alium Messiam: quemadmodum ipse Christus prædixit dicẽs. Ego veni in nomine patris mei, et non suscepistis me. si alius venerit in noĩe suo, illum suscipietis, sed huiusmodi vanitates loquebantur anteq̃ Chrus pateret, sed post eius passionẽ, mũne loquebant vanitates. cum dicerent Christũ fuisse purum hõiẽ, neque timendum quicquam si illum occiderint; eum maximè illis fidendum erit Romanorũ Imperio, cuius virtuti, & potentiæ longè magis, quam Christi, & Apostolorum eius dictis nitendum esse prædicarẽt: nonne etiam loquebantur vanitates, cũ post tot signa, et miracula, quæ post eius mortem facta fuere, eundem persequebantur, et fideles ac ministros suos, et nuncios in omnem terram mittebant, ut docerent blasphemare nomen Domini, et prohiberent, ne quisquam eum prædicaret? *Præterea conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem*. Laborarunt quidem perquirendo vias, et modos quibus sua explerent desideria, et conceptis prauis consiliis iniquitatem pepererunt, idest quod secum ipsi prius animo non absq; labore, et diuturna cõsideratione conceperãt, opere perfecerũt. Vel conceperunt laborem idest laborarunt, cruciati sunt in machinando malum, et infligendo alijs dolorem, et pepererunt iniquitatem, vt habetur ps. 7. Concepit dolorẽ, et peperit iniquitatem. Homo quidem malus, et malignus laborat quandoq., et affligitur, ac torquetur in meditando, excogitando, ut concipiat aliquid aduersus proximum, quod i.infamiam aut graue aliquod damnum sit ei allaturum, et posteaquam conceperit, et secum animo absoluerit, ac constituerit, re ipsa exequitur, et sic parit iniquitatẽ. De his qui sunt huius generis et farinę loquebatur Dauid dicens. Ad nihilum deductus est malignus, qui scilicet fecerit proximo suo malum, et opprobriũ acceperit aduersus proximos suos; id quod eleganti metaphora ostẽdit.d. *Oua aspidum ruperunt, & telas araneę texuerunt: qui comederit de ouis eorum morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum*. Oua aspidum illi rumpunt, qui praua, et peruersa consilia, quę ante cõceperant, et in corde lactiabant, data opportunitate producunt in opus. et quemadmodum aspides sunt animalia venenosa, et pestifera, et eorũ uenenum quo alios inficiunt est insanabile, ut habes Deut. 32. Fel draconum uinum eorum. et uenenum aspidum insanabile. Quãuis Plinius lib. 20. uideatur innuere oppositum, sic opera horum de qbus loquimur, sunt maxime venenosa, et pestifera. Et certe, qui huius sunt naturæ,

Margin notes: *Psal. 35.* *Ioan. 5.* *Psalm. 7.* *Psalm. 14.* *Deut. 32.* *Plinius lib. 20. cap. 17*

& genii, iure quidem aspidibus compa rantur, huiusmodi.n.homines infensissimi sunt humani generis hostes: Illi ergo (vt vno verbo dicã) oua aspidum rumpunt, qui pessima aliquorũ inuenta, aut à se ipsis excogitata executioni mandare nitunť. Vnde bene sequitur, *qui comederit de ouis eorũ morietur, et quod confotũ est erumpet in regulum.* Regulus est animal valde pestilens, qđ & basiliscus appellatur, quasi inter cętera animantia pestifera, & venenosa videatur habere primatum, & iuxtà sententiam quorundam, sic appellatur, ꝙ habeat in capite circulum quẽdam album instar diadematis, & coronulæ. Quod aũt dixit. *Qui comederit de ouis eorum morietur,* bifariam põt intelligi; aut de eo qui comederit de ouis ipsorũ aspidũ.i. qui praua consilia adinuenerit, atque ẽt fuerit execut⁹; & põt intelligi de his, in quos, & aduersus quos fuerint congesta, confecta, & rupta.i in actum deducta eiusmodi oua, seu cõsilia De istis ẽt põt dici q comederit de ouis eorũ morieť. i. multa damna, & incommoda patieť. Id profectò (ne longius petamus exẽpla) contigit Iudæis, qui non iniuria vocati fuere à Ioãne Baptista. Genimina viperarũ: ipsi qdẽ velut aspides venenati co gitauerunt cõsiliũ aduersus Christũ vt eum occiderent: & primo quidẽ diabolus immisit in cor Iudæ ut traderet eũ Iudæis: Deindè dum Pilatus qreret eũ dimittere cũ non inuenerit in eo cãm mortis, aliud cõsiliũ inierunt, quo eum pderent, dicentes Pilato. Si hunc dimittis, nõ es amicus Cęsaris; & priusq; caperetur, diabolus confecit, & immisit hoc ouum in animũ ipsius Caiphę Põtificis, vt cõsuleret Christũ omnino esse pdẽdũ, ne veniant Romani, & tollãt locũ nostrũ, & gentẽ putabant.n. sublato hęrede, se inuasuros hęreditatem: & hec mõ loquuti sunt uanitates. Et postea q; Christus Dñus deuicta morte resurrexit, aspides illi venenati, eiusmodi oua conceperunt vt persuaderent populo, eũ nũq; surrexisse, sed noctu sanctissimum eius corpus fuisse à discipulis suis sublatũ. Non solũ ergo ipsi sempiternæ morti fuerũt obnoxii, sed quicũque de hũi ouis comederit, quemadmo

A dũ sunt oẽs Turcę, Saraceni, vel potius Agareni, & quicũq. supersũt ex Iudęis, eodem ueneno infecti, morienť. Praterea dicit, ꝙ eiusmodi viri, consilio peni tus destituti qui conceperũt dolorẽ, & pepererũt iniquitatem, telas araneę, texuerunt, q̃ quidem telæ non erunt eis in vestimentũ, neq. operienť operibus suis; opa eorũ inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. litera quidẽ est clara, nã sicut telæ, quas conficiunt ara-
B neæ, nulli sunt vsui, nec põt quis cõficere ex eis quo operiatur vestimẽtum, sic sũt oĩa opa laboris, & cõsilia impiorũ, nec vllis operibus haud quaq̃; verè, sed apparenter tantum, & in speciẽ bonis, poterũt itidem operiri: qm sunt destituta fide, iustitia, & charitate, per quæ opa his virtutibus destituti, & in spẽm tantum bona, plerią. volunt intelligi, non solum leges Politicas, aut ceremõnias legis, quas absq̃ vera iustitia serua-
C re uidebantur, sed plerasq. alias constitutiones, & ordinationes ab illis adinuentas, quæ nullo Dei spiritu fulciebantur, quare commode telis aranearum comparabantur.

Verum si spectemus vsũ, vel potius abusum, q frequenter apud Rectores, & magistratus huius mundi inuisiẽ, dicere possumus quascũq. leges quantũcunq. iustas, & sanctas telis aranearum posse cõparari: quemadmodũ.n. telę areanea-
D rũ muscas tm̃, & minutissima quædam aĩalia cõprehendunt, q̃ aũt sunt aliquã to grãdiora, si eiusmodi telas offendãt, confringunt, ac dilaniãt; sic ubi modica uiget iustitia, et ubi pro rõne uoluntas dominatur, facile franguntur leges vtcũq. iustissimę, ac sanctissimę, & nõ nisi paupes, ac debiles comprehendũt: cõparat hoc loco Isaias cogitationes, & consilia Iudęorum aduersus Christũ telis araneaũ, q̃ licet summo sint con-
E fectę labore, et magno artificio, nihil tñ illis prosunt, quia leuis aura illas confringit, ac dispgit. Sic Iudęorũ inuenta cõtra Christum fuerũt frustanea. dolos concinnãtes, & falsas texentes accusationes, putarũt se morti eũ traditu os, & aliquã sibi ipsis afferre cõmoditatẽ, & ex suis conatibus opulentũ aliqđ pſidium, ac dominium comparaturos, sed nihil

nihil tādē illis euenit, nudati sūt .n. superna beneuolentia, & saluatorē suū.i. Xpū prorsus abiecerūt. Sed priusq; vlterius pgrediar non est omittenda sup illis uerbis: *cōcepit laborem, & peperit iniquitatem* D. Cirilli qui per laborē videtur intelligere inuidiam, quoniam, qui hoc morbo afficitur, ueiè dicitur laborare, & tabefieri, & quodamodo consumi. Quia ergo Iudæi, inuidia cō moti erāt aduersus Christū, nunq; destiterunt struere & moliri insidiis aduersus eū, quousq; tandē peperūt iniquitatē & cogitauerūt illū occidere, dicētes, cōdēnemus illū, quia cōtrarius est operib⁹ nostris: quo peccato laborāt penè oēs. q suas cogitationes, labores & cōsilia figunt in huius mūdi cupiditatib⁹, ut sūt opes, gradus, & dignitates, pro qbus obtinēdis pleriq; veneno aut aliis artibus, & insidiis machinātur in necē, & perditionem aliorum quæ omnia facilè tolluntur, & labascūt, ueque firmitas ulla in illis reperitur.

Expositio D. Cyrill.

Nota ēt penes metaphorā aranearū, ꝙ nō immeritò D. Greg. cōparat fiduciā carnis fiduciæ, hypocritarū, quia omne, ꝙ ad obtinēdā gloriā magna animi cōtētione operātur, vētus mortalis vitæ, dissipat, & quicquid homo fictus, & hypocrita cū labore peregit, humani fauoris aura tollit, & dū ī appetitu laudis opus defecit, quasi in vētū labor euanescit. Et licet qnq; vsq, ad pstus vitæ terminū, hypocritarum laudes, & facta pdurant, quia tamen per hæc Dei laudem non quærunt, bona ante eius oculos nonquam fuerunt. Penès metaphoram adductam de ouis aspidum nota etiam ꝙ trifariā eiusmodi oua possūt nobis obiici, vel qua tm̄ oculis percipiuntur, vel ut frāgunt aut terrio velut comedūtur: sic deprauis operib⁹ & humanis actionibus cōtingere solet. Si quis .n. oua aspidū foris tm̄ aspiciat, ea quidē sūt alba, oculis grata atq; speciosa, intus verò sūt plena veneno. Dū postea sic foris cōspecta rumpātur, & frāgātur, statim putorem teterrimum, fetoremq; horribilē emittūt; quæ si postremo comedantur certissimam mortem conspiciuntur inferre, sic & flagitiosis hominibus, dubio procul contingere sæpissime visum A est; etenim qnq. aliqua nobis proponūt consilia, quæ tamet si primo aspectu videantur utilia, sunt tamen maximè perniciosa, & si quis ea apparēti specie bonitatis attractus, voluerit penitus discutere, & quæcunque inde mala prouenīant examinare, fetida, noxia ac ignominiosa fore deprehenderit, quod si postmodum uoluerit ea perficere, & executioni mādare, nulli dubium mortem sibi ineuitabiliter consciscet iuxtà B illud dictum prophetæ. Qui comederit de ouis aspidum morietur, & quod confotū est erumpet in regulum. Dicit enim Diuus Gregorius oua aspidum rumpere, est prauis hominibus malignorum spirituum consilia, quę in eorum cordibus latent peruersis operibus aperire, & qui comederit ea immundorum spirituum consilia dicitur recipere, & animæ uitam in seipso occidere. De regulo quoque dicit, quod C rex serpentum appellatur, per quem figuratur Antichristus, qui est princeps, & caput reproborum, & quod huiusmodi serpens non morsu perimit, sed flatu consumit, id quod verè, & propriè spectat ad Diabolum, qui in reproborum cordibus, insidiarunt suarum aspirationibus in nostris mentibus ex amore vitæ temporalis congerit æstum multiplicium cogitationum. Sequitur deinde textus. *Pedes eorum ad malum currūt* D *et festinant.*

lib. 15. moral. cap. 8.

Quoniam propheta cæpit enarrare peccata, & transgressiones Iudęorum, breuit nunc ostendit iusto Dei calculo hæc omnia fuisse passos. quia à Dei coniunctione fuere seiuncti, & summatim ostendit omnes eorum cogitationes, omnia consilia, actiones, & opera ad malum tendere, dum inquit. *Pedes eorū ad malum currunt, & festinant, ut effundant sanguinem innocentē, cogitationes eo-* E *rū cogitationes inutiles, & vastitas, & cōtritio in uiis eorum.* Hæc eadem retulit Dauid ps. 13 d. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, contritio, & infoelicitas, in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, & paulo supra in eodem psalmo loquitur de eisdem dicens. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè

Psal. 13.

agebant

agebant, venenum aspidum sub labiis eorum, quorũ os maledictione, & amaritudine plenum est. Hęc eadem uerba desumpsit Paul Apostolus in epist. ad Rom. cap. 3 Sed reuera quæ hic enarrantur non delicta solum, sed poenas & supplicia ipsorum delictorum potius nuncupauerim: dum enim inquit. *Vastitas, & contritio est in vijs eorum*, magnam certè miseriam, & infoelicitatē illis inuectam esse demonstrat, & quod postea subdit. *Et uiam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum* nõne id, res est infęlicissima, & penè summa aliorum malorũ? nec mirũ, quod viam pacis nescierunt, cum renuerint, & eiecerint pacis auctorem, qui est Christus dominus. Ipse enim est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Sic etiam cum dicit. *Non est iudicium in gressibus eorum* quia scilicet ignorant quid agant, quo eant, & cuius rei gratia laborant, ac operantur. *Non est iudicium in gressibus eorum* dicit Cyrillus per iudicium intelligit Esaias iustitiam, seu conuersationē maxime legibus conuenientem, & a calumniis prorsus immunem, quod nihil est aliud, nisi vitæ innocentiam, & integritatem retinere. Quidam alij dicunt. Non est iudicium in gressibus eorum, quia scilicet non est Christus, qui est via veritas, & uita in viis eorum. Propterea Dauid rogabat Deum dicēs. Dirige gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur vestigia mea. Et alibi: Iudicium, & iustitiam in Iacob tu fecisti. Cum verò dicit. *Vastitas, & contritio in uiis eorum.* Sensus est. Non quod ipsi dumtaxat alicui miserię, & calamitati sint obnoxii, sed etiam ipsos fore aliis, qui eorum mores, & consilia sectantur causam perditionis, & vastitatis, quia scilicet ipsi vastant, conculcant, & perturbant omnia quocumq; vadant, & vbicumque maneant etiam si in lectulo, vel domi quiescant; quippe qui nihil unquam nisi malum meditantur, & omnia eorum consilia, & actiones tendunt ad malum nec modo cõtra Deum, aut contra proximum, verum & contra se ipsos, & sibi ipsis ferunt iniuriam. Sic dicit Cyrillus. Quæ impiè, & audacter patrauerunt, contritionem, & miseriam sibi ipsis, & aliis conflauerunt. quocirca bene sequitur in textu. *Semitæ eorum incuruatæ sunt eis, omnis qui calcat in eis, ignorat pacem.* Semitæ eorum incuruatę sunt, à recto defecerunt, obliquatæ sunt, neq. per eas ad verum finem peruenerunt. Non erant quidem hæ semitæ sua natura incuruatæ, sed propria voluntate declinarunt, & omnis qui calcat in eis, qui scilicet libenter perambulat, & figit pedē in eis, ignorat pacem, non ambulat per viam rectam, & per eam quę ducit ad pacem idest ad Christum; & reuera viam pacis nescierunt, quia scire noluerunt, inieritus, & mortis sibimet foueam fodientes. *Propter hoc elongatum est iudicium à vobis, & non apprehendet nos iustitia.* Aliqui textus emendatiores sic habent. *Propter hoc elongatum est iudicium à nobis* si priori modo legatur, loquitur hic propheta aduersus Iudæos, & qui sui temporis, & qui post eos erant futuri: si verò legatur altero modo, dicendũ est prophetam in persona eorum de quibus loquebatur sermonem habere, ut & ipsemet se se illis annumerans, qui agnoscentes suos errores, & impietates & mala quę inde sequuntur de resipiscentia nonnihil cogitantes fatentur, ac protestantur se suorum malorum causam fore, & cur à Deo non queant exaudiri, si forte Deus conuertatur, & illorum misereatur. Summa dictorũ est. Multitudo peccatorum, grauitas, & frequentia eorum cum uana fiducia sui in causa fuere, quod tot malis, periculis, & aduersitatibus fuerunt obnoxiĩ & sic perpetuo futuri, nisi resipiscant, & agnoscāt Deũ & filiũ eius Iesum Christum atq; ob id loquitur sępe in hoc capitulo in tempore futuro, ut hinc indicetur eosdem fore Iudęos, & itidem facturos in singulis ętatibus; at qui non solis iudęis sed nobis omnibus possunt cõuenienter aptari si eadem fecerimus. Dicit ergo. *Propter hoc elongatum est iudicium a nobis* Iudicium inquam, quo Deum nobis semper affuturum putabamus: Congruum namque erat ne præmeremur ab hostibus, nos qui sumus populos eius adiutum iri: at quia nos posuimus obicē, recessit à nobis. & elõgatum

Psal. 16. Psal. 98.

Tertia pars huius cap. ubi refert horum poenitentiam. Tex 3.

gatum est iudicium, elongatum inquã à Iudæis & nobis & nunciatum gentibus, ut supplet D. Hier. Sed nota, quod propheta dicit iudicium esse elongatũ non autem penitus sublatum, ne scilicet se omnifariam destituerentur. *Et non apprehendet nos iustitia*, idest ob peccata nostra non est nobiscum iustitia, non cognouimus eam, longe fit à nobis, neque attingit limina nostrarum domorum: aut dicas, iustitia non apprehendit nos, idest non appropinquat nobis. Et sequitur querimonia, seu potius lamẽtatio illorum, à quibus elõgatum est iudicium Dei, & dicunt. *Expectauimus lucem, & ecce tenebræ, splendorem, & in tenebris ambulauimus &c.* vsque ad illam partem. *Rugiemus quasi &c.* Nos inquã putabamus Deum nos ab hostibus liberaturum, & eos penitus à facie sua proiecturum, & tamen affligimur quotidie magis, ac magis, & supra modum persecutiones patimur.

Propterea dicunt. *Expectauimus lucem*, idest Dei fauorem, & auxilium, *& ecce tenebræ*, idest aduersitates angustiæ, & perturbationes animi: *expectauimus splendorem*, idest libertatem, & securitatem, & in tenebris ambulauimus, nescientes quid nam tot in calamitatibus, ac rerum difficultatibus nobis foret agendum.

Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus impegimus meridie, in media parte diei, quando solis circulus medium cęlum tenet, radios intentissimi caloris, & velut opulentiore splẽdoris copia collustrat omnia. *In caliginosis versabamur*, aut uersati sumus *tamquam mortui*, qui latitant in sepulchris, aut in foueis terræ detinẽtur: Iudæi quidem aliqua ex parte iactari poterant se aliquando expectasse lucẽ, & apparuerunt tenebræ, audierunt enim hunc prophetam dicentem Surge illuminare Hyerusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Nonne etiam Iudaicæ Synagoge

Ioan. 7. præsides dicebant Ioan. 7. Numquid è Galilea Christus venit? Nonne scriptum est. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam es minima in principibus Iuda ex te enim exiet dux qui regat populum Israel.

A Qui tamen scilicet Iudæi cum haberẽt eiusmodi scripturas, sicut cæci palpabant parietem, idest uerba tãtum, & folia scripturarum apprehenderunt non sensum, palpabant parietem sicut cæci, sed non uidebant quid intra parietem contineretur, & latitabant in sepulchris tamquam mortui, quia scilicet erant mortui peccatis. Gentes autem expectantes, & expetentes lucem unacum propheta Dauid dicẽtes. Emitte

B te lucem tuam, & ueritatem tuam, illam utiq; impetrarunt, & possederunt. expectabant splendorem, idest spiritus sancti gratiam, & irradiationem de tenebris in lucem prodierunt.

Rugiemus quasi Vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus, expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis. Rugiemus quasi Vrsi omnes. Prædicit Esaias pręter alias calamitates quod futurum est de Iudæis

C post passionem Christi quando scilicet ab exercitu Romano erunt obsessi, & in mediis hostium cuneis, ac in extremis rerum difficultatibus uiderint sese fore constitutos. *Rugiemus inquit omnes tamquam Vrsi, & quasi columbæ meditantes gememus.* Coniungit vrsos cum columbis, ut notet crudelitatem, seuitiam cum maxima humilitate, & timiditate coniuncta: erant enim Iudæi feri, & immanes aduersus humiles, &

D abiectos; pauidi verò, ac trepidantes, penes eos, qui fortiores erant, & valentiores; et sic respectu aliquorum erant uelut vrsi: respectu aliorum uelut columbæ gementes: columbæ enim nullam vocem emittunt, sed gemere, et secum ipsæ loqui uidentur. Cyrillus denotat et ipse eundem hominem ob diuersas conditiones, diuersa nomina sortiri: unde Iudæi vrsi pariter, et colũbæ vocantur: Vrsi quidem propter im- *Iudęi ursi, & columbæ uide quomodo.*

E manitatem, & rabiem, quà afficiuntur dum orbati fuerint suis catulis: columbæ verò, quoniam sicut columbę suis nidis insidentes subinde murmurant, & lugubrem quasi vocem emittunt, sic fecere Iudęi, qui destructa, & vastata eorum regione una cum ciuitate primaria, ipsoque templo concremato mente ferina, ac belluina in eos, qui sustule

sunt

runt eam affecti fuere, & velut vrsi rugiebant atq. hoc illis accidisse intra sespsos meditantes, ceú columbę gemebant: vnde non absq; Dei spiritu fuit predictum à quodam ex prophetis; Et
Osee 7. erunt in montibus ceu columbæ querelantes, & Oseæ 7. Erat Ephraim columba amens, non habens cor. Et certè crudeliter stulti dici poterant Iudęi, non enim illis inerat Christianæ prudētiæ mansuetudo, quando negauerint prudentiæ, & sapientiæ verum authorē, B & eum, qui diligentes se mites reddit humiles, & mansuetos. Alii dicunt, Iudęos vocari Vrsos ob odium, & crudelitatem qua prosequuntur Christianos: columbæ verò propter eorum loquacitatem. D. Hier. dicit Iudæos esse velut columbas meditantes, & gementes, quia absque sensu, & intelligentia scripturarum tantum uerba meditantur, quæ etiam decantant memoriter, quēadmodum columbę gementes, decantare dicuntur. Deinde sequitur. *Expectabimus iudicium et non est, salutē* supple *expectauimus, & elongata est à nobis.* quia migrauit ad gentes. Expectauimus inquam iudicium, quod scilicet Deus facturus esset de his, qui nos persequuntur hostibus: vel expectauimus iudicium, hoc est iustitiam nobis conferendam per Christum, & non est, non comparuit, non affuit nobis, non dum apparet, salutem expectauimus, id est libe rationem hoc est eundem Christum, qui est salus, & iustitia nostra, & procul recessit à nobis; quippequi duri, erutiles, & immorigeri extitimus. & ipsimet (loquitur enim propheta, ut prius in persona eorum palam asserentium se de Deo nulla ex parte conqueri posse, neque eundem quouis pacto sugillare) dicentes. *Multiplicate sunt enim iniquitates nostra coram te, & peccata nostra responderunt nobis,* vsque ad illam partē. E *Et vidit Dominus &c.* Fatentur ergo Iudæi corā Deo, in conspectu suo, eo sciente, & aliquamdiu dissimulante propter poenitentiam se multas iniquitates comisisse neque veritas esse eundem Deum suis sceleribus frequenter appetitis ad iracundiam prouocare, & peccata nostra (inquiunt) respōderūt

A nobis id est testimonium tulerunt contra nos, ita ut nullo pacto ea negare, vel excusare possemus, quia scelera nostra nobiscum sunt, atque ideo celare nequimus, & iniquitates nostras cognouim' quippe quę non sunt adeo leues, & exiguæ quòd ab oculis nostris abscondantur: peccatum .n. meum dicebat Dauid Psal. 50.
psal. 50. contra me est semper. Et ne videretur propheta gratis ea dixisse, quibus Deum offenderant peccatorum genera singulatim enumerat. d. *Peccare, & mentiri contra Dominum, & auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri, ut loqueremur calumniam, & transgressionē concepimus, & locuti sumus de corde uerba mendacii.* D. Hieron. existimat hæc ad tempora Christi referri debere scilicet peccare, & mentiri contra Dominum, & quæ sequuntur? Nam dicebant scimus quòd Moysi locutus est Deus hunc autem nescimus vnde sit, quo dicto videC bantur ipsum abiicere, nec velut Messiam vělle recipere: fuerunt etiam locuti aduersus ipsum, calumniam cum dixerunt. In Beelzebub principe Demoniorum eiicit Demonia: quemadmodum etiam cum dixerunt. Non est hic homo à Deo qui sabbathum non custodit, sed quamquam D. Hier. sententiæ mihi valdè probetur, non existimo tamen quicquam absurdi si & hęc eadem per eorum ora versarentur longè ante D tempora Christi aduentus, cum priscis illis temporibus & longè prioribus status eorum esset omnino corruptus, & deprauatus, ut uidimus hucusque in præcedentibus. D. Thom. occasione horum verborum distinguit, & recenset varios modos, vel saltem præcipuos, quibus hominum genus solet delinquere committendo, ut millies dictum est, videlicet corde, ore, & opere, cum uerò ommittimus quę iubemur facere, quo ad hoc genus peccādi (dicunt ipsi) auersi sumus ne iremus post tergum Dei no- Bifariā de-
stri: Quoad peccata quæ & contra Deū linquemus,
& proximum, & contra Neges diuinas cōmissione,
committuntur, dicit propheta peccare, & omissione.
et mentiri contra Dominum, & mendacem facere Deum, cum tamen solus Deus verax, omnis autem homo mendax, peccarunt nempe miseri Iudæi

dæi contra Dominum, quando tradiderunt ipsum Pontio Pilato prę sidi: mẽ
Psalm. 77. titi fuere, quando dixerunt ipsum esse reũ mortis; Vnde ps. Dilexerunt eũ in ore suo, ut quando dixerunt et magister scim⁹ quia uerax es, et uiam Dei in ueritate doces, & lĩ lingua sua mentiti sũt ei. Postremo *cõcepimus, & locuti sum⁹ de corde uerba mendacii*. i. calumnias, falsitates, & commenta, quæ prius in corde concepimus, deinde procaciter, & absq. freno locuti sumus ac si essent vera, non modo aduersus Deum, verum etiam aduersus proximum, et contra legem. Vnde rectè sequitur. *Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia lõge stetit quia corruit in platea ueritas, & aequitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionẽ, & qui recessit a malo prada patuit.* conuersum est inquit iudiciũ retrorsum, iudicium inquam nostrum, quia à scopo aberrauit, obliquatum est neque amplius iusta, et recta iudicat, sed omnia sinistrorsum rubi apparet peccatum esse causam alienationis iudicii.

At si de iudicio Dei loquamur, & illud quoque conuersum est retrorsum, quia exigentibus nostris culpis, iudicium dei conuersum est retrorsum, quia, vide licet, non amplius pro nobis exercetur, neque nos amplius fouet, atque defendit, sed alienos potius, & gentes, quæ non cognouerunt Deum: Alii dicunt Conuersum est retrorsum iudicium, quia scilicet recessimus ab euangelio & iustitia longe stetit, quia videlicet, eam reiecimus: vel iustitia idest salus, et libertas à nobis amota est, et deducta ad gentes, & hoc ideo quia *corruit in platea ueritas, & equitas non potuit ingredi*: clausæ quidem erant fores animi nostri, neque poterat ullo pacto animus noster in veritatem incumbere, aut aliquantisper inclinari: sed potius detestari, et odio habere quod autem *in platea veritas corruerit*; patet ex ps. 54: vbi
Psalm. 54. dicitur. Nõ defecit d̃ plateis eius vsura, & dolus: & ibidẽ: uidi iniquitatẽ, et con
Veritas in platea corruit. tradictionẽ in ciuitate dicitur autem in platea veritas corruere, vel quia palã, & apud omnes erat exosa, et penitus deiecta, ut quia vbi magis vigere, et exerceri debuerat minus, aut nihil omnino

A videbatur minus .n. corruisse diceretur, si in aliqua priuata domo, aut i quodã angulo defecisset, sed cum defecerit vbi est cõcursus et celebritas hominum magis corruit: verũñ sponsa in cãticis quęsiuit sponsum per vicos, et plateas, & Osee 4.
numquam inuenit, vnde Oseæ 4. non est veritas; nõ est misericordia neq; sciẽtia dei in terra nec mirum. quòd in platea corruit veritas. quia lata & spatiosa est via quę ducit ad perditionẽ. D. Hier.
B Et facta est veritas in obliuionem, idest nulla est amplius eius cognitio, et recordatio, abscondita est, non patet amplius, et de ea quasi non sit, nullus habetur sermo. Postremo *qui recessit a malo*, quia scilicet noluit acquiescere consiliis malorum, neq; eorum vias sequi, et ab eorum societate pænitus secedere, et elongari, *prade patuit*, hoc est fuit in direptionẽ omnibus, nemo illũ ferre poterat, persequebantur õnes, et quisq;
C nitebatur eũ uerbis lacerare, ac dilaniare. Vera quidẽ sunt ista (ut rectè admodum scripserit ille) obsequium amicos veritas odium parit: quamquam nonnulli existimant hæc verba fore Iudæorum confitentium, peccata sua, & redeuntium ad Christum: verum quod mox scriptum est, veritatem in plateis corruisse, aliqui ueteres trahunt ad tempora, quæ contigerunt post Christi passionem, quibus prædicatio euange-
D lii in Synagogis, & in plateis erat multifariam impedita, nec poterat Iudæorum ianuas, ac templa vllo pacto veritas prædicationis introire, & qui ex Iudęis à tanta impietate aduersus Christum recesserunt, prędæ patuerunt; quandoquidem omnibus tormentis, & cruciatibus subieci cogebantur. Sed nihil minus contingit apud Christianos, Psal. 90.
vt dicit Aug. supra psal 90. apud quos qui volunt esse meliores, et diligentio-
E res ab aliis Christianis inculcantur, et audiunt verba aspera, et deridentur, quasi ipsi uelint videri aliis meliores, & et sanctiores, ut uerum sit quod ait propheta. Qui á malo, recedit, prædę patet, et huic discrimini subiicitur: Quẽ admodũ Ioa. 9. insultabant Iudæi cæco à natiuitate, ĩ peccatis natus es, totus et tu doces nos? sic etiam Christo similia

verba

verba dicebant ut refert B. Hieronim. super hunc locum. Propterea sequitur in textu. *Et uidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium &c.* Nunc loquitur propheta, postea quam recensuit, & diligenter animaduertit quoscunque, & quotcunq; supra diximus errores, ex persona sua, cum hactenus fuerit locutus in persona populi agnoscentis, & confitentis errata sua, & multas eius transgressiones & miserias inde sequtas. Vidit inquam dominus, & malum apparuit in oculis eius, idest multum sibi hoc facinus displicuit, & male habuit, nullum, qui sui causam tueretur fuisse repertum quique vltionem sumeret de inimicis suis, quia non est iudicium: displicuit inquam vehementer ipsi Deo, qui veritatem tueretur iudicium, & iustitiam diligeret, æquitatem sequeretur, repertum fuisse neminem, ut uerum omnino constiterit illud fore quod psal. 13. & alibi d. Dauid: omnes declinauerunt simul, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, & quod hic idem vates primo capite sui operis protestatur. Rursus etiam *uidit quia non est uir, & aporiatus est quia* non est qui occurrat, *& saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa cõfirmauit eum.* Vidit inquã quia nõ est uir, supple se præparãs, & accingens ad salutem hominum, & aporiatus est. Deus, idest contristatus, dolore affectus à se ipso quodammodo reprehensus, quia non est qui occurrat, & obuiam eat tot malis, tot ruinis, & iacturis humani generis. Aporiari dicunt aliqui significat herere, perplexum esse inopem consilii fore, & ipse Deus voluit differre, & expectare, si quis unquam occurreret, & saluaret, & tandem nemo fuit inuentus, qui occurreret protegendo, vel saltim intercedendo, aut dignas de hostibus pœnas sumendo: *Vnde saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.* Cum itaque uideret Deus nullum ei occurrere uirum probum, & iustum, qui eum tamquam iratum placare aut opem implorare, & afflictis opem ferre posset, *saluauit sibi brachium suum*, idest cogitauit humano generi salutẽ afferre in brachio suo,

4 Pars cap.

Psalm. 13.

A uel per brachium suum, idest per filiũ qui est uirtus, & potentia patris iuxta illud dictum apud Lucam frequenter adductum Fecit potentiam in brachio suo: saluauit (inquit) sibi brachium suũ .i. non expectatis precibus, & intercessione vlla alicuius, solus ipse suæ virtuti innixus salutem peperit suis, hostesq; humani generis profligauit, & puerus: vt uerum sit quod dixit Pau. Nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũ B dum suam misericordiam saluos nos fecit. *Et iustitia eius ipsa confirmauit eũ*, idest stabiliuit propositum, & decretum suum super salutem generis humani, sua eius iustitia, quę summa, & inuiolabilis est, nullam habens labem, & prorsus incomparabilis confirmatus est in sententia sua in ęterno suo, & immutabili decreto, ut hominem antea rebellem, impium, et iniquum aliquando seruaret, et peruicaces ac obstinatos C deleret. Diuus Hieronym⁹ sic exponit. Brachio suo, atque iustitia siue misericordia confirmauit eum, ut qui uoluerint ab errore conuerti tam Iudęi quam Gentiles, et quicunque Deum offenderunt, non suo merito, sed Dei clementia conseruentur: Vidit ergo Deus *quia non est uir* ut supra etiam dixit. *Veni, & non erat uir, uocaui, & non erat qui audiret.*

Tit. 3.

Sed nota cur unum tantum uirum desi-D derauit qui sibi irato possit occurrere & non plures? Respon. hoc ex immensa Dei misericordia prouenire, qua fretus remittit interdum uniuersę ciuitati crimina propter vnum solum, qui in ea iustus fuerit inuentus: si quidem dixit per Hieremiam prophetam capitulo. 5. Circuite vias Hyerusalem, & aspicite, & considerate, & quęrite in plateis eius, an inueniatis uirum facientem iudicium, & quęrentem fidem, & propitius ero ei. E Promisit etiam Sodomis se ignis supplicium illis remissurum, si quinque iustos apud se habuissent, idest vnum iustum in vnaquaque Ciuitate; considerauit igitur, & non fuit uir, non fuit defensor. Nec mirum iustus enim cum furorem ire dei cõsopiat, & solus valeat ac possit eum placare, illos semper defendit.

Hier. ca. 5.

fendit pro quibus exorauit. Notandum etiam, cum dicit propheta. Et vidit Deus quia non est vir. Videre Dei bifariam sumi, q.n.q. idem est, quod misereri, compati, & nostris infirmitatibus condolere iuxtà illud Hier. Vide Dñe afflictionem nostram, & q.n.q. idem est quod punire. iuxtà illud Deut. 32. Vidit Dñus, & ad iracundiam concitatus est: hoc loco potest sumi vtroq. modo, iuxtà varias interpraetationes. Et q.m iam (vt diximus) Deũ cũ non viderit adesse virũ, qui ei tãquã irato occurrat, decreuit brachio suo saluare mundum perditum, & in his aliqua ex parte Israelem: non.n. radicitus illum sustulit, sed reliquias seruauit, idcirco vidit vt saluaret. Quo autem commodius id fieret. *Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius: Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio Zeli:* Indutus est inquam iustitia vt lorica, quę totum corpus tegit, vt hinc intelligas, quod si nõ polleret iustitia, & redundaret in omnes partes, nihil vnq̃ fuisset in homine Christo. His armis hortabatur Apostolus nos muniri aduersus diabolicas tentationes eph. c. 4. Coopertũ est caput galea salutis; quoniam salus omnis pendet a capite Christo, uel a capite Christi, quod est Deus: Aut in capite, posita erat galea salutis, quia nihil magis aut prius peroptabat Christus, quã salutem humani generis: quemadmodum in cruce positus clamans dicebat: sitio, scilicet salutem humani generis: *Indutus est vestimentis vltionis*, vt vindictam sumeret de primis, ac precipuis humani generis inimicis, vt peccato, morte, diabolo, & inferno, & pręter hos, de pertinacibus Iudęis, & de cęteris infidelibus, ac hereticis, qui persequuntur Christum, & Ecclesiam. Indumenta quidem, quæ vltioni, & vindictæ deseruiebant; præfigurabant ea, quæ intus apponuntur, nec ita foris apparent, vt notetur Dei actiones, quibus vlciscitur nostras pręuaricationes esse aliquantulũ occultas, quia s. non irascitur, & punit quantum posset, & nos quoq. mereremur: & frequenter nos punit, q.n nihil tale cogitamus, aut expectamus. *Et opertus est quasi pallio*

Videre. Dei bifariam.

Hieremia tren. cap. 1.

Caput Christi Deus.

A *zeli*, quia quicquid operabatur Christus in laudem, & gloriam patris sui, pro salute totius mundi, & pro vltione inimicorũ suorum operabatur quo zeli pallio Christus opertus, & alijs armis pręcinctus & armatus, tamq̃ fortis bellator accessit ad pugnam cũ potentissimis hostibus, cũ illis nullam vnq̃ pacẽ, aut inducias habiturus, ad quod prœliũ regius Propheta prouocabat. d. Accingere gladio tuo super femur tuum poten- B tissime, vt sic armatus sicut ad vindictã quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinẽ inimicis suis, insulis vicem reddet. hoc est gentibus q.bus q; remotissimis, & à Dei cultu prorsus aberrantibus vicẽ reddet. Sed hanc vicem, seu has vices, aliomõ intelligit D. Hier. & alio mõ alij: sic. n. d. ille: insulis vicẽ reddet, hoc est vrbibus Iudęę, q̃ videbantẽsse velut insulę, ab omnibus perturbationibus, & huius mũdi C fluctibus immunes, & tutæ, reddet niçes, qd sicut Iudæi exarserunt aduersũ nos, & nullis insidijs, aut machinis pepercerunt, quò nos funditus euerterent ac deleręt; sic facit filius hominis cũ eis, & aduers° eos. Dñt alii, vrbes Iudęę appellatas insulas; qa regio illa est intra maria. Liranus et D. Hier. pñt ẽt p insulas intelligi homines puersi q sẽp sunt in fluctibus huius sęculi: & à cęlesti ciuitate longissimè absunt. Alii verò expo- D nunt, quod insulis reddet vices. i. gentibus à Dei cultu alienis, quæ Deum ignorabant, & quibuscunq. viis, ac rationibus eius cultum detestabantur, reddet vices, i bonũ p malo. quia, v3, eorũ Deos delebit, & in nihilũ rediget, & ad vnius Dei cultum eos reducet, vt ei tm̃ deseruiant, quẽ antea sẽper blasphemarũt. Cum ergo prius de vindicta quasi retributione indignationis inferenda hostibus suis, loqẽ Propheta, accipit retributionẽ, cũ par pari referẽ, i. malũ p malo. E Cũ verò subdit. Et vicissitudinẽ inimicis suis, aut insulis vicẽ reddet, accipit vicissitudinẽ pro retributione boni p malo; atq; id primũ verissime contigit, q.n post Xpi passionẽ exercitus Romanus deuastauit oẽm Iudęam. Deinde cum ijdẽ Romani, & aliæ gentes inculte, ac vero Deo infensę susceperũt fidẽ, & fuere

Psal. 44.

Insulis vicẽ reddet.

D. Hieronymus.

& fuere conuersę ad Christum, et aliud vitæ genus iugiter appræhenderunt. fuerunt reddiię vices & facta restitutio alio modo, s. redditum bonum pro malo, quare &c.

Sed nota, quod multiplex est retributio, vt dicit Aug. super ps. 108. sed lōge detestabilior, et magis damnabilis ea est: qua reddimus mala pro bonis, de qua conquerebatur Dauid ps. 34. d. retribuebant mihi mala pro bonis: sed quando que conuenit reddere mala pro malis, quemadmodum nunc uidimus, quòd Deus reddidit Iudæis uicissitudinem, hoc est mala pro malis, quemadmodū in ipsi turpiter, & impiè persecuti sunt Christum, & occiderunt eū, neq. voluere vnquam pœnitere, & ueniam petere, Deus puniuit eos, per exercitum Romanum, et per uarios modos, ac uias. Verùm est discrimē inter vltionem, & vindictam, quam expetit Deus de malis hominibus, & quam expetunt homines de suis inimicis, quoniam quando punit Deus, non hoc facit delectatione alienę miserię, quod est malum pro malo, quemadmodū faciunt etiam boni Iudices, sed hoc facit dilectione iustitię, quod est bonum pro malo. Sed perfectorū, est reddere bonum pro malis. Aliorum quorumcumque bonorū proprium est nō reddere mala pro malis. At pessimorum, est reddere mala, pro bonis. Perditorum, est non reddere bona pro bonis. Et ingrati quidem hominis hoc uitium est. Eorum verò, qui aliqualiter boni sunt, officium est, reddere bona, pro bonis, sed reddere mala pro malis potius est officium malorum hominum, quam bonorum. Si vtique id faciant non amore iustitię, sed ob prauitatem moris, & ingenii, qua ratione nequaquam putandum est Deum retribuisse malum pro malis, Iudęis, pariter ac Romanis, et quibuscūque detractoribus gloriæ, & nominis sui quarè cū dicit hoc loco Esaias Deum redditurum vindictam, & retributurum vicissitudinem hostibus suis, nemo existimet Deum uelle vlcisci priuatas iniurias, sed quod dicit Propheta, qa Dominus, vidit, & in oculis suis apparuit malum, quia non est iudicium, & propterea subdit in textu, quòd indutus lorica, & opertus pallio zeli processit ad vindictam suorum inimicorum. Sed quemadmodum mox dicebamus quibusdam reddidit malum pro malo, vt puta obstinatis, & omnino deprauatis hominibus: quibusdam verò reddidit bonum pro malo. Quòd autem suaptè natura non consueuerit Deus reddere malum pro malis, testatur Dauid Psal. 7. cum inquit in persona Christi. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Quibus uerbis uult innuere Propheta maioris virtutis, & patientię, esse nec ei mala rependere, qui acceptis beneficiis reddidit mala pro bonis, quam si nullo ante accepto beneficio nocere voluisset. Si ergo reddidi retribuentibus mihi mala, qua in re non sum imitatus silentium, taciturnitatem, ac patientiam, quam Deus pro me operatus est, decidā meritò ab inimicis meis inanis, quoniam inaniter se iactat, qui cū et ipse homo sit, cupit se de homine uindicare. Qui verò rectè perspexerint iustitiā, et iudicium Dei, qua ratione se habuerit erga varias hominum cōditiones, & ingenia, quidam ab eo recedunt, quidam verò ad eum accedent, ut hētur in textu, qui sequtur.

Et timebunt, qui ab Occidente nomē domini, & qui ab ortu solis gloriam eius: cum venerit quasi flumius violentus, quem spiritus domini cogit. Hic textus est profectò difficillimus, & obscurissimus, cuius rei argumentum est, quòd innumeras ferè habet expositiones, sed quod rei veritas habet, hic loquitur Propheta ex se ipso, cum prius fuerit locutus in persona populi. Dicit ergo quòd posteaquam uidimus retributionē, quam fecit Deus de hostibus suis, & quo nā pacto reddidit vicissitudinem inimicis suis, nunc explicat quid post hæc sit futurum, & inquit, quòd erit tempus, quo ex omni orbis parte, plerequę gentes timebūt nomen domini, & gloriam eius, & conuertentur ad eum. Timebunt inquam, non timore seruili, sed eo timore, qui est initium sapientiæ, vt habetur in ps. 101. Timebunt gētes nomen tuū domine, & omnes reges terrę gloriam

[Margin notes: *Aug. super Psal. 108.* — *Retributio multiplex.* — *Licet quandoque retribuere mala pro malis.* — A — B — C — D — E — *Psal. 7.* — *Text. 5.* — *Vltima particula huius capituli.* — *Psal. 101.*]

gloriam tuam, de quo timore multa A extant loca in sacris litteris; sed hic sit satis. explicat autem propheta, quo potissimum tempore eiusmodi timor occupabit, aut replebit mentes, & corda hominum, & inquit.

Cum venerit, quasi fluuius violentus, quē spiritus domini cogit. sub his verbis latet difficultas, hoc opus, hic labor est. Quis nam sit is, de quo loquitur propheta, qui cum venerit quasi fluuius violentus, omnes gentes, quæ ab occidente, B et quæ ab oriente, & denique ex quacūque vniuersi orbis parte timebunt nomen domini, et gloriam eius. Quidā fautores Hæbreorum, & Hæbrei ipsi dicunt prophetam fuisse locutum de Cyro Rege Persarum, cum venit Babiloniam, de ipsius captiuitate liberaturus populum hæbreorum. Dicunt .n. eundem cum exercitu suo, tanquam fluuium rapidum, & violentum accessisse Babiloniam, & eundem populum ex il C la diuturna seruitute liberasse. Alii dicunt prophetam fuisse hoc in loco vaticinatum de exercitu, Romano, qui tanquam fluuius violentus accessit Hierosolymam, et expugnauit eam, tunc enim aliqua ex parte cęperunt Iudæi cognoscere errorem suum, & multas quas perpetrarunt iniquitates ergà Christum filium dei. Et eiusmodi uerba possunt satis conuenienter exponi, quod scilicet spiritus domini, & voluntas do D mini, iussio, et potestas eius coegerit, & quodammodo impulerit exercitum illum ad debelandos, et expugnandos Hębreos. Quidam alii dicunt prophetam loqui de quibusdam gentibus, quæ quandoque mouent arma aduersus homines probos, et iustos, et Dei seruos: veniunt inquam isti furore percitti, ut opprimant uiros bonos. Verum eos spiritus domini cogit, idest repellit, fugat et retrorsum abire compellit. Sic enim E exponunt verba illa. Cum uenerit quasi fluuius violētus, hoc est hostes & exercitus malignorum, quem spiritus domini cogit. Cogit inquam, uel eos; qui volunt infestare, et opprimere bonos uel impedire dominum Deum, ne uindictā sumat aduersus impios, et peruersos homines. Sunt postmodum, qui particu-

Paganinus dicitur sic intellexisse.

lam istam referunt ad diem iudicii, quo A scilicet filius hominis venerit in maiestate sua redditurus vnicuique secundum opera sua. Veniet inquam, uelut fluuius violentus, ut ex tempore, & præter omnem expectationē. Sic enim legitur Math. 24. sicut fulgur exit ab oriente & paret usq. in occidentem sic erit aduentus filii hominis Cyrillus, & quidam alii moderni, ut Hector Pintus exponunt hunc textum de ira Dei quæ B tanquam fluuius uiolentus, quem spiritus domini, iustitia, et iudicium eius cogit, ueniet ad puniendum, et castigādum hostes humani generis, et quicunque aduersantur diuinę uoluntati, & mandatis eius. *Matth. 24.*

Omnes istæ expositiones possunt utcūque admitti, sed re uera ea mihi longè melior, et conuenientior apparet, quā D. Hieronymus, et plerique alii ad mittunt, ac recipiunt; et hęc ea est, qua C uaticinium istud refertur ad illud sanctissimum tempus, et diem, quo factus est repentè de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus uehementis, et repleuit totam domum ubi erant omnes discipuli sedentes, ut habetur in Act. ca. 2. Tunc enim etiā omnem controuersiam uenit filius Dei, notitia Dei, ueritatis agnitio, et fidei protestatio, quasi fluuius violentus, absque ulla expectatione, et præscientia, qui scilicet Dei fi D lius tanquam fluuius, uiolentus agebatur, et cogebatur à spiritu domini, quandoquidem de eo legitur apud Esaiam cap. 61. Spiritus domini, super me, eo quòd vnxerit me ad euangelizandum pauperibus missit, me. *Act. ca. 2.* *Esa. ca. 61.*

At si quis uellet per fluuium uiolentum intelligere spiritum sanctum nulla est difficultas, quandoquidem perinde est, ut spiritus sanctus tanquam fluuius uiolentus super apostolos de- E scēderit, ac si et ipse filius. Per spiritum domini postea fluuium istum cogentē possumus intelligere diuinam uoluntatem, amorem, et charitatem, atque ipsam pietatem quæ deum impulit, et coegit ut mitteret spiritum sanctum, iuxta illum hymnum, quem canit Ecclesia in die Ascensionis, cum inquit Ipsa te cogat pietas ut mala nostra su-

peres. Dicitur enim ſpiritus domini co- A
gere .i, impellere, & quodammodo vim
facere, ut quàm celeriter, & citiſsimè fi
lius Dei ueniret in mundum. Nec mi
rum, quod tam violenter ad nos vene-
Pſalm. 147 rit, quia ſic etiam prædixit regius Pro-
pheta pſal. 147. Velociter currit ſermo
eius. Velociter inquam, veniet & violen
ter, & ueniet Syon redemptor i. redem-
ptor ipſius Sion, vel ipſi Syon, et eis qui
redeunt ab iniquitate Iacob. Vel di-
camus qui redeunt ab iniquitate Iacob B
.i. Iudæi illi, qui conuertentur ad Chri-
ſtum, & ingredientur domum ideſt Ec-
cleſiam, quam ſibi dominus ab æterno
pręparauit: *Hoc dicit Dominus, hoc eſt fœdus meum cum eis.* Ideſt hoc ego pol
liceor; et conſtanter ſpondeo, et affir-
mo, ſpiritus meus, qui eſt in te ò prophe
ta, ò domus Iacob, ò paſtores, et mini-
ſtri Eccleſiæ, ò uos ſucceſſores Patriar-
charum, & Prophetarum, et Apoſtolorũ
ſpiritus meus, qui eſt in quocunque ve-
ſtrum, et verba mea quę poſui in ore ue
ſtro, nõ recedẽt de ore ueſtro nec de
ore ſeminis veſtri, & de ſemine ſeminis,
et cũctorũ, qui futuri ſunt poſt uos, et
legitimè ſuccedẽt. dicit Dñs, q nec falli
nec fallere poteſt amodo, & vſque in sẽ
piternũ. Et ſic eſt finis huius capitis.

CAPVT LX.

1. *SVRGE, illuminare Hieruſalẽ. Quia uenit lumen*
tuũ, & gloria domini ſuper te orta eſt. Quia ecce
tenebræ operient terrã, & caligo populos: ſuper te
autem orietur dominus, & gloria eius in te vide-
bitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Re
ges in ſplẽdore ortus tui. leua in Circuitu oculos tuos, & vide: om
nes iſti cõgregati ſunt, venerũt tibi: filij tui de lõge venient, & fi
2. *liæ tuæ de latere ſurgẽt.* Tũc *uidebis, & afflues, mirabitur, & dili*
ta bitur cor tuũ quãdo cõuerſa fuerit ad te multitudo maris, forti
tudo gẽtiũ venerit tibi Inundatio Camelorũ operiet te Dromeda
rij Madian, & Epha: omnes de Saba veniẽt aurũ, & thus deferẽ-
tes, & haudẽ domino annunciãtes. Omne pecus Cedar cõgregabi
tur tibi, arietes Nabaioth miniſtrabũt tibi: Offerentur ſup placabi
li altari meo, & domũ maieſtatis meæ glorificabo. Qui *ſunt iſti, q*
3. *ut nubes volãt, & quaſi colũba ad feneſtras ſuas?* Me.*n. inſulæ ex-*
4. *pectãt, & naues maris in principio, ut adducã filios tuos de longe:*
argentũ eorũ, & aurũ eorũ cũ eis nomini domini Dei tui, & ſãcto
Iſrael quia glorificauit te: & ædificabũt filii peregrinorũ muros
tuos, & reges eorũ miniſtrabũt tibi. In *indignatione. n. mea pcuſ*
5. *ſi te: Et in recõciliatione mea miſertus sũ tui. Et aperientur portæ*
tuæ iugiter: die ac nocte nõ claudẽtur, ut afferatur ad te fortitudo
gẽtiũ, & reges earũ adducãtur. Gẽs. n. & regnũ, q nõ ſeruierit tibi
peribit: & gẽtes ſolitudine vaſtabũtur. Gloria Libani ad te ueniet
abies, & buxus, & pin⁹ ſimul ad ornãdũ locũ sãtificationis meæ,

& locum

& locum pedũ meorum glorificabo. Et uenient ad te curui filii eo
rum, qui humiliauerunt te, & adorabunt uestigia pedum tuorũ,
omnes, que detrahebant tibi, & vocabunt te Ciuitatem domini
Syon sancti Israel. Pro *eo quod fuisti derelicta, & odio habita,* 6.
& non erat, qui per te transiret, ponam te in superbiam saeculo-
rum, gaudium in generationem, & generationem: & suges lac
gentium, & mamilla regum lactaberis: & scies quia ego domi-
nus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Pro *are afferam* 7.
aurum, & pro ferro afferam argentum: & pro lignis as, & pro
lapidibus ferrum, & ponam uisitationem tuam pacem, & prępo
sitos tuos iustitiam. Non audietur ultra iniquitas in terra tua,
vastitas, & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros
tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius sol ad lucen
dum per diem, nec splendor luna illuminabit te: sed erit tibi do
minus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.
Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit
tibi dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies lu-
ctus tui. Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hare-
ditabunt terram germen plantationis mea, opus manus mea ad
glorificandum. Minimus *erit in mille, & paruulus in gentem for-* 8.
tissimam: ego dominus in tempore eius subito faciam istud.

EXPLANATIO IN SEXAGESIMVM CAPVT. ESAIAE PROPHETAE.

SVRGE, illuminare Hyerusalem. Quia uenit lumen tuum, & gloria domini super te orta est.

Intentio prophetae in presenti cap.

IN his uerbis citra omnẽ cõtrouersiam Esaias diuino spiritu afflatus, et plenè imbutus Ierusalẽ ciuitatẽ sãctã alloquitur, nõ eã quidẽ, quę tũc erat terrestris, et ũbratica, sed quę pipsã pfigurabatᷓ, hoc est ecclesiã ex Gẽtibus & Iudæis colligẽdã, et postmodũ ad cęlestẽ, et triũphantẽ ecclesiã, quæ est no B ua Ierusalẽ describẽdã ptrãsit, et quodã modo gestiẽs, iubilãs, et exultãs tãquã fuerint iã adimpletę pmissiones factę Israeli loquitur propheta. Alii dicũt q postquã in calce præcedẽtis capituli dictũ est Syõ redimẽdã, et Dei spiritũ nũquã ab ea recessurũ, nũc vehemẽter ei cõgratulatᷓ, et sũmã eius fęlicitatẽ describit, cuius rei occasione, multa palã, et apertè de Christo mysteria ptractãtᷓ Nõ desũt alii tũ ueteres, tũ moderni, q

penès capitulū istud, aliā vidēt habere intētionē, sed ex cōtextu ipsius litterę diligēter expositę, planius apparebit in tētio propheteę dicit ego. *Surge illumina re Ierusalē.* ista dictio Ierusalē addita fuit huic textui, qa (ut inquit D. Hier.) nō est in textu hębraico, quāuis in tex. lxx Interptū sit apposita. Surge ergo tu Ciuitas Hyerusalē, aut Ciuitas Syō, q̄ cecidisti, et in tenebris pstrata tacuisti. Surge tu qui iacebas in Synagogis, et in maxima obscuritate cubabas. Surge iquā, et aciē mentis in radios diuinę claritatis
Ex D. Hier. intēde. Surge quę hactenꝰ obdormisti, et inani ocio torpere uidebaris, surge nō āplius dormites, ac in tenebris ignorantiæ, et flagitiorum puluere iacete uelis: *Surge, & illuminare.* i. sic surge, uti illumineris, nō. n. à se ipsa poterat surgere, et illuminari, sed aliūde opꝰ erat uires, et lumē recipere, oportebat n. liberū hōis arbitriū moueri à deo, et sic motū recipere lumē gratię iustificātis. (ut docet Tho. 1. 2. q. 109. ar. 7. ad 1. Propterea subdit *Quia uenit lumē tuū, & gloria domini super te orta est* Sic etiā Baruch 5. pmittit hāc fœlicitatē ipsi Hyerusalē d. Surge Hyerusalē, et sta ī excelso, et circūspice ad Oriētē, et vide collectos filios tuos ab Oriēte sole vsq ad Occidētē. lumen istud fuit Christi saluatoris à luentus, et eius gloriæ, ac maiestatis declaratio, quia ante eius aduētū tenebræ infidelitatis operiebant uniuersā terrā, et caligo peccatorū populos: gētes quidē ignorātiæ tenebris erāt inuolutæ, populi uerò Iudæorū, errorū caligine erant occupati, et iure quidē gētes tenebris dicebātur inuolutę. Iudæi vero caligine, qm̄ sicut tenebrę adueniēte sole dispgūtur statim, et abeunt, caligo verò nō ita, itā adueniēte Christo, et eius doctrina p orbē diffusa, facilius multò apphēderūt illi fidē q̄. Iudæi. Quarē aduenientē Christo superuenit orbi lumē sacrę doctrinę et spiritualis intelligētiæ: quēadmodū Paul. 2. ad Cor. c. 4. d. Deus, qui dixit lumē de tenebris splēdescere, ipse illuxit in cordibꝰ nostris ad illuminationē sciētiæ claritatis Dei. Deinde adueniente Christo accessit nobis, et uniuersæ Ecclesię lumē gratiæ, quēadmodū Ioan. cap. 1. Erat lux uera, quę illuminat

Paul. 2. Cor. cap. 4.

Ioan. cap. 1.

A omnē hominē venientē in hūc mundū. Et paulo infra. Gratia, et ueritas p Iesū Christū facta est. Postremò adueniēte Christo, p ipsum Christū cōfertur nobis lumē gloriæ, de quo lumine loquebatur Dauid ps. 35. In lumine tuo videbimus lumen. *Surge ergo, illuminare Hierusalē, quia uenit lumē tuū.* i. Christus Dominus, q quidē uocatur lumē tuū, non absq. rationabili causa, qm̄. s. ex te natus, p te primo natus, et p tui salute à Patre Psalm. 35.
B in hunc mundum missus, et diū à patribus tuis expectatus, ac requisitus: quem admodū multos, et frequentes legimus clamores à sanctis patribus emissos, dicentibus. Veni domine, et noli tardare. Et Zacharias Pater Ioan. Baptistę. Nūc (inquit) Dimittis seruum tuum. in pace quia uiderunt oculi mei salutare tuū. Dicitur ergo lumen tuum, quia prius tibi promissum, et tui gratia (ut diximus) in hunc mundum destinatum.
C Quēadmodum ipsemet testatur apud Matth. d. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Sed quoniam ipsi Iudæi non comprehenderunt istud lumen, adeirco fuit translatum, & transmissum ad gentes. Non ideo tamē sequitur, quòd incredulitas Iudæorū fuerit in causa, quòd gratia Christi dimanauerit ad gentes quoniam tamet si illam apprehendissent, gentes etiam forent illam consequutæ. Vt notat Ca- Matth. c. 15
D ieta. super cap. 11 Epist. ad Rom. Nec obstat q̄ Paul. dicat gentes misericordiā cōsecutas propter incredulitatem Iudæorum quod aliud est loqui de facto, et aliud de posibili (dicit ipse.) Cum ergo dicitur. *Surge illuminare Ierusalem, quia uenit lumen tuum.* Quanuis quam de Hyerusalem terrena, et de populo Israelitico secundum carnem intelligi possit, et verè dicendum Christum ad eos primitus missum, nihilominus, iuxtā spiritualem intellectum,
E per Hyerusalem intelligendam esse Ecclesiam primitiuorum ex Iudæis, et gentibus collectam, et consequenter eādem Ecclesiam progressuram et duraturam usque ad consumationem sæculi et iuxtā hunc sensum citra omnem scrupulum dicere possumus lumen istud, quod est Christus Dominus, fuisse

fuisse vniuscuisq. nostrum, & pp vnū-quemq. nostrū huc accessisse, fuit lumen tuū, & lumen meum, lumen tuum,quia pro tui beneficio destinatum: lumen tuum, quia in rē tuam venit, & in tuum profectum, lumen tuum,quia illuminabit mentem tuā & eo duce im mortalitatem consequeris, & lumen indeficiens, erit tandem lumen tuum, & lumen meū (modo velimus) lumen gratię, & lumen gloriæ: dicitur venisse quod multa post tempora futurum est,vt cognoscamus rei certitudinē. *Et gloria domini super te orta est &c.* Sed quo modo gloria domini super te orta est? orta est inquā qn filius Dei, qui gloria patris est,& nominatur, quādoquidem per ipsum,& in ipso, & cum ipso, glorificatur Deus,venit in hunc mundum & super te ortus est, & quæ quondam fuit super tabernaculum Dñi, & templum eius super te ô Hyerusalem eęcidit,sup te venit, propterea gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei:descendit.n. spiritus Sanctus in vterum virginis, quæ de te processit, atq; idcirco gloria domini super te orta est, vocatur etiam Christus gloria patris, quoniam refert eum à quo ortus est, & ex cuius vtero ante luciferum genitus est, in propria eius natura, & quēadmodum nouimus filium, in ipso, & per ipsum magnificentiam, gloriam, ac maiestatem patris contemplamur, vti Christus d. apud Ioā. Pater clarifica filiū tuum, vt filius tuus clarificet te. *Orta est etiam gloria domini super te,* quādo diuinę bonitatis & iustitiæ per Euangelij prædicationem facta est manifestatio, multis, & varijs signis, & prodigijs eiusmodi prędicationem confirmauit, & apud Iudæos primum miracula edidit, mortuos ab inferis resuscitans, cæcos illuminans, leprosos mundans, demones increpans, & cum potentia, & authoritate expellēs:omnia denique prestans, & efficiens, quibus fidem faceret, & declararet se verè Deum esse, & natura Dei patris filium. Hoc quidem irrefragabile argumēto demonstrauit Iudęis Christus, se verū esse Messiam, nec quemquam alium fore expectandum, cum dixit. Cęci vident, claudi

Christus Iesus, gloria patris.

Ioan. 17.

A ambulant, mortui resurgunt, & pauperes euāgelizātur. Vndē postea subdit. Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me. Deinde sequitur *Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos,* quasi dicat: nō amplius obdormias neq. amplius ocio torpescas,expgiscere iā & excitare,& surge vt illumineris, postcaq venit lumē tuū, hoc est lumen illud quo solo poteris illustrari, & illuminari, & tenebras depellere, quia nisi
B surrexeris, & illumineris. *Ecce tenebrę operient terram* frōte capillata, post hęc occasio calua, non dabitur vltra facultas,& occasio, qua possis illuminari, & gratiam, & veritatem percipere, quia, *Ecce tenebra operient terram, & caligo populos,* quoniam quicunque non receperint lumen istud, tenebris, & caligine inuoluentur, tenebris inquā ignorantię, & peccatorum caligine (vt supra declarauimus) Ecce (inquam) hoc est
C certè futurum est,& citra omnem controuersiam terra erit operta,& circumuoluta tenebris. Aliqui volūt, hoc loco futurū accipiatur pro pręsenti,quod frequēs est in scripturis sacris;vt sic dicamus. *Surge illuminare Hierusalē &c.* quia tenebrę operient terram, & caligo populos,quasi dicat vniuersus orbis est tenebris ignorantię,& caligine peccatorū inuolutus, & nulla est pars terrę quę sit immunis ab hac miseria. Se-
D quitur. *Super te autem orietur dominus & gloria eius in te videbitur.* Aliqui expositores opinantur priora verba, quibus Propheta cohortarį videtur,& suadere Hyerusalem surgere, & illuminari ad quoscunque posse referri. Quòd verò subdit. *Super te orietur dominus &c.* ad solos electos pertinere. Sed ego nō moror istud discrimē, mihi magis placet, vt quęcunq; sunt hactenus dicta ad veros Israelitas referantur, quia pręter
E eos, omnes alij sunt in tenebris, & caligine, non solum in tenebris interioribus, verumetiā in illis, vbi erit fletus, & stridor dentiū. *Super te* igitur, q surrexeris à sōno peccatorū,& illuminatus fueris, vel illuminari curaueris, *orietur dominus* qui ē sol iustitię. *& gloria eius in te videbitur,* cuius rei testimoniū affert Io. cap. 1. cū d. Et vidimus gloriā eius

Matth. 11.

Ioan. 1.

gloriam quasi vnigeniti à patre, plenū gratiæ, & veritatis. Sed quid est dictu *Super te orietur dominus*? nihil vltra, nisi quòd in eum solum sperabis non alia erit mens tua, & animus tuus, nisi in ipsum Deum, & quęcunque placita sunt ei facere semper. *Super te orietur dominus*, ideſt Deus semper tecum aderit in cunctis operibus tuis, præsto aderit, scuto circundabit te veritas eius nec timebis à timore nocturno, & spiritus eius bonus deducet te in viam rectam, & educet de tribulatione animā tuam. *Super te orietur dominus*, iſta locutio magnum quid indicat, vt non facile possit explicari: *super te* inquam .i. in te nihil tale expectante, neque etiam promerentē *orietur dominus*, te totum occupabit, super te descendet, & ex te, & super te orietur, *Et gloria eius in te videbitur* & manifesta erit. ex te inquam orietur, quia nō alium videbitur elegisse locum vnde appareat, vel oriatur quam animam tuam, & cor tuum, sic etiā legitur Baruch cap. quinto: oſtēdet Deus splēdorem suum in te qui sub cę lo eſt. Deinde sequitur *Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.* Non eſt, qui dubitet, hoc in loco vocationem gentium per Esaiam p̄dici: ambulabūt inquit gentes cuiusq; nationis, sexus, ae ætatis ad ipsum Chrſtum, & videtur alloqui Hyerusalem .i. Ecclesiam illam primitus erectam, & constitutam Hierosolymis, & eandem consequenter duraturam vſque in finē ſęculi. & prędicit gentes accessuras, & ambulaturas ad Christum in lumine tuo, hoc eſt in lumine mox dicto, longē prius patribus promiſſo, & tibi tandem collato, & hoc eſt lumen Christi, & Apoſtolorum in quo nos omnes ambulamus. *& reges in splendore ortus tui.* Reges inquam (inquit D. Hier) quorum cor in manu Dei eſt, & illi reges in quorum corpora non regnat peccatum, omnes iſti ambulabunt in splēdo re ortus tui: Reges enim hoc loco vocā tur, non hi tātum, qui tēporaliter aliis dominantur, sed & illi, qui dominātur suis cupidiatibus & poſt eas nō vadūt. Ambulabunt ergo iſti, sed nō abſq; causa meminit Reges vt oſtēderet se non

A destituendum esse cultoribus cuiuscunque status, ideſt subditorum, & regum, vnde psal. Reges Tharsis, & insulę. sed videndum eſt quo ambulabunt ad Christum diximus) hoc eſt ad fidem, inculpabilem, ad obtinendam salutem & ad ueram Dei, & sanctiſsimę trinitatis cognitionem: non enim amplius lignis & lapidibus, sed vni vero, & soli Deo, qui eſt vniuersorum Dominus, laudem, gloriam, & honorem exhibe-

B bunt: ambulabunt tandem ideſt vias omnes, actiones & ſtudia sua dirigent, & tractabūnt in lumine tuo, & in splendore ortus tui, prius enim quam orietur illis, vel super illis dominus, gentes in tenebris ambulabunt, orta autem luce, & posita super candelabrum ambulabunt, in illo lumine, quod per te prius ortum erat, & reges quoq; nec solum homines gregarii, & infimæ sortis, supplices oculos attollent ad splen-

C dorem luminis, quod ortum eſt tibi; poteſt etiam dici Hyerusalē orta quando per baptiſmū fuit renata, & subdit *Leua in circuitu oculos tuos, & vide omnes iſti congregati sunt venerunt tibi. Filij tui de longe uenient, & filiæ tuæ de latere surgent &c.* loquitur hic Propheta ad eandem Ecclesiam, sed quæ primum miniſterio apoſtolorum congregata fuit in Syon, & vaticinatur vt supra, sed aliquanto clarius vocationem gentium, &

D duorum populorum in Chriſto vnionem, & legalis vmbrę in spiritualem cultum mutationem: omnia enim (vt supra diximus) innouantur in Christo & vetera pręterierunt. Cū ergo dicit *Leua in circuitu oculos tuos*: videtur; quodā modo propheta cōsolari præfatam Ecclesiam & iubet eam de acceſſu, & conuersione gentiū, magnopere lętari, oſtēdens, qui ad fidē veniunt nō fore extraneos, atque peregrinos, nec eorum sa-

E lutē, & redemptionem quicquā damni vel incommodi allaturā, sed gloriā potius, decus, atque honorem, & simile eſt ei, quod dicebat dominus apud Ioan. cap 4. leuate oculos veſtros, & videte, quia iam albę sūt regiones ad meſſem Leua itaq. in circuitu oculos tuos perluſtra circumquaque vniuersam terrā, & videbis ex vnaquaq; orbis parte, & Ioan. 4

non

non ex solis terrę Iudeę angulis, & an gustijs plurimos ad te cõfluere, & conuenire. *Omnes isti congregati sunt* nõ qui dem in vno, & eodem loco, verũ in vna fide collecti, eũdem finem spirantes, & anhelãtes. Venerunt tibi in rem tuam in cõmodum tuum in fauorem & subsidium tuum, & tanquam filij, confratres, & socij tibi, adueniũt, & adiunguntur: nam cum antea dispersi essent, neq; alter alterũ cognosceret, & quisq. suam sectaretur hęresim, ac sentẽtiam & plurimũ inter se dissiderẽt; nunc so ciati sunt, & cõiuncti in vna fide, & spe salutis vestrę. Proinde gaudere oportet & exultare quia perierãt, & inuẽti sũt. Cũ postea dicit, *Filij tui de longe veniẽt & filia tua de latere surgent*, non absque ratione gentes ad fidem conuersæ appellantur filij Ecclesiæ fidelium ex eisdem Iudæis collectæ, tum quia salus ex Iudæis est, tum quia lumine Iudæis antea promisso, & ex parte cõcesso, dicuntur illuminati, & eiusdem luminis baptismate purificati. *Filij igitur tui de longe venient.* de longè quidem, non solum ab extremis orbis terræ partibus quemadmodum dixit saluator. Multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham Isaac, & Iacob in regno cœlorum, sed longè dicuntur venire ratione affectus, & ipsius animi, vt qui prius erant prorsus abalienati à Deo (vti B. Gulielmus, qui erat sceuissimus homo postea magnus Dñi seruus effectus, sicut & Paulus Apostolus (vt dicit psal.) longe à peccatoribus salus & D. Paulus. Vos qui eratis longe, facti estis prope. Oĩs ergo hi filij tui de longe venient: Proinde non existimet Iudæus, eos tantum qui ex sanguine sunt Israel oriundi, filios Dei, & Ecclesię nũcupari; sed quotquot ex omni tribu, & natione vocati fuerint ad ueri cognitionem, velut D. paul. attestatur d. Nõ omnes qui ex Israel sunt hi sunt Israelitę, neq; qui semen Abrahę sunt omnes liberi, sed filij promissionis reputantur in semine. dictum est enim Abrahę à Deo: patrem multarum gentiũ te constitui. Sed cur distinguit filios, & filias, (inquit .n.) Filij tui de longe venient., & filię tuę de latere surgent. Cum in-

Psal. 118.

Eph. 2.

Rom. 9.

A quit. *Et filię tuę de latere surgent* fortassis vt innueret vtriusque sexus homines ad Christianã fidẽ pertinere cum in lege veteri homines tãtum masculini sexus circuncisionem acciperent, id circo seorsum nominat filios & filias: Aut etiam per filios intelligit, qui sunt in fide fortiores, per fœminas verò, infirmiores, & eos, qui sunt, velut paruuli in Christo, Aut tertio dicendũ est, hębraico more propter sermo-

B nis elegantiam fieri hanc distinctionẽ seu distributionem, sed pro rei veritate vtrumque verbum, vtrisq. annectendũ est. vg. filij & filię de longe venient, & filij pariter, & filię de latere surgent sed dicuntur filię de latere surgere tamq; infirmiores, & debiliores, nõ de longe, sed quasi de latere prodiisse: Quidam legunt de latere sugent. & iuxtà D. Hier per hæc uerba uult indicari quod animæ in Christo lactentes, quę nomi-

C ne filiarum nuncupantur quasi modo geniti infantes, rationabiles, & sine dolo concupiscere debeant; & sugere lac apostolorum. Aut dicamus quod filię de latere surgẽt, hoc est, fideles, quo nomine communi comprehẽduntur masculini sexus, & feminini ad Christũ p fidẽ, & sacramẽta accedentes sunt percepturi gratiã remissionis peccatorũ ex Christi latere, vnde fluxit sanguis, et aqua. Aliqui textus habẽt. Et filię tuæ

D in humeris portabuntur, quibus verbis indicatur, quod homines vtriusq. sexus aliquãto tardiores, et imbecilliores, eũ primũ accesserint ad fidẽ, more paruulorum in humeris perfectorum, et prudentum ministrorum, ac sacerdotum portabuntur: quemadmodum dicebat Apostolus, debem⁹ nos firmiores imbecillitates infirmorũ sustinere, & nõ nobis placere, sed super latus, & humeros pariter & in gremio eos detinere, & ve

E lut paruulis in Christo lac potũ dare. Possumus etiam dicere (nulla istarum expositionem reiecta) quòd filię de latere surgent, idest de materno vtero, & de parentibus infidelibus surgent, & venient ad Ecclesiam, vt Daria olim virgo Vestalia, & Emerentiana virgo adhuc Cathecumena relictis parentibus & plures aliæ gentes de latere hoc est

Filię tuę de latere surgent.

vix in lucem editę, accesserũt ad Christum & venerunt ad Ecclesiam:filię inquam Dei per prędestinationem. Post hæc sequitur. *Tunc videbis, & affluet, & mirabitur, & dilatabitur cor tuũ, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi: Inundatio Camelorũ operiet te, Dromedarij Madian & Epha.* Particula ista est adeo clara, vt nulla indigeat expositione: aliqua verba solum annotare libet. predicit .n. Propheta his verbis ingens gaudium, quo iure optimo perfundetur Ecclesia, cum tam ingens multitudo idolatrarum connectetur ad Christum, tunc idest, eo tempore quo in actum vaticinium istud reducetur, videbis & affluet, idest mirifice lętaberis, non poteris te continere intra limites, & vt vulgo dicitur, intra pellem consistere, tunc inquam, cum multitudo maris, idest gentes quæ sunt trans mare incredibili hominum frequentia confluent ad te, fortitudo gentium, idest, vis, robur, & magnificentia, & neruus diuersarum gentium ad te conuerterit, tunc profectò mirabitur, & dilatabitur cor tuum, præ ingenti gaudio, & lætitia: etenim mirari consueuimus & obstupescere quando pręter opinionem, & expectationem hominũ fieri aliquid contingit, vt quando percipimus aliquod regnum ad fidem conuersum, vel de fidei hostibus aliquem susceptũ triumphum, vt quando in Epiro, Turcharum nauali bello profligatus exercitus fuit. Sed per fortitudinem gentium non intelligas solum robur, & diuitias, ac strenuitatem hominum, quæ quidem videre, & proprius intueri magnum est gaudium & animi oblectamentum, vt experimẽto comprobatur; verum spiritualiter hæc sunt intelligenda; quandoquidem per multitudinem maris, & fortitudinem gentiũ intelligenda sunt hæc omnia, puta vires, ingenium, industriæ, artes, & scientiæ, quæ veriores diuitię sunt, quam aurum, & argentum, & quęcumque beneficio maris, aut iumentorum, possunt ad quemcunque deferri, & multò magis bonitas, modestia, fides, & quæcunque per spiritum sanctũ pręciosa dona conferun-

A tur, his enim omnibus ditata est Ecclesia, & per vniuersum orbem propagata hęc est multitudo maris, & fortitudo gentium: Sic etiam. Inundatio Camelorum, Dromedarij Madian, & Epha, tanta inquam erit copia istorum animalium, quæ adducentur ex longinquis regionibus ad te, quod operiet te in horum animaliũ, & aliarum opum omnis generis affluentia vsque adeo repleberis, & modo quodã sum-
B mergeris, quod vix inde poteris educi. *Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudẽ domino annũciantes.*

Circa nomina huiusmodi animalium non est præsentis negocij diutius laborare, sed adire oportet, & consulere Aristotelem, Plinium, & alios autrhores, qui de natura animalium scribunt ex proposito; atque etiam de nominibus harum regionum consulendi sunt Geographi, quique de situ or-
C bis disertè conscripserunt. Sat erit pro intellectu horum verborũ videre quæ scribit Diuus Hieronymus, Diuus Thomas, & cæteri expositores. Dicit ergo propheta. *Omnes de Saba venient aurum, & thus deferentes, & laudem domino annunciantes.* Vide tamen ne intelligas de omnibus indistinctim, & de singulis generum, sed generibus singulorum, hoc est de omni genere, sexu, & gradu aliquos es-
D se venturos: dicuntur autem hi non solum materiale aurum, & thus ad christum perferre, sed spiritualiter, & typicè bonorum operum suauem fragrantiam, ac redolentiam, spiritualesque diuitias. Constat enim & manifestum est illos tres reges in ortu Christi ad eum vère & realiter accessisse, & illa tria munera, videlicet aurum: thus, & myrram non absque grandi mysterio eidem obtulisse. Cu-
E ius rei singulo quoque anno in vniuersali ecclesia, per totum orbem dispersa, fit solemnis commemoratio.

Dicit etiam: *omne pecus Cedar congregabitur tibi; arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo.* Per hęc nomina diuersorum locorum, gentium barbararum, quæ sunt vicinę Israeli

Israeli, totius mundi conuersio prędicatur, quodq. per huiusmodi animalia quę hic nominantur intelligendi sint homines, diuersa munera obeūtes, patet ex textu, vbi habes, ꝙ Arietes Nabaiot ministrabunt tibi. Quis enim putet animalia muta, & irrationalia ministratura Deo: nisi dicas, illis vti quandoq. Sacerdotes ad immolādum Deo. Nabaiot quidem, (vt inquit D. Hiero.) Prophetia interpretatur. Quare arietes Nabaiot, hoc est, cohors, & multitudo prophetarum ministrabunt Domino. Breuiter dicendum est (si per arietes intelligamus iuxta literā) hoc genus pecoris, nulli dubium quod ipsi nō ministrabunt, sed ministrabūtur a Sacerdotibus ipsi Deo. Vt inquit D. Hieronymus. At si per arietes intelligamus mistice duces gregū, idest ipsos sacerdotes & pastores animarū, ministrabunt Domino. Vnde Psal. 28. Affertę Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Et cum inquit. *Offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meę glorificabo*, ostēdit Propheta, & pdicit quid officij, quid muneris fieri poterit de huiusmodi animantibus. Inquit. *Offerentur super placabili altari meo*, quod quidē altare quid nam aliud, quā Christus est, p quē nobis placatus est Deus? & domus .i. Ecclesia maiestatis suę glorificabitur. Hoc autem dicit Esaias vt noret differentiam, ac prẹeminentiam nouæ legis a veteri, in qua non licebat alienigenis, quales erant Madiauitę, & Ismaelitæ, & cæteri idolorum cultores Deo hostias offerre, quòd si forte obtulissent, non erant ei accepta: at in lege noua licebat quibuscūq. hostias offerre super altare Dei, quod est ipsemet Christus, & erunt acceptę eoram eo, quia iam altare ipsum est placabile, & placatum, quia scilicet placauit ipsum Deum, neque vllum amplius est discrimen inter ipsos offerentes, quicunque sint illi; quoniam in Christo Iesu nō est seruus, neque liber barbarus neq. Scitha, Gręcus, & Iudeus: sed omnia, & in omnibus est ipse Christus. quare acceptę sūt eorum omnium hostię, qui per fidem in Christum accedunt ad ipsum Deum, & Ecclesia Dei non est amplius

Psal. 28.

A domus hostiarum, & fumorū, sicut erat templum Ierosolymitanū, sed orationis potius, & cultus spiritualis: quemadmodum dicebat ipse Dauid. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinū. Vnde, & Christus alibi ex testimonio huius prophetæ vocat domum suam domū orationis, quo pacto gloriosa dicta est, & facta. non tamen existimes sic Deo gratum

Psal. 140.

B fore cultū spiritualem, vt omnino negligat cultum externum & corporalem, vt alias dicemus, neque existimes cuicunq. fideli licere hostias offerre super altari, sed iis tantum, qui ad hoc munus sunt deputati. Deinde sequitur *Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?* Ista percunctatio pōt ad duo referri. Primū quidē ad id, quod supra dictū est Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur

Tex. 3.

C cor tuū, quādo cōuersa fuerit ad te multitudo maris, &c. vt miretur adhuc de celeritate illarum gentium, quæ conuertuntur ad fidem: Deinde potēst esse specialis, & seiuncta admiratio, qua ppheta admiretur, & stupeat de tot gētibus tanta cum celeritate ad fidē confluentibus: aut ipsa Ecclesia ex Iudęis primitus collecta dicatur admirari, preuidēs admirabilē gentium concursum ad eādem fidem, aut celerem, vel

D celebrem Apostolorū, & ministrorum Dei per vniuersum orbem discursum prędicantium, & annunciantiū pacem, & salutem gentibus, & sic ipsa Ecclesia (vt dictum est) uel Propheta in persona Ecclesiæ suspiciens quodammodo in cœlum, & prę admiratione gestiens inquit. *Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?* Mira percuntatio (inquit Rupertus) tendens ad hoc, vt auditores habeat, ac

E Rectores quàm maximè attentos: poterat namq. dicere gentes, aut Apostoli turmatim accesserunt ad fidem, & prędicarunt eandem, sed voluit, quia sic oportebat rem tantam in tempore suo cognoscendam, & discretius abscōdere, & postmodum conuenientī, & digno quantum potuit mysterio, cū percuntatione declamatoria significare dicē-

Qui sunt isti, qui vt nubes volant, &c. Sciendum autem quod per istos, qui sicut nubes volant, & quasi columbę ad fenestras suas, sacri Doctores multos volunt comprehendi. Primo quidem gentes, & populos diuersarum nationum, qui non morosè, aut pedetentim, lentoue gradu, prędicato Euangelio ad fidem accurrerunt, sed maxima cum festinatione, & breui ad modum temporis spatio totus penè orbis fuit conuersus ad Christum; & iure quidem optimo gentes ad fidem conuersę nubibus celeriter è terra in altū eleuatis comparantur, & columbis ad fenestras suas properantibus, quoniam sicut nihil est in terra quod nubium sursum eleuationem possit impedire, aut volantes aues retardare quò minus properent ad nidos suos, sic non est qui possit impedire qui a diuino spiritu tāquam nubes a uento impelluntur, vel Dei amore inflammātur, quin ad fidem, & Christianam pietatem perducantur. Deinde per eiusmodi nubes, & columbas intelligūtur Apostoli, quibus dixit Christus: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. ipsi quidem volant vt nubes nullo quietis ocio, sed impellente spiritusancto cunctis gentibus pluuiam salutaris doctrinæ attulerunt, sunt etiam quasi columbę simplices, serpentis tamen astutiam habentes, vel prudentiam. Columbæ istæ singulæ stant ad fenestras suas, .i. exercent quas acceperint Spiritus sancti gratias diuisas, semper prędicando, volantes vt nubes, semper cōtemplando, et per illas suas fenestras cœlum suspicientes, meditando gementes, & gemendo meditantes. Ob eandem rationem prædicatores diuini verbi volant et ipsi ut nubes, et quasi columbæ ad fenestras suas. Volant quasi nubes, quia terrena despicientes corde, & animo cœlestibus appropinquant, verbis pluunt, & miraculis corruscant columbæ quoque appellantur & ipsi propter simplicitatē & stant ad fenestras suas, quia nihil in hoc mundo concupiscūt, & si quid appetūt, ob id rapacitatis studio non trahuntur: sic D. Greg. ho 5. super Euang. Sub eisdem verbis, & sub hac insigni metaphora comprehēduntur & homines iusti, & pii; hi enim dicuntur volare vt nubes, quia a terrenis contagiis subleuantur, & quasi columbæ ad fenestras suas sunt, quia per sensus corporis exteriora quęque intētione nō respiciūt capacitatis, eosq. foras non rapit cōcupiscentia carnalis. Nec solum hi, sed quicunq. arctiorem vitæ regulam professi sunt, sub eisdem verbis comprehendūtur, hi quidem vt nubes volant, quia non per terrā gradiuntur, neq. coniugiis, & negociationibus, huius mundi implicantur, neque propagandæ soboli opera carnis impendunt, sed vt nubes volant, quia dum cœlestia appetunt, de terrenis desideriis nihil tangunt. Postremo vt nubes volare dicuntur qui posthabitis terrenis cupiditatibus, præclaris virtutibus exornati totis viribus annitūtur, vt iustitia, castitate, prudentia, bonitate, & notitia diuinarum rerum, hi quoque supra mundum feruntur, & veluti nubes sursum eleuantur. Nos quoq. omnes studere debemus, & oī cura satagere simus velut nubes, hoc est a mundi turbinibus, & commotionibus amoti, pariterq; velut columbæ super fenestras nostras consistere, hoc est sensus nostros cohibere, ne mors ingredatur per illos, quemadmodum præcabatur Deum Regius vates dicēs. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. & dixi custodiam vias meas, vt nō delinquam in lingua mea, debemus stare super fenestras nostras; idest rebus nostris ꝓspicere, quæ nostra sunt curare, & aliena non appetere, neque velle curosius ea perscrutari: Sed redeamus ad textū. *Me enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longe.* Per insulas, nulli dubium, non esse intelligendas eas terræ, aut maris vbi sitę sunt insulę, sed habitatores earum, & non quoscunque, sed qui habitant in locis remotissimis, & a communi omnium consortio seiunctissimis aut per insulas intelligit ciuitates quasdam in solitudinem redactas, & habitatoribus destitutas, adeò ꝙ per eas vult Esaias, vel Deus qui in hoc loco per Esaiam

Margin notes: *Quid per nubes, & columbas.* — *Greg. ho. 5.* — *super Euangelia.*

iam loquitur innuere etiam homines illos, qui habitāt loca horrida & inculta, & ferè inaccessa, venturos ad fidem, & obsequium Deo præstituros, quemadmodū aliqui referunt de quibusdam habitantibus in nouo orbe, qui q; sunt homines horridi, ac īculti, & ipsi quoq. apprehenderunt fidem. At longe melius, & conuenientius est, per insulas hoc loco intelligere Ecclesias varijs in locis, & ferè vbique locorum constructas & construendas, in quibus honorabitur, & glorificabitur dominus Deus omnipotēs, quę vocātur insulę, quoniam in hoc mundo velut in mari profundo sunt constitutę. Sed dubium est

Tex. 4. in eo quod dicit. *Me enim insulæ expectant, naues maris in principio*: expectant inquam istæ naues de longe apulsæ, & in portu consistentes, vt recipiant eos, qui descendunt in ipsis, & faciunt operationem in aquis multis.

D. Hieron. Sed cur dicit, in principio? Hic expositores confunduntur D. Hier. inquit, in principio, quo scilicet fuit exorta fides: fuere namq. quamplurimi tam ex Iudęis, quàm ex Gentilibus, qui quamprimum Dei gratia illuxit: & prędicatum fuit Euangelium crediderunt in Christum, vt facilè est videre in actis Apostolicis. Alij dicunt. *Me expectant naues maris in principio*, hoc est in primis, quòd scilicet gentes illę transmarinę, quę incolebant regiones magis remotas, & accessu difficiliores (quod quidē satis mirabile est, & singulari pręconio commendandum) longe alijs priores ad fidem accesserunt, vt de Magis ab Oriente venientibus historia euangelica testatur.

Franciscus Forerius. Quidam iuniores, per naues maris in principio intelligunt non quascunq. naues accessisse ad Christū sed naues in principio, idest naues etiā primarias, pręstantiores, & opulentiores, vt sic dicamus, classem egregie instructam, & ornatā, & rite ordinatam Hæc expositio quamquam sit reuera valde subtilis, & acuta magnam tñ vim facere videt ipsi textui, Propterea prior expositio mihi satis arridet, vt intelligamus per naues maris in principio, Christum expectantes, & ad eum recedentes eos populos, & gentes, quę in

A locis, & regionibus longè remotioribus morabatur, magis quam qui erant propinquiores multo, & commodiores (vt Dauid ps. 67 videtur prędixisse cū inquit. Venient legati ex Aegypto, Aethyopia preueniet manus eius Deo, & vt vno verbo dicamus, voluit eo versu innuere Propheta, q; populus ille, qui olim erat abiectus, & apud Deum omnium postremus, primus introiuit in Ecclesiam, quæ tūc erat ex paucis fide- Psal. 67.

B libus, & cum introierit plenitudo gentium catervatim introibunt Iudæi, & in fine sæculorū, omnis Israel saluus fiet, & hoc fuit præfiguratum, & præsignatum per Iacob, & per Esau, quamuis. n. Esau præcederet Iacob, Iacob tamen supplantauit fratrem suum, & abstulit illi primogenita, quo pacto, qui caput erat, in caudam factus est, & qui cauda esse debuerat in caput fuit sublimatus, & primi fuere nouissimi, & nouissimi

C primi, vt verum sit quod dixit Dauid. Populus qui nascetur quē fecit Dominus. & alibi, Populus qui creabitur laudabit Dominum; spiritu prospiciens, & prępidcens quod futurum erat de populo gentium: sic ergo intelligendum est verbum illud, in principio (vt ego reor.) *Me enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longe: argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, &* Psal. 21. Psal. 101.

D *sancto Israel, quia glorificauit te.* quę particula tota affertur pro causa eorū quę dicta sunt, videlicet. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Argentū, & aurū quod naues illæ maris adducent vnà cum filijs suis de longe, bifariam potest accipi, hoc est de argento, & auro vere, & realiter, quandoquidem multæ opes, & multa prædia oblata sunt Ecclesiæ Dei, quæ prius lapidibus insensatis, ac

E dæmonibus offerri consueuerant: & præter hæc obtulerunt seipsos in obsequium ipsius Dei vnà cum fide, & splendore omnium virtutum, quo loco non est prætereundum, quod ex his verbis iure optimo colligitur, plurimū conuenire, neq; vllo pacto præter rem esse, in Ecclesia militante quę conficitur ex hominibus corpore, & anima constitu-

tis

tis temporalia dona offerri pro sustentatione ministrorum Ecclesię, pro conseruatione, & ornatu Ecclesiarum, pro subuentione pauperum, & pro redemptione captiuorum; nec facultates nostras vtcumq; multas, magnas, & valde præciosas quicquam præcij habere putãdum est, neq. in officium, aut opus dignius, & pręstantius esse impendendas, nisi quãdo in honorem, & gloriam Dei, qui illas dedit, & condidit impendãtur. Et in toto huius capitis residuo Esaias prędicit multas, & varias immunitates, & priuilegia, quę habitura est Ecclesia tunc primum ex paucis fidelibus collecta; & primũ quidem iam dictum est, quod naues, maris in principio adducent filios suos de longe, argentum, & aurum, & alias opes, ac facultates nomini Dei tui. Sequuntur deinde alię immunitates vbi dicit. *Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi*; magna certè, & incredibilis erit fœlicitas militantis Ecclesię, dum filij peregrinorum ędificabunt muros tuos; filij peregrinorum dicuntur filij Gentium, qui vocantur alieni, & peregrini, cum sint alterius generis, & alterius regionis, aut sectę; & rectè quidem dicit, filij peregrinorum, vt ostendat longè meliores filios fuisse, quam patres: constat .n. ex historijs, multos Principes, & reges ex patribus infidelibus procreatos multas Ecclesias suis sumptibus construxisse, & erexisse, & maximis donis, & facultatibus adoptasse, & exornasse: vt notum est de Constantino Magno, & de multis alijs Principibus, ac Regibus, vt est videre per vniuersam Galliam, & Hispaniam, Italiam pariter & Germaniam, vbi sunt quam plurimæ domus & ecclesię magnis facultatibus & opibus ditatæ à Regibus, magnis Ducibus, & Principibus: nec solum muris eam materialibus construxisse, verum, & spiritualibus, qui sunt longe fortiores, & stabiliores, quam muri materiales; Cuiusmodi fuerunt eloquentia, sanctitas, continentia, bonitas, & huiusmodi. Et quanquam per filios peregrinorum communiter acci piantur quicunq. non erant ex sangui-

A ne Israel secundum carnem; verũ non imus inficias, si per filios peregrinorũ intellexerimus etiã filios Iudęorum, cum & ipsi ante susceptã fidem hospites, & peregrini vocarentur, de quibus Paulus Apostolus loquitur dicẽs. Iam non estis hospites, & aduenæ, sed ciues sanctorum, & domestici Dei: adeo quod Sancti Apostoli inter filios peregrinorum computantur, & qui eorum sequuti sunt vestigia; quippe qui suis
B prędicationibus muros Ecclesiæ, qui sunt recta fides, & bona opera construxerunt: muri Ecclesię dicti sunt etiam sacri doctores: Et reges qui ex viuis lapidibus, idest bonis operibus, construxerunt ecclesiam, idest congregationem fidelium. Et reges eorum ministrabunt tibi: quod quidem etiam manifestum est de plerisq. Romanis ducibus, qui Christi iugo colla submiserunt, & aduersus persecutiones gen-
C tium; atq; hereticorum insidias, plures leges, & edicta condidere. Sed per Reges qui ministrabunt Ecclesię, non solum Principes, & duces populorum, qui assistunt Ecclesię Christi satellitio munientes eam, & filios eius scuto protegentes, verum etiam quicunque summis ornati sunt honoribus, & virtutibus maximè excellunt. Hinc per parenthesim interserit ipse Propheta, vel ipse Deus per Prophetam nescio
D quid turbinis, aut mali moris, quod detinuit ipsum Deũ vt Ecclesiã suam dereliquisse videretur, cum inquit (*Indignatione .n. mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui*) Quasi velit dicere: quamquam ego (inquit Deus) susceperim te in meam fidem, & multa dona, ac beneficia tibi conferenda pręparauerim; quandoq. tamen superstiti, & in indignatione mea percussi te. Indignatus enim sum non Tex. 8.
E erga te, sed aduersus populum, qui intra te est ob infinita scelera, quæ in dies perpetrantur, ob quæ merito quidem sum prouocatus ad iram, & ob id non mirum, si aliquando pestes, seditiones, bella sęuissima, fames, & alia huius generis mala vobis adueniunt: quemadmodum hoc anno M. D. XCI. nos omnes experimur vbi multa annonę

nonę penuria laboramus, et homines cuiuscũq generis, & conditionis mortalitati subiiciunt. Dicit tamen Deus. *In reconciliatione mea misertus sum tui.* idest, quando mihi visum est: & cũ præsertim, crucem pertuli, misertus sum tui, idest ꝓpitius tibi fui, & peccatum condonaui. Et volunt quidam hæc posita tanquam parenthesim, vt videatur rñdere tacitæ obiectioni certum est enim cum Deum habuerimus propitium, omnia eiusmodi mala auferẽ- B tur: ob id rogandus est Deus, vt misereatur nostri, & reconcilietur nobis. Sequuntur alia commoda, quæ Ecclesiæ suæ proposuit esse conferenda, & inquit. *Et aperientur portę tua iugiter, die, ac nocte non claudentur vt afferatur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducantur.* Planus est horũ verborum sensus: vult enim, & hoc futurum prędicit, ecclesiam futuram patentem, & apertam singulis horis, ac momentis C quibuscũq. voluerint eam adire, & intrare pro salute, & tutela animæ suæ perpetuo consistere. Iuxtà illud Saluatoris apud Ioan. omne quod venit ad me non eijciam foras: quisquis .n. voluerit Dei gratiam promereri, conueniat ad Ecclesiam cuius potestas, & beneficẽtia, nulli clauditur necesse est & quæ gratis accepimus, gratis etiam conferre tenemur, absq. vlla personarum acceptione: *At contra gens, & re- D gnũ quod non seruierit tibi, peribit, & gentes solitudine vastabuntur,* ostendit eñ ꝗ omnes cuiuscunq. sint nominis aut illustris, aut obscuri eidem sententiæ subiicentur. Caueant ergo Iudæi, Turcæ, & Saraceni, & præter hos etiam Hæretici, & quicunq. mali homines in peccato pertinaces, quanquã titulo tenus Christiani censeantur, & nuncupentur, quæcunque enim gens, & regnum quod, non seruierit tibi, i. E qui vel non acceperint fidem Christi, vel non obedierint præceptis ipsius, & Ecclesiæ, peribunt, parum subsistẽt, aliquando destruent, & postremo sempiterno supplicio mulctabuntur; & gentes solitudine vastabuntur. Dicunturgentes solitudine vastari, quia ob mortem, paucissimi remaneant: quem-

Ioan. cap. 6.

A admodum hoc anno contingit. 1598. Dicunt aliqui. *Gentes solitudine vastabuntur.* idest Iudæi, quod non probo. Et illud: vt afferatur ad te fortitudo gentium, sic exponitur à quibusdam, vt plenitudo gẽtium afferatur. Sequitur aliud. *Gloria libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.* Totus iste sermo est penè metaphoricus, diuinis- B simus enim hic vates rethor, & Poeta insignis, per figuras, & tropos prædicit summam fęlicitatem futuram per Christum in ipsa Ecclesia militante, & inquit. Omnem pulchritudinem, & magnificentiam montis libani deducendam esse ad ornandum locum vbi Deus sanctificatur, & locum qui est scabellum pedum suorum. Libanus enim, vt alias dictum est, mons est Phœniciæ regionis, cedris, abietibus, bu- C xis, & Pinis, & aliis arboribus miræ magnitudinis, & suauissimi odoris consitus, & refertus de quo monte Libano loquitur; Dauid ps. 36. Vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & alibi. Conteret Dominus cedros Libani. De hoc mõte Libani legitur 3 Reg. 5. Hyrã Rex Tyri multa genera lignorũ misit regi Salomoni ad ædificandum templum Dei. Inter quæ fortassis erant: & ligna D quæ hic recensent: præter ea quorum meminit eo loci. Huius igitur montis gloria dabitur Ecclesiæ ad ornandum templum Dei, idest Dei munere, & beneficio florebit aliquãdo multis, & admirandis Sanctorum capitibus, veti sacti oẽs Doctores Ecclesiæ eiusmodi pulcherrimi Sanctorum cuneis decorabit Ecclesia, quæ est locus Dei: sunt enim hi velut arbores miræ magnitudinis vt qui ad virtutum celsita- E tem ascenderunt, & qui nihil habent in mente terrenum, & humile, quiq. quæ sursum sunt sapiunt, non quæ super terram. *Et locum pedum meorum glorificabo.* Ecclesia quidem est locus in quo sanctificatur Deus, & quem ipse sanctificauit iuxtà illud ps. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus, & est locus vbi quiescũt pedes Dei. Iux-

Mons Libani.

Psal. 36.

3. Reg. 5.

Psal. 131. tã illud ps Hæc requies mea,hic habitabo,quoniam elegi eam. Quæ verba Prophetæ quamquam de superna ciuitate Ierusalem, & de Ecclesia triumphante intelligi queant, non incongruè tamen præsenti ecclesiæ attribui possunt, propterea cum dicit. *locum pedum meorum glorificabo* ostendit quã maxima debeat reuerentia haberi ergà templa Dei, quæ illustria redduntur, & gloriosa ob cultũ nominis Dei, & ob multitudinem credentium,& reliquiarum, ac imagines Sanctorum, & primum omnium ob præsentiam sanctissimi corporis Domini nostri, quare summopere cauendum est, ne quæ Dei domicilia sunt,& in quibus Dei pedes conquiescunt, vllo pacto deformare, ac deturpare studeamus. Prætereà subdit. *Et venient curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem Domini.* Particulam istam non est opus aliter exponere. Quod enim hic dicitur, & prædicitur manifestum est lippis, ac tonsoribus. Quis enim non vidit, aut ignorat plerosq. omnis generis,& conditionis homines tàm Græcos quàm Hæbreos,qui Ecclesiæ Dei erant vehementer infensi,& molesti filios pereas se, & posteros habuisse,qui non modo curui, sed proni in terram, & genibus flexis adorarunt vestigia pedum tuorum; quiq. etiam detrahebant multitudini fidelium, & ecclesiam subsanabant. postmodum vocauerunt Ecclesiam ciuitatem Domini, quam forte prius audebãt appellare Synagogam, & sectam pessimorũ hominum. Adorarunt inquam vestigia pedum ipsius Dei, per quos pedes non modo ecclesia (vt diximus) sed Apostoli Dei, & successores eorum, ac imitatores intelligi possunt, per quorũ ministerium Deus ambulat,& in hominum mentes conscendit,ideo pedes Dei nuncupantur. Per diuersitatem et lignorũ quæ sunt in monte Libano. intelligi potest allegoricè diuersitas, & multitudo sacrorum ordinum qui sunt in ecclesia.

Text. 6. Prætereà sequitur. *Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, & non erat*

A *qui per te transiret, ponam te in superbiam sæculorum, & gaudium in generationem, & generationem.* Loquitur hic Deus,& pollicetur vicissitudinem rerum: pollicetur inquam summam fœlicitatem, & excellentiam ipsi Ecclesię vice contemptus,deiectionis,& humiliationis quam olim fuerat ipsa perpessa.

Sed dubium est, de qua ecclesia habeatur sermo. Dicunt pleriq. omnes sermonem haberi de ecclesia Iudæorum, quam dicit fuisse derelictã, odio

B habitam, & ab omnibus destitutã, huius humilitatis,& abiectionis causa eã fer'e extitisse, quoniam debaccata est, & crudeliter sæuiit in eum qui eam eucheret, & incolumen perpetuo poterat seruare, & in eius infœlicitatis cumulũ hoc accesit, quod nemo fuit, qui ei præberet auxilium quoniam, & ipsa Deum vehementi odio prosequebatur, neque enim in quemuis homi

C nem inseruili conditione,aut vili quodam ministerio positum,sed in regem, ac dominum vniuersorum ausa est insurgere, & prosilire. Ego autem (aliorũ omnium pace) dixerim sermonem hunc dirigi ad ipsam Ecclesiam post Christi aduentũ ex paucis quibusdam fidelibus, tàm ex Iudęis quam ex gentibus constitutã, id quod indicant quę mox verba sequunt. & quis nescit quot opprobria, quot iniurias, persecutiones, & contumelias passa fuerit Eccle-

D sia inter initia,& primordia ipsius? misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia,occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio,qui videns quod placeret Iudęis apposuit vt apprehenderet,& Petrũ. legantur acta Apostolorum, legantur gesta martyrum, & historię sanctorum, & luce clarius constabit pauperculam ecclesiam in sui primordio fuisse derelictã,

E odio habitam, & non erat qui per eam transiret, idest non erat, qui se auderet illi coniungere. qui verò per ecclesiam intelligunt Synagogam Iudęorũ, verè quidem dici potest, eam fuisse derelictam, & odio habitam; propterea quòd omnes ferè abierant in impietatem,& in iniustitiam, nõ erat qui fidem,iustitiam,& pietatem consectaretur

retur,& non erat qui transiret per eam vel non erat, qui propriè posset vocari vir, hoc est virtutem colens, & virtutem diligens, neque erat vir qui se illis commisceri auderet, sed neque ullus erat, q eos obiurgaret. Neç refert, quòd ciuitas erat frequēs hominibus, templum visebatur, sacrificia offerebantur, statis diebus, lex, & Prophetę in Sinagogis legebantur, quoniam omnes iniquitatibus ęstuabāt, sed quę sequuntur reuera difficilè admodum referri possunt ad eam, hoc est ecclesiam Iudęorum; at si loquamur de ecclesia, & congregatione fideliū quamquam paupercula tunc, & derelicta, vide quę illi promittuntur à Deo: dicit inquam. *Ponam te in superbiam saeculorum, gaudium in generationem, & generationem*, quasi dicat in perpetuū, quousq. durabit mundus, nec in vno tantum sęculo, sed in sęcula sęculorum, superba satis, & lęta pseuerabis vsque in finem. Sed quomodo Ecclesia, quę est tota pulchra, tota speciosa, & in qua nulla est macula posita erit in superbiam? dicit B.Greg. ꝙ superbia hoc loco nihil vltra significat, nisi summam, et principalem auctoritatem, q d. ponam te in superbiam saeculorum, idest subleuabo te, & conferam tibi auctoritatem summam: vel ponam te in superbiam, idest in altitudinem sęculorum. D. Tho. quest. de malo q. 8. art. 2. ad vltimum, declarat quō superbia sit peccatum, & quomodo non. Et exponit hanc propositionem Esaię. Alij, ponam te in superbiam, idest in gloriam, et honorem: Superbia enim hoc loco notat honoris excessum quemadmodum nos dicimus, hęc est superba domus, superbum palatium, et c. Item facile est uidere quomodo ecclesia fuit posita in superbiam sęculorum, quia constituta est domina gentium, subiecit sibi reges, et imperia, et deniq supremam potestatem, sicut est illud dictum Petro. Quodcunq. ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq. solueris super terram erit solutum, & in cœlis. & illud Ioan. 17. Pater (dicebat Christus) quos dedisti mihi uolo, et ubi sum ego, et illi sint

Ecclesia posita in superbia saeculorum.

Ioan. 17.

mecum: et paulò ante, Rogo pateŗ pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, vt et ipsi in nobis unum sint, et c.

Preterea nunc opinionem quorundam expositorum, qui eiusmodi promissiones volunt omnino referri ad cœlestem patriam, cuius et ego sententiæ fui aliquando. Sed vide quod sequitur. Ponam te inquit in superbiam sęculorum, et c. *& suges lac gentium, & mammilla regum lactaberis*. Nulli dubium gentes oblaturas ecclesię, opes, diuitias, et quęcunque bona possideret, pro hoc uide in act. Apost. c. 4. Quotquot enim possessores agrorum ac domorum erant uendentes afferebant pręcia eorum, quę uendebāt, et ponebant ante pedes Apostolorum. et nullus erat ęgens inter illos; et māmilla regum lactabantur, idest præciosiora quęque illis conferebantur, vt patet ex ingenti liberalitate, reuerentia, ac pietate, qua Constantinus Magnus aliiq. Imperatores Principes, et Duces prosequti sunt ecclesiam, quāquam per mammillam regum nōnulli intelligunt doctrinam Apostolorū, qua fideles continue pascuntur, et educantur, illi enim dicuntur mammilla regum lactari qui scientias rerum altissimarum sunt edocti: Quòd si per mamillam regū volumus intelligere opes, diuitias, honores ac dignitates quibus potiuntur reges nulli dubium quòd prelati ecclesię, vt Cardinales, et Epi. lactantur mamilla regum, et sugunt lac gentium, cum tot predijs, vicis, et pascuis, quibus nutriebātur populi, ipsi libere, et sine multo labore possideant. Deinde sequitur alia fęlicitas, et ingens beneficiū ecclesię collatum, *pro ære afferam aurum dicit Dominus, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum, & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam*. Omittamus per hęc quę dicta sunt indicari ecclesiam vsq. adeo *opibus ac* diuitiis fore cumulādam, vt nihil omninò sit ei defuturū tamen iuxta sensum misticum hic pfigurantur excellentia, et pręeminentia *Text. 7.* nouę

Act. cap. 4.

nouę legis super ueterem, ꝙ s. tantum distat lex noua a lege veteri, quantum distat aurum ab ære, & ferrum ab argento, & sic de aliis. Deinde cum dicit. *& ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam*, perinde est ac si dicat. constituam aliquos, ne tibi ad summam quietē, & fœlicitatem quicquam desit, quorum munus sit visitare. & pascere, & subditis prouidere, eosdem in pace, & in officio, cōtinere, & iustitiam exercere. Per quæ verba nonnulli volunt prophetam intelligere constituendos esse, ac designandos ipsi ecclesiæ præfectos, & moderatores qui non modo curam gerant animarum vt præfecti ecclesiæ, quas rex. 70. seniorum, vocat Episcopos, sed qui reipublicæ pręsint vt Magistratus, & Rectores Politici. Sequitur in eodem contextu aliud genus fœlicitatis, & illud quidem maximū, & optatissimum cū dicit. *Non audietur vltrà iniquitas in terra tua*, quasi velit innuere, sicut hucusque audita est. Similiter *vastitas, & contritio in terminis tuis*, intra confines tuos amplius non audietur, *& occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio*, quæ enim hic promittuntur facile pendent ex eo quod mox dictū est. Si enim Principes eius pace, & Episcopi laudibus iustitię excellant, valebit etiam hoc apud subditos, & efficiet, ut in omni iustitia, & pietate Christiana ducere uitam contendant. Ideo subdit. *Non audietur vltra iniquitas in terra tua*, non erit rumor, & contentio ꝙ alicubi perpetretur iniquitas, et cuiquam inferatur iniuria vel detrimentum vllum, Contritio (secundum Cyrillum) hoc loco appellatur uis, & insultus cōtra subditos, & infirmos; quęque enim Præfecti Iudæorum ob dona iudicabāt, & prophetę eius propter argentum naticinabantur, hinc dicebat Dauid ps. 13. Contritio, & infœlicitas in uiis eorum, et uiam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum *Et occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio*, quasi dicat. Tanta erit pax, & quies in ipsa ecclesia, ꝙ non oportebit excubare super muros: quemadmodum est opus dum

Cōtritio quō hic sumitur.

Psal. 13.

A aliqua ciuitas opprimitur, & oppugnatur, aut timet eiusmodi genera malorum. tuti erunt muri, salua erunt oīa. *& portas tuas occupabit laudatio*, quia, s. in portis, et vbique locorum audietur canticum laudis, & lętitię, non strepitus armorum, non uox, & furor oppugnātium, nihil erit triste, & funestum. Et reuera vbi viget iustitia, cōseruatur pax, salus, & Dei laus, & iubilatio, vti supradictum est, opus et effectus iusti-

B tię pax Cœterum *non erit tibi* ò fœlix ecclesia *amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.* Hęc particula vna cum pręcedenti, vsque in finem huius capituli, secundū maximos Interpręres, continet fœlicitatem, gloriam, & amplitudinem triumphantis Ecclesię, quorum sententiam in fine huius expositionis discutere sta-

C tuimus, nunc exponamus residuū huius capitis iuxtà opinionem quam nos accepimus, & magis probamus, ꝙ videlicet de ecclesia militante per Christum dominum reformata, & instaurata huiuscemodi priuilegia intelligantur: quandoquidem qui in gratia Dei sunt constituti non indigent neque Sole, neque Luna, ut per diem, aut per noctem lumine aliquo indigeant, cum habeant uerum Solem, ueram, ac splen-

D didam lucem, quę est Christus Dominus, qui quidem tam in prosperis, quā in aduersis protegit illustrat, ac defendit: quēadmodū ipsemet dixit Ioan. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę. & Ioan. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehēderunt. De homine sic in gratia constituto Dauid dicit Psal. 120. Per diem Sol non vret te, neq. Luna per noctem,

E & D. Aug. super Psal. 96. dicens. Si Dominus semper tecum est non eges lumine Solis, neque Lunæ, quia habes illum in die, habes illam in nocte: esto rectus corde, semper habebis Deum. Dicit Et ꝙ *non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam*. Vbi dicit Isidorus, qui vterque laboris merce-

Psal. 120.

Psal. 96.

Matth.

dem

dem accipient. Sol.n. lucebit septim- A pliciter, & non ueniet ad occasum. Sed in ordine stabunt Sol, & Luna, quo creati sunt iuxta illud Psal. Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo, idest post diem iudicii. Præterea nota hoc aliud grande beneficium dum inquit. *Et complebuntur dies luctus tui*. non enim fas est quandiu sponsus est nobiscum, lugere quicquam certe antequam Christus adueniret merito lugendum erat, cum esset tunc ecclesia orbata, & desti- B tuta filiis, quando omnes ad impietatem, & idololatriam declinauerunt, sed postquam Christus aduenit, ablata causa mœroris complebuntur dies luctus tui. Iuxta illud Psal. Lux orta est iusto rectis corde lætitia. Præterea si ulla esset causa qua lugere deberemus, præcipua hęc esset, quia adhuc sub dęmonis Imperio degeremus, neque ullum haberemus redemptorem. Cum verò hæc omnia falsa sint, & inania, C iure optimo dicit Propheta inter alia beneficia. *Complebuntur dies luctus tui*; & quid vltrà? *populus autem tuus omnes iusti in perpetuum hæreditabunt terram: germen plantationis meæ*; & tertio opus manus meę: ad glorificandum. Sed dices quomodo omnes iusti in populo tuo? uel ex populo tuo? Dicunt aliqui quod sumitur illa dictio vniuersalis pro multis sine pro plurimis: iuxta consuetudinem scripturæ. Erat lux vera D quæ illuminat omnem hominem uenientem, &c. Verum si consideretur status, & conditio illius primitiuæ, & nascentis Ecclesię tempore quo vigebant Apostoli, & post eorum decessum, multi per aliquot ætates succedentes, erant ferè omnes Sancti, & sic nominari consueuerant, vt est uidere in epist. Diui Pauli, & aliorum Apostolorum similiter in epist. Diui P. Augustini, Hieronymi. & aliorum Do- E ctorum, quippe qui sanctos, & electos vocant ad quibuscunque scribunt. Sed melius (credo) est, dicamus. *Populus tuus omnes iusti*, idest quicunque sunt membra viua Ecclesiæ in illa persistunt, suisque præceptis obediunt, ab ea non discedunt vsque ad finem vitę eius dogmata sectantur, iusti omnes,

Abac. 3.

Psal. 96.

Text. viij.

meo quidem iudicio sunt existimandi, & hi in perpetuum hæreditabunt terram, nunquam erunt expulsi, nisi velint, ab ea, & eius possessione nunquam priuabuntur. & ratio est, quia ipsi sunt germen, arbusculi plantati manu Dei: quemadmodum per Ieremiam dicitur. Ego plantaui te uineam bonam, electam omnem semen uerum; & cum sit germen plantationis Dei, arescere non potest, sed crescere semper, & augeri; contra verò omnis plantatio (dicit Christus) quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Postremo inquit. *Opus manus meæ ad glorificandum.* Suauissima quidem, & pretiosissima, atque amabilissima verba Saluatoris nostri (cum inquit) quòd ecclesia, congregatio electorum, sodalitas iustorum est opus manus meę ad glorificandum, quorum sensus est quòd fideles, & electi Dei sunt ueluti uestes, & indumenta quibus adornatur Deus, & glorificatur. Nec mirum omnino, et Pau. Apostolus discipulos suos non uereatur appellare gloriam suam, coronam suam, et cordis sui gaudium, et lætitiam. Tandem subdit in fine. *Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam*: quemadmodum nos vulgo dicimus de quibusdam viris strenuis, & audacibus (vno sa per mille) et paruulus in gentem fortissimam, q.d. (en fanciullo darà che fare à tutta questa gente armata.) Et quanquam verba hæc de Christo Iesu, qui cum esset minimus, et despectus ab omnibus, creuit tandem in mille, et in gentem innumerabilem accipi queant, possumus tamen de Apostolis, et martyribus eadem recte intelligere, qui quidem fortes fuerunt in bello, et pugnarunt cum antiquo serpente, cuius potestati nulla est in terra, quæ possit comparari, et de Paulo quidem Apostolo aptissimè talia possunt dici, qui cum esset minimus Apostolorum, nec dignus uocari Apostolus, plurimos tamen, et fere innumerabiles Christo peperit, & accu[illegible] intelligi possunt, & de ecclesia, quę

Ierem. 2.

Paul.

à principio fuit minima, i. tenuis, & an- A
gusta & ceù paruula, postea creuit in
gentem, & multitudinem magnam, q̃
dinumerare nemo potest, vt hēs apud
Ezechielem, Danielem, Ioannem Euā-
gelistam, & alios veteres patres, ac Do-
ctores: Nec volo præterire quin, & de
sanctis quibusdam patribus, qui fue-
runt institutores, & fundatores aliquo-
rum ordinum, vt D. Benedictus, Pater
Augustinus, D. Basilius, Franciscus, &
Dominicus, & alij permulti, quorum B
vnusquisq. vtcumque minimus, creuit
in gentem maximam, & numerosissi-
mam. Inter quas etiam recensere libet
D Franciscum de Paula, qui cum esset
minimus, & minimorum ordinem in-
stituisset, creuit in mille. Et multos ad
eius vitæ formulam deduxit, nonne &
Abrahæ dictum est Genes. 18. quòd fu-
turus esset in gentem magnam, ac ro-
bustissimam. Et quis fuit hoc? dicit do-
minus. *Ego Dominus in tēpore eius*, idest C
cum venerit filius meus, cum verbum
meum carnem susceperit, cum gene-
ris humani debitum persoluerit: vel in
tempore iam statuto, & præfixo, subi-
tò, hoc est, absque ulla mora, & dilatio-
ne, & absq eo q̧ quis me impediat, aut
retardet, cum tempus istud aderit *fa-
ciam istud*, scilicet quicquid ego sum
pollicitus in ecclesiam meam, vel subi-
to faciam istud, idest congregabo om-
nes in ecclesiam meam, & in ouile me- D
um, & sic est finis expositionis huius ca
pitis iuxtà sententiam illorum, qui exi-
stimant sermonem haberi de ecclesia
præsenti. Superest videamus rationes,
quibus alii moti opinantur sermonem
haberi de ecclesia triumphante, hoc est
de cœlesti Patria, vt quisq. postmodum
sectetur eam, quæ magis libuerit expo
sitionem. Primum quidem habetur in
textu circà finem, *non audietur vltrà ini-
quitas in terra tua*: manifestum est enim E
hoc esse falsum, cum singulis ferè æta-
tibus post prædicationem Euangelii, &
post erectionem militantis Ecclesiæ in
orbe Christiano audiantur vastationes,
oppressiones, & confractiones. & mul-
tis in locis sub tyrannide degant mi-
seri homines Christianæ fidei professo
res, falsum est ergo, ꝓ in ecclesia mili-
tante non audiatur amplius iniquitas,

& vastatio, sed vbiq. sis salus, gaudium,
& laudatio. Præterea falsum est, & ex-
perimento comprobatur his, qui sunt
in ecclesia, *non lucere amplius Solem in
die, neq. Lunam in nocte*. Quare oportet
alibi uerū esse quod dicitur, quod q̃dē
nullibi præterq̃ in patria cœlesti potest
habere locum, quemadmodum legitur
apud Ioan. Apoc. 21. ubi dicit. Et ciui- *Apoc. 21.*
tas (videlicet Hyerusalem cęlestis) nō
eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea;
Nam claritas Dei illuminabit eam, &
lucerna eius est agnus.

Tertio habetur in hoc textu pręsen-
tis litteræ: *populus tuus omnes iusti, in
perpetuum hæreditabunt terram*. At con-
stat omnibus, neque vlla est in hoc du-
bitatio, non omnes qui sunt in ecclesia
militante fore iustos, sed neque etiam
in perpetuum possessuros hāc terram.
Quare necessario sequitur, nō de eccle-
sia præsenti, verū de cœlesti patria hoc
esse intelligendum. cū præsertim apud
Ioan. loco citato perspicuè legatur, ꝙ
non intrabit in eam, videlicet in cœle-
stem Hyerusalem aliquid coinquina-
tum, aut abhominationem faciens, &
mendacium: Quartò falsum est etiam,
q͛ in hac vita degentibus ꝓmittitur, s.
complebuntur dies luctus tui: nam mani-
festum est, & nulli potest in dubium re
uocari, quandiu sumus in hoc mundo
nostram tristitiam, & afflictionem, ac
luctum nos habituros sic, ait Dominus
Ioan 16. In mundo pressuram habebi-
tis: Sic & illud Apostoli. qui pie uolūt *Ioan. 16.*
viuere, in Christo persecutionē patiun-
tur; quo circa volens Christus nostris
præbere fortitudinem, & patientiam
dixit. Beati qui lugent, quoniam ipsi
consolabuntur. Postremo dicit Esaias.
*minimus erit in mille, & paruulus in gen-
tem fortissimam* quod quidem difficile
admodum potest sustineri: propterea
dicit Cyrillus, hoc futurum, confecto
in hac vita cursu laudabili, quod patet
ex eo, quod dixit Christus Apostolis.
Cum filius hominis sedebit in sede ma
iestatis suæ tunc, & vos sedebitis super
sedes duodecim, iudicantes duodecim
tribus Israel. & hoc est quod Dauid. d.
ps. 46. ex persona sanctorum. Subiecit *Psal. 46.*
populos nobis, & gentes sub pedibus
nostris

nostris, id aũt fiet cũ erimus in patria, nõ aũt dum sumus in uia, q̃a dũ sumus in hoc corpore, peregrinamur à Dño.

Sed his nõ obstantibus poterit sustineri alia expositio, quamq̃ D Hyero. cui (vt par est) tantum tribui dec̃t, mani festè asserat nos cogi omnia quæ sunt dicta in hoc capitulo ad vltimum referre tempus, quando cœlo, terraq̃. transeuntibus Solis, ac Lunæ cessabit officium. & ad primum cum dicebatur in republica Christiana vigere adhuc tyrrannidẽ, & alia damna, & incommoda, neq. reperiri salutẽ, gaudiũ, & laudationẽ. Rñdeo quod quanq̃ alicubi sint tyrãnides, vastationes, seditiones, ac dissidia; nihilominus qui sunt verè fideles, & constantes in timore Domini, muniti spe, & charitate, eiusmodi incommoda non uereantur, & pro nihilo ea habere uideantur. quia potius quo magis dinexantes, & tribulationes patiũtur, eo magis gaudent, & Deo gratias agũt. Ad secundum resp ꝙ lux Solis, & Lunæ, de qua in argumento dicitur, non est ea lux corporalis, quæ oculis cernitur, ꝙ s. Sol, & Luna non occidat, neque minuatur; sed sensus est de Sole, ac Luna; q̃ suis splendoribus tenebras ignorantiæ, & aduersitatum depellunt. & quamquam in aliqua particulari ecclesia Sol quandoque occidat, aut obtenebrescat, ꝙ s aliqui labantur in hæreses, uel in alios errores, ecclesia tamẽ vniuersalis nunq̃ labitur, aut cadit; quemadmodum Saluator dixit. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. & propterea non egemus in hac via dũ sumus in gratia, neque lumine Solis, neque splendore Lunę, quia Dominus Deus est nobis in lucem sempiternã, & sic potest responderi ad tertiam obiectionem, vbi dicitur quod non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucẽ sempiternam. In priori quidem argumento demonstratur, ꝙ non egemus Sole, neque Luna in præsenti vita, quia Dominus est lux nostra, uerum est, si habeatur sermo de luce corporali: in posteriori uerò probatur oppositum, ꝙ s. nunquam deerit Sol neq. Luna, uerum est, quia intellectus est de Sole, & Luna spiritali, cuiusmodi est Dominus Redemptor noster, qui est datus nobis in lucem sempiternam Ad aliud argumentum cum dicebatur. Populus tuus omnes iusti, id quod uidetur esse falsum, cum scriptum sit. Nemo mundus à sorde etiam infans unius diei, & quẽadmodum dixit Propheta Ps. 115. omnis homo mendax. *Psal. 115.* Dicendum præter ea, quæ superius in arguendo diximus. Populus tuus omnes iusti, dicendum ꝙ omnes iusti, idest gratia Christi omnes iustificabit, non autem est in dubium reuocandum, ꝙ in cœlesti patria erit perfecta iustitia, perfecta salus, & beatitudo; at nihil prohibet etiam in hac uita, qui sunt in ecclesia ceu corporis Christi membra uiua omnes esse iustos, saltim secundum præsentem iustitiam. D. Amb. super primum caput Lucæ declarat hanc propositionem, ꝙ scilicet nullus fuit omnino sine peccato, quòd autem non possit quisq. desinere a peccato, & non amplius peccare hoc falsum est: vult. n. quòd potest quis aliq̃n, esse mundus à sorde. Ad alteram obiectionem, qua dicitur. non esse in hac vita completos dies luctus, cum ferè semper afferatur occasio lugendi, ac deplorandi. Ad hoc responderem. Quòd luctus ecclesiæ fuit dum se uidit filiis orbatam, & omnes ad impietatem declinare, sed post Christi aduentum non ita, nisi dicamus, ꝙ filii ecclesiæ lugent, quia incolatus eorum nimis, plõgatus est ob id dicebat Apostolus Rom. 12. Spe gaudentes: Nam licet spes ratione dilationis habeat afflictionem annexã, proprius tamen eius vsus est gaudere. Caiet. & 2. Cor. 6. quasi tristes, semper autem gaudẽtes, & Phil. 4. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete: sunt igitur completi dies luctus. verum cum spe perueniendi quandoq. ad cœlestem patriam complentur dies luctus. Ad vltimum cum dicitur, quòd minimus non erit in mille dum sumus in hoc statu, sed hoc erit in futuro sęculo. Respondetur ꝙ hic & ibi uerum est uaticinium, ibi quidem dum omnes nationes fuerint congregate ante conspectum Dei sedentis in throno, nulli dubium, ꝙ minimus erit in mille, & plus vltra: sed et in præsen-

te statu; quemadmodum supra in expositione satis opportune monstrauimus minimus fuit in mille, quia scilicet præter alia quæ adduximus exempla de Sanctis Apostolis, & martyribus, & plerisq. patribus diuersorum ordinum institutoribus, demōstrauimus de Abraham, qui cum esset senex, & minimus, ac paruulus haberetur, fuit a Deo constitutus in gentem magnam, et robustissimam. Et ita vtrumq. verum est. Et in hoc terminatur expō in caput 60.

A

CAPVT LXI.

1. *SPIRITVS Domini super me, eò quod vnxerit Do-*
minus me: ad annunciandū mansuetis misit me,
vt mederer contritis corde, & prædicarem capti-
uis indulgentiam, & clausis apertionem: Vt præ-
dicarem annū placabilem Domino, & diem vl-
tionis Deo nostro: vt consolarer omnes lugentes. Vt ponerem lu-
gentibus Sion: & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro
luctu, pallium laudis pro Spiritu mæroris: & vocabuntur in ea
fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandū. Et ædificabunt
deserta à seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ci-
uitates desertas, dissipatas in generationem, & generationem.
Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra: & filij peregrino-
2. *rum agricolæ, & vinitores vestri erunt.* Vos *autem Sacerdotes*
Domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis: Forti-
3. *tudinem gentium comedetis, & in gloria earum superbietis* Pro
confusione vestra duplici, & rubore laudabunt partem suam, pro-
pter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit
4. *eis.* Quia *ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapi-*
nam in holocausto: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus
perpetuum feriam eis Et scient in Gentibus semen eorum, &
germen eorum in medio populorum: omnes, qui viderint eos, co-
gnoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus. Gau-
dens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo;
quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ cir-
cundedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam
ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum,
& sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germi-
nabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus.

EXPLA-

EXPLANATIO IN SEXAGESIMVM PRIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit Dominus me, ad annunciandum mansuetis, misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, &c.

IVxtà sententiam D. Hyer. & aliorū quorundam hoc loco introducit Esaias dñum Iesum Christum uerum Messiam exprimentem, & declarantem munus suum, & quæ suo aduentu est allaturus in mundum beneficia; & id conuenienter fieri debuit in hac parte, posteaquam in fine præcedentis capituli pollicitus est quamprimum se, quod iam statuerat esse facturum. Sic & Cyrillus, cum in superioribus (inquit) de his qui vocādi sunt per fidē dixerit Dominus per Prophetam. Ego Dominus suo tempore congregabo eos, quasi iam instante tempore, quo promisit se hoc facturum, & quasi iam factus homo, & similitudinē nostram suscipiens, & se ad exinanitionem submittens dicit. *Spiritus Domini super me*, spiritus (inquā) Dñi qui, & a me, & à patre procedit; a me, inq̄ ratione qua Deus; super me ratione qua homo, spiritus ergo, i. virtus, auctoritas, & potestas Dñi super me. Quòd autē Spiritus Dñi sup Christū, quatenus homo fuerit immissus nō est ꝙ quis dubitet, q̄nquidem Lucę 4. cū ipse Christus in Synagoga retulerit hanc prophetiā, dixit ipsam fuisse impletā in oculis eorum, qui astabant in ꝑsonā ipsiusmet, q legebat. Posuit namque Deus, & collocauit spiritum suum, i. virtutem, potentiam, & auctoritatem suam super Christum filium suum, eo qđ vnxerit me. i. me constituerit Christum regē, & Messiam in eum finē, quem mox audietis: vnxit inquam, non q̄uo solebant vngi reges, & sacerdotes oleo corporali sed oleo spirituali, i. gratia peculiari Spiritus sancti. Sup quibus verbis tria sigillatim sunt uidenda. Primū cū filius Des Christus Dñus fuerit Deus, & sit eiusdē essentiæ cū Patre, & Spiritu sancto; quo nā pacto fieri potuit ista vnctio vtcūq. spiritualis, & intelligibilis? Deinde videndum est, quando fuit inunctus. Postremo ob quam causam. Dicimus .n. ex sententia D. Hier. (vt mox indicauimus) ea uerba a principio sumpta (*Spiritus Domini super me*) intelligi debere iuxta dispensationem carnis assumptę, non autē quòd Dominus Deus habeat Dominū super se; id quod innuitur ex ps. 44. cum dicit Dauid. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis: Vbi dum consortes nominant, hōis natura intelligenda est, cū Deus suæ substantiæ nullos hēat consortes pręter ipsū, quia vna est deitas, & substantia Patris, & Filii & Spiritus sancti: & quamq̄ sint tres psonæ, vnica tamen est omnium essentia. Nec inconuenit eandem personā, quā Deus infundere spiritum creaturæ rationali, & ratione qua homo accipere illum a Deo, & patre. quemadmodum Petrus Apostolus Act. 10. dicit de Christo Dei filio. Vnxit eum Deus Spiritu *Psal. 44.* *Act. c. 10.*

sancto

sancto, & virtute: fuit .n. vnctus oleo vnionis personalis, & omnis gratiæ ac veritatis. Propterea cum dicit. *Spiritus Domini super me*: vult innuere, quod spiritus totum ipsum replet, & fæcundat, non tñ quòd opprimat, vel subiiciat, sed totum complet, ac perficit, Dicitur enim Spiritus sanctus compleuisse, & perfecisse animam Christi, quia non est datus ei spiritus ad mensuram. & cum dicitur Christus fuisse vnctus, quod Græcè dicitur Christus, B non credas eum fuisse vnctum, quemadmodum olim Reges, & Sacerdotes vngebantur; quanquam velut sacerdos, & Rex, & sicut fortis prælatior, pariterque vt summe lætus, & iucundus fuerit vnctus, vt dicebat Propheta Psal. 44. Vnxit te Deus oleo letitię; & Actorum. 10. Scitis (inquit) dicebat Petrus, quomodo vnxerit eum Deus Spiritu sancto, & virtute. Quòd si quæras, quo tempore fuerit vnctus, C dicitur secundum D. Hieronymum, hanc eius vnctionem fuisse perfectam, & expletam, quando baptizatus est in Iordane, vt habetur Ioan. 1. a Ioanne Baptista, vbi Ioannes Euangelista perhibés testimonium se vidisse Spiritum Dei descédentem quasi columbam de cœlo, & mansisse super ipsum. De hoc eodé misterio habemus testimonium satis manifestum, quemadmodum etiam supra vidimus. Ab hoc eodem D Propheta supra cap. 11. cum dicit. Egredietur virga de radice Iessæ, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, & c. Postremo si quæras cur fuerit vnctus, & in quem finem, patet ex textu præsentis litteræ. non enim debuit mitti Christus siue Messias quemadmodum opinabantur Iudæi, vt scilicet orbem bello subiugaret, & redépturus esset regnũ Israel, E ita vt Iudæi futuri essent rerum Domini. Iuté quidem fuit missus, & vnctus Christus ad annunciandum, quia habetur 1. Ioan. cap. 1. Vnxio docebit vos, de omnibus. & primùm quidem annunciare mansuetis, quia sũt magis idonei ad percipienda verba Dei, vt habetur. Ecclesiastici 5. & Iacobi 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum. Sed vt annunciaret mansuetis gaudium regni cœlestis, & cætera, quæ passim videbimus. Sed primum quidem examinanda sunt verba, quid scilicet per mansuetos intelligit propheta. Quidam enim per mansuetos hic intelligunt pauperes, & inopes, omni auxilio destitutos, & nulla suis in viribus fiduciam habentes, cuius rei signũ est, quòd alii textus habent pauperibus, vt Lucæ 4. sic enim legitur ibi: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus misit me, sic etiam habet textus LXX. Interpretum. Sed dicunt aliqui, Nihil obstare quo mansueti pauperes appellentur, & econtra, quoniam vt plurimum contingit, qui sunt pauperes, & in humili fortuna constituti sint etiam mansueti, tractabiles, & mites, vt qui non possunt erigere caput, & se alijs præferre. At ego iuxtà communem denominationem, mansuetos appellauerim eos qui sunt benigni, faciles, non elati, atque ferocis animi, & tam isti sic mansueti dicti, quamq. pauperes, & inopes, ac deiectæ sortis existunt, si patienter ferant inopiam, participes sunt regni cœlorum, iuxtà doctrinam saluatoris. beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Cyrillus, illos pauperes esse, & intelligi existimat, qui omnis boni laborant indigentia, nec habent q̃cquam spei, & Dei in hoc mundo sunt omnino expertes. quemadmodũ sunt gentes, quę postea fide in Christum locupletati, diuinum, ac cęlestem thesaurum lucrati fuere.

Sed persistentes in propria significatione verbi, mansueti idem quod mites esse videntur, cum idem præmium, & eadem omnino merces, vtrisq. tribuatur: Dicit enim Christus Matth. 5. Beati mites, quoniam ipsi posside bunt terram, & Dauid ps. 36. Mansueti hæreditabunt terram, & delectabũtur, in multitudine pacis, & iuxtà Ethimol. vocabuli: mansueti dicuntur quasi manu, cõuersatione, & consuetudine ex feris mites

Psal. 44. Esa. c. 11. 1. Ioan. c. 1. Luc. 4 Mansueti, & pauperes qui. Matth. 5. Psal. 36.

tes effecti,& ex his apparet pauperes,& A mãsuetos esse idem,q̃n quod hic dicitur missus sum ad annunciandum mãsuetis corde Lucæ 4. dicit pauperibus: sed reuera non est ita: est enim non nihil discriminis inter vtrumque,sed potius mites, & mansueti dicuntur esse idem, quamuis Gaetanus ponat inter eam differentiam, quoniam mites dicuntur, qui non solum à, passionibus non mouentur, sed ita sibi ipsis dominantur, vt nullis prorsus displicere B queant. Mansueti verò dicuntur, qui passionibus iræ non mouentur, & recte rationi illas subiectas cum tranquillitate detinent. D. Aug dicit mites esse,qui cedunt importunitatibus, & vincunt in malo bonum. At quoniam dicitur in textu. Ad annunciandum mansuetis misit me,vbi apparet Christũ dici missum pariter, & Apostolũ, quemadmodum,& discipuli sui dicuntur Apostoli,& dicuntur missi,& sicut notauit Origenes in primum cap. epist. ad C Rom. Quęcunq habuit Christus, contulit & suis discipulis: ipse namq. fuit Apostolus, quia missus ad annunciandum,siue euangelizandũ, & suos quoq. discipulos vocat Apostolos. Christus fuit lux uera, & lux mundi,& Apostolis quoq. suis dixit. Vos estis lux mundi.ipse fuit petra, & vni ex eius apostolis dixit. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã. Missus est igitur ad annunciandum mansuetis, & pauperibus regnum Dei. & D hoc quidem toto vitæ suæ, seu prædicationis tempore, & eo præsertim, cum ascendens in montem cępit dicere. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Fuit etiam missus vt mederetur contritis corde. Contriti corde dicuntur, qui agnoscentes peccata sua, quibus grauiter læsa est maiestas diuina,& eorum E anima lethali vulnere confecta,dicuntur affligi, dolere,contristari,& animo consternari, vt qui non audeot comparere ante conspectum Dei.adeo pudet suorum delictorũ. his ergo vt medeatur dominus missus est, quippe qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Cyrillus contritos corde vocat,qui sunt infirmo,& fracto animo, & pusilli cordis, & animi,quiq. perturbationum incursionibus non valentes obsistere,in desperationem quasi videorũ adacti. His ergo vt mederetur,missus est Christus, hos consolatur, hos iubet forti animo esse existimantes, & secum ipsi meditãtes, q̃ nõ sunt condignę passiones huius tp̃is ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, scientes etiam quòd Dominus faciet cum tentatione prouentum. & quamquam multa sint, quæ nos facile perturbant, & quasi in desperationem adigunt, nihil tamen id potest magis efficere, quam ipsum peccatum. Proinde non ab re conquerebatur regius Propheta dicens. Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Missus est etiam iste vnctus a Domino, vt prædicaret captiuis indulgentiam,& clausis apertionem. Captiui (vt ego sentio) dicuntur, hi qui ob eorum peccata subiiciũtur potestati dęmonis, & vsque adeo sunt vinculis constricti, vt nequeãt ex illis se eximere,aut quouis pacto extricari, & ii similes illis mihi videntur, qui alieno ære adeo sunt oppressi, ut soluendo nequaquam existant, quibus nisi indulgeatur,impossibile est ex captiuitate deduci. Et volunt nõnulli exponentes eiusmodi miserias, & incommoda potissimum referri ad statum Iudæorum,dum sub ceremoniis legis ita erant detenti, seu deuincti vt vere captiui dicerentur Vnde Petrus. Vt quid tentatis imponere iugum super ceruices nostras,q̃ neque nos, neque patres nostri portare potuerunt? Ego autem verius existimo Christum missum fuisse, vt captiuis omnibus daret indulgentiam,tam Iudæis q̃ gẽtibus,qñquidem omnes eramus sub potestate diaboli, mortis, & inferni a qua nos Christus liberauit, dum ascendens in altum captiuã duxit captiuitatem: euangelizauit etiam clausis apertionem. Hi (nempe) carceribus claudebantur, qui peccatorum vinculis, & cõsuetudine ita tenebantur, vt suapte

Munia Xp̃i Apostolis collata.

Contriti cor de qui sũt.

Psal. 37.

Captiui qui

Act. 15.

Clausi qui

virtute non possent ab eis liberari: homo enim Dei gratia destitutus, nō pōt non peccare,& sine gratia Dei pueniête, nō pōt seipso à peccato resurgere. Venit ergo Xpus ut lumine gratiæ, & potētia suę maiestate excitaret mētes peccatorum,& aperiret oculos eorum: quemadmodum superius hoc eodem libro c. 5. dicit Deus ad eundem Christum per Prophetam suum. Posui te in lucem gentium aperire oculos cęcorum, educere de vinculis alligatos, & de domo carceris sedentes in tenebris. Vnde per clausos aliqui cęcos intelligunt, vt plerią; textus habent. Et D. Lucas c.4. ubi nos habemus clausis apertionem, ipse habet cæcis visum. Cæcos inquam non agnoscentes uerum, & in tenebris ignorantię latirātes, quorum oculos in hunc mundum veniens Dominus aperire dignatus est. & quidam exponētes, per clausos speciatim intelligunt eos patres, qui in limbo detinebantur, quousq Dominus sua passione eos eriperet, & ad cęleste regnum introduceret. Quinto missus dicitē esse, *vt prędicaret annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro*: annus quidem placabilis, & acceptus Domino, fuit annus ille, quo natus est Dei filius, & verbum caro factum est; vel quando passus est, cuius passionem & mortem acceptauit, & approbauit ipse Deus pro precio, & redemptione humani generis; qui quidem annus fuit præfiguratus, & præsignatus per annum Iubilei, qui quinquagesimo quoq. anno adueniebat. Vocatus est etiam annus ille placabilis, quia eo anno, quo Christus Dominus passionem, & mortem obiuit, fuit placatus Dominus cum vniuerso genere humano, & hic est annus ille, de quo loquebatur Apostolus dicens. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. quo quidem tempore exaudiui te (inquit Deus) & in die salutis adiuui te, vt habemus supra ab eodem Propheta, cap. 49. & citatum à Paulo Apostolo 2 ad Corinth. cap. 6. D. Greg. 4. mor. cap 10 annus inquit, placabilis Domini prædicatur, cum futura plebs fidelium, veritatis lumine illu

Esa. 5

Annus placabilis Domine.

A strāda prædicitur, & diem ultionis Deo nostro. Sed quo pacto conuenit dies vltionis cum tempore placabili, & accepto? Dicimus facile conuenire, cum dies iste vltionis referat tempus illud, quo Deus de inimicis nostris, q nos perturbant, & impediunt sumere voluit vltionem. Sed vbi nos habemus diem vltionis, aliqui textus habēt, diē retributionis, quem diem D. Hiero. appellat totum illud tempus, in quo Christus in carne prædicauit: nil quippe toto eo tempore eum prætermisisse credendum est, quo nostram salutem operaretur, tum docendo, & prædicando, tum omnibus benefaciendo. Potest illud tempus appellari dies retributionis, vel respectu bonorum quorū tunc erit retributio, vel respectu malorum, quæ & ipsa suam recipient retributionem: quamquam nonnulli velint in secundo aduentu fieri debere istam retributionem, quia tūc reddetur unicuiq. pro ut gessit in corpore siue bonum, siue malum, dicit tamen D. Hyer. quod huiusmodi dona quæ hic recensentur, ex parte sunt complenda dū sumus in hac uia, plenius autem, & perfectius qñ omnis populus Dei fuerit iustus: nunc enim ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, cum autem venerit qđ perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Sequitur deinde. *Spiritus domini super me, vt consolarer omnes lugentes: vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mæroris*. Quæ hic apponuntur sunt veluti conclusio omnium dictorum, & epitome quorumcunque beneficiorum, quæ suo aduentu contulit Christus in hunc mundum dixit enim Matth. 5. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. & ipse Christus memor huius vaticinii, & ipsius veritatem volēs comprobare, dixit. ea verba. Sed quid lugent? vel propter quid lugent? lugent inquā sua & aliorū peccata, sic enim dicebat Paulus ad Rom. 9 Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. lugent etiam dum

Tempus retributionis quod.

Matth. 5.

Pau. Ro. 9.

vident

vident Dei verbum contemni, diuinæ A legis præcepta pro nihilo haberi, bonos & probos viros, ac timoratos deiici, & conculcari, impios, & iniquos foueri, & sublimari; sic enim dolebat. & conquerebatur Dauid. d Moti sunt pene pedes mei, quia zelaui, pacem peccatorũ videns. Vnde alibi consolatur eum deus d. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatẽ quoniam tamquam fenũ velociter arescẽt. Sed re uera litera præsentis textus uidetur satis obscura, quia non habet perfectum sensum, sed præter alias expositiones, quas dedimus, hæc videtur satis acuta, ut ponere capiatur pro cõsulere, prouidere, & curam habere ut sic dicamus. ut ponerem lugentibus Syon idest consulerem eis, & curam eorum haberem. Postremo inquit. Spiritus Domini super me, co quod vnxerit me ut ponerem lugentibus Syon. ut scilicet consolarer, & gaudio afficerem, ac replerẽ qui Syõ lugẽt i. sanctam, & electam iustorum congregationem, & sodalitatem bonorũ, ne hi deficiant à spe, neque animo conterrerentur, sed firmi, & stabiles sint in fide, neq. ob illam causam a pietate desciscant. Alqui textus habent Missus sum ut ponerem fortitudinem lugentibus Syon, ut scilicet stabil rem eos, & confirmarem in fide, et spe cœlestium promissionum, *Et darem eis pro cinere*, idest pro luctu, ac pœnitentia *coronam*, idest remunerationẽ internam, seu triumphum uictoriæ cõtra omnes inimici, & Sathanę tentationes, & insidias: nonnulli per coronam, intelligunt aureolam, quæ datur martiribus, et sanctis virginibus pro celebri constantia in variis tentationibus. *Dabo oleum gaudii pro luctu, & pallium laudis pro spiritu mœroris*, consequens. n. erat, ut qui lugebant, vel quia Christi regnum diutius prorogabatur, aut ab improbis oppugnabatur, dum postea saluum manet & integrum lætarentur, & iubilarent, Pallium laudis pro spiritu mœroris idest qui pro veteri animi deiectione, & contractione tristabantur, pallium laudis sortiantur. Vel dicas, qui prius lugebant, post modũ lætabuntur, cum pro luctu dabitur eis oleũ gaudii.

Psalm 72
Psalm. 36

Nunc certè tempus illud adest, quo lugentes consolari oporteret, cũ mors vsque adeo crassetur in omnes, & præsertim in hac nostra ciuitate sub hoc anno Domini 1591. vt nulla ferè sit domus, in qua non sit extremus, dolor, ac luctus, & singulo quoque die multa defunctorum corpora sepulturæ tradãtur, nec domus tantum laycorum, & hominum, verum, & monasteria religiosorum eodem laborant infortunio B verè lugentes sumus, nec suas quisque miserias tantum deplorat, sed lugemus etiam Syon, idest aliorum miseriam & iacturam, cum aliquæ sint domus omnino expoliatę, ac destitutę habitatoribus Propterea obnixe rogandus est Deus, & iugiter implorandus, ut ponat lugentibus Syon consolationem (ut dicunt aliqui textus) & fortitudinem (ut alii) vt. s. sint vsque adeò fortes in tãta hominum mortalitate, & amissione C suorum, ut à spe, & fiducia in Deum nequaquam deficiant. Sed expectent se coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris quandoque suscepturos. Pallium quidem laudis, hoc est eam laudem se consecuturos expectent quæ tegat, aut depellat omnem eorum tristitiam, ac mœrorem: vel coronam glorię pro cinere penitentię, oleum gaudii pro luctu, idest consolationem spiritus san- D cti pro luctu presentis orbitatis, & exilii: pallium laudis, idest gloriam resurrectionis pro sacrificio spiritus afflicti, & contribulati. Alii volunt Deum pollíceri coronam gloriæ & cętera, his, qui repriment concupiscentiam carnis, con cupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ, vel qui reformauerint, & subiecerint rationi virtutes, & potentias animę ut sensum, intellectum ac, ac volũtatem, & eas in obsequium Dei dedu- E xerint, his profectò pollicetur Deus coronam glorię &c. Qui ubi hoc fecerint vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum, in ea scilicet, Ecclesia seu cognatione fidelium descripta, & pręsignata per Syon. His enim, qui lugebunt Syon pollicetur Dominus eam dare fortitudinem quod vocabuntur fortes iustitiæ, idest quia

fortu-

fortiter, & constanter exercebunt iusti tiam non respicientes personam hominum. Vel vocabuntur fortes iustitiæ, quia erunt vere iusti, non leuiter, aut apparenter, sed iustitia quæ probatur in conspectu Dei, & non qualis erat iustitia Scribarum, & pharisæorum. Propterea dicebat Christus Discipulis suis. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquã scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum: vel fortes iustitiæ, quia non timebunt subire omnẽ persecutionem ppter iustitiam habentes spiritum fortitudinis, aut etiam fortes iustitiæ dicuntur, quia nullis aduersitatibus dimouentur à iustitia, & rectitudine bonorum operum, ob huius iustitiæ insignem pulchritudinem & egregiam formã, vocantur, qui ea sũt præditi, genus electũ, gens sancta, regale sacerdotiũ, & populus acquisitionis. *Vocabuntur* etiã *plantatio Domini ad glorificandum*, erunt inquam tales uiri fortiter sustinẽtes angustias, & tribulationes velut arbores pulcherrimę firmiter radicatæ, & fructiferæ, non velut arbores autumnales, infructuosæ bis mortuæ, sed idoneæ, & præparatę ad producendum fructus vberrimos, & suauissimos in laudem, & gloriam Dei; erit igitur hęc plantatio Domini ad glorificandum, uel ut ipsi sint aliquando glorificati, laudibus, & honore à Deo affecti, uel ut ipsi glorificent Dominum. De hac plantatione dicebat Dauid. Plantati in domo Domini in atriis Domus Dei nostri & antea. Iustus ut palma florebit sicut cedrus quæ in libano est multiplicabitur. En quomodo pro spiritu mœroris pallio laudis amicientur & superinduentur. Tũc vlira. *Et ædificabunt deserta à sæculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas in generationem, & generationem.* Hi de quibus loquebantur tantæ erunt fortitudinis, & potentiæ, quod ædificabunt loca deserta à sæculo, idest quæ numquam extructa fuerunt, quemadmodum dicere possumus de quibusdam regionibus vltra mare Oceanum, & nuper opera, & industria Hispanorum repertis, in quib' (vt dicitur) numquam antea fuit pçdi-

Psalm 91.

A catum euangelium. *Et ruinas antiquas erigent*; id quod facile contingeret, si in multis regionibus, & ciuitatibus Asiæ, & Aphricæ atque etiam multis in partibus Europæ in quibus alias fuit prędicatum Euangelium, et gratanter, ac libenter exceptum, opera, et arte Sathani ea nunc explosum, si (inquam) rursus ibidem prædicaretur, et reciperetur.

Ruinas antiqua.

Hi profectò qui opus istud tam insigne aggrederentur, & efficerent, ruiB nas antiquas erigerent, & instaurabunt ciuitates desertas ac dissipatas, quæ instauratio durabit in sempiternum. His ergo metaphoricis locutionibus, vult innuere propheta, quod multitudo gẽtium, quæ olim erat velut locus desertus, per fidẽm Christi exurget, & construetur, suscipiens fidem Christi, & amplectens prędicationem Euangelii, & opere proficiens; Similiter Ecclesię gentium, quę iam olim receperant Euãgelium, & professæ erant, & protestatæ C fidem Christi, vt uniuersa penè Aphrica, et magna pars Asiæ et Europę ab ea defecerunt velut loca ruinosa et dissipata per Maumetismum, et hęreses: rursus per susceptione m eiusdem fidei reędificabuntur, & instaurabuntur, nec solum Ecclesiæ gentium, uerum, et populi Iudæorum, qui dissipati sunt tanquam Dei legem et mandata transgressi, innouabuntur et ipsi, et instaurabuntur. D Per ruinas antiquas non solum gentium apostasiam, ac defectionem, possumus intelligere, verum et ruinam factam toti generi humano ab initio sęculi culpa primorum parentum; oportuit ergo aliquos reperiri, qui eiusmodi ruinas antiquas erigerent, et instaurarent. is autem alius esse non potuit, nisi secundus Adam, ut quemadmodũ per vnum hominem fuit ruina, et perditio humani generis, ita et reparatio E fieret per vnum hominem, et præter cum instituti fuere Apostoli, et eorum ministri, ac successores, qui vnà cum Christo, et per Christum ędificarent deserta à sęculo, ruinas antiquas erigerent, et ciuitates desertas, ac dissipatas instaurarent. Cyrillus autem per hãc locutionem metaphoricam existimat prophetam uelle significare tantam fo

re

re multitudinem credentium, ut alias Ciuitates præter eas, quæ sunt quærere, & quæ vastatæ sunt, aliquando reficere oporteat. propterea dictum fuit supra cap. 44 Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne pareas. Ad dexteram enim et leuam penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit, & Ciuitates desertas inhabitabit.

Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra & filii peregrinorum agricolæ, & vinitores vestri erunt. loquitur Esaias ad Ecclesiã cuius oues in elligi possunt quicunq; per fidem sunt in vnum congregati, et prędicit Apostolos, et eorum successores fore cementarios, pastores, agricolas, et vinitores. Quod futuri sint cementarii, iam audiuitis dum inquit Aedificabunt deserta à sæculo. Et Paulus aliquando dicebat Dei ædificatio estis, Dei agricultura estis. Quod futuri sint pastores pecorum, et animalium, scimus dictum fuisse Petro pasce oues meas: Id autem fuit necesse quoniam pastores Iudæorum stulti facti sunt, et dominum non quæsierunt, propterea non intellexit grex, & disperse sunt oues. Quare oportuit aliis cõmendare gregem, qui eius curam sedulò haberent, et oues, & non seipsos pascere dumtaxat expeterent obid. Deiecti sunt itaq; sacerdotes illi ab officio, ne vlterius pascant populum Domini. ob id.d.in textu. *Filii peregrinorum agricolæ, & vinitores vestri erunt.* Filii peregrinorum, idest gentiles, et qui ex illis ortum habent intelligi quoque possunt et hi absque ullo timore, et uelut fortes, ac intrepidi pro gloria nominis Dei stabũt, et pascent pecora vestra .i. homines vestros, qui prius erãt animales, nec spiritũ nõ habẽtes: stabũt inquã, vel ut fortes et intrepidi, uel tamquã præsules et domini, aut etiã stabunt tanquam seruuli fideles in obsequiũ domini, et filii peregrinorum, idest eorumdem gentilium, qui erant peregrini et longe à Dei cognitione semersi erunt agricolę, et vinitores vestri, idest erunt pastores et episcopi, Doctores, et ministri eolentes vineas, et agros animarum uestrarum.

Hoc loco potest repeterẽ que sup. in cap. 56 diximus de Apostolis q tamquã Sutores, Piscatores, & Cacligarũ conuerterũtbarbaras gẽtes ad Christum.

1.Cor.3.

A Non solum ergo Apostoli, et qui in exordio nascentis Ecclesiæ prodierint eiusmodi functiones obibunt, sed alieni, et filii peregrinorum, hoc est ex gentibus oriundi ministri erunt ipsius fidei, et prędicationis Euangelii, quamquam et Apostoli poterant dici alieni, et filii peregrinorum, quia longè diuersi erant moribus, et cultu ab institutis scribarum, et Pharisæorum. Ne

B que mireris ministros Euangelii, et diuini verbi prædicatores appellari, cementarios, pastores, vinitore, et agricolas, quoniam scriptura diuinitus inspirata, sæpe numero vocat fideles terram, vineam, et cętera huiusmodi. Quare qui colunt eos iure vocari possunt agricolæ, pastores, et vinitores. Posimodum sequitur.

Vos autem Sacerdotes domini vocabimini ministri Dei nostri, dicetur vobis fortitudinem gentium comedetis, & in

C *gloria earum superbietis.* His verbis manifestè ostenditur legem, et sacerdotium ueteris testamenti transferendum esse in legem, et Sacerdotium noui testamenti. Cum autem dicit. *Vos autem cum vocabimini sacerdotes domini, & ministri Dei nostri,* citrà omnem controuersiam inquit diuus Hieronymus de Apostolis intelligendum est, ut hic sit ordo: quamquam quidam ex gentibus tamquam cementa-

D rii, pastores, agricolæ, et vinitores, sint futuri Ecclesiarum prępositi: uos tamen Apostoli, et primi Christi discipuli, qui residui estis ex semine Israel secundum carnem, et vocabimini Sacerdotes, et ministri Dei quemadmodum, et filii Dauid erant Sacerdotes Dei. Et nota hãc formam loquẽdi, dicit enim. *Vos autem vocabimini sacerdotes Domini*, quasi velit dicere qui debent hoc munere fungi, non de- *Text. 8.*

E cet eos per se ipsos intrudi, et hunc honorem sibi assumere, sed expectare, ut vocentur à Deo iuxtà illud Pauli. *Heb. 5.* Nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur à Deo tãquam Aaron. Dicit ergo. Vobis, qui estis ministri Dei nostri, dicetur *fortitudinem gentium comedetis, & in gloria earum superbietis* fortitudinem gentium, idest, robur, potentiam, honores

aores, & opes comedetis, idest sub uestram potestatem hęc omnia assumetis, et omnem eorum fastum superabitis, & in uestram redigetis potestatem per Euangelii prædicationem, idest qualis & quam maxima fuit eorum virtus, & potẽtia, talis & lõgè maior erit potẽtia Ecclesiæ, & primi ac supremi pastoris. uel *fortitudinem gentium commedetis*, quia scilicet earum diuitus, & facultatibus potiemini, nec quisquam uobis eas subtrahere, uel denegare poterit. Con B uenit enim ut quibus spiritualia contulistis, & seminastis; ab eis etiam carnalia metatis.

Aut sic dicas *fortitudinem gentiũ comedetis* quia scilicet oratio, uestra sermo uester, prædicatio uestra comedet, idest vinceet, & conteret fortitudinẽ earum, idest ingenium, artes, eloquentiam, & quęcunque in magnis habentur: Nec miretis, quoniam pro sermone, & locutione frequenter in sacris litteris poni- C tur os, & lingua quemadmodum exempli causa dicebat Dauid. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est. Dicit enim D. Hieronymus quod sicut per manus opera, per pedes incessum, per uentrem generationem, per aures auditum, & per oculos intuitum,

Psalm. 13. sic per os sermonem intelligimus. hæc eadem August. pluries refert, sic itaq; fortitudinem gentiũ comederunt apostoli. Sicut de Diuo Stephano legitur in D act. Apostolorum, quod nemo poterat resistere sapientię, & spiritui, qui in eo loqnebatur. Et de gloriosa Virgine Catherina hoc idem refertur, quod eius doctrina cõfundebat omnes philosophos & sapientes, qui disputatum uenerant cum ea. Sunt huius generis plusquam sexcenta exempla. Sed oportet eos qui sunt ministri domini ministrare in fide virtutem, in virtute scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia patien- E tiam, in patientia, pietatem, in pietate, amorẽ fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem 2. Pet. cap. primo.

Deinde dicit. *Et in gloria earum superbietis*, idest vos ouantes exultabitis & gloriabimini in Domino Deo uestro non enim accipitur hic superbia, quæ in uitio est, cui Deus resistit, sed pro potentia, & gloria accipi debet, relata, semper ad gloriam Dei. contingit etiam quandoque, ut prędicatores, & ministri verbi Dei in hoc prędicandi officio, & gloria superbiant non ad gloriam, Dei sed ad suam ipsorum gloriam, et propterea d. Aug. supra psalm 50. fœliciores Psalm. 50. sunt qui audiunt quam qui loquuntur.

Alii dicunt *in gloria earum superbietis*, hoc est purpura uestemini. quod est insigne regii decoris, quemadmodum multis ab hinc annis primates Ecclesiæ, & præcipuè sanctę Rom Ecclesiæ presides, et consiliarii purpuratis uestibus induuntur, nec minore præcio, ac existimatione habentur, quam ipsi reges ut Cassa. in li. glorie mundi 4 par. consid. x. et fere omnes iurisconsulti. Cyrillus autem secus exponit, inquit enim. In diuitiis eorum eritis admirabiles, ubi cum diuo Hier inquit, quod laus doctorum, et corona patrum est gloria liberorum, et qui illorum scilicet docto rum doctrina, seu illuminatione salua ti sunt, et profectus populi sunt æpulæ sacerdotum: Et re uera dum populi ex aliquorum prędicationibus bona opera apprehendunt, et facere uidentur, summopere prędicatores, atque doctores gaudent, exultant, et gloriantur, D. autem Hier. inquit, iuxta hunc textum. In diuitiis earum eritis admirabiles quia scilicet in omnibus diuites facti estis in Christo, in omni uerbo, et in omni scientia, ut in nullo indigeatis in ulla gratia 1 ad Corinth. 1. 1. Corint. 1.

Sed persistentes in textu, quem habem° satis conuenienter expositum est dictũ illud videlicet. *In gloria earum superbietis*, quoniam scilicet à gloriosis, et potentibus uiris ipsarum gentium honorati eritis, et magnificati, quemadmodum reipsa conspicimus, qnod principes gentium, Ecclesię præfectos non secus, ac patres uenerantur, & colunt. Sed non parum mihi ingerit difficultatem horum verborum contextus.

Dicit enim primo. *Et stabunt alieni, & pascent pecora uestra, & filii peregrinorũ agricolæ, & uinitores vestri erunt.* Quæ uerba nos referebamus tum ad Apostolos, et Christi discipulos, qui uere dicuntur fuisse pastores animarum agricolę,

colę, et vinitores ipsius Ecclesiæ quã A velut agrum, & vineam colunt, & nutriunt: referebamus etiam & ad gentes vel ad eos, qui ex gentibus prodierunt, ex quibus plerique fuerunt electi, & prępositi Ecclesiis, & curandis animabus, ut legimus de sancto Clemente, Dionisio Areopagita, Tito, Timotheo, Beato Ambrosio, Diuo Martino, & B. Augustino, & multis aliis: veruntamen post ea uerba subdit immediate in eodem textu. *Vos autem Sacerdotes* B *domini uocabimini, ministri Dei nostri &c.* Vbi dictio illa aduersatica (autem) videtur secernere Apostolos ad quos iuxtà omnium expositionem referri di euntur, à prioribus, de quibus prædictũ erat, quod erunt agricolę, & vinitores ipsius Ecclesiæ. Propterea cum aliquã diu super hac difficultate consisterem, tandem a priori sententia nequaquam esse discedendum putaui, ut uidelicet vtrobique subintelligantur Apostoli, C ut scilicet ipsi pastores nuncupentur vinitores, & agricolę, quemadmodũ plerique ex gentibus. Sed præter id vocẽtur etiam & tiut ipsi Apostoli Sacerdotes Domini, & ministri Dei nostri, ut illa dictio aduersatica potius aliquid addere Apostolorum dignitati, quam subtrahere quicquam uideatur si quis autem offendatur propter significationẽ dictionis aduersantis, accipiat aliam exponere ut per uinitores, & agrico- D las intelliguntur qui ex gentibus erunt selecti ad curam animarum, uel ut ministrent mensis: per sacerdotes vero, & ministros dei intelliguntur Apostoli pro me, & præcipue fundatores Ecclesię Sequitur textus.

Text. 3. *Pro confusione uestra duplici, & rubore laudabunt partem suam: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt.* Aliqui textus habent laudabunt partem eorum, sequitur. *Lætitia sempiterna erit eis.* Hæc E particula est satis obscura ob uarias editiones, una expositio est. Pro confusione uestra duplici, & rubore laudabunt partem eorum, idest ipsi credentes cum multas receperint ignominias & iniurias, laudabunt partem eorum .i. gaudebunt, & commode illis cessisse quod multa opprobria iniurias, & tormenta sustulerint, quia omnia hęc illis illata cedebant in bonum sui ipsorum, et populi. Alii sic exponunt. *Laudabunt partem suam.* hoc est contenti erũt ea parte, quam dabo illis, quandoquidẽ pro confusione uestra duplici accipietis uitam ęternam. Et sic legitur in Biblia nuper correcta D. Hieronymus ita exponit quod scilicet Apostoli, et reliqui fideles, qui quandoque receperint confusionem, et ignominiam tum ex parte Iudæorum qui recesserunt à Deo, tum ex parte gentiũ, quę adorauit idola, laudabunt partem suam: uos inquã Apostoli, cum videbitis gentes conuersas ad timorem Dei, audietis eas laudare partem suam, hoc est ipsum Dominum, de quo loquebatur Dauid psal. 72. Pars mea dominus, quod quidẽ nemo alius dicere potest, nisi qui aliam partem non habet: præter Deum. Est super his uerbis quędam alia expositio, ualde facilis, et meo iudicio non contemnenda, ut scilicet fiat mutatio personæ, iuxtà figuram illam, quam grãmatici uocant metaphasmos, ut sic dicamus. *Pro confusione uestra duplici, & rubore, laudabunt partem suam, idest laudabitis partem uestram*, idest contempti eritis pręmio, & mercede, quam consequemini in compensationem pudoris, & ignominię, quam ab vtroque populo sustinuistis. Potest dari alia expositio, ne ulla uis uerbis inferatur: uidelicet pro confusione uestra duplici, et rubore laudabunt partem suam, idest qui vos ignominia affecerunt laudabũt partem suam uel partem eorum, quia fuerunt in causa, & in terra sua tot premia litis consequuti. *Psalm. 72.*

Per duplicem confusionem D. Hiero. intelligit confusionem, et ruborem susceptum super populum Iudæorum, qui à Deo recesserat, & super nationes quæ idolis seruiebant. Ecclesia ergo collecta ex gentibus & Iudæis quę duplici confusione affecta erat, ac deturpata, in terra sua, duplicia possidebunt, duplicia inquam quia ante resurrectionem sola anima æterna beatitudine perfruetur, post resurrectionem uerò corpus, & anima unumquodque suã stolam accipiet D Augustinus serm. 4 *Aug. ser. 4.*

de

de innocentibus, qui est in appendice de diuersis 73. Alii dicunt, *duplicia possidebunt*, quia, videlicet in spiritu gaudebunt cum fuerint uocati ad cœnam magnam, & exterioribus bonis potientur, & sustentabuntur in hac vita. Alii dicunt. *Duplicia possidebunt*, idest magna, & incomparabilia bona, qualia erũt bona supercœlestis patriæ, quę nec oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt. Per duplicia ergo pręmia, magna præmia sunt intelligenda, sicut per duplicem confusionẽ, possumus intelligere magnam confusionem, , et etiam ruborem paupertatis, & ipsius mortis ignominiosæ, unde uos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centũplũ accipietis. Et sic omne magnum potest appellari duplum, si cut apud nos pictãtia siue portio, quę datur patribus grauioribus, dicitur pictãtia dupla, *& lætitia sempiterna erit eis*; quemadmodum et supradictum fuit, lætitia sempiterna super capita eorũ, gaudium, & exultationem obtinebunt, & rectè quidem promittit lætitiam sempiternam credentibus, & Christi vestigia sectantibus, quia in rebus temporariis, & caducis non est expectanda remuneratio, sed in vita sempiterna, & in bonis excedentibus omnem animi cogitationem, & cordis desiderium. Et nunquid ego, qui sustinui duplicem cõfusionem & ruborem suscipiam duplicia? nulla quidem ob demerita mea, sed ob immensam Dei benignitatem, quia patienter sustinui quicquid in me illatum est, Et fortem me constituit, ut sic laudarem partem meã. Deinde sequitur *Quia ego dominus diligẽs iudiciũ, & odio habens rapinã in holocausto, & dabo opus eorũ in ueritate, & foedus perpetuũ feriã eis.* Vult ostendere per hanc partem, cur dominus eiecerit, & reprobauerit Iudæos & gentes aduocauerit (& inquit) hoc ideo feci, dicit Deus, quia diligo iudicium, & iustitiam, & quoniam Sacerdotes Iudæorum suis in holocaustis exercebant rapinas, & tyrãnidem ut ex multis scripturæ locis manifestum redditur, ideo ego Dominus diligens iudicium illos eieci. Et cum subdit. *Et dabo opus eorum in veritate*, opus vi-

A delicet ipsorum credentium faciam ut cognoscantur opera eorum esse vera, & sincera, non ficta, et simulata, et consequenter feriam, et inibo fœdus & coniunctionem perpetuam cum eis, *& ego ero eorum, Deus & ipsi erunt mihi populus.* Dicit. n. Dauid ps. 36. Dominus amat iudicium, & nõ derelinquet sanctos suos in ęternum conseruabuntur, et Prouerbiorum 15. Qui sequitur iudicium diligetur ab eo. *Et prater id scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum, omnes qui viderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus*, quorũ uerborum sensus est satis clarus. Esset tamen impensius aduertendũ propter omnes, et pręsertim propter sacerdotes; quemadmodum Deus, qui diligit iudicium, & odio habet rapinam in holocausto, quòd vehementer detestatur munera, & sacrificia, quæ sibi offeruntur de rebus male acquisitis. Vnde D. Hier. colligit hanc veritatem, quod scilicet Deus magis diligit paupertatem iustorum, quam munera diuitum quæ sunt de rapinis, de vxuris, & de iniquitate: Vnde Eccl. 34. Qui offert sacrificium ex substãtia pauperis quasi qui victimat filium suum in conspectu patris sui. Et ex huius loci forma loquendi, eruditi quidam interpretes eliciunt causam, quare Deus eiecerit à conspectu suo, & ab altari Iudęos, susceperit populos nationũ; quia. s. sibi non placebant sacrificia ex furto, & rapina, qualia erant omnia quæ sibi offerebant Pharisei ex furto. Illud etiã uerbum, quo promittit Deus se daturum opus, & actiones suorum credentium in veritate, potest sic exponi, ut exponit D. Hie. quod actiones eorum erũt in veritate, & non uelut erant opera Iudæorum facta in lege, quæ erat umbra ueritatis, sed hæc erunt ipsa veritas: Similiter notandum est, quod fœdus ineundum cum suis fidelibus erit perpetuum, et non velut fœdus, quale dederat Moysi quod pręteriit: Dixit enim Christus Matth. vltimo. Ego vobiscũ sum vsque ad consumationem sæculi; fœdus itaq. initum cum Ecclesia perpetuum est, & in ęternum durabit, quoniam etiam fides ipsius Ecclesiæ semper

Psalm. 36.

Eccle 34.

per est permansura Rub. & quale erit
fœdus ut sint filii Dei, et maneant in
domo in ęternum. Cum verò subdit
*Et sciatur in gentibus semen eorum, & ger
men eorum in medio populorum &c.* Vult
innuere propheta quòd facilè cogno-
sceretur distinctio filiorum Dei à cæte
ris nationibus. Nam cum uiderint, et
contemplati fuerint illorum uitæ con
suetudinem, atque ordinem, ut man-
suetudinem, continentiam, pietatem,
cæterasque virtutes absq; vlla cũctatio
ne, dii dicabunt eos dei semen esse, &
ex Dei semine cui benedixit Dominus
fuisse progressos: nam ut rectè aliqui
scribunt, in carne præter carnem ui-
uere non est humanę uirtutis, ac pote
statis, sed diuini numinis, et gratię ef-
fectus est, et opus.
Postremo sequitur in hoc eodem con-
textu. *Gaudens & gaudebo in Domino* Tex. 5.
& exultabit anima mea in Deo meo. Qui
bus verbis propheta instructus uisione
futurorum bonorum introducit Eccle
siam tot gratiis, et fauoribus ditatam
loquentem, et in laudes, et cantica
prorumpentem quibus deo altissimo
de tam pręclaris, et illustribus benefi-
ciis gratias agit d. Gaudens, et gaude
bo in Domino, idest si quid gaudii, et
festiuitatis sum inquam habitura, id
erit in Deo meo; per ipsum solum .n.
et in ipso gaudium meum erit, non ab
alio, neque per alium, et in nullo alio
præter ipsum, et non sicut Iudæi, qui
gloriabantur in patribus dicentes. Se-
men Abraham sumus, et nemini un-
quam seruiuimus, sed in Deo tantum
exultabimus, quandoquidem multitudi-
nis credentium erat cor vnum, et ani- Act. 4.
ma una in Deo act. 4. Et explicat cau-
sas lætitiæ ipsa Ecclesia, cur scilicet in
Deo tantum uelit gaudere, et exultare.
d. *Quia induit me vestimentis salutis, &
indumento iustitiæ circumdedit me* con
tulit mihi omnes illas uirtutes, et san-
cti spiritus, dona, quibus salutem sim
adepta: el per indumentum salutis in-
telligit ipsum Christum Iesum. *& in-
dumento iustitiæ circumdedit me*, idest
omni ex parte præstiti mihi uires, et
modum, quo iustus apud Deum inue-
nirer, et nemo posset me in iudicio cõ

A demnare, sed uelut iustum, & iustifica-
tum liberum dimittere. Eadem uer-
ba habẽtur Abacuch 3. Ego in domino
gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo
*Præterea quasi sponsum decoratum corona
& quasi sponsam ornatam monilibus suis.*
vide quæso, & mecum obserua. Com-
parat ipsam Ecclesiam sponso, & spõsę
Dicit Cyrillus, uocat ecclesiam spon-
sum pp fortitudinẽ, & cõstantiã. uocat
ipsã sponsã pp fœcunditatẽ Et sancti
B quidem, et homines diuini. sunt uerũ
tamquam sponsi, tum in edendis pręcla
ris facinoribus, tum etiam in fortiter
debellandis affectibus. Alii dicunt Ec-
clesiam, idest homines probos, atq; iu-
stos, comparari sponso, & sponsæ. Spõ
sæ quidem si referantur ad Christum
iuxta illud Apostoli. Despondi uos vni
uiro uirginem castam exibere Christo
Sponso autem comparantur ipsi fide
les respectu eorum, quos ipsi ad fidem
C pertrahebant, quia tanquam sponsi fi-
lios generabant. & Ecclesiis copulabãt.
Sic enim dicebat Apostolus. Per euan 1 Cor. 4.
gelium ego uos genui. Et alibi. Fi
lioli quos ego iterum parturio donec Gal. 14.
formetur Christus in uobis. D. Hieron.
aliam affert rationẽ huius similitudis
dicit.n. Duo genera agminum esse in Ec
clesia, perfectorum. s atq. incipientium:
perfectos itaq. comparat pulchritudini
sponsi ipse Propheta, cum inquit. Me
D quasi sponsum decoratum corona In-
cipientes uerò comparat ornatui ipsius
sponsę. Perfectus quidem erat Paulus,
qui quasi sponsus decoratus corona, at
que coronandus. d. Bonum certamen
certaui, cursum consumaui, fidem ser-
uaui, de cætero reposito est mihi coro-
na iustitiæ, fuit quandoque, & ipse de
numero incipientium aut se illis uol-
uit annumerari, cum ex persona illorũ
dicebat. Cum essem paruulus, loque-
E bar ut paruulus, sapiebam, ut paruu-
lus &c. Isti igitur qui non dum sunt
perfecti, sed ad ipsam perfectionem tẽ
dunt, & anhelant, comparantur spon-
sę ornatæ monilibus suis, perquæ mo
nilia intelligi debent quæcunque orna
menta, quibus pulchræ mulieres, nu-
biles, aut nuptui traditæ solent exor-
nari, quę ornamẽta subindicauit Regi

ns

Psal 131. tū illud ps Hæc requies mea, hic habitabo, quoniam elegi eam. Quæ verba Prophetæ quamquam de superna ciuitate Ierusalem, & de Ecclesia triumphante intelligi queant, non incongruè tamen præsenti ecclesiæ attribui possunt, propterea cum dicit. *locum pedum meorum glorificabo* ostendit quā maxima debeat reuerentia haberi ergà templa Dei, quæ illustria redduntur, & gloriosa ob cultū nominis Dei, & ob multitudinem credentium, & reliquiarum, ac imagines Sanctorum, & primum omnium ob pręsentiam sanctissimi corporis Domini nostri, quarè summopere cauendum est, ne quæ Dei domicilia sunt, & in quibus Dei pedes conquiescunt, vllo pacto deformare, ac deturpare studeamus. Pręterea subdit. *Et uenient curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem Domini.* Particulam istam non est opus aliter exponere. Quod enim hic dicitur, & prædicitur manifestum est lippis, ac tonsoribus. Quis enim non vidit, aut ignorat plerosq. omnis generis, & conditionis homines tàm Gręcos quàm Hæbreos, qui Ecclesię Dei erant vehementer infensi, & molesti filios procreasse, & posteros habuisse, qui non modo curui, sed proni in terram, & genibus flexis adorarunt vestigia pedum tuorum; quiq. etiam detrahebant multitudini fidelium, & ecclesiam subsanabant postmodum vocauerunt Ecclesiam ciuitatem Domini, quam forte prius audebāt appellare Synagogam, & sectam pessimorū hominum. Adorarunt inquam vestigia pedum ipsius Dei, per quos pedes non modo ecclesia (vt diximus) sed Apostoli Dei, & successores eorum, ac imitatores intelligi possunt, per quorū ministerium Deus ambulat, & in hominum mentes conscendit, ideo pedes Dei nuncupantur. Per diuersitatem et lignorū quæ sunt in monte Libano, intelligi potest allegoricè diuersitas, & multitudo sacrorum ordinum qui sunt in ecclesia.

Text. 6. Præterea sequitur. *Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, & non erat* A *qui per te transiret; ponam te in superbiam sæculorum, & gaudium in generationem, & generationem.* Loquitur hic Deus, & pollicetur vicissitudinem rerum: pollicetur inquam summam fęlicitatem, & excellentiam ipsi Ecclesię vice contemptus, deiectionis, & humiliationis quam olim fuerat ipsa perpessa.

Sed dubium est, de qua ecclesia habeatur sermo. Dicunt plerią. omnes sermonem haberi de ecclesia Iudæo- B rum, quam dicit fuisse derelictā, odio habitam, & ab omnibus destitutā, huius humilitatis, & abiectionis causa eā fere extitisse, quoniam debaccata est, & crudeliter sæuiit in eum qui eam euehere, & incolumen perpetuo poterat seruare, & in eius infœlicitatis cumulū hoc accessit, quod nemo fuit, qui ei præberet auxilium quoniam, & ipsa Deum vehementi odio prosequebatur, neque enim in quemuis homi- C nem inseruili conditione, aut vili quodam ministerio positum, sed in regem, ac dominum vniuersorum ausa est insurgere, & prosilire. Ego autem (aliorū omnium pace) dixerim sermonem hunc dirigi ad ipsam Ecclesiam post Christi aduentū ex paucis quibusdam fidelibus, tàm ex Iudęis quam ex gentibus constitutā, id quod indicant quę mox verba sequunt. & quis nescit quot opprobria, quot iniurias, persecutio- D nes, & contumelias passa fuerit Ecclesia inter initia, & primordia ipsius? misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia, occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio, qui videns quod placeret Iudęis apposuit vt apprehenderet, & Petrū. legantur acta Apostolorum, legantur gesta martyrum, & historię sanctorum, & luce clarius constabit pauperculam ecclesiam in sui primordio fuisse derelictā, E odio habitam, & non erat qui per eam transiret, idest non erat, qui se auderet illi coniungere. qui verò per ecclesiam intelligunt Synagogam Iudęorū, verè quidem dici potest, eam fuisse derelictam, & odio habitam; propterea quòd omnes ferè abierant in impietatem, & in iniustitiam, nō erat qui fidem, iustitiam, & pietatem consectaretur

retur,& non erat qui transiret per eam A vel non erat, qui propriè posset vocari vir, hoc est virtutem colens, & virtutem diligens,neque erat vir qui se illis commisceri auderet, sed neque ullus erat,qui eos obiurgaret. Nec refert, quòd ciuitas erat frequēs hominibus, templum visebatur, sacrificia offerebantur, statis diebus, lex, & Prophetiç in Sinagogis legebantur, quoniam omnes iniquitatibus ęstuabāt,sed quę sequuntur reuera difficilè admodum B referri possunt ad eam, hoc est ecclesiam Iudęorum; at si loquamur de ecclesia,& congregatione fideliū quamquam paupercula tunc, & derelicta,vide quę illi promittuntur à Deo: dicit inquam. *Ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem, & generationem*, quasi dicat in perpetuū,quousq. durabit mundus, nec in vno tantum sęculo, sed in sęcula sęculorum, superba satis, & lęta pseuerabis vsque C in finem. Sed quomodo Ecclesia,quę est tota pulchra,tota speciosa,& in qua nulla est macula posita erit in superbiam?dicit B.Greg. ꝙ superbia hoc loco nihil vltra significat, nisi summam, et principalem auctoritatem, q d. posita in superbiam sæculorum,idest sublcuabo te,& conferam tibi auctoritatem summam: vel ponam te in superbiam, idest in altitudinem sęculorum. D. Tho.quest.de malo. q. 8. art. D 2. ad vltimum, declarat quō superbia sit peccatum; & quomodo non. Et exponit hanc propositionem Esaię. Alij, ponam te in superbiam, idest in gloriam, et honorem: Superbia enim hoc loco notat honoris excessum quemad modum nos dicimus, hęc est superba domus,superbum palatium,et c. Item facile est uidere quomodo ecclesia fuit posita in superbiam sęculorum, quia constituta est domina gentium,subic- E cit sibi reges, et imperia,et deniq supprimam potestatem, sicut est illud dictum Petro. Quodcunq. ligaueris super terram,erit ligatum & in cœlis, & quodcunq. solueris super terram erit solutum,& in cœlis. & illud Ioan.17. Pater (dicebat Christus) quos dedisti mihi uolo, et ubi sum ego, et illi sint

Ecclesia posita in superbia sæculorum.

Ioan.17.

mecum: et paulò ante, Rogo pater pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me,vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, vt et ipsi in nobis unum sint, et.c.

Prętereo nunc opinionem quorundam expositorum, qui eiusmodi promissiones volunt omnino referri ad cœlestem patriam, cuius et ego sententiæ fui aliquando. Sed vide quod sequitur. Ponam te inquit in superbiam sęculorum.et.c. *& suges lac gentium, & mammilla regum lactaberis*. Nulli dubium gentes oblaturas ecclesię, opes, diuitias, et quęcunque bona posiderēt, pro hoc uide in act. Apost. c.4. Quotquot enim possessores agrorum ac domorum erant uendentes afferebant pręcia eorum,quę uendebāt, et ponebant ante pedes Apostolorum. et nullus erat ęgens inter illos;et māmilla regum lactabantur, idest præciosiora quęque illis conferebantur, vt patet ex ingenti liberalitate, reuerentia, ac pietate, qua Constantinus Magnus aliiq. Imperatores Principes, et Duces prosequti sunt ecclesiam, quāquam per mammillam regum nōnulli intelligunt doctrinam Apostolorū, qua fideles continue pascuntur,et educantur, illi enim dicuntur mammilla regum lactari qui scientias rerum altissimarum sunt edocti: Quòd si per mamillam regū volumus intelligere opes, diuitias, honores ac dignitates quibus potiuntur reges nulli dubium quòd prelati ecclesię,vt Cardinales,et Epi. lactantur mamilla regum, et sugunt lac gentium,cum tot prędiis, vicis, et pascuis, quibus nutriebātur populi, ipsi libere, et sine multo labore posideant. Deinde sequitur alia felicitas, et ingens beneficiū ecclesię collatum, *pro ære afferam aurum dicit Dominus, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum, & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam*.Omittamus per hęc quę dicta sunt indicari ecclesiam vsq. adeo *opibus ac* diuitiis fore cumulādam,vt nihil omninò sit ei defuturū tamen iuxta sensum misticum hic pfiguratur excellentia, et pręeminentia noue

Act. cap. 4.

Test. 7.

nouę legis super ueterem, ꝙ tantum distat lex noua a lege veteri, quantum distat aurum ab ære, & ferrum ab argento, & sic de aliis. Deinde cum dicit. *Et ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam*, perinde est ac si dicat. constituam aliquos, ne tibi ad summam quietē, & fœlicitatem quicquam desit, quorum munus sit visitare, & pascere, & subditis prouidere, eosdem in pace, & in officio, cōtinere, & iustitiam exercere. Per quæ verba nonnulli volunt prophetam intelligere constituendos esse, ac designandos ipsi ecclesiæ præfectos, & moderatores qui non modo curam gerant animarum vt præfecti ecclesiæ. quas tex. 70. seniorum, vocat Episcopos, sed qui reipublicæ pręsint vt Magistratus, & Rectores Politici. Sequitur in eodem contextu aliud genus fœlicitatis, & illud quidem maximū, & optatissimum cū dicit. *Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, quasi velit innuere*, sicut hucusque audita est. Similiter *vastitas, & contritio in terminis tuis*, intra confines tuos amplius non audietur, *& occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio*, quæ enim hic promittuntur facile pendent ex eo quod mox dictū est. Si enim Principes eius pace, & Episcopi laudibus iustitię excellant, valebit etiam hoc apud subditos, & efficiet, ut in omni iustitia, & pietate Christiana ducere uitam contendant. Ideo subdit. *Non audietur vltra iniquitas in terra tua*, non erit rumor, & contentio ꝙ alicubi perpetretur iniquitas, et cuiquā inferatur iniuria vel detrimentum vllum, Contritio (secundum Cyrillum) hoc loco appellatur uis, & insultus cōtra subditos, & infirmos: q̄nque enim Præfecti Iudæorum ob dona iudicabāt, & prophetę eius propter argentum uaticinabantur. hinc dicebat Dauid ps. 13. Contritio, & infœlicitas in uiis eorum, et uiam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum *Et occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio*, quasi dicat. Tanta erit pax, & quies in ipsa ecclesia, ꝙ non oportebit excubare super muros: quemadmodum est opus dum

Cōtritio quō bus sumitur.

Psal. 13.

aliqua ciuitas opprimitur, & oppugnatur, aut timet eiusmodi genera malorum. tuti erunt muri, salua erunt oīa. *& portas tuas occupabit laudatio*, quia, s. in portis, et vbique locorum audietur canticum laudis, & lętitię, non strepitus armorum, non uox, & furor oppugnātium, nihil erit triste, & funestum. Et reuera vbi viget iustitia, cōseruatur pax, salus, & Dei laus, & iubilatio, vti supradictum est, opus et effectus iustitię pax Cœterum *non erit tibi* ô fœlix ecclesia *amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam*. Hęc particula vna cum pręcedenti, vsque in finem huius capituli, secundū maximos Interpręies, continet fœlicitatem, gloriam, & amplitudinem triumphantis Ecclesię, quorum sententiam in fine huius expositionis discutiere ita tuimus, nunc exponamus residuū huius capitis iuxta opinionem quam nos accepimus, & magis probamus, ꝙ videlicet de ecclesia militante per Christum dominum reformata, & instaurata huiusccmodi priuilegia intelligantur: quandoquidem qui in gratia Dei sunt constituti non indigent neque Sole, neque Luna, ut per diem, aut per noctem lumine aliquo indigeant, cum habeant uerum Solem, ueram, ac splendidam lucem, quę est Christus Dominus, qui quidem tam in prosperis, quā in aduersis protegit illustrat, ac defendit: queādmodū ipsemet dixit Ioan. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę. & Ioan. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehēderunt. De homine sic in gratia constituto Dauid dicit Psal. 120. Per diem Sol non vret te, neq. Luna per noctem, & D. Aug. super Psal. 96. dicens. Si Dominus semper tecum est non eges lumine Solis, neque Lunæ, quia habes illum in die, habes illam in nocte: esto rectus corde, semper habebis Deum. Dicit et ꝙ *non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam*. Vbi dicit Isidorus, qui vterque laboris mercedem

Psal. 120.

Psal. 96.

Matth.

dem accipient. Sol.n. lucebit septimpliciter, & non ueniet ad occasum. Sed in ordine stabunt Sol, & Luna, quo creati sunt iuxta illud Psal. Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo, idest post diem Iudicii. Praeterea nota hoc aliud grande beneficium dum inquit. *Et complebuntur dies luctus tui*. non enim fas est quandiu sponsus est nobiscum, lugere quicquam certe antequam Christus adueniret merito lugendum erat, cum esset tunc ecclesia orbata, & destituta filijs, quando omnes ad impietatem, & idololatriam declinauerunt, sed postquam Christus aduenit, ablata causa moeroris complebuntur dies luctus tui. Iux ad illud Psal. Lux orta est iusto recti corde laetitia. Praeterea si ulla esset causa qua lugere deberemus, praecipua hec esset, quia adhuc sub daemonis Imperio degeremus, neque ullum haberemus redemptorem. Cum verò haec omnia falsa sint, & inania, iure optimo dicit Propheta inter alia beneficia. *Complebuntur dies luctus tui*; & quid vltrà? *populus autem tuus omnes iusti in perpetuum hareditabunt terram: germen plantationis meae*; & tertio opus manus meae: ad glorificandum. Sed dices quomodo omnes iusti in populo tuo? uel ex populo tuo? Dicunt aliqui quod sumitur illa dictio vniuersalis pro multis sine pro plurimis: iuxta consuetudinem scripturae. Erat lux vera quae illuminat omnem hominem uenientem, &c. Verum si consideretur status, & conditio illius primitiuae, & nascentis Ecclesiae tempore quo vigebant Apostoli, & post eorum decessum, multi per aliquot aetates succedentes, erant ferè omnes Sancti, & sic nominari consueuerant, vt est uidere in epist. Diui Pauli, & aliorum Apostolorum similiter in epist. Diui P. Augustini, Hieronymi. & aliorum Doctorum, quippe qui sanctos, & electos vocant ad quibuscunque scribunt. Sed melius (credo) est, dicamus. *Populus tuus omnes iusti*, idest quicunque sunt membra viua Ecclesiae in illa persistunt, suisque praeceptis obediunt, ab ea non discedunt vsque ad finem vitae eius dogmata sectantur, iusti omnes, meo quidem iudicio sunt existimandi, & hi in perpetuum haereditabunt terram, nunquam erunt expulsi, nisi velint, ab ea, & eius possessione nunquam priuabuntur. & ratio est, quia ipsi sunt germen, arbusculi plantati manu Dei: quemadmodum per Ieremiam dicitur. Ego plantaui te uineam bonam, electam omnem semen uerum; & cum sit germen plantationis Dei, arescere non potest, sed crescere semper, & augeri; contra verò omnis plantatio (dicit Christus) quam non plantauit pater meus coelestis eradicabitur. Postremo inquit. *Opus manus meae ad glorificandum*. Suauissima quidem, & preciosissima, atque amabilissima verba Saluatoris nostri (cum inquit) quòd ecclesia, congregatio electorum, sodalitas iustorum est opus manus meae ad glorificandum, quorum sensus est quòd fideles, & electi Dei sunt ueluti uestes, & indumenta quibus adornatur Deus, & glorificatur. Nec mirum omnino, et Pau. Apostolus discipulos suos non uereatur appellare gloriam suam, coronam suam, et cordis sui gaudium, et laetitiam. Tandem subdit in fine. *minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam*: quemadmodum nos vulgo dicimus de quibusdam viris strenuis, & audacibus (vno fa per mille) et paruulus in gentem fortissimam, q.d. (un fanciullo darà che fare à tutta questa gente armata.) Et quanquam verba haec de Christo Iesu, qui cum esset minimus, et despectus ab omnibus, creuit tandem in mille, et in gentem innumerabilem accipi queant, possumus tamen de Apostolis, et martyribus eadem recte intelligere, qui quidem fortes fuerunt in bello, et pugnarunt cum antiquo serpente, cuius potestati nulla est in terra, quae possit comparari, et de Paulo quidem Apostolo aptissimè talia possunt dici, qui cum esset minimus Apostolorum, nec dignus uocari Apostolus, plurimos tamen, et fere innumerabiles Christo peperit, & aeuum filij uitam elligi possunt, & de ecclesia, quae

à principio fuit minima, i. tenuis, & angusta & ceù paruula, postea creuit in gentem, & multitudinem magnam, q̃ dinumerare nemo potest, vt hēs apud Ezechielem, Danielem, Ioannem Euāgelistam, & alios veteres patres, ac Doctores: Nec volo præterire quin, & de sanctis quibusdam patribus, qui fuerunt institutores, & fundatores aliquorum ordinum, vt D. Benedictus, Pater Augustinus, D. Basilius, Franciscus, & Dominicus, & alij permulti, quorum vnusquisq. vteumque minimus, creuit in gentem maximam, & numerósissimam. Inter quas etiam recensere libet D Franciscum de Paula, qui cum esset minimus, & minimorum ordinem instituisset, creuit in mille. Et multos ad eius vitæ formulam deduxit, nonne & Abrahæ dictum est Genes. 18. quòd futurus esset in gentem magnam, ac robustissimam. Et quis fuit hoc? dicit dominus. *Ego Dominus in tēpore eius*, idest cum venerit filius meus, cum verbum meum carnem susceperit, cum generis humani debitum persolueritːvel in tempore iam statuto, & præfixo, subitò, hoc est, absque ulla mora, & dilatione, & absq eo q; quis me impediat, aut retardet, cum tempus istud aderit *faciam istud*, scilicet quicquid ego sum pollicitus in ecclesiam meam, vel subito faciam istud, idest congregabo omnes in ecclesiam meam, & in ouile meum, & sic est finis expositionis huius capitis iuxtà sententiam illorum, qui existimant sermonem haberi de ecclesia præsenti. Superest videamus rationes, quibus alii moti opinantur sermonem haberi de ecclesia triumphante, hoc est de cœlesti Patria, vt quisq. postmodum sectetur eam, quæ magis libuerit expositionem. Primum quidem habetur in textu circà finem, *non audietur vltrà iniquitas in terra tua*: manifestum est enim hoc esse falsum, cum singulis ferè ætatibus post prædicationem Euangelii, & post erectionem militantis Ecclesiæ in orbe Christiano audiantur vastationes, oppressiones, & confractiones, & multis in locis sub tyrannide degant miseri homines Christianæ fidei professores, falsum est ergo, ꝑ in ecclesia militante non audiatur amplius iniquitas,

& vastatio, sed vbiq. sit salus, gaudium, & laudatio. Præterea falsum est, & experimento comprobatur his, qui sunt in ecclesia, *non lucere amplius Solem in die, neq. Lunam in nocte*. Quare oportet alibi uerū esse quod dicitur, quod qdē nullibi præterq̃ in patria cœlesti potest habere locum, quemadmodum legitur apud Ioan. Apoc. 21. ubi dicit. Et ciuitas (videlicet Hyerusalem cęlestis) nō eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea; Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. *Apoc. 21.*

Tertio habetur in hoc textu præsentis litteræ; *populus tuus omnes iusti, in perpetuum hæreditabunt terram*. At constat omnibus, neque vlla est in hoc dubitatio, non omnes qui sunt in ecclesia militante fore iustos, sed neque etiam in perpetuum possessuros hāc terram. Quare necessario sequitur, nō de ecclesia præsenti, verū de cœlesti patria hoc esse intelligendum cū præsertim apud Ioan. loco citato perspicuè legatur, ꝙ non intrabit in eam, videlicet in cœlestem Hyerusalem aliquid coinquinatum, aut abhominationem faciens, & mendacium: Quartò falsum est etiam, q. in hac vita degentibus ꝓmittitur, *complebuntur dies luctus tui*: nam manifestum est, & nulli potest in dubium reuocari, quandiu sumus in hoc mundo nostram tristitiam, & afflictionem, ac luctum nos habituros fic, ait Dominus Ioan 16. In mundo pressuram habebitis: Sic & illud Apostoli. qui piè uolūt viuere in Christo persecutionē patiuntur; quo circa volens Christus nostræ præbere fortitudinem, & patientiam dixit. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Postremo dicit Esaias. *minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam* quod quidem difficile admodum potest sustineri: propterea dicit Cyrillus, hoc futurum, confecto in hac vita cursu laudabili, quod patet ex eo, quod dixit Christus Apostolis. Cum filius hominis sedebit in sede maiestatis suæ tunc, & vos sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. & hoc est quod Dauid. d. ps. 46. ex persona sanctorum. Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris *Ioan. 16.* *Psal. 46.*

nostris, id aũt fiet cũ erimus in patria, nõ aũt dum sumus in uia, qa dũ sumus in hoc corpore, peregrinamur à Dño.

Sed his nõ obstantibus poterit sustineri alia expositio, quamq̃ D Hyero. cui (vt par est) tantum tribui dēt, manifestè asserat nos cogi omnia quæ sunt dicta in hoc capitulo ad vltimum referre tempus, quando cœlo, terraq́. transeuntibus Solis, ac Lunæ cessabit officium. & ad primum cum dicebatur in republica Christiana vigere adhuc tyrannidē, & alia damna, & incommoda, neq. reperiri salutē, gaudiũ, & laudationē. Rñdeo quod quanq̃ alicubi sint tyrãnides, vastationes, seditiones, ac dissidia; nihilominus qui sunt verè fideles, & constantes in timore Domini, muniti spe, & charitate, eiusmodi incommoda non uerentur, & pro nihilo ea habere uidentur. quia potius quo magis dinexantes, & tribulationes patiũtur, eo magis gaudent, & Deo gratias agũt. Ad secundum resp ꝙ lux Solis, & Lunæ, de qua in argumento dicitur, non est ea lux corporalis, quæ oculis cernitur, ꝙ f. Sol, & Luna non occidat, neque minuatur: sed sensus est de Sole, ac Luna; q̃ suis splendoribus tenebras ignorantiæ, & aduersitatum depellunt. & quamquam in aliqua particulari ecclesia Sol quandoque occidat, aut obtenebrescat, ꝙ f aliqui labantur in hæreses, uel in alios errores, ecclesia tamē vniuersalis nunq̃ labitur, aut cadit; quemadmodum Saluator dixit. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. & propterea non egemus in hac via dũ sumus in gratia, neque lumine Solis, neque splendore Lunę, quia Dominus Deus est nobis in lucem sempiternã, & sic potest responderi ad tertiam obiectionem, vbi dicitur quod non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucē sempiternam. In priori quidem argumento demonstratur, ꝙ non egemus Sole, neque Luna in præsenti vita, quia Dominus est lux nostra, uerum est, si habeatur sermo de luce corporali: in posteriori uerò probatur oppositum, ꝙ f. nunquam deerit Sol. neq. Luna, uerum est, quia intellectus est de Sole, & Luna spirituali, cuiusmodi est Dominus Re-

A demptor noster, qui est datus nobis in lucem sempiternam Ad aliud argumentum eum dicebatur. Populus tuus omnes iusti, id quod uidetur esse falsum, cum scriptum sit. Nemo mundus à sorde etiam infans unius diei, & quēadmodum dixit Propheta Ps. 115. omnis homo mendax. Dicendum præter ea, quæ superius in arguendo diximus. Populus tuus omnes iusti, dicendum ꝙ omnes iusti, idest gratia Christi om- *Psal. 115.*

B nes iustificabit, non autem est in dubium reuocandum, ꝙ in cœlesti patria erit perfecta iustitia, perfecta salus, & beatitudo; at nihil prohibet etiam in hac uita, qui sunt in ecclesia ceu corporis Christi membra uiua omnes esse iustos, saltim secundum præsentem iustitiam. D. Amb. super primum caput Lucæ declarat hanc propositionem, ꝙ scilicet nullus fuit omnino sine peccato, quòd autem non possit quisq. desi-

C nere a peccato, & non amplius peccare hoc falsum est: vult. n. quòd potest quis aliqñ, esse mundus à sorde. Ad alteram obiectionem, qua dicitur. non esse in hac vita completos dies luctus, cum ferè semper afferatur occasio lugendi, ac deplorandi. Ad hoc responderem. Quòd luctus ecclesiæ fuit dum se uidit filiis orbatam, & omnes ad impietatem declinare, sed post Christi aduentum non ita, nisi dicamus, ꝙ filii ec-

D clesiæ lugent, quia incolatus eorum nimis ꝓlõgatus est ob id dicebat Apostolus Rom. 12. Spe gaudentes: Nam licet spes ratione dilationis habeat afflictionem annexã, proprius tamen eius vsus est gaudere. Caiet. & 2. Cor. 6. quasi tristes, semper autem gaudētes, & Phil. 4. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete: sunt igitur completi dies luctus. verum cum spe perueniendi quandoq. ad cœlestem patriam com-

E plentur dies luctus. Ad vltimum cum dicitur, quòd minimus non erit in mille dum sumus in hoc statu, sed hoc erit in futuro sęculo. Respondetur ꝙ hic & ibi uerum est uaticinium, ibi quidem dum omnes nationes fuerint congregate ante conspectum Dei sedentis in throno, nulli dubium, ꝙ minimus erit in mille, & plus vltra: sed et in præsen-

te statu;quemadmodum supra in expositione satis opportune monstrauimus minimus fuit in mille, qa scilicet præter alia quæ adduximus exempla de Sanctis Apostolis,& martyribus, & plerisq. patribus diuersorum ordinum institutoribus, demōstrauimus de Abrahamo, qui cum esset senex, & minimus, ac paruulus haberetur, fuit a Deo constitutus in gentem magnam, et robustissimam. Et ita vtrumq. verum est. Et in hoc terminatur expō in caput 60.

CAPVT LXI.

1. *SPIRITVS Domini super me, eò q vnxerit Dominus me: ad annunciandũ mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem: Vt prædicarem annũ placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: vt consolarer omnes lugentes. Vt ponerem lugentibus Sion: & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro Spiritu mœroris: & vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandũ. Et ædificabunt deserta à seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas in generationem, & generationem. Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra: & filij peregrino-*
2. *rum agricolæ, & vinitores vestri erunt.* Vos autem Sacerdotes *Domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis: Forti-*
3. *tudinem gentium comedetis, & in gloria earum superbietis* Pro *confusione vestra duplici, & rubore laudabunt partem suam, propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit*
4. *eis.* Quia *ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis Et scient in Gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes, qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circundedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus.*

EXPLA-

EXPLANATIO IN SEXAGESIMVM PRIMVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit Dominus me, ad annunciandum mansuetis, misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, &c.



IVxtà sentẽtiam D. Hyer. & aliorũ quorundam hoc loco introducit Esaias dñum Iesum Christum uerum Messiam exprimẽtem, & declarantem munus suum, & quæ suo aduentu est allaturus in mundum beneficia; & id conuenienter fieri debuit in hac parte, posteaquam in fine pcedentis capituli pollicitus est quamprimum se, quod iam statuerat esse facturum. Sic & Cyrillus, cum in superioribus (inquit) de his qui vocãdi sunt per fidẽ dixerit Dominus per Prophetam. Ego Dominus suo tempore congregabo eos, quasi iam instante tempore, quo promisit se hoc facturum, & quasi iam factus homo, & similitudinẽ nostram suscipiens, & se ad exinanitionem submittens dicit. *Spiritus Domini super me*, spiritus (inquã) Dñi qui, & a me, & à patre procedit; a me, inq̃ ratione qua Deus; super me ratione qua homo, spiritus ergo, i. virtus, auctoritas, & potestas Dñi super me. Quòd autẽ Spiritus Dñi sup Christũ, quatenus homo fuerit immissus nõ est q̃ quis dubitet, q̃quidem Lucę 4. cũ ipse Christus in Synagoga retulerit hanc prophetiã, dixit ipsam fuisse impletã in oculis eorum, qui astabant in p̃sonã ipsiusmet, q legebat. Posuit namque Deus, & collocauit spiritum suum, i. virtutem, potentiam, & auctoritatem suam super Christum filium suum, eo q̃d vnxerit me. i. me constituerit Christum regẽ, & Messiam in eum finẽ, quem mox audietis: vnxit inquam, non q̃uo solebant vngi reges, & sacerdotes oleo corporali sed oleo spirituali, i. gratia peculiari Spiritus sancti. Sup quibus verbis tria sigillatim sunt uidenda. Primũ cũ filius Dei Christus Dñus fuerit Deus, & sit eiusdẽ essentiæ cũ Patre, & Spiritu sancto; quonã pacto fieri potuit ista vnctio vtcũq. spiritualis, & intelligibilis? Deinde videndum est, quando fuit inunctus. Postremo ob quam causam. Dicimus .n. ex sententia D. Hier. (vt mox indicauimus) ea uerba a principio sumpta (*Spiritus Domini super me*) intelligi debere iuxta dispensationem carnis assumptę, non autẽ quòd Dominus Deus habeat Dominũ super se: id quod innuitur ex p̃s. 44. cum dicit Dauid. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis: Vbi dum consortes nominantẽ, hõis natura intelligenda est, cũ Deus suæ substantiæ nullos hẽat consortes pręter ipsũ, quia vna est deitas, & substantia Patris, & Filii & Spiritus sancti: & quamq̃ sint tres p̃sonæ, vnica tamen est omnium essentia. Nec inconuenit eandem personã, quã Deus infundere spiritum creaturæ rationali, & ratione qua homo accipere illum a Deo, & patre. quemadmodum Petrus Apostolus Act. 10. dicit de Christo Dei filio. Vnxit eum Deus Spiritu sancto

Psal. 44.

Act. c. 10.

sancto, & virtute: fuit .n. vnctus oleo vnionis personalis, & omnis gratiæ ac veritatis. Propterea cum dicit. *Spiritus Domini super me*: vult innuere, quod spiritus totum ipsum replet, & fæcundat, non tñ quòd opprimat, vel subiiciat, sed totum complet, ac perficit. Dicitur enim Spiritus sanctus compleuisse, & perfecisse animam Christi, quia non est datus ei spiritus ad mensuram. & cum dicitur Christus fuisse vnctus, quod Græcè dicitur Christus, non credas eum fuisse vnctum, quemadmodum olim Reges, & Sacerdotes vngebantur; quanquam velut sacerdos, & Rex, & sicut fortis prælatior, pariterquè vt summe lætus, & iucundus fuerit vnctus, vt dicebat Propheta Psal. 44. Vnxit te Deus oleo letitię; & Actorum. 10. Scitis (inquit) dicebat Petrus, quomodo vnxerit eum Deus Spiritu sancto, & virtute. Quòd si quæras, quo tempore fuerit vnctus, dicitur secundum D. Hieronymum, hanc eius vnctionem fuisse perfectam, & expletam, quando baptizatus est in Iordane, vt habetur Ioan. 1. a Ioanne Baptista, vbi Ioannes Euangelista perhibẽs testimonium se vidisse Spiritum Dei descẽdentem quasi columbam de cœlo, & mansisse super ipsum. De hoc eodẽ misterio habemus testimonium satis manifestum, quemadmodum etiam supra vidimus. Ab hoc eodem Propheta supra cap. 11. cum dicit. Egredietur virga de radice Iessæ, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, &c. Postremo si quæras cur fuerit vnctus, & in quem finem, patet ex textu præsentis litteræ. non enim debuit mitti Christus siue Messias quemadmodum opinabantur Iudæi, vt scilicet orbem bello subiugaret, & redẽpturus esset regnũ Israel, ita vt Iudæi futuri essent rerum Domini. Iurè quidem fuit missus, & vnctus Christus ad annunciandum, quia habetur 1. Ioan. cap. 1. Vnxio docebit vos, de omnibus. & primùm quidem annunciare mansuetis, quia sũt magis idonei ad percipienda verba Dei, vt habetur. Ecclesiastici 5. & Iacobi 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum. Sed vt annunciaret mansuetis gaudium regni cœlestis, & cætera, quæ passim videbimus. Sed primum quidem examinanda sunt verba, quid scilicet per mansuetos intelligit propheta. Quidam enim per mansuetos hic intelligunt pauperes, & inopes, omni auxilio destitutos, & nulla suis in viribus fiduciam habentes, cuius rei signũ est, quòd alii textus habent pauperibus, vt Lucæ 4. sic enim legitur ibi: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus misit me, sic etiam habet textus LXX. Interpretum. Sed dicunt aliqui, Nihil obstare quo mansueti pauperes appellentur, & econtra, quoniam vt plurimum contingit, qui sunt pauperes, & in humili fortuna constituti sint etiam mansueti, tractabiles, & mites, vt qui non possunt erigere caput, & se aliis præferre. At ego iuxtà communem denominationem, mansuetos appellauerim eos qui sunt benigni, faciles, non elati, atque ferocis animi, & tam isti sic mansueti dicti, quamq. pauperes, & inopes, ac deiectæ sortis existunt, si patienter ferant inopiam, participes sunt regni cœlorum, iuxtà doctrinam saluatoris. beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Cyrillus, illos pauperes esse, & intelligi existimat, qui omnis boni laborant indigentia, nec habent quicquam spei, & Dei in hoc mundo sunt omnino expertes. quemadmodũ sunt gentes, quę postea fide in Christum locupletati, diuinum, ac cęlestem thesaurum lucrati fuere.

Sed persistentes in propria significatione verbi, mansueti idem quod mites esse videntur, cum idem præmium, & eadem omnino merces, vtrisq. tribuatur: Dicit enim Christus Matth. 5. Beati mites, quoniam ipsi posidebunt terram, & Dauid ps. 36. Mansueti hæreditabunt terram, & delectabũtur, in multitudine pacis, & iuxtà Ethimol. vocabuli: mansueti dicuntur quasi manu, cõuersatione, & consuetudine ex feris mi

tes

Margin notes: Psal. 44 — Esa. c. 11. — 1. Ioan. c. 1. — Luc. 4 — Mansueti, & pauperes qui. — Matth. 5. — Psal. 36.

Section letters: A, B, C, D, E

ues effecti,& ex his apparet pauperes,&
mãsuetos esse idem, q̄ñ quod hic dici
tur missus sum ad annunciandum mã-
suetis corde Lucæ 4. dicit pauperibus:
sed reuera non est ita: est enim non ni-
hil discriminis inter vtrumque,sed po-
tius mites, & mansueti dicuntur esse
idem, quamuis Gaetanus ponat inter
eam differentiam, quoniam mites di-
cuntur, qui non solum à, passionibus
non mouentur, sed ita sibi ipsis domi-
nantur, vt nullis prorsus displicere
quеant. Mansueti verò dicuntur, qui
passionibus ita non mouentur, & re-
ctè rationi illas subiectas cum tranqui
litate detinent. D. Aug dicit mites es-
se,qui cedunt importunitatibus, & vin-
cunt in malo bonum. At quoniam di-
citur in textu. Ad annunciandum man
suetis misit me,ubi apparet Christū di-
ci missum pariter, & Apostolū, quem-
admodum,& discipuli sui dicuntur A-
postoli, & dicuntur missi, & sicut nota-
uit Origenes in primum cap. epist. ad
Rom. Quęcunq habuit Christus, con-
tulit & suis discipulis: ipse namq. fuit
Apostolus, quia missus ad annuncian-
dum,siue euangelizandū, & suos quoq.
discipulos uocat Apostolos. Christus
fuit lux uera, & lux mundi,& Aposto-
lis quoq. suis dixit. Vos estis lux mun-
di.ipse fuit petra, & vni ex eius aposto-
lis dixit. Tu es Petrus. & super hanc
petram ædificabo ecclesiam meā. Mis-
sus est igitur ad annunciandum man-
suetis, & pauperibus regnum Dei. &
hoc quidem toto vitæ suæ, seu prædi-
cationis tempore, & eo prœsertim,
cum ascendens in montem cępit dice-
re. Beati pauperes spiritu. quoniam
ipsorum est regnum cœlorum. Fuit
etiam missus vt mederetur contritis
corde. Contriti corde dicuntur, qui
agnoscentes peccata sua, quibus gra-
uiter læsa est maiestas diuina,& eorum
anima lethali vulnere confecta,dicun-
tur affligi, dolere,contristari,& animo
consternari, vt qui non audent com-
parere ante conspectum Dei.adeo pu-
det suorum delictorū. his ergo vt me-
deatur dominus missus est, quippe qui
sanat contritos corde, & alligat con-

Munia Xpi Apostolis collata.

A tritiones eorum. Cyrillus contritos
corde vocat,qui sunt infirmo,& fracto
animo, & pusilli cordis, & animi,quiq.
perturbationum incursionibus non va-
lentes obsistere,in desperationem qua-
si uidentur adacti. His ergo vt mede-
retur,missus est Christus, hos consola-
tur, hos iubet forti animo esse existi-
mantes, & secum ipsi meditãtes, q̄ nõ
sunt condignę passiones huius tp̄is ad
futuram gloriam, quæ reuelabitur in
B nobis, scientes etiam quòd Dominus
faciet cum tentatione prouentum. &
quamquam multa sint, quæ nos facile
perturbant, & quasi in desperationem
adigunt, nihil tamen id potest magis
efficere, quam ipsum peccatum. Pro-
inde non ab re conquerebatur regius
Propheta dicens. Non est sanitas in car
ne mea à facie iræ tuæ, non est pax
ossibus meis à facie peccatorum meo-
rum. Missus est etiam iste vnctus a Do-
C mino, vt prædicaret captiuis indulgen
tiam,& clausis apertionem. Captiui (vt
ego sentio) dicuntur, hi qui ob eorum
peccata subiiciūtur potestati dęmonis,
& vsque adeo sunt vinculis constricti,
vt nequeāt ex illis se eximere,aut quo-
uis pacto extricari, & ii similes illis mi
hi videntur, qui alieno ærę adeo sunt
oppressi, ut soluendo nequaquam ex-
istant, quibus nisi indulgeatur,impos-
sibile est ex captiuitate deduci. Et vo-
D lunt nōnulli exponentes eiusmodi mi
serias, & incommoda potissimum re-
ferri ad statum Iudæorum,dum sub ce
remoniis legis ita erant detenti, seu
deuincti vt vere captiui dicerentur. Vn
de Petrus. Vt quid tentatis imponere
iugum super ceruices nostras,q̄ neque
nos, neque patres nostri portare potue
runt? Ego autem verius existimo Chri
stum missum fuisse, vt captiuis omni-
bus daret indulgentiam,tam Iudæis q̄,
E gētibus,q̄ñquidem omnes eramus sub
potestate diaboli, mortis, & inferni a
qua nos Christus liberauit, dum ascen-
dens in altum captiuā duxit captiuita-
tem: euangelizauit etiam clausis aper-
tionem. Hi (nempe) carceribus clau-
debantur, qui peccatorum vinculis, &
cōsuetudine ita tenebantur, vt suapte

contriti cor de qui sūt.

Psal. 37.

Captiui qui

Act. 15.

Clausi qui

virtute non possent ab eis liberari: homo enim Dei gratia destitutus, nō pōt non peccare, & sine gratia Dei pueniēte, nō pōt seipso à peccato resurgere. Venit ergo Xpus ut lumine gratiæ, & potētiæ suę maiestate excitaret mētes peccatorum, & aperiret oculos eorum: quemadmodum superius hoc eodem libro c. 5. dicit Deus ad eundem Christum per Prophetam suum. Posui te in lucem gentium aperire oculos cęcorum, educere de vinculis alligatos, & de domo carceris sedentes in tenebris. Vnde per clausos aliqui cęcos intelligunt, vt pleriq. textus habent. Et D. Lucas c. 4. ubi nos habemus clausis apertionem, ipse habet cæcis visum. Cœcos inquam non agnoscentes uerum, & in tenebris ignorantię latitātes, quorum oculos in hunc mundum veniens Dominus aperire dignatus est. & quidam exponētes, per clausos speciatim intelligunt eos patres, qui in limbo detinebantur, quousq Dominus sua passione eos eriperet, & ad cęleste regnum introduceret. Quinto missus dicit esse, *vt prędicaret annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro:* annus quidem placabilis, & acceptus Domino, fuit annus ille, quo natus est Dei filius, & verbum caro factum est; vel quando passus est, cuius passionem & mortem acceptauit, & approbauit ipse Deus pro precio, & redemptione humani generis; qui quidem annus fuit præfiguratus, & præsignatus per annum Iubilei, qui quinquagesimo quoq. anno aduenerat. Vocatus est etiam annus ille placabilis, quia eo anno, quo Christus Dominus passionem, & mortem obiuit, fuit placatus Dominus cum vniuerso genere humano, & hic est annus ille, de quo loquebatur Apostolus dicens. Ecce nunc tempus acceptabilē, ecce nunc dies salutis. quo quidem tempore exaudiui te (inquit Deus) & in die salutis adiuui te, vt habemus supra ab eodem Propheta, cap. 49. & citatum à Paulo Apostolo 2 ad Corinth. cap. 6. D. Greg. 4. mor. cap 10 annus inquit, placabilis Domini prædicatur, cum futura plebs fidelium, veritatis lumine illu- A stranda prædicitur, & diem ultionis Deo nostro. Sed quo pacto conuenit dies vltionis cum tempore placabili, & accepto? dicimus facile conuenire, cum dies iste vltionis referat tempus illud, quo Deus de inimicis nostris, q nos perturbant, & impediunt sumere voluit vltionem. Sed vbi nos habemus diem vltionis, aliqui textus habēt, diē retributionis, quem diem D. Hiero. appellat totum illud tempus, in quo Chri- B stus in carne prædicauit: nil quippe toto eo tempore eum prætermisisse credendum est, quo nostram salutem operaretur, tum docendo, & prædicando, tum omnibus benefaciendo. Potest illud tempus appellari dies retributionis, vel respectu bonorum quorū tunc erit retributio. vel respectu malorum, quæ & ipsa suam recipient retributionem; quamquam nonnulli velint in secundo aduentu fieri debere istam retri- C butionem, quia tūc reddetur unicuiq. prout gessit in corpore siue bonum, siue malum, dicit tamen D. Hyer. quod huiusmodi dona quæ hic recensentur, ex parte sunt complenda dū sumus in hac uia, plenius autem, & perfectius qñ omnis populus Dei fuerit iustus: nunc enim ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, cum autem venerit qđ perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Sequitur deinde. *Spiritus domini* D *super me, vt consolarer omnes lugentes; vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mæroris.* Quæ hic apponuntur sunt veluti conclusio omnium dictorum, & epitome quorumcunque beneficiorum, quæ suo aduentu contulit Christus in hunc mundum dixit enim Matth. 5. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. & ipse Christus memor huius vaticinii, E & ipsius veritatem volēs comprobare, dixit. ea verba. Sed quid lugent? vel propter quid lugent? lugent inquā sua & aliorū peccata, sic enim dicebat Paulus ad Rom. 9 Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. lugent etiam dum

videns

Esa. 5

Annus placabilis Domini.

Tempus retributionis quod.

Matth. 5.

Pau. Ro. 9.

vident Dei verbum contemni, diuinæ A legis præcepta pro nihilo haberi, bonos & probos viros, ac timoratos deici, & conculcari, impios, & iniquos foueri, & sublimari; sic enim dolebat. & conquerebatur Dauid. d Moti sunt penè pe

Psalm 72 des mei. quia zelaui, pacem peccatorũ videns. Vnde alibi consolatur eum deus

Psalm. 36 d. Noli æmulari in malignantibus, ne que zelaueris facientes iniquitatẽ quoniam tamquam fenũ velociter arescẽt. Sed re uera litera præsentis textus uide B tur satis obscura, quia non habet perfectum sensum, sed præter alias expositiones, quas dedimus, hæc videtur satis acuta, ut ponere capiatur pro cõsulere, prouidere, & curam habere ut sic dicamus. ut ponerem lugentibus Syon idest consulerem eis, & curam eorum haberem. Postremo inquit. Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me ut ponerem lugentibus Syon. ut scilicet consolarer, & gaudio afficerem, ac C replerẽ qui Syo lugẽt i. sanctam, & electam iustorum congregationem, & sodalitatem bonorũ, ne hi deficiant à spe, neque animo consternentur, sed firmi, & stabiles sint in fide, neq. ob ullam causam à pietate desciscant. Aliqui textus habent Missus sum ut ponerem fortitudinem lugentibus Syon, ut scilicet stabil rem eos, & confirmarem in fide, et spe cœlestium promissionum, *Et darem eis pro cinere*, idest pro luctu, ac pœ D nitentia *coronam*, idest remunerationẽ æternam, seu triumphum uictoriæ cõtra omnes inimicos, & Sathanę tentationes, & insidias: nonnulli per coronam, intelligunt aureolam, quæ datur martiribus, et sanctis virginibus pro celebri constantia in varijs tentationibus. *Dabo oleum gaudii pro luctu, & pallium laudis pro spiritu mœroris*, consequens. n. erat, ut qui lugebant, vel quia Christi regnum diutius prorogabatur, aut ab im E probis oppugnabatur, dum postea saluum manet & integrum lætarentur, & iubilarent, Pallium laudis pro spiritu mœroris idest qui pro veteri animi deiectione, & contractione tristabantur, pallium laudis fortiantur. Vel dicas, qui prius lugebant, postmodũ lætabuntur, cum pro luctu dabitur eis oleũ gaudii.

Nunc certè tempus illud adest, quo lugentes consolari oporteret, cõ mors vsque adeo crassetur in omnes, & prę sertim in hac nostra ciuitate sub hoc anno Domini 1 5 9 1. vt nulla ferè sit domus, in qua non sit extremus dolor, ac luctus, & singulo quoque die multa defunctorum corpora sepulturæ tradãtur, nec domus tantum laycorum, & hominum, verum, & monasteria religiosorum eodem laborant infortunio verè lugentes sumus, nec suas quisque miserias tantum deplorat, sed lugem' etiam Syon, idest aliorum miseriam & iacturam, cum aliquæ sint domus omni no expoliatę, ac destitutę habitatoribus Propterea obnixe rogandus est Deus, & iugiter implorandus, ut ponat lugentibus Syon consolationem (ut dicunt aliqui textus) & fortitudinem (ut alij) vt s. sint vsque adeò fortes in tãta hominum mortalitate, & amissione suorum, ut à spe, & fiducia in Deum nequaquam deficiant. Sed expectent se coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris quandoque suscepturos. Pallium quidem laudis, hoc est eam laudem se consecuturos expectent quæ tegat, aut depellat omnem eorum tristitiam, ac mœrorem: vel coronam glorię pro cinere penitentię, oleum gaudii pro luctu, idest consolationem spiritus sancti pro luctu presentis orbitatis, & exilii: pallium laudis, idest gloriam resurrectionis pro sacrificio spiritus afflicti, & contribulati. Alii volunt Deum polliceri coronam gloriæ & cętera, his, qui reprimunt concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ, vel qui reformauerint, & subiecerint rationi virtutes, & potentias animę ut sensum, intellectum ac, ac volũtatem, & eas in obsequium Dei deduxerint, his profectò pollicetur Deus coronam glorię &c. Qui ubi hoc fecerint vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum, in ea scilicet, Ecclesia seu cognatione fidelium, descripta, & pręsignata per Syon. His enim, qui lugebunt Syon pollicetur Dominus eam dare fortitudinem quod vocabuntur fortes iustitiæ, idest quia

fortu-

fortiter, & constanter exercebunt iustitiam non respicientes personam hominum. Vel vocabuntur fortes iustitiæ, quia erunt verè iusti, non leuiter, aut apparenter, sed iustitia quæ probatur in conspectu Dei, & non qualis erat iustitia Scribarum, & pharisæorum. Propterea dicebat Christus Discipulis suis. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquã scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum: vel fortes iustitiæ, quia non timebunt subire omnẽ persecutionem ꝓpter iustitiam habentes spiritum fortitudinis, aut etiam fortes iustitiæ dicuntur, quia nullis aduersitatibus dimouentur à iustitia, & rectitudine bonorum operum, ob huius iustitiæ insignem pulchritudinem & egregiam formã, vocantur, qui ea sũt præditi, genus electũ, gens sancta, regale sacerdotiũ, & populus acquisitionis. *Vocabuntur etiã plantatio Domini ad glorificandum*, erunt inquam tales uiri fortiter sustinẽtes angustias, & tribulationes velut arbores pulcherrimę firmiter radicatæ, & fructiferæ, non velut arbores autumnales, infructuosæ bis mortuæ, sed idoneæ, & præparatę ad producendum fructus vberrimos, & suauissimos in laudem, & gloriam Dei, erit igitur hęc plantatio Domini ad glorificandum, uel ut ipsi sint aliquando glorificati, laudibus, & honore à Deo affecti, uel ut ipsi glorificent Dominum. De hac plantatione dicebat Dauid. Plantati in domo Domini in atriis Domus Dei nostri & antea. Iustus ut palma florebit sicut cedrus quæ in libano est multiplicabitur. (*Psalm 91.*) *En quomodo pro spiritu mœroris pallio laudis amicientur & superinduentur.* Tũc vltra. *Et ædificabunt deserta à sæculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas in generationem, & generationem.* Hi de quibus loquebamur tantæ erunt fortitudinis, & potentiæ, quod ædificabunt loca deserta à sæculo, idest quæ numquam extructa fuerunt, quemadmodum dicere possumus de quibusdam regionibus vltra mare Oceanum, & nuper opera, & industria Hispanorum repertis, in quib⁹ (vt dicitur) numquam antea fuit prędi-

A catum euangelium. *Et ruinas antiquas erigent*; id quod facile contingeret, si in multis regionibus, & ciuitatibus Asiæ, & Aphricæ atque etiam multis in partibus Europæ in quibus alias fuit prędicatum Euangelium, et gratanter, ac libenter exceptum, opera, et arte Sathanica nunc explosum, si (inquam) rursus ibidem prædicaretur, et reciperetur. (*Ruinas antiqua.*)

Hi profectò qui opus istud tam insigne aggrederentur, & efficerent, ruinas antiquas erigerent, & instaurabunt ciuitates desertas ac dissipatas, quæ instauratio durabit in sempiternum. His ergo metaphoricis locutionibus, vult innuere propheta, quod multitudo gẽtium, quæ olim erat velut locus desertus, per fidem Christi exurget, & construetur, suscipiens fidem Christi, & amplectens prędicationem Euangelii, & opere proficiens; Similiter Ecclesię gentium, quę iam olim receperant Euãgelium, & professæ erant, & professatæ fidem Christi, vt uniuersa penè Aphrica, et magna pars Asiæ et Europę ab ea defecerunt velut loca ruinosa et dissipata per Maumetismum, et hęreses: rursus per susceptionem eiusdem fidei reędificabuntur, & instaurabuntur, nec solum Ecclesiæ gentium, uerum, et populi Iudæorum, qui dissipati sunt tanquam Dei legem et mandata transgressi, innouabuntur et ipsi, et instaurabuntur. Per ruinas antiquas non solum gentium apostasiam, ac defectionem, possumus intelligere, verum et ruinam factam toti generi humano ab initio sęculi culpa primorum parentum, oportuit ergo aliquos reperiri, qui eiusmodi ruinas antiquas erigerent, et instaurarent: is autem alius esse non potuit, nisi secundus Adam, ut quemadmodũ per vnum hominem fuit ruina, et perditio humani generis, ita et reparatio fieret per vnum hominem, et præter eum instituti fuere Apostoli, et eorum ministri, ac successores, qui vnà cum Christo, et per Christum ędificarent deserta à sęculo, ruinas antiquas erigerent, et ciuitates desertas, ac dissipatas instaurarent. Cyrillus autem per hãc locutionem metaphoricam existimat prophetam uelle significare tantam fo-

re

re multitudinem credentium, ut alias Ciuitates pręter eas, quę sunt quęrere, & quę vastatæ sunt, aliquando reficere oporteat. propterea dictum fuit supra cap. 44 Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne pareas. Ad dexteram enim et leuam penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit, & Ciuitates deser tas inhabitabit.

Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra & filii peregrinorum agricolæ, & vinitores uestri erunt. loquitur Esaias ad Ecclesiā cuius oues in eligi possunt quicunq; p fidem sunt in vnum congregati, et prę dicit Apostolos, et eorum successores fore cementarios, pastores, agricolas. et vinitores. Quod futuri sint cementarii, iam audiuistis dum inquit Aedificabunt deserta à sæculo. Et Paulus ali quando dicebat Dei ædificatio estis, Dei agricultura estis.

Hoc loco po teris repete re que sup. in cap. 56 diximus de Apostolis q tamquā Su tores, Pisca tores, & Ca ligarij con uerterētur baras gētes ad Christum.

1. Cor. 3.

Quod futuri sint pastores pecorum, et animalium, scimus dictum fuisse Petro pasce oues meas: id autem fuit necesse quoniam pastores Iudæorum stulti fa cti sunt, et dominum non quæsierunt, propterea non intellexit grex, & disper sę sunt oues. Quare oportuit aliis cōmendare gregem, qui eius curam sedu lò haberent, et oues, & non seipsos pascere dumtaxat expeterent obid. Deiecti sunt itaq; sacerdotes illi ab officio, ne vlterius pascant populum Domini. ob id. d. in textu. *Filii peregrinorum agri colæ, & vinitores vestri erunt.* Filii peregrinorum, idest gentiles, et qui ex illis ortum habent intelligi quoque possunt et hi absque ullo timore, et uelut fortes, ac intrepidi pro gloria nominis Dei stabūt, et pascent pecora vestra. i. homines vestros, qui prius erāt animales, Dei spiritū nō habētes: stabūt inquā, vel ut fortes et intrepidi, uel tamquā pręsules et domini, aut etiā stabunt tanquam ser uuli fideles in obsequiū domini, et filii peregrinorum, idest eorumdem gentilium, qui erant peregrini et longe à Dei cognitione, erunt agricolę, et vinitores vestri, idest erunt pastores et episcopi, Doctores, et ministri colentes vineas, et agros animarum uestrarum.

A Non solum ergo Apostoli, et qui in exordio nascentis Ecclesiæ prodierint eiusmodi functiones obibunt, sed alie ni, et filii peregrinorum, hoc est ex gentibus oriundi ministri erunt ipsius fidei, et prędicationis Euangelii, quam quam, et Apostoli poterant dici alieni, et filii peregrinorum, quia longè diuersi erant moribus, et cultu ab institutis scribarum, et Pharisæorum. Ne que nurerit ministros Euangelii, et di

B uini verbi prædicatores appellari, cementarios, pastores, vinitores, et agricolas, quoniam scriptura diuinitus inspirata, sæpe numero vocat fideles terram, vineam, et cętera huiusmodi. Quare qui colunt eos iure vocari possunt agricolæ, pastores, et vinitores. Postmodum sequitur.

Vos autem Sacerdotes domini vocabimini ministri Dei nostri, dicetur vobis fortitudinem gentium comedetis, & in

C *gloria earum superbietis.* His verbis manifestè ostenditur legem, et sacerdotium ueteris testamenti transferendum esse in legem, et Sacerdotium noui testamenti. Cum autem dicit. *Vos autem cum vocabimini sacerdotes do mini, & ministri Dei nostri,* citrà omnem controuersiam inquit diuus Hieronymus de Apostolis intelligendum est, ut hic sit ordo: quamquam quidam ex gentibus tamquam cementa-

D rii, pastores, agricolæ, et vinitores, sint futuri Ecclesiarum pręposititi: uos tamen Apostoli, et primi Christi disci puli, qui residui estis ex semine Israel secundum carnem, et vocabimini Sacerdotes, et ministri Dei quemadmodum, et filii Dauid erant Sacerdotes Dei. Et nota hāc formam loquēdi, dicit enim. *Vos autem vocabimini sacer- dotes Domini*, quasi velit dicere qui debent hoc munere fungi, non de- Text. 8.

E cet eos per se ipsos intrudi, et hunc honorem sibi assumere, sed expectare, ut vocentur à Deo iuxtà illud Pauli. Nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur à Deo tāquam Aaron. Dicit ergo. Vobis, qui estis ministri Dei nostri, dicetur *fortitudinem gentium comedetis, & in gloria earum superbietis* fortitudinem gentium, idest, robur, potentiam, honores Hab. 5.

aores, & opes comedetis, idest sub uestram potestatem hęc omnia assumetis, et omnem eorum fastum superabitis, & in uestram redigetis potestatem per Euangelii prædicationem, idest qualis & quam maxima fuit eorum uirtus, & potētia, talis & lōgè maior erit potētia Ecclesiæ, & primi ac supremi pastoris. uel *fortitudinem gentium commedetis*, quia scilicet earum diuitiis, & facultatibus potiemini, nec quisquam uobis eas subtrahere, uel denegare poterit. Con B uenit enim ut quibus spiritualia contulistis, & seminastis; ab eis etiam carnalia metatis.

Aut sic dicas *fortitudinem gentiū comedetis* quia scilicet oratio, uestra sermo uester, prædicatio uestra comedet, idest uincet, & conteret fortitudinē earum, idest ingenium, artes, eloquentiam, & quęcunque in magnis habentur: Nec miteris, quoniam pro sermone, & locutione frequenter in sacris literis poni- C tur os, & lingua quemadmodum exempli causa dicebat Dauid. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est Dicit enim D. Hieronymus quod sicut per manus opera, per pedes incessum, per uentrem generationem, per aures auditum, & per oculos intuitum, Psalm. 13. sic per os sermonem intelligimus. hæc eadem August. pluries refert, sic itaq; fortitudinem gentiū comederunt apostoli. Sicut de Diuo Stephano legitur in D act. Apostolorum, quod nemo poterat resistere sapientię, & spiritui, qui in eo loquebatur. Et de gloriosa Virgine Catherina hoc idem refertur, quod eius doctrina cōfundebat omnes philosophos & sapientes, qui disputatum uenerant cum ea. Sunt huius generis plusquam sexcenta exempla. Sed oportet eos qui sunt ministri domini ministrare in fide uirtutem, in uirtute scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia patien- E tiam, in patientia, pietatem, in pietate, amorē fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem 2. Pet. cap. primo.

Deinde dicit. *Et in gloria earum superbietis*, idest vos ouantes exultabitis & gloriabimini in Domino Deo uestro non enim accipitur hic superbia, quæ in uitio est, cui Deus resistit, sed pro potentia, & gloria accipi debet, relata, semper ad gloriam Dei. contingit etiam quandoque, ut prędicatores, & ministri uerbi Dei in hoc prędicandi officio, & gloria superbiant non ad gloriam, Dei sed ad suam ipsorum gloriam, et propterea d. Aug. supra psalm 50. fœliciores Psalm. 50. sunt qui audiunt quam qui loquuntur.

Alii dicunt *in gloria earum superbietis*, hoc est purpura uestemini. quod est insigne regii decoris, quemadmodum mul B tis ab hinc annis primates Ecclesiæ, & præcipuè sanctę Rom Ecclesiæ presides, et consiliarii purpurais uestibus induuntur, nec minore præcio, ac existimatione habentur, quam ipsi reges ut Cassa. in li. glorie mundi 4 par. consid. x. et fere omnes iurisconsulti. Cyrillus autem secus exponit, inquit enim. In diuitiis eorum eritis admirabiles, ubi cum diuo Hier inquit, quod laus doctorum, et corona patrum est gloria li C berorum, et qui illorum scilicet docto rum doctrina, seu illuminatione salua ti sunt, et profectus populi sunt æpulæ sacerdotum: Et re uera dum populi ex aliquorum prędicationibus bona opera apprehendunt, et facere uidentur, summopere prędicatores, atque doctores gaudent, exultant, et gloriantur, D. autem Hier. inquit, iuxta hunc textum. In diuitiis earum eritis admirabiles quia scilicet in omnibus diuites D facti estis in Christo, in omni uerbo, et in omni scientia, ut in nullo indigeatis in ulla gratia 1. ad Corinth. 1. 1. Corint. 1.

Sed persistentes in textu, quem habemus satis conuenienter expositum est dictū illud uidelicet. *In gloria earum superbietis*, quoniam scilicet à gloriosis, et potentibus uiris ipsarum gentium honorati eritis, et magnificati, quemadmodum reipsa conspicimus, quod principes gentium, Ecclesię præfectos non E secus, ac patres uenerantur, & colunt. Sed non parum mihi ingerit difficultatem horum uerborum contextus.

Dicit enim primo. *Et stabunt alieni, & pascent pecora uestra, & filii peregrinorū agricolę, & uinitores uestri erunt*. Quæ uerba nos referebamus tum ad Apostolos, et Christi discipulos, qui uere dicuntur fuisse pastores animarum agricolę,

colę, et vinitores ipsius Ecclesiæ quā velut agrum, & vineam colunt, & nutriunt: referebamus etiam & ad gentes vel ad eos, qui ex gentibus prodierunt, ex quibus plerisque fuerunt electi, & præpositi Ecclesiis, & curandis animabus, ut legimus de sancto Clemente, Dionisio Areopagita. Tito, Timotheo, Beato Ambrosio, Diuo Martino, & B. Augustino, & multis aliis: verumtamen post ea uerba subdit immediate in eodem textu. *Vos autem Sacerdotes domini uocabimini, ministri Dei nostri &c.* Vbi dictio illa aduersatica (autem) videtur secernere Apostolos ad quos iuxtà omnium expositionem referri dicuntur. à prioribus, de quibus prædictū erat, quod erunt agricolę, & vinitores ipsius Ecclesiæ. Propterea cum aliquā diu super hac difficultate consisterem, tandem à priori sententia nequaquam esse discedendum putaui, ut uidelicet vtrobique subintelligantur Apostoli, ut scilicet ipsi pastores nuncupentur vinitores, & agricolę, quemadmodū plerique ex gentibus. Sed præter id vocētur etiam & sint ipsi Apostoli Sacerdotes Domini, & ministri Dei nostri, ut illa dictio aduersatica potius aliquid addere Apostolorum dignitati, quam sub trahere quicquam uideatur si quis autem offendatur propter significationē dictionis aduersatiis, accipiat aliam exponere ut per uinitores, & agricolas intelligantur qui ex gentibus erunt selecti ad curam animarum, uel vt ministrent mensis: per sacerdotes vero, & ministros dei intelligantur Apostoli pro me, & præcipue fundatores Ecclesię. Sequitur textus.

Text. 3. *Pro confusione uestra duplici, & rubore laudabunt partem suam: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt.* Aliqui textus habent laudabunt partem eorum, sequitur. *Lætitia sempiterna erit eis.* Hæc particula est satis obscura ob uarias editiones, una expositio est. Pro confusione uestra duplici, & rubore laudabunt partem eorum, idest ipsi credentes cum multas receperint ignominias & iniurias, laudabunt partem eorum .i. gaudebunt, & commode illis cessisse quod multa opprobria intulerias, & tor menta sustulerint, quia omnia hęc illis illata cedebant in bonum sui ipsorum, et populi. Alii sic exponunt. *Laudabunt partem suam.* hoc est contenti erūt ea parte, quam dabo illis, quandoquidē pro confusione uestra duplici accipietis uitam ęternam. Et sic legitur in Biblia nuper correcta D. Hieronymus ita exponit quod scilicet Apostoli, et reliqui fideles, qui quandoque receperint confusionem, et ignominiam tum ex parte iudæorum qui recesserunt à Deo, tum ex parte gentiū, quę adorauit idola, laudabunt partem suam: uos inquā Apostoli, cum videbitis gentes conuersas ad timorem Dei, audietis eas laudare partem suam, hoc est ipsum Dominum, de quo loquebatur Dauid psal. 72. Pars mea dominus, quod quidē nemo alius dicere potest, nisi qui aliam partem non habe: præter Deum. Est super his uerbis quędam alia expositio, ualde facilis, et meo iudicio non contemnenda, ut scilicet fiat mutatio personæ, iuxtà figuram illam, quam grāmatici uocant metaphasmos, ut sic dicamus. *Pro confusione uestra duplici, & rubore, laudabunt partem suam, idest laudabitis partem uestram*, idest contempti eritis pręmio, & mercede, quam consequemini in compensationem pudoris, & ignominię, quam ab vtroque populo sustinuistis. Potest dari alia expositio, ne ulla uis uerbis inferatur: uidelicet pro confusione uestra duplici, et rubore laudabunt partem suam, idest qui vos ignominia affecerunt laudabūt partem suam uel partem eorum, quia fuerunt in causa, & in terra sua tot premia sitis consequti. Psalm. 72.

Per duplicem confusionem D. Hiero. intelligit confusionem, et ruborem susceptum super populum Iudæorum, qui à Deo recesserat, & super nationes quæ idolis seruiebant. Ecclesia ergo collecta ex gentibus & Iudæis quę duplici confusione affecta erat, ac deturpata, in terra sua, duplicia possidebunt, duplicia inquam quia ante resurrectionem sola anima æterna beatitudine perfruetur, post resurrectionem uerò corpus, & anima unumquodque suā stolam accipiet D Augustinus serm. 4 Aug. ser. 4.

de

per esi permansura Rob. & quale erit fœdus ut sint filii Dei, et maneant in domo in æternum. Cum verò subdit *Et scietur in gentibus semen eorum. & germen eorum in medio populorum &c.* Vult innuere propheta quòd facilè cognoscetur distinctio filiorum Dei à cæteris nationibus. Nam cum uiderint, et contemplati fuerint illorum uitæ consuetudinem, atque ordinem, ut mansuetudinem, continentiam, pietatem, cæterasque virtutes absq; ulla cũctatione, dicabunt eos dei semen esse, & ex Dei semine cui benedixit Dominus fuisse progressos: nam ut rectè aliqui scribunt, in carne præter carnem uiuere non est humanę uirtutis, ac potestatis, sed diuini numinis, et gratię effectus est, et opus.

Tex. 5. Postremo sequitur in hoc eodem contextu. *Gaudens & gaudebo in Domino & exultabit anima mea in Deo meo.* Quibus verbis propheta instructus uisione futurorum bonorum introducit Ecclesiam tot gratiis, et fauoribus ditatam loquentem, et in laudes, et cantica prorumpentem quibus deo altissimo de tam præclaris, et illustribus beneficiis gratias agit d. Gaudens, et gaudebo in Domino, idest si quid gaudii, et festiuitatis sum inquam habitura, id erit in Deo meo; per ipsum solum .n. et in ipso gaudium meum erit, non ab alio, neque per alium, et in nullo alio præter ipsum, et non sicut Iudæi, qui gloriabantur in patribus dicentes. Semen Abraham sumus, et nemini unquam seruiuimus, sed in Deo tantum exultabimus, quandoquidem multitudinis credentium erat cor vnum, et anima una in Deo act. 4. Et explicat causas lætitiæ ipsa Ecclesia, cur scilicet in Deo tantum uelit gaudere, et exultare. d. *Quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitia circumdedit me* con- Act. 4.
tulit mihi omnes illas uirtutes, et sancti spiritus, dona, quibus salutem sim adepta: el per indumentum salutis intelligit ipsum Christum Iesum. *& indumento iustitia circumdedit me*, idest omni ex parte præstiti mihi uires, et modum quo iustus apud Deum inuenirer, et nemo posset me in iudicio cõ-

A demnare, sed uelut iustum, & iustificatum liberum dimittere. Eadem uerba habetur Abacuch 3. Ego in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo *Praeterea quasi sponsum decoratum corona & quasi sponsam ornatam monilibus suis.* vide quæso, & mecum obserua. Comparat ipsam Ecclesiam sponso, & spõsę Dicit Cyrillus, uocat ecclesiam sponsum pp fortitudinẽ, & cõstantiã. uocat ipsã sponsã pp fœcunditatẽ Et sancti
B quidem, et homines diuini, sunt uerè tamquam sponsi, tum in edendis præclaris facinoribus, tum etiam in fortiter debellandis affectibus. Alii dicunt Ecclesiam, idest homines probos, atq; iustos, comparari sponso, & sponsæ. Spõsæ quidem si referantur ad Christum iuxtà illud Apostoli. Despondi uos vni uiro uirginem castam exibere Christo Sponso autem comparantur ipsi fideles respectu eorum, quos ipsi ad fidem
C pertrahebant, quia tanquam sponsi filios generabant, & Ecclesiis copulabãt. Sic enim dicebat Apostolus. Per euangelium ego uos genui. Et alibi. Filioli quos ego iterum parturio donec formetur Christus in nobis. D Hieron. aliam affert rationẽ huius similitudis dicit.n. Duo genera agminum esse in Ecclesia, perfectorum. s atq. incipientium; perfectos ii aq. comparar pulchritudini sponsi ipse Propheta, cum inquit. Me
D quasi sponsum decoratum corona Incipientes uerò comparat ornatui ipsius sponsę. Perfectus quidem erat Paulus, qui quasi sponsus decoratus corona, ac qui coronandus. d. Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui, de cætero reposito est mihi corona iustitiæ, fuit quandoque, & ipse de numero incipientium aut se illis uoluit annumerari, cum ex persona illorũ dicebat. Cum essem paruulus, loque-
E bar ut paruulus, sapiebam, ut paruulus &c. Isti igitur qui non dum sunt perfecti, sed ad ipsam perfectionem tẽdunt, & anhelant, comparantur sponsę ornatæ monilibus suis, perquæ monilia intelligi debent quæcunque ornamenta, quibus pulchræ mulieres, nubiles, aut nuptui traditæ solent exornari, quę ornamẽta subindicauit Regi

1 Cor. 4. Gal. 4.

EXPLANATIO IN SEXAGESIMVM SECVNDVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Propter Syon non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius, vt lampas accendatur.

Intensio c.



Vis sit scopus & intẽtio prophetæ in capitulo nunc exponẽdo facile est videre. monstratur.n.ingẽs desideriũ ipsius Prophetæ, vel ipsius ecclesiæ, aut etiam ipsius Dei, quo promissiones in pcedenti capitulo, & aliis multis nobis propositæ quamprimum cõpleantur; & vaticinatur propheta (vt sæpè aliàs) conuersionẽ gentium, ecclesię magnificentiam, & exaltationẽ, & euangelii prędicationem per vniuersum orbem commigrandam. Et in primis dubium est cuius ea sint verba, quæ sumũtur, à principio. quidam.n. (vt D Hyer.) existimant esse verba ipsius Prophetæ ostendentis (vt diximus) ingens desiderium aduentus Messiæ. Alii volunt verba esse ipsius prophetæ, verum in persona ecclesiæ, et sanctorum. Nõnulli (vt Cyrillus) dicũt hic loqui Deum per os ipsius Prophetæ, & quãq̃ videatur esse aliquid discriminis inter istorum sententias re tamen ipsa idẽ dicunt, & omnes idem sentiunt, si loquatur Propheta (vt existimat D Hier.) hic est sensus. *Propter Syon, non tacebo, & propter Ierusalem non quiescã*, q d. (hæc est vna expositio) quãquam Syon terrestris, et ruitura Ierusalem verbo Dei contradicat, impediat, & comminetur, ne nos Prophetæ prædicemus, & annunciemus futurum Dñi aduentũ tũ pp honorẽ gloriam, & vtilitatem spiritualis Syon, & regiæ ciuitatis Ierusalem cœlestis, non tacebo; die noctuq. Dei miam, & benignitatẽ palàm ostendere, & manifestare, neque a laudibus, & precibus diuinis vnq̃ quiescã, donec egrediatur de sinu patris, ingressurus in vterum virginis, inde postmodum proditurus vt splendor iustus eius. Christus (inquam) nobis promissus Nominat Syon, & Hierusalem vel vt repetat ad maiorem euidẽtiam, vel plura significet videlicet nobiles, & ignobiles. Alius sensus, & lõgè mitior est, vt idem Propheta in persona sui, aut ẽt ipsius ecclesiæ hoc ipsum ingẽs desiderium eisdem verbis ostendat, hunc in modum. Tantus est amor, & affectus, quo feror in filios, & seruos Dei mei, & in spiritualem Syon, & in Ierusalem non terrenã, sed mente comprehensibilem, & oculis corporeis nũq. spectabilem, cuiusmodi est congregatio fidelium, quod nunquã silebo, die noctuque clamabo, & tandiu clamabo atq preces iũgam precibus, donec ueniat qui promissus est, & splẽdore suo vniuersum orbem illuminet. Sic etiam loquitur Deus per Prophetã, & eandem orationem repetit. Propter Syon (inquam) & propter Ierusalem, cui iuraui in Abraham, cui iuraui in Dauid germinare iustitiam, & laudem omnibus gentibus. In Abraham quidẽ qñ per memetipsum iuraui. d. Gene. c. 22. Benedicam tibi, & semẽ tuum multiplicabo, sicut stellas cęli. Dicit Euf. li 2. de dem. c. 40. filios Israel reprobatos futuros velut arenam maris, electos vero, vt stellas cœli, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Sic etiam iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, quoniam elegit Dominus Syon. Ego igitur Deus, q gratuito iuramẽto teneor, propter Syõ non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, sed loquar, & operabor, donec ex angustiis Iudeæ per torcularia passionis egrediatur, vt splendor iustus eius, hoc est per quẽ ipsa Syon iustitiam confe-

D. Hyero. — Cyrillus. — Gen. 22.

consequatur. Per terrestrem Ierusalem capiendo typum cęlestis Syon. Quibus verbis sub obscurè monstratur deū rationem habiturum etiam gentis Iudæorum; siquidem vnus est Deus, qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputiū per fidem: est enim prius Iudęorū Dominus, deinde ipsarum gētium, propterea dicit, propter Syon non tacebo, tempus nullum intermittam mittere Prophetas, & nuncios, & per eosdem loqui, & meum decretū patefacere, donec ve- B niat quem missurus sum: Nam lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem. Quòd attinet ad verba, comparat ipsum Christum ad splendorem, & ad lampadam, et vocat ipsum iustum, & Saluatorem: vocatur quidem iustus, quia est ipsamet iustitia, & omnis iustitia nostra ab eo dependet: vocatur Saluator, qa ipse solus salutem attulit mundo, iuxtà illud Simeonis. viderunt oculi mei salutare tuum. & ps. 97. Viderunt oēs fines terrę sa C lutare Dei nostri. vocatur splendor, qm̄ totus mundus olim iacebat in tenebris, & ille veniens in hunc mundum illuminauit ipsum orbem (vt dictum est) vocatur lāpas (sic enim habet textus) *donec egrediatur, vt splendor eius, & Saluator eius, vt lampas accendatur*, lampas quidem accensa, non facilè extinguitur vti flamma, quæ cito transit. vocatur tamen splendor ipse Christus, quātum ad magnitudinem splendoris: lampas verò D quantum ad durationem, & perpetuitatem ipsius luminis, quæ illuminatio non solum fuit ob eius aduētum in carnem, sed ob ipsius euangelii prædicationem, quæ fuit diffusa in omnem terram. Venit ergo Christus Iesus vt iustus, & Saluator afferens sponsæ eius ecclesiæ iustitiam, & salutem, quòd si illi Prophetæ, & patres veteris testamenti tantopere Christi aduentū exoptabant; quanto magis nos, qui tantum benefi- E cium iam suscepimus lætari, & gaudere oportet, & totos dies, atque noctes Deum laudare, & ei gratias agere. *Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.* Secundum Cyrillum loquitur hic Deus ad ecclesiam Iudęorum, nōdum admis-

Christus Iesus splēdor & lampas.

sis gentibus ad illius societatem, & fide. Sed hoc parum refert, quia Christus, qui vocatur iustus, & iustitia nostra, nō propter Iudæos tantum (vt diximus) verum & propter gentes venisse dicitur. Propterea dicit. Et videbunt gentes quæ diū in tenebris permanserunt iustum tuum, ô Syon, & Ierusalem, non quę estis in terris fundatę, & constitutæ, & non multo post tempore ruituræ, sed tu Syon, e tu Ierusalē iuxtà intellectum spiritualem acceptæ, & cuncti reges videbunt inclytum tuum, non quidem cuncti simpliciter, & absolutæ, sed maior pars, vel de quacunque parte mundi: videbūt inquam inclytum tuum, qui propter te uenit, et propter salutem tuam, & egredietur de semine tuo; videbūt inquit inclytum tuum, idest Christum nobilem, illustrem, insignem, & gloriosum, quæ omnia & multo maiora, ac præstantiora conueniunt dn̄o nostro. qui fuit speciosus forma præ filijs hominum. Nec mireris, ꝙ speciatī compellat etiam reges, quia futurum est, ut & reges duces, ac principes huius mundi suo subdantur imperio. Nota etiam super particulam istam (iustum tuum) eum in pręcedenti particula legatur. iustus eius, & Saluator eius: utrumque enim sanè potest intelligi: nā si uelimus hic Prophetam loqui in persona Dei patris (sic exponendæ sunt istæ particulæ, ut in prio ri dicat Deus. Nō quiesceam donec egrediatur ut splendor iustus eius, idest ipsius Ierusalem à me iam præscriptæ, & designatæ. in posteriori verò particula eum dicit. Et uidebunt gentes iustum tuum ipse Deus pater per apostrophen conuertens sermonem suum ad ipsam ecclesiam, & rectè dicit. uidebunt gentes iustum tuum, idest Christum qui est iustitia tua, ut mox dictum est; id est dicēdū si hæc uerba Prophetæ in p̄sona sui, & aliorum capiantur. At si loquatur ecclesia (ut plerique uolunt) uera etiam erit constructio, ut scilicet ecclesia uocet Christum iustum eius, idest ipsius patris, quia à patre procedit, & clarius postmodum in sequenti particula eum dicit. Et uidebunt gentes iustum tuum. Sed prosequamur textum. *& vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit.*

Christus quo vocatur iustus particulariter.

nabit. Pronomen illud, tibi, ad duo potest referri, uel ad ipsam ecclesiam, uel ad ipsum authorem, et fundatorem ipsius ecclesiæ, qui est Christus Dominus, & quicunq. is sit qui loquatur, siue Deus pater, siue ecclesia, aut etiam ipsemet Propheta. Si Deus aut Propheta loquatur, pronomen illud tibi, refertur ad ecclesiam, et more dialectico, supponit pro ecclesia. Et vocabitur tibi scilicet ecclesiæ nomen nouum, quia non uocaberis amplius Synagoga, sed ecclesia, ciuitas Dei uiuentis, et domicilium eius, de qua locutus est Dauid Psal. 88. dicens. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Solemne quidem est nouis egredientibus rebus, et causis noua imponere nomina, ut patet in multis, quorum exempla non est opus recensere; afferam tamen unum duntaxat de ciuitate Perusina patria mea. quæ olim uocabatur Augusta Perusia, posteaquam uerò per Paulum iij. Pont. Max. fuit redacta ad plenam, et perfectam Sedis Apostolicę obedientiam, nouam Perusiam uoluit eam appellari. Et de eadem ecclesia subdit Propheta, et inquit. *Et eris corona gloria in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui*. Nulli dubium omnes sanctos esse uelut coronam, qua Deus insignitur, et adornatur, et uelut rex constituitur, et inauguratur, et cōgruè quidem sancti, et quęcunq. anima fidelis, et deuota dici pōt corona gloriæ, quoniā sicut corona est rotunda, et ex auro, et lapidibus præciosis confecta, aut etiam ex uariis floribus circumsepta; sic ecclesia, et chorus sanctorum, ex omnibus mundi partibus, qui quidem mundus est orbicularis, et rotundus ipsa constituitur, et quoniam inter sanctos aliqui sunt prophetæ quidam Apostoli, plerique martyres, atque Doctores, plerique uirgines, et multi quoque coniugati diuersis uirtutibus, et donis exornati: idcirco satis apposité ecclesia appellatur corona glorię in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui, et quamquam corona, et diadema in capite poni consueuerint, ut illud. corona aurea super caput eius; nihilominus nullum extat inconueniens, quandoq. etiam in manibus deferri ad contemplandum eius ualorem, et pulchritudinem. Omitto quod corona posita in manu notat eius securitatem, et protectionem, ut non possit facile surripi, aut quo uis pacto amitti. Iuxtà illud sapientiæ 3. cap. Iustorum animę in manu Dei sunt, et non tanget illas tormentum mortis. Sic etiam dixit Christus apud Ioan. 10. Nemo potest rapere de manu patris mei. Sed forte dices, cur ꝓpheta usus est his duabus dictionibus, uidelicet corona, et diadema? ad insinuandum ecclesiæ pulchritudinem, & excellentiam, cum hæc duo nomina idem fermè significare uideantur: dici potest id factum fortassis ad maiorem expressionem, seu amplificationem: vel dicas nomen corone positum ad designandam gloriam, honorē, & gaudium Dei super animas sanctorum suorū, vt dicebat Apostolus ad Philip. 4. Vos estis gaudium meum, & corona mea, quia s. Christo ꝑ me acquisiti, multo magis corona Dei, qui nos sibi per gratiam suam acquisiuit, diadema autē ponitur ad designandum imperium, & potestatem q̃ Deus habet super ecclesiam suam: diadema .n. secundum probatos Authores dicitur gestamen capitis, & est insigne regum, dictum a circumligando. Erat enim fascia quędam, qua caput circumligabatur. Aliqui dicunt coronam hic positam referri ad gloriam, quam habēt fideles, et ipse Christus caput ecclesiæ dū sumus in hac via, in qua dubio procul certare oportet, & non coronabitur nisi, qui legitimè certauerit. Diadema verò refertur ad gloriam, & honorem quem sancti in cœlesti patria fœliciter & quiete possidebunt, vbi non erit opus pręliari, ac decertare, sed perpetuo absque omni mœrore, & tristitia gaudebunt. iuxtà illud sapientiæ. exultabunt sancti in gloria lętabuntur in cubilibus suis. Cyrillus vt nugationem euitet, affert discrimen inter coronam, et diadema, quia hæc dicitur infula quæ est ex floribus confecta: diadema uero, quod ex præciosis lapidibus, & iis quidem variis, ac diuersis conficitur; quæ omnia præfigurant multas, & varias, quibus beatorum animæ virtutes, & gratias decorantur: non enim

Ecclesia Christi quo dicitur magna vi Eus. lib. de dem. in fine operis. *Psal. 88.* *Perusia Augusta olim vocata.* *Text. 2.* *Ecclesia corona gloria.* *Corona & diadema q̃ sint, & quo dram.* *Eccl. 45.* *Act. 11.* *Sapien. 3.* *Ioan. 10.*

vnum tantum est genus ornamẽtorum, sed multiplex, et diuersum. hoc est igitur nomen nouũ, quo vocabitur ecclesia, et qui sunt in ea nouo nomine uocabuntur, uidelicet noĩe Christiano, quod fuit impositum a Christo cum dixit Petro. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & hoc est nomen excelsum, magnificum, nomen nouum, quod est æternum, et nunquam periturum, & qui hoc noĩe nominãtur, Christiani f. nũcupati, qui primo Antiochiæ sic uocari cęperunt, ut habet Act. 11. sunt uelut dii, filii Dei adoptiui, spiritu sancto peruncti, quia si Christus dicit vnctus, qui Christi sunt, & Christiani dicuntur, vncti proculdubio dicendi sunt & ipsi, hoc nomen nouum dicit Euseb. fuisse antiquis ignotum, et ab appellatione Saluatoris nostri Iesu Christi deductum, in totoq. orbe terrarum laudibus, et summo applausu celebratũ, quo quidem nomine tàm celebri, & glorioso maximè ad uirtutem excitari debemus, & tanti nominis, dignitate cõmoti, nunquam nos ad uitiorum sordes labi, permittere deberemus, & cũ hoc nomen os Domini nominauerit (vti dicit textus) nobis imposuerit, nos decorauerit, debemus item ei gratias referre, & perpetuis laudibus commendare; quandoquidem per multos labores, angustias, et difficultates Chrisus dñus hoc nomẽ fuerit nobis adeptus, & quodamodo ipsum effoderit, extraxeritq. dicit. n. Paul. Apostolus ad Heb. 2 quod decebat eum propter quem omnia, & per quem oĩa, qui multos filios in gloriam adduxerit, authorem salutis eorũ ꝑ passionẽ consumari; sic itaq. os Dñi nominauit nomen, quo nos omnes nominamur, verũ non ecclesia solum, nõ sancti quiq. sed & Christus caput, pater & princeps ipsius Ecclesiæ uocatus est nomine nouo, quod os Dñi nominauit: sic. n. dicit Esaias in hoc textu *& vocabitur tibi*, ò Christe Iesu *nomen nouum*, & quale est nomẽ istud nouum? non aliud quippè nisi id, quod per angelum, siue per os Domini probatum fuit, quando angelus prænũcians Virgini Mariæ puerum quendam ex ea nasciturum, dixit ei. Vocabis nomen eius Iesum, hoc fuit nomen nouũ,

Christi nomẽ quid significet, eius Eus. li. 4 de dem. c. 15.

Qui nunc Christiani dicuntur, olim erant Chananei. Eus. lib. 10. de demon. cap. 16.

Pau. Heb. 2

Iesus nomẽ nouum.

A nulli vnquam amplius impositum. Sed dices hoc est manifestè falsum: legimus enim plerosque in sacris litteris veteris instrumenti hoc nomine fuisse nuncupatos: igitur non est nomen nouum. dicendum ꝙ vtique fuerunt aliqui ante Christum eo nomine appellati: quemadmodum fuit Iesus Naue, et quidam alii. Et in genealogia Saluatoris fuit ẽt quidã dictus Iesus. Luc. 3. et in historia quã contexuit Ioseph. & alii scriptores B Hæbrei multos recẽsent ex Hębreis eodem nomine vocatos sed vt d. D. Thom. 3. p. q 37. art. 2. non fuerunt vocati eo nomine ob eã rationem, qua fuit uocatus Christus Dominus noster Iesus; ipse. n. sic fuit uocatus, ut prædixit angelus qa saluum faciet populũ a peccatis eorũ. Matth. 1. Alii uerò ob alias quasdã rõnes sic dicti, uel casu, eiusmodi nomen fuit illis impositum, ut frequenter vsu C venit: vocabitur ergo ipsi Christo iusto, & Saluatori, et maximè inclyto, nobili, et glorioso nomẽ istud nouum, quod os Domini nominauit: cui etiam plura, alia nomina fuere imposita, ut ex hoc eodẽ Propheta uidere liquet, septimo namque capite huius operis imponitur ei nomen Emanuel, & 8. c. vocatur nomen eius accelera, spolia detrahe, festina, prædari. c. 9. vocatur nomen eius admirabilis, cõsiliarius, Deus fortis, pater futuri sęculi, princeps pacis, & oriẽs D Zac. 6. dicitur nomen eius. & in hoc eodem capite uidetur assignari eidem aliud nomen uidelicet uoluntas mea in ea, non enim absque causa & admirabili misterio fuerunt tot nomina imposita ipsi Christo, vt rectè dicit D. Thom. 3. parte quæst. 37. articulo 2. ad primum dictus est enim Emanuel, idest nobiscũ Deus propter vnionem diuinæ naturæ, & humanæ. Et qm̃ per hanc vnionẽ fuit cã nrę salutis, ideo in hoc noĩe Ema- E nuel implicite intelligit Iesus Vocatur ẽt depdator, quia nos eripuit a ꝑtate diaboli, q impediebat nſam salutem, et sic in hoc noĩe subintelligit hoc nomẽ. Iesus, uocat ẽt ad mirabilis, rõne, qua admirabiliter nobis salutem attulit, et sic uerè poterat dici Iesus. Dictus est etiã oriens tum propter misterium incarnationis, tum quia inde habuit principiũ, & finem

Quo nomẽ Iesus sit nomen nouũ.

Christus vocatus multis nominibus, & quare.

et finiri nostra salus unde merito. Sub- A
intelligit Iesus. Et deniq. nullũ nomen
impositũ est Xpo, qđ quo quomõ non
indicet nomẽ Iesus, plura alia nomina
de Deo, & de Christo eius filio recenset
Euseb. lib. de dem. c. 11. & Cassa. in lib.
de gloria mundi, p. 3. consideratione 1.
Verum. n. vero non est difficultas in reliquis omnibus quæ eidem tribuuntur,
sed in hoc vno, q̃ oẽs ferè volunt esse
hoc nomẽ Iesus, quo vocatus est ab angelo priusq̃; in vtero cõciperetur, vt ha B
betur. Luc. 2. cum tres alii præcipui inter sacros viros, & maxime Deo probatos in sacris litteris legantur hoc nomine appellati. vt Iesus naue, siue Iosue,
Iesus Syrach, & Iesus Iosedech, qui tamen typi quidam fuerunt huius vnius
veri hominis, & Dei q̃ vocaẽ Iesus. Nã
queãdmodũ Iesus naue vir fortissimus
deuictis hostibus filios Israel in terram
p̃missionis introduxit, & Iesus Syrach,
doctor sapientissimus sua ætate sapien C
tiam, & veram legis intelligentiam renouauit, & Iesus Iosedech sacerdos sanctissimus, & Deo acceptissimus templũ
Domino ædificauit, ita Christus Iesus
verus Deus, & verus homo, sua fortitudine hostibus humani generis superatis, nos fideles ad cœlestem patriam introduxit, suaq. sapientia, ac veraci doctrina mundum instruxit, & oĩ ex parte
lucem dedit expurgatis erroribus, quibus totus erat oppletus, suaq. mirabili, D
& singulari sãctitate existens sacerdos
in æternum templum Deo spirituale,
hoc est ecclesiã fidelium ex viuis, & electis lapidibus construxit. Et qm̃ figura
tum longe præstat ipsi figuræ; idcirco
vera nominis significatio, & interprætatio cõuenit vnico nomini, quo vocatus
est Christus Dominus noster, qđ quidẽ
nomẽ est suauissimum, & sanctissimũ,
& mirum in modum salutare, cum scriptum sit, quod quicunque inuocauerit E
hoc nomen saluus erit, cũ non sit aliud
nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri præter istud; & hoc
est nomẽ illud, cui omne genu flectitur
cœlestium, terrestrium, & infernorum;
nec põt quis dicere Dñus Iesus, nisi in
Spiritu sancto, & vsque adeo est efficax
& potens nomen istud quod quicquid

petierimus patrem in isto nomine dabit nobis; & vbi erũt duo, vel tres in eo
nomine cõgregati, in medio eorum se *Act. 11.*
affuturum Dominus pollicetur:

Præter alias vtilitates, & commoda
quæ pollicetur dñus p̃ Prophetam ipsi
Syon i. ipsi ecclesiæ, & collectioni fideliũ hoc est aliud, videlicet. *Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur, quia cõplacuit dño in te. et terra tua inhabitabiẽ.*
Clarũ est quidẽ sermonẽ hunc fieri de
ecclã collecta ex Iudæis, & gentibus:
fuerunt. n. pleriq. in exordio nascentis
ecclæ, q̃ crediderunt, & amplexati sunt
fidẽ Xpi ex Iudæis, sicut & ex gentibus
& quę promittunẽ, quamuis nihil hẽant
commune cum terrestri Ierusalem, spectabãt tñ ad spirituale Syõ nouo noĩe
nuncupatã, ad quã sic loqẽ dñus d. *Non vocaberis ultra derelicta, & destituta:* p̃dicit. n. Esaias id qđ futurũ erat, quanq̃; &
sub tp̃ibus illius derelicta, & destituta
diceretẽ à dño. Scire tñ p̃stat Synagogã
Iudæorum repulso, & repudiato Dño
nr̃o Iesu Xpo velut legitimo eius sponso, redactã esse in vastitatem, & desolationem, ut sæpè aliàs dictum est, at posteaq̃ reliquiæ saluę factę sunt, & subinde multitudo gentiũ vocata est ad fidẽ,
& vnũ in populũ hi duo coaluerũt, & vnã tñ cõstruxere domũ vel ecclam, aut
ciuitatẽ paruulã, hoc est bñficiũ consecuta à Deo, vt nõ amplius derelicta vocetur, nec desolata, *sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur, q̃a cõplacuit dño in te, & terra tua ihabitabitur.*
Particulam istam, vocabitur voluntas
mea in ea, volunt esse nomen nouũ qđ
attributũ est Xpo, de quo nũc loquebaẽ
ipse propheta, sed longe conuenientius
est, dicaẽ, esse nomẽ nouũ nup huic nonę ciuitati impositũ. Volũtas igiẽ mea
in ea, i. ciuitas Dei, domus Dei, ciuitas
mihi grata, ciuitas iocũda, ciuitas ĩ qua
beneplacitũ est mihi habitare in ea, &
terra tua inhabitabiẽ; vbi p̃ terrã nõ intelligas tm̃mõ regionem Iudeę, aut aliquã prouinciam vel orbis particulam,
sed vniuersum orbẽ terrarũ, quia vbiq.
est videre ecclesias Dei constructas. licet iniuria temporis, & malignitate hę-

ciuitati Hierusalẽ dere licta & desolata que noia fuerũt a Patre Abrhã hare ditario iure imposita sic & anima nostra.

reticorum,& infidelium plereq. sint solo equatę. Deinde sequitur. *Habitabit, n. iuuenis cum virgine, & habitabūt in te filij tui, & gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus.* Dixerat immediate ipse Propheta, vel Deus ꝑ Prophetam; *& terra tua inhabitabitur.* diximus per terrā in hoc loco non Iudęam esse intelligendam, neque portionē aliquā vniuersæ terræ inhabitabilis, sed vniuersum orbem terrarum, quia nulla erit ferè pars orbis, in qua non sit aliqua Dei ecclesia in honorem eius nominis constructa. at quis habitabit in ea? inquit. *Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui*, quæ quidem sunt dicta ad insinuandum summam pacē, quietem & tranquillitatem quæ futura est in ecclesia Dei post passionem Christi, nec non singularem dilectionem, qua Christus sponsus prosequitur sponsam suam ecclesiam quam sibi gloriosam exhibuit non habentem maculam, nec rugam, aut aliquid eiusmodi, de qua scriptum est: despondi vos vni viro virginē castam exhibere Christo. Et reuera tanta est puritas, & sanctimonia in pręsenti ecclesia secūdum se accepta, ꝙ iure merito potest dici virgo. Vbi notandū, & diligenter aduertēdum quod nulla potest esse maior iocunditas, & animi tranquillitas, quam quod nos vniamur ipsi Deo, & fruamur ipso velut spō so, aut sponsa suauissima: quemadmodum & ipse diligit ecclesiā, & quamcunq. animam piam, & deuotā multo plus quā diligat, & gaudeat spōsus super sponsam suam, hoc est quod dicit textus. *Habitabit iuuenis cum virgine*, cum ea, s. quam sibi duxerit in vxorē: vel hoc dictum propter cohabitationem, & connubium ipsius Ioseph cum Beata Virgine, aut etiā dicamus, quòd in ecclesia triumphante habitabit iuuenis cum virgine, & lætabuntur in cubilibus suis: vult etiam innuere, quòd in ecclesia militante erit tanta puritas, & innocētia vitę quòd habitabit iuuenis cum virgine absque vlla labe peccati. Sed moraliter crederem hoc dictum posse intelligi de sūma integritate pudicitiæ, ac mortificationē carnis, quæ futura est apud aliquos in ecclesia Christi militante, cuius rei exemplum ponitur de Chrisanto, & Dario *& habitabunt in te filij tui*, qui per fidem. s. ad agnitionem Christi redemptoris nostri vocati fuerint; *& gaudebit sponsus sup sponsam, & gaudebit super te Deus tuus*, q.d. Sicut sponsus gaudet cum virgine sponsa, gaudet cum ea, & fruitur ipsa tota) sic & Deus se habet erga ecclesiam, & quamcunq. animam ei addictā, & deuotam. Ne existimes per virginem hoc loco debere Sinagogam intelligi quæ erat antiqua, & vetus, & toties corrupta: sed ipsa ecclesia in quam transmutata est Synagoga, intelligi debet, de qua scriptum est: renouabitur vt aquila iuuentus tua. & in hac terra, hoc est in ipsa ecclesia, non solum habitabit iuuenis cum virgine; verum vt habetur in c. 2. habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, hoc est gentilis cum hębreo, & homines feroces cū viribus mitibus, & mansuetis. Præterea subdit. *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* Hoc loco citra omnē controuersiam loquitur ipse Deus per Prophetam, ostendens quam maximā suę ipsius ecclesię, & ciuitatis curam gerat, quam construere, firmiter ędificare, muris, & propugnaculis munire nō est satis, nisi super eam constituantur custodes, & vigiles, qui perpetuis temporibus, & singulis ferè horis inuigilent, & caueant, ne ingrediantur hostes: Idcirco Dominus alloquens ecclesiam hoc aliud beneficium cōferre pollicetur d. *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes tota die, ac nocte non tacebunt, &c.* Hi quidem custodes sunt vel angeli, seu prædicatores, pastores, & episcopi, quorum munus, & officium est tota die, & tota nocte insistant, incumbant in laudem Dei, & in repræhensionem malorum. Plurimum certe debemus istis custodibus, qui vigilantes animo, atq. in orationibus pernoctantes hostium insidias diligenter explorant, anticipant consilia malignantium depræhendunt laqueos, eludunt tendiculas, retiacula dissipant, machinamenta frustantur. Ex D. Bern. serm. 76. super Cant. Vel tota die, & tota nocte idest tam prosperitatis

Marginal notes: *Habitabit iuuenis cū virgine quō.* — *Text. 5.*

uitatis tempore, quàm aduersitatis, ora-
tioni, & præcibus uacare, sicut Luc. 6. d.
Et dominus noster pernoctabat in ora-
tione Dei. et Luc 18. postq̄ dixi. Opor-
tet semper orare. & nunquam deficere
ponit exemplum siue parabolam Sal-
uator noster de muliere quadā uidua,
quæ aduersus aduersarium per impor-
tunitatem sententiam obtinuit a iudi-
ce quodam moroso, qui Deum non ti-
mebat, neque hominem reuerabatur.
Per hæc eadem verba cum inquit text.
Tota die, et tota nocte in perpetuū non
tacebunt, vult fortassis Propheta innue
re nullo vnquam tempore Dominum
defuturum mittere seruos suos ad præ-
dicandum, & monendum quæ fieri de-
bent ad honorem Dei, & salutem ani-
marum; quemadmodū mox diximus.
& Paul monuit Episcopos, & præfectos
ecclesiarum d Attendite uobis, & vni-
Act. 20. uerso gregi, in quo vos Spiritussanctus
posuit Episcopos regere ecclesiā Dei,
quam acquisiuit sanguine suo: non ta-
cebunt igitur die ac nocte, vt exequan-
tur quod fuerat eis antea præceptum
videlicet. Clama necesses quasi tuba
exalta vocem tuam cap. 58. & D Paul.
ad Timoth. 2. c. 4 Argue, obsecra, incre-
pa in omni patientia, & doctrina. At-
tendite inquam, vobis quicunq huius
ministerii opus sortiti estis: attendite
inquam vobis, & p̄cioso deposito quod
vobis creditum est. Ciuitas est, ad eius
custodiam, & concordiam intendite.
Sponsa est, illus ornamento studete.
oues sunt, pascuis earum intendite. Nec
mirum quod meminerit etiam ipsius
noctis, quoniam scribit Hier. Dominū
surrexit se de nocte ad mittendos Pro-
phetas. & Regius Propheta. Media no-
cte surgebam ad confitendum tibi. Pol
licetur ergo clementissimus Deus su-
per muros Ierusalem ponere custodes,
per quos non angeli solum, pastores, ac
doctores ecclesiæ veniunt intelligendi,
verum etiam leges, & mandata, quibus
monitur ecclesia, & anima nostra, ne tā
facile corrūpantur sensus nostri, vtque
quid facere, quid euitare debeamus co-
gnosci queat. Et præterea ciuitas hæc
est munita, & protecta ineffabili Dei
potentia, & angelorum custodia, vt di-

A ximus sed ne quis fallatur, nō episcopi
solum, & præsbiteri tenentur uigilare,
& orationi insistere, sed quicunq. pecu-
liari Dei obsequio sunt mancipati, vt
clerici, beneficiarii, & monachi. clerici
inquam, mō sint sacris initiati, tenen-
tur quidem oēs hi ad p̄soluēdas horas
canonicas, vt per sacros canones perspi
cuè demonstratur: cæterum omnes qui
Xp̄o nomen dederunt, tenentur saltem
priuatim, orare, & laudare Deū; quem-
B admodum .n. nemo est, qui non egeat
gratia Dei, sic nemo est qui non debeat
eum præcibus interpellare gratias age-
re, & laudibus efferre. Sequitur deinde.
qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem laudem in terra. Ad
hos quidem vigiles, & custodes sermo-
nē conuertens idē ipse Deus p prophe-
tam, aut forte Esaias in p̄sona sui ipsius
dicit. Vos qui reminiscimini Dn̄i. i. vos q
C profitemini seruos esse Dei, & meminis
se eius, ipsiusq. gloriæ & maiestatis rō-
nē hēre, curareq. vt alij timorē hēant,
& non obliuiscantur opum Dei, & māda-
ta eius exq̄rant, vos inq̄, qui tales estis, q
in hoc munus, & opus designati estis, ne
taceatis, non desistatis ab incæpto, prose
quimini, nō quiescatis, et ne detis silē-
tium ei, i. huic muneri, & officio, i. non
permittatis vlla rōne hoc munus inter
mitti; vel non detis silentium ei, hoc est
D ipsi Deo, nō p̄mittatis ipsū q̄escere, vel
obdormire: quemadmodū fecere primi
parētes nr̄i, qui permiserunt Deū quie-
scere, atque dormire vsq. ad meridiem,
vt quem nulla laude, nullis præcibus, ac
suffragiis inquietarunt, quo tp̄e demon
inuasit illos vt perpetrarent adulteriū.
Ne igitur curetis illius aures vestras p̄-
cibus obstrepere, donec ponat Ierusalē,
& stabiliat, & firmiter statuat laudē in
terra. Vel donec inuiolabiliter (q̄d an-
E tea spopōdit) exequatur, & donec ponat
& statuat Ierusalem laudem in terra, i.
quousq. adueniat tēpus illud, quo Ieru-
salem resumat, & recuperet honorē, &
decorem suum in terra, & vbiq locorū
laudetur, & magnificetur, nec sit amplius
despecta. & odio habita, & (velut dicunt
Hæbrei) sufflata, vel efflata: id q̄d absq.
dubio verum fuit aliq̄n de terrestri Ieru

 salem,

salē,& post Christi passionem perpetuo futurum est. De spirituali verò Ierusalem, hoc est de ipsa ecclesia, d. D.Hier. ex uerbis ipsius Prophetæ, tandiu vos ministri,& custodes rogare debetis,do nec Ierusalem,q̃ in Iudæis contigit, in exemplū atque maledictū,in totius orbis terrarū laude versetᷓ. Nonnulli expositores autumat q̃cunq. hactenus dicta sunt in hoc capitulo ad cœlestē patriā referri,v.g qđ videbunt gentes,iustum tuū:vt est splendor,& Saluator:qđ ipsi vocabitur nomen nouū:qđ non vocabitᷓ vltra derelicta:qđ vocabitur volūtas mea in ea:q̃a complacuit dño in te: qđ terra tua inhabitabitᷓ,& deniq quod *habitabit iuuenis cum virgine*, &c. qđ q̃dē habitabitᷓ ab angelis, & electis dei, & qđ ibi non nubent, neq. ducent vxorem,sed erunt oēs æquales angelis Dei, et qđ tunc gaudebit sépiterno gaudio sponsus super sponsam, quia plena voluptate nobis infundetᷓ gaudium substantiale iuxta illud ps.35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuę potabis eos.Quorū snīa iuxta sensum anagogicū quamq̃ possit admitti:ego tñ existimo verū.et germanum sensum horum verborum referri, & aptari ad ecclesiā præsentem figuratam,et designatam per Syon, & Ierusalem · cū itaq. maxime referret Christum ut splendorē egredi, et carnē assumere,et ecclesiam constitui,cui sustinendæ,augendæ, et per uniuersum orbem multiplicandæ necessarium esset sup muros eius custodes ponere,et tota die,et nocte excubias facere:ppea monet ipse propheta,vel Deus p prophetā, ne taceamus, nec demus silentiū nobis ipsis,neq. ipsi Deo,tanta quidē huic rei, et pdicationis. et orōnis, à qbus nunq̃ decet feriari,incūbit necessitas,ꝙ ter in paucis verbis idem repetit,et monet Et re veta serui,et electi Dei, et præsertim ministri ecclesiæ nunquam debent cessare ab oratione, et prædicatione verbi Dei:primo qdem pp officiū illis iniunctū,ut Paul.i.ad Cor.c 9.testatᷓ d. Necessitas mihi incūbit,uæ n.mihi si non euāgelizauero;deinde pp expectatum præmiū,vt Gal.vltimo Bonū facientes non deficiamus,tpe n.suo metemus nō de-

Psal 35.
1 Cor.9.
Gal.vlt.

A ficientes.quod quidem munus diligenter obibat idem Apostolus sicut ipse ait ad Coloss.1.Non cessamus orare pro vobis,vt impleamini agnitione volūtatis Dei in omni sapientia,et intellectu spirituali,etc. Sequitur in textu.*Iurauit Dominus in dextera sua,& in brachio fortitudinis sua, si dedero triticum.&c.* Posteaq̃ ex narratione rerum, siue calamitatū q̄ sæpe fuerunt inflictæ Iudæis, contexit narrationem rerū nobis necessariarū,

Coloss.1.
Text. 4

B nunc iure iurando, et infallibili verbo virtutis suę multa nobis bona pollicetur,si fecerimus quę mox nobis pcepit, vel monuit q.d. Si tu Ierusalem te correxeris,et ad meliorem frugē te reduci permiseris, vt non amplius figaris, et rebus vanis inhæreas, sed gratiā p sidē in Christum susceperis:*Iurauit Dominus in dextera sua, et i brachio fortitudinis suę.* i.per Xp̄m Dñum nr̄um, & filiū suū, q̄ uere dicitur dextera, et brachiū ipsius

C Dei:vel per dexterā Dei intelligas omnipotētiam, et maiestatē suā,qua nihil est maius, nec nisi per seipsum pôt iurare cū nihil sit eo maius; idcirco iurauit in dextera sua;et quidnā iurauit? *Si dedero triticū* tuum *vltra cibū inimicis tuis et si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti,* vsus est prophera figura q̄ Grece dicitur. aposiopesis,i. reticentia.quasi dicat mihi amplius non credas, me tutò poteris abnegare, sed qui seminauerint triticū,& cōgregabūt illud in hor-

D reū,comedent:quoad lram. Triticū vel vinū Iudæorū acceperunt quãdoq. Madianitæ,et Samaritani, et laudabunt dominū,et q cōportant illud s.vinū,bibēt in atriis sanctis meis,i.in ecclesia mea, aut in cœlesti patria, vti exponunt alij ꝙ si q̃ras,qñ fecit Deus hoc iuramentū: dicas tunc factū fuisse, qñ dixit Pharisæis. Auferetᷓ à vobis regnū dei,et dabitur gēti facienti fructus eius. Totus iste

E sermo est metaphoricus (ut facile est videre)qñqnidē in templū non cōsueuit triticū deferri, nisi ob custodiā ad modicū tempus,neq. in tēplo cōsueuit potari uinum, sed solum in locis prophanis,vbi non tractantur sacra. Propterea ferè oēs hæc dicta intelligunt de pane, et uino sacramentali, idest de corpore, et sanguine Christi, de quibus dicebat

Christus

Ioan. 6. Christus apud Ioan. Caro mea verè est A cibus, & sanguis meus verè est potus. Aut etiam vult ipse Propheta hac locutione metaphorica innuere quod opes, & bona quæ afferentur, & aderunt in noua ciuitate Ierusalem non erunt exposita tyrannis, & raptoribus, neq. his, qui sunt extra ecclesiam, at ijs dũtaxat, qui per fidem, & charitatem sunt in ecclesia, si loquamur de bonis spiritualibus, & virtutibus, quamquã ea quæ sunt merè gratuita idest gratis tãtum data, nec gratũ, & acceptum Deo hominem efficientia, conceduntur etiam non raro his qui sunt extrà ecclesiam; & sumpta est metaphora à statu, & cõditione Iudæorum, dum eorum bona deprædata, ac direpta erant a Madianitis; vbi per triticum, & vinum non solum corpus, & sanguinẽ Christi intelligi posse existimo, sed quæcunque bona spiritualia, ut dogmata fidei, sacramenta Ecclesiæ, & summatim Sacra Scriptura quæ C vt cor hominis confirmat, vocatur triticum ex quo conficitur panis, vt verò lætificat dicitur uinum diuina officia, & prædicatio euangelii, & alia Spiritus sancti Dona, quæ D. Paulus alicubi numerat, ut donum linguarum &c. quæ aliquando dabantur etiam Iudæis, & propterea dicit textus. *Nequaquam vltrà dabo triticum tuum inimicis tuis*, adeò quod illa dictio (vltrà) insinuat aliquando etiam Iudæos fuisse participes, & pos- D sessores horum bonorum. D Hyer. Sic exponit, Nequaquam vltrà dabo triticum tuum inimicis tuis, & vinum tuũ in quo laborasti non bibent, idest laborem quem hactenus sustulerunt Iudæi, & omnia opera eorum, non amplius erunt possessa a dæmonibus, sicut quãdo inter Deum, & idola fluctuabant, quo tẽpore dicebat illis Elias. Vsquequo claudicatis in duas partes, si Dominus est Deus sequimini eum, si autem E

3. Reg. 18. Baal sequimini illum 3. Reg. 18. Pollicetur ergo Dominus suis fidelibus, quod si rogauerint Deum, & ei perfectè, & sincero corde adhæserint, spiritualia dona eis reseruata, non conferentur inimicis; eorum, neq. in escam brutorum animaium conuertentur, & fiet illud

Matth. 23. quod Christus prædixit Iudæis Math. 23. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. qui verò possederint, laudabunt Dominũ, & non bibent nisi in atriis sanctis eius, hoc est in ecclesia quæ est domus Dei. Possunt etiam hæc intelligi de cœlesti patria, vt supra ostendimus, quod videlicet qui rogauerint Deum, &c. & in lachrimis seminauerint, in gaudio metent, & labores manuum suarum manducabunt, & bibent uinum in atrijs sanctis suis, totum hoc intelligi de pane, & vino cœlesti iuxtà illud quod scriptum est. Beatus qui manducat panem in regno Christi, & Dei; & alibi dicit Saluator. Amodo non bibam de hoc genimine uitis, donec bibam illud nouum in regno patris mei. Cum hactenus Esaias, aut Deus per os eius, quam habet erga eos qui non cessabunt prædicare aduentum filij sui, & assiduis precibus eum interpellare, suam aperuerit mentem, & iuramento firmauerit, se nunquam amplius permissurum bona eorum, ut alieni possideant nũc monet ipsos custodes ciuitatis, quam primum fieri potest, amota quacunq. mora, exeant de ciuitate, transeant per portas eiusdem ciuitatis non per angustias uiarum, neque per aliqua latibula, seu diuerticula, & præparent uiam aduentanti populo, atque ipsi Principi, & Domino planum faciant iter, quæcunque impedimenta amoueant, quo currus, & equites facile possint accedere, & eligant lapides per ordinem in via sternendos, vt immunẽ reddant a pluuiis superuenientibus, quibus viæ ob lutum difficiles incessu, ac tediosè fieri solent. Et postremo eleuent signum idest uexillum regis aduenientis ad populos, ut uerè tunc dici possit vexilla regis prodeunt, fulget crucis mysterium, hoc est quod habetur in tex. *Trãsite, transite per portas*, hoc est accelerate, festinate, non apponite moram, *præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides, & eleuate signum ad populos*. Hoc illud idem est: quod dicebat Ioan parate viam Domino, rectas facite semitas eius. Hoc dictum eligite lapides, existimo idem fore, ac si lingua vernacula diceremus (*mattonate le strade*) Text. 5.

strade) q. d. *eligite lapides qui* sint idonei ad sternendam uiam facilem, & planam. Sed textus LXX. Interpretum sic habet. Proiicite lapides, & hoc certe multum conuenit huic proposito, quoniam lapides solent esse plerunq. transeuntibus, vel deambulantibus magno offendiculo, vel impedimento, dũ præsertim fuerint incompositę, & inordinatæ. Sed iuxta proprium, & spiritualem intellectũ dicimus. hoc loco moneri custodes ciuitatis, idest præfectos, ac Doctores ecclesiarum, & diuini verbi concionatores, vt exeant a ciuitate, idest a strepitu, & multitudine curarũ, negociorum, & actionum huius sęculi. Et transeant per portas ciuitatis, idest per veram doctrinam, per approbata, & indubitata fidei dogmata, per bonorum operum exempla, quo Dei filios, qui erant dispersi adducant in ecclesiã, & congregent in unum, in vnum scilicet populum, in unam fidẽ, & in vnam ecclesiam. Transeant inquam per portas, idest per doctrinam traditam, & propositam a Spiritu sancto ab œcumenicis conciliis rite, & legitime coactis, a communi consensu totius ecclesiæ, & approbatione Sanctorum Patrum, non per figmenta Poetarum, nõ per lenocinia Rhetorum, aut per argutias Philosophorum, aut per sophismata, & ludibria hæreticorum: hoc est eligere lapides, & proiicere, proiicere inquam quę secundo loco recensuimus, & eligere, quæ priori diximus. Et uere beatus, qui non respexit in uanitates, & insanias falsas. *Et praparate viam populo*. facite uos primi, vt verbo, & exemplo alios ad Christum pertrahatis, *planum facite iter*, idest non proponatis, cuique ardua, & difficilia, & quęstiones quasdam inutiles, quę nihil prosunt ad salutem; eligite rursus lapides, idest uiros probos solidos, & stabiles, qui ad ueram Dei cognitionem, & cœlestem patriam tutum præbeant iter, et facilem aditum accomodent, quanquam arcta, et ardua sit via quæ ducit ad vitam, et pauci sint qui inueniant eam: sint denique custodes isti, et curatores animarum quales describit Apostolus 1. ad Timoth. 3. et ad Titum cap. 1. oportet etiam proiicere apides ex via, hoc est amouere ab aliorum consortio viros peruicaces, inobedientes, vaniloquos, ac seductores, et incredulos, aut saltem ab eis duritiam cordis euellere lactantius lib. 6. capitulo tertio, duas esse vias asseris, per quas humanam vitam progredi necesse est; vna quæ in cœlũ ferat, et hæc a principio est difficilis, et ardua. postmodum uerò dulcis, et amęna. Et latissima altera, quæ ad inferos deprimit, quę quidem primo est amœna, et maximè trita; deinceps vero sentibus obducta. gurgitibus intercisa, torrentibus rapida, vt laborare, labi, et eadem necesse sit sic docuit Xp̃s apud Matth. D. Paul. ex his q proiecerunt lapides de eccl'a vnus fuit, et quidẽ præcipuus, qñquidem Iudęos, qui persistebant in figuris, et enigmatibus confundebat, et aduersus eos conualescebat, legis vmbras amouere, et solidam ueritatem sedulo commostrare intendens; cum dicebat. Dico uobis ꝙ si circuncidamini Christus, nihil uobis proderit; et gentiles pariter docuit; et reprehendit cum dixit. Dies obseruatis, et menses, et tempora, et annos. Timeo uobis, ne frustra laborauerim in uobis. D. etiam Augustinus, cuius hodie festum recolimus, proiecit lapides ab ecclesia cum Donatistas, Arrianos, Pelagianos, ac Manichæos confudit; et prostrauit in horum albo, tanquam primates recensendus est D. Hier. et D. Amb. et plerique alii Doctores, et sancti, tum veteres, tum moderni, quos recensete nimis profectò longum esset. Cum ergo hęc feceritis, *eleuate signum*, idest uexillũ, et insignia Christi nostri redemptoris, et ostendite illa, et patefacite cunctis populis loquitur enim hic propheta iuxta consuetudinem artis militaris. quandoquidem adueniente rege, et duce exercitus erigere, et in altum tollere signum, quo prospiciatur ab omnibus: constat n. Christum esse regem, & principem nostrum, ideirco quicunque credunt in eum, ceũ militiæ eius ascripti, spiritualiter dẽt ea præstare quę huius mundi principum milites, & serui consueuerunt. Eleuato signo, & peracta

Pau. Gal. 5.

De excellentia, & magnitudine huius significationis spiritualis cōsideratio habetur in fine huius operis.

acta fidei professione, statim, non multo post tēpore, *Dominus fecit auditum in extremis terræ*, sub his verbis. *Dicite filiæ Syon. Ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.* Fecit inquàm auditum, i. denūciari, & publicari, fecit hoc bonum verbū, hunc iocundum, & suaue, optatumq. nunciū, nō in Iudæa solum, sed in extremis terræ finibus, vt beneficium creatoris totus mundus intelligeret, nec gens vlla esset tam lōginqua, & remota à finibus B nostris, in qua non fuerit auditum hoc verbum, id quod certè diuinæ bonitati congruebat, quippe quæ omnes cōplectitur, & nullum respuit, cum non Iudæorum tantum, sed etiam gētium sit Dominus, creator & rector, vt plusquā millies diximus, & quid istud est quod audiri fecit, & pdicari in extremis terræ? hoc profectò quod sequitur. *Dicite filię Syon, ecce Saluator tuus venit.* Si hoc verbum, & hic nuncius debuit denun- C ciari, & publicari cunctis gentibus, cur speciatim dicit. Dicite filiæ Syon? Dicendum filiam Syon hoc loco fortasis quæ ex Israelitis conficitur vocari ecclesiam uelut eam, cui primum fuerit facta hæc promissio; aut potius intelligi voluit vniuersam ecclesiam ex Iudæis, & gentibus cōstitutam quæ non iniuria vocatur filia Syon, quia ex ea domo, vel ciuitate, aut familia prodiere, qui primum crediderunt, & gētium D ecclesia mistice dicta est filia Syon, cū ab illis primum fuerit constituta, qui prodirant ex Syon secundum carnem. *Dicite ergo filię Syon* Quidnam? *Ecce Saluator tuus* venit, non solum in hunc mundum carnem suscipiens, & serui formam suscipere non erubescens, sed venit etiam tanquam triumphator hostibus deuictis, & profligatis, dans nobis salutem, & iustitiam, & cum primis veram, & sinceram ueri Dei cognitio- E nem: sic enim dixit ipse apud Ioan. In hunc mundum ueni, & ad hoc missus sum ut testimonium perhibeam veritati, & alibi ego ueni, vt vitam habeāt, & abundantius habeant. Dicit ergo. Ecce Saluator tuus venit, ecce inquàm non longe abest, pręsens est, iam adest, qui antea uenturus expectabatur, pōt

Ioan. 10.

ergo firmiter, & absolutè dici, ac significari Saluatorem aduenisse. Hoc nouit Zacharias cum dixit Nūc dimittis seruum tuum Domine secūdum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Hoc vidit Ioannes Baptista cum dixit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hoc uidit, & cognouit numerosus ille populus satiatus ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus, qui cū vidissent, quod fecerat Iesus signum dicebant. Quia hic est uere Propheta, qui vēturus est in mundum. Cognouerunt, & viderunt & Samaritani, qui mulieri illi dicebant. Non propter tuam loquelā credimus, ipse enim audiuimus, et scimus quia hic est uere Saluator mundi. quid vltrà? *Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo*; Merces inquam, & præmium omnium, quos per trigintatres annos est passus laborum, pręcicando, sanando, miracula operando, imbecillitatem & infirmitatem suorum sustinēdo, iniurias multas, & contumelias ad mortem vsque ipsam perferendo, quod quidem pręmium, & merces fuit exaltatio, et gaudium de salute gētiū, quas acquisiuit sanguine suo, et suam in hæreditatem, & possesionem asciuit; ipse quidem est merces nostra, & non oportet aliunde expectare pręmium nostrum; & plurimum est auarus cui non sufficit ipse Deus: dicitur ista merces esse cum eo, quia non extra illum nec longe ab illo; non quidem extra, sed intra semetipsum habet redemptionis tuę pręcium, non aliud quidem quam sanguinem suum: Item opus illud quo te redemit nō longe, sed coram eo est: cum primum. n. te redemerit sanguinis sui pręcio, dabit tibi Spiritum sāctum, spiritum vitę, & salutis, quem accipient quotquot in cū crediderint. Aliqui volūt pro eodē accipi hoc loco mercedē, & opus, q. d. merces eius cum eo, i. opus ratione cuius aliquid meretur est corā illo, idest non aliunde petēdum est, sed ipsemet merces, & præmium est D. Cyrillus sic exponit. Merces eius cum eo est, scilicet potestatē habet mercedem conferendi omnibus in eum credentibus, & inspiciendi, qui modus cuique, & quod

Luc. 2.

Merces eius cum eo, & opus eius coram illo.

quod opus sit tribuendum; qm̃ respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus eius considerat, & vnicuique reddit secundum suum laborem; nam in domo patris mei (inquit Christus) mansiones multæ sunt. Ego autem simpliciter, & pure interpretarer hęc verba. *Ecce merces eius cum eo*. q. d Saluator noster uenit redditurus vnicuique mercedem laborum suorum, quæ merces est cum eo, q.d. ab eo expectanda est, & non aliunde requirenda, quia gratiam, & gloriam dabit Dominus, et non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia, *& merces eius cum eo*, idest pręmium quod ei ob suam passionẽ competebat, videlicet, hæreditas, & possessio vniuersæ terræ fuit cũ eo, idest non multo post eius passionem, & opus eius corã illo, quia (vt diximus) non procul ab eo, nec pręter eum, aut extrà ipsum, quia oblatus est quia voluit, & seipsum exinaniuit formam serui accipiẽs: Deinde sequitur *Et vocabunt eos*, qui s. fuerint asciti ad ipsum, et ascripti militiæ ipsius, vocabunt inquam hoc nomine, *populus sanctus redempti à Domino*. Ipse enim redemit eos de manu inimici, & de regionibus congregauit eos. ps. 105. Apostoli quidem, et eorum successores, & quicunq. sincero corde crediderint in Christum, filii Dei vocabuntur. Aliqui sic exponunt. Redempti a Domino, hoc est fideles, et Apostoli vocabunt eos, qui susceperint Saluatorẽ, populum sanctum, & dilectũ: *tu autem o ciuitas sancta*, ò benedicta Ecclesia dilecta, & vnica filii Dei sponsa, non tu Ierusalem terrena, tu inquam fidelium vnio, et congregatio vocaberis *ciuitas quæsita, & non derelicta*, quemadmodũ vocabatur Ierusalem terrena: eris inquam quęsita, quia omnes te inuisere, tecum habitare, apud te negociari, & suas omnes actiones exercere, et tandem vicini, et domestici tui fieri perpetuo curabunt, et requirent: quemadmodum nostro hoc sęculo apud homines terrenos vrbs Roma dicitur ciuitas quæsita ad quam plerįq. omnes se conferre, et ibidem immorari cupiunt, et quęrunt. Sic itaque eris quęsita, et non derelicta, neq. odio habita; Nec mireris hoc in loco ecclesiam sanctã nunc spõsã, nũc ciuitatem appellari, et quãdoq. et ouis appellatur: ciuitas enim appellatur propter collectionẽ fidelium. Sponsa propter dilectionem; et ouis nuncupatur propter mansuetudinem. Quòd ciuitas appelletur pariter et sponsa Vide Apoc. 21. vidi ciuitatem sanctã Hierusalem, tanquam sponsam ornatam viro suo. sic etiam vocatur ouis cum Christus eam commendans Petro dixit. Pasce oues meas. Ioan. 21.

Et hęc de cap. LXII. Esaiæ Prophetę dicta sint satis.

Psal. 83.

Psal. 105.

A B C D

CAPVT

CAPVT LXIII.

QVIS est iste, qui venit de Edom, tinctis uestibus 1.
de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens
in multitudine fortitudinis suæ: ego, qui loquor 2.
iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.
Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & 3.
vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui 4.
solus, & de gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore
meo, & conculcaui eos in via mea: & aspersus est sanguis eo-
rum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquina-
ui. Dies enim vltionis in corde meo annus redemptionis mea 5.
venit. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non
fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indi-
gnatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in
furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in
terram virtutem eorum. Miserationum Domini recordabor, 6.
laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus,
& super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est
eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem
misericordiarum suarum. Et dixit: Verumtamen populus meus 7.
est, filij non negantes: & factus est eis Saluator. In omni tribu-
latione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit
eos; in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, &
portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus sæculi. Ipsi autem 8.
ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti
eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.
& recordatus est dierum sæculi Moysi, & populi sui: Vbi est qui 9.
eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui po-
suit in medio eius spiritum sancti sui? Qui eduxit ad dexte-
ram Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos,
vt faceret sibi nomen sempiternum: Qui eduxit eos per abys-
sos, quasi equum in deserto non impingentem. Quasi animal in
campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit: sic addu-
xisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. Attende de 10.
cælo, & vide de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ: vbi est ze-
lus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & mi-
serationum tuarum? super me continuerunt se, Tu enim pater 11.
noster

noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos: tu do-
mine pater noster, redemptor noster, a sæculo nomen tuum.
12. Quare *errare nos fecisti Domine de vijs tuis: indurasti cor*
nostrum ne timeremus te? conuertere propter seruos tuos, tri-
bus hæreditatis tuæ. Quasi nihilum possederunt populum san-
ctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam.
Facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri,
neque inuocaretur nomen tuum super nos.

EXPLANATIO IN
SEXAGESIMVM TERTIVM CAPVT
ESAIAE PROPHETAE.

Q*Vis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ, &c.*

IN hoc cap. videtur Esaias instar sapientissimi vatis, & poetæ venustissimi instruere dialogum quendam faustissimum, & iucundissimum, in quo extra omnem controuersiam describitur Christus filius Dei tanquam vnus, & præcipuus interlocutor. Qui verò sint alii cum quibus alloquatur, non satis constat. Quidam. n. volunt Prophetam referre ipsosmet Iudæos, qui cum vidissent gentes tam facile, & cito ad Christum accedẽtes, magnopere sunt admirati d. *Quis est iste, qui venit de Edom, &c.* Edom nanq. erat in terra gentium. Alii volunt prophetam hic induere personas, & choros angelorum, qui cum viderent Christum velut principem, ac triumphatorem cęlum ingredi, & ipsi mirabantur dicentes, *Quis est iste, qui venit de Edõ*, quemadmodum etiam Regius Propheta attestatur ipsos aliquando quæsituros, d. *Quis est iste rex gloriæ?* dum illi iuberentur, vt attollerent portas, & eas eleuarent quoniam ingressurus erat Rex A gloriæ. Nunquid autem omnes angeli præsciuissent Christum sic regnaturum, vel non æqualiter omnes, non est hoc loco perquirendum: sed sat erit videre. D. Tho. supra hunc textum. Sunt postea quidam alii exponentes, qui existimant, hac percũctatione Prophetam indui animas eorum Patrum, qui in Limbo detinebantur, qui eum viderent Christum sanguine cruentatum ad eos liberandos, ac redimendos accedentem B interrogabant, *Quis est iste, qui venit de Edom? &c.* De quo singulari beneficio canit ecclesia dicens. Inferni claustra penetrans tuos captiuos redimens victor triumpho nobili ad dexteram patris residens. Denique sunt quidam qui existimant hęc verba pronuncianda fore tempore Antichristi; quando scilicet fuerit deiectus, & deturbatus ante diẽ iudicii per Christum Dominum ab his qui tunc aderunt, qui omnes cum uide- C rint, quod Christus Dominus tamquã bellator fortis, ac triumphator deiecerit Antichristum, qui videbatur maxime potẽs maxima quidẽ admiratione, & veneratione rogabunt dicentes, *Quis est iste, qui venit de Edom?* Quamquam

omnes

omnes istę expositiones sint præstantissimorum hominum, neque meo indicio sint vlla ratione inprobã[n]dę, uel reijciendæ, ego tamen existimarem posse dici ipsum Prophetam spiritu afflatum, aut plenæ imbutum prædicere Christi passionem, & suam in cœlum Ascensionem, & tanquam rem maximè admirandam, & supra omnium fidẽ extollendam, sub hac forma verborum, & ratione dicendi voluit eam prædicere, & præmonstrare, neque erat necesse, vt reor, vt indueret personam angelorum, aut quorumuis aliorum, sed ipsemet, vt diximus, veluti Spiritu imbutus, ac in structus voluit pdicere quæcumq. in hac Christi passione uidebantur admiranda. Dicit ergo. *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?* Iste formosus in stola sua gradiẽs in multitudine fortitudinis suæ; conuenienter quidem hoc loco prorumpit Esaias in hanc admirationẽ uel ex persona sui ipsius, uel aliorum, cum in calce textus præcedentis prædixerit Deũ iam uenisse, & præcepisse, debere dici filias Syon, & manifestari eis eum iam aduenisse, nec poterat dici eundem ad nos accessisse regnaturum, et imperaturũ, nisi posteaquam fuerat passus, et resurrexerat. Idcirco nunc Propheta tamẽ uidens eum ceu triumphatorem uenire, magna cum admiratione, et stupore percunctatur dicẽs, quis est iste, qui uenit de Edom? tinctis uestibus de Bosra? Constat enim ex omnium scriptorum sententia Edom, & Bosra esse loca seu regiones barbarorum, ut Moabitarum, et Idumęorum, ex quibus non est credibile, neque ex vllis scripturis apparet Christum Dominum nostrum recessisse, nec umquam in eas regiones eũdem accessisse, quare Edõ, & Bosra non sunt hoc loco capienda, vt dictiones iste designant, sed potius per Idumæos & Moabitas, uel per Edom, & Bosra intelligẽda suot omnia ea loca, quę maximè aduersabantur Iudęis, sed multo uerius, & conuenientius capienda sunt pro significato illorum omnium siue sint Iudæi, siue gentiles, & quicumq. alii, qui moribus, & consuetudinibus fuerint similes Idumæis, & Moabitis, hoc est feris, & sęuis hominibus nullam humanitatis, et urbanitatis speciem, et formam pręseferentes: quemadmodum, et apud nos; et apud quascumque nationes vsu venit, ut si qui fuerint immanes, in urbani, et prauis moribus referti, et oppleti, dicimus eos esse Turcas, Agarenos, Scocchos, et longè peius quam bestias, ut Leones, et ursos Sic etiã si fuerit aliqua ciuitas in qua frequenter homicidia, furta, et eiusmodi flagitiorum genera perpetrentur ita ut nulla habeatur ratio affinitatis, aut parentelæ, dicimus illam Ciuitatem esse barbaram, feram, et truculentam hunc in modum dicitur Christus dominus veniens ab Ierusalem sanguine madens, et cruentus, siue cruentatus uenisse de Edom, et de Bosra, hoc est de loco ualde consimili Edom, et Bosra. Quotus. n. quisq. fuerit, qui ignoret Christum Dominum cum ascẽderit Hyerosolimam traditum fuisse à Principibus Sacerdotum, et Scribis ad illudendum, flagellandum, et crucifigendum. Nonne sic dicitur ascendisse Edom, et Idumæam; et inde recessisse tinctis uestib⁹ de Bosra? hoc est de peruersa, et impia Iudęorum regione, quiquidẽ hominibus feris, et indomitis longe deteriores fuerant; Et ne quis uidens eum sanguine cruentum existimaret fore hominem deturpatũ, horridum, & ignominia plenum, subdit propheta, d. iste, qui sicuidetẽ esse deturpatus, tinctis uestibus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suę. gradiens inquam, i. maiestatem suam demõstrans in incessu, statu, et in cunctis motibus suis, quippe qui gradiebatur cum pompa, et fastu uelut conscius suæ dignitatis, formosus inq; in stola sua, quę quidem dicitur fuisse stola glorię, amauit quippe eum Dominus, et ornauit eum, et stola gloriæ induit eũ, dicitur formosus, quia dicitur splendor glorię, et figura substantiæ rõne dr esse formosus Xpus dr formosus rõne qua Deus, rõne qua hõ splẽdore diuinitatis. Dr ẽt formosus, qua hõ, ut ps 44 Speciosus forma pre filiis hominũ; dr quoq. formosus ratione diuersarum uirtutum, ut canticorum 5. dilectus meus candidus, et rubicundus inter

Matth. 20.

Psal. 44.

Cantic. 5.

ter ubera mea commorabitur, sed certè videtur in contextu horũ verborum nonnulla obscuritas apparere, quandoquidem prius describitur ipse Christus, tinctis vestibus, & postmodũ dicit ipsũ esse formosum in stola sua, & gradientẽ in multitudine fortitudinis suæ: sed ista obscuritas paruo negocio tollitur quãdoquidem sanguinis aspersio, siue tinctura non deformitatem ei tribuit; sed maximum decorem, & quanquam velut deformis apparuerit, & tamq̃ nouissimus omnium virorum dum s. pateretur fuit tamen valde formosus post resurrectionem, neque tunc solum dum resurrexit progressus est in multitudine fortitudinis suæ, verũ etiam dum stola humanitatis fuit indutus erat gradiens in multitudine fortitudinis suæ, hoc est velut magnus, & potens, & omnia sibi subiiciens. Sequitur textus. *Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum, &c.* Hoc capitulum quemadmodum diximus á principio habet speciem, & formam Dialogi, in quo vel angeli, vel dęmones, vt refert Athanasius, aut Iudæi, vel vt nos diximus ipsemet Propheta sermonem habet, aut colloquium vna cum Christo Domino, qui cum fuerit ab eo quæsitus, & interrogatus quis nam esset, & cognito, ac manifestato cum esse formosum in stola sua, & virum gradientem, & incedentẽ grauiter, & cum maiestate præseferentem virtutem, & potentiam suam, haud vulgarem, & exiguam, nunc ipse respondet, & inquit *ego qui loquor iustitiam*, quem me, vos rogo, esse putatis? Nunquid me virum pauperem, & imbellẽ, ac indecorum putatis? quamuis tinctis vestibus, & cruentatus appaream? plurimum quidem vos fallit opinio ego inquã sum, qui loquor iustitiam, qui nihil magis cupio atque perspicio, quàm loqui, & docere, atque etiam præcipere quod iustũ est D. Hieronymus vult hoc loco prophetam loqui de iustitia distributiua qua s. est paratus reddere vnicuique, quod suum est, idest bonis bona, & malis mala. Quidam moderni, vt Frãciscus Forerius vult hoc loco accipi iustitiam pro veritate, quemadmodum, & veritas quandoque in sacris literis pro

Text. 2.

D. Hyeron.

A iustitia sumitur, vt facere iustitiam nihil penè sit aliud, quam explere, & complere quod promissum est Cyrillus Alexandrinus, per loqui iustitiam hoc loco intelligit prędicationem Euangelii, quo vera iustitia prædicatur, & nobis annunciatur; sed prætsius, loqui iustitiam dicunt aliqui nihil est aliud quam iustificare, vel iustificari: sed reuera aliud est loqui iustitiam, aliud est facere iustitiam, seu facere quod iustũ est, vnde sic B aliqui exponunt. Ego sum qui loquor iustitiam, idest qui doceo qua ratione, & qua via potest hõ iustificari, & hoc est super quo totus insisto, & perpetuo inuigilo, & laboro: dicit etiam, & propugnator sum ad saluandum. Aliqui textus habent, multus sum ad saluandum, quibus verbis innuitur immensa Dei bonitas, & elementia qua longè propensior est Deus ad saluandũ, & condonandũ; q̃ ad condemnandum, sed persistentes in C textu vulgato, dicimus Deum esse propugnatorem ad saluandum, vt qui oẽm suam vim, & authoritatem exerceat, & monstret in saluandis omnibus, & quãquam exerceat quoque iudicium, & iustitiam in omnes, misericordia tamen superexaltat iudicium. Explicato, & detecto eo, qui tinctis vestibus de Bosra gradiebať in multitudine fortitudinis suæ, & cognita eius virtute, magnitudine, & officio rursus interrogatur á Pro- D pheta, vel ab his quorum personam induit hoc loco Propheta, & inquit. *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* hic iam nobis facile patere potest, cur dictus fuerit Christus apparere tinctis vestibus de Bosra quandoquidem Bosra latine rubrũ dicitur, quod perinde est, ac si diceretur quis est iste, qui venit tinctis uestibus rubris seu rubricatis, quẽadmodum etiam dicebat Saluator per E ipsum Prophetam Regium; Quis deducet me in ciuitatem munitam, quis deducet me in Idumęam, vbi per ciuitatem munitam volunt intelligi, iuxtã nominis interpretationem Bosra, aut verius ciuitatem Hyerusalem, ex qua processit Saluator, dum trahebatur ad crucem: per Idumæam volunt intelligi ipsum Edom à quo dicta est Idumæa; Bosra

Cyrillus.

Bosra grece latine rubrũ.

Psal. 107. Quid per Idumeã, et ciuitatẽ munitam.

ac Moabitarum: hæc ergo duæ nationes seu populi videlicet Idumæi, & Moabitæ, qui erant maxime infensi populi Iudeorum, & perpetui hostes vnius, & veri Dei, præfigurabant, & præsignabant quicumq; erant persecutores, & inimici Christi Domini nostri, quippe qui crucifixerunt eum, dum ergo quæritur quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari, voluit innuere Christũ iam fuisse flagella, & alia tormẽtorũ genera in sua carne perpessũ Cum verò subdũt, & vestimenta tua sicut calcantiũ in torculari, voluit innuere ipsum vsq; adeò flagris, verberibus, & deniq; clauis afflictum, & sauciatum, vt vestimenta sua fuerint velut eorum, qui premunt vuas in torculari; neq; quis miretur eius indumenta ita fore maculata, quoniam patriarcha Iacob hoc ipsum prædixit de Christo Mesʃia Gen. 49. d. ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem asinam suam lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. propterea admiratus Esaias. d. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari. Tincta quidem sanguine indumenta apparebant, & tamquam musto colorata rubore, atque ideò non erat irrationabilis hæc eorum percunctatio, sed vide quid huic tam magnificę percunctationi respondeat ipse Christus inquit enim *torcular calcaui solus, & gentibus non est vir mecum* q. d. ne miremini vestimẽta mea sint sordida & musto coninquinata, quia ego solus calcaui torcular, solus ego pugnaui, solus ego labores arduos, ac difficiles substinui, & gentes incredulas, ac rebelles in mei obsequium viriliter adduxi, sic propemodum egit Dominus cum gentibus omnino incultis, & à Deo vino, & vero prorsus alienis quemadmodum qui calcat vuas in torculari, vbi, dubio procul omnem suam vim, & virtutem exerit, quo ex vuis omnem succum exprimat, & iucundum, ac suaue vinum inde conficiatur, & quemadmodum aliqui dicunt longe maior est victoria cogere quempiam ad deponenda vitia, quibus fuit aliquando vehementer addictus, & assuetus,

Gen. 49.

Text. 4.

A quã exercitũ vt eũq; magnũ, & copiosũ euinceret, ac superare. quia animus Torcular etiã solus ipse calcauit quia non passio animũ, sed animus passionẽ superauit. Sed ne quis fallatur aduerte, φ torcular appellatur tota illa machina, qua vinitores utũtur ad exprimẽdũ ex vuis vinum, & ex oleis oleum: prælum dicitur ea trabs qua vuæ exprimuntur, lacus autem, siue loculus concrue appellatur illud vas, seũ conca in quam B defluit mustum, & vuæ detinentur, nos autem vulgo ea vocamus canalia hæc ex D. Augustino super psal. 80. vbi dicit in torculari tria reperiri videlicet tinam, prælum, & piscinam, & hæc tria significant conculcationem, tribulationem, & pondus peccatorum, vide etiã ipsum Aug. super psal. 8. & hom. 11. supra Apoc. sed communiter nomen torcularis solet accipi pro illo instrumento, quo vuæ calcantur quandoquidem C non torcular, sed vuæ prę mi, & calcari dicuntur, vnde glosa. d. hoc loco prophetam accepisse continens, pro contento. Rubertus Abbas d. quod in torculari, vnde sumpta est hæc metaphora seu similitudo aliud est quod calcatur, aliud est qui calcat: at in passione quam pertulit ipse christus pro cunctis peccatoribus idem fuit qui calcat, & qui calcatur, calcauit enim ipse Christus suum ipsius corpus, quippe qui se ipsum tra- D didit pro nobis, & calcatus est tamquã botrus vuę, qui sub prelum crucis de de sui corporis acino vinum expressit, idest sanctissimum eius spiritum emisit. Torcular etiam dicitur ipse idem calcasse, quia veluti in torculari relictis acinis vinum solum iam expressum submittitur, sic in passione sua bonos redimendo, secum assumpsit, malos verò iustè iudicando reliquit. Propterea dixit torcular calcaui solus, quia solus E ipse per crucem, & passionem suam substulit peccatum, mortem, & Diabolum. Alii similitudinem istam de vestimentis Christi comparatis calcantibus in torculari, ex quo exprimitur uinum trahunt ad sacramentum corporis, & sanguinis Domini propter ea uerba quę leguntur Gen. 49. lauabit in uino stolam suam. Et in sanguine uile

August. super psal. 80.

August. ps. 8. hom. & 11. Apoc.

Gen. 49.

pallium suũ, per sanguinẽ vuę intellexit Iacob vinum, quod in calcie Domini propinatur, quod autem dicit ille formosus, & triumphator: torcular calcaui solus & de gentibus non est vir mecum videtur habere nonnihil difficultatis. ac dubii, non quidem quo ad omnes, quando eorum auxilio videtur fuisse omnino destitutus, & eo præsertim tempore, quo à militibus, & ministris Iudeorum comprehensus illum ad Caipham adduxerunt, tunc enim relicto eo omnes discipuli fugerunt, vt verum prędixerit Saluator apud Ioan. 16. d. Ecce venit hora, & iam venit, ut dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia pater mecum est. Hoc idem prędixit Dauid in persona Christi psal. 68. In properium expectauit cor. meum, & miseriam, & sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni, verum his nõ obstantibus manifestum est Beatam Virginem numquam eum reliquisse neq; ab eo defecisse, quin de ipsa quoque legitur apud Lucã: tuam animã pertrãsiuit gladius, gladius inquã doloris, tristitiæ, & moeroris numquid, & multę mulieres sequebantur eum dum duceretur ad crucem. Præterea quot viri ab eo dilecti, & electi velut Apostoli, et plerique viri sancti, et electi Dei ministri laborauerunt, & ipsi, & torcular quoque calcauerunt, varias inquam passiones, & tormenta pro eius fide prædicanda, ac defendenda, atque etiam amplificanda substinuerũt. Quis enim horum ad imitationem capitis non tolerauit opprobria? sustinuit irrisiones, flagella non timuit, & denique ipsam mortem non exhorruit? Sed puto sic esse dicendum, de Beata quidem Virgine non est dubitandum, et de mulieribus illis, quæ sequebantur Christum, sed non poterant ei ferre auxilium: aut dicendum ea Christi verba; seú quæri moniam, cum inquit, torcular calcaui solus, notanter dicit, & de gentibus non est vir mecum, vt inde excludatur Beata Virgo, quæ non erat vir, neq; de gentibus in qua Dei munere nu mquã defuit fides, sed longe melius potest dici torcular calcaui solus, quia non Angelus, non Archangelus, neq. vlla superior creatura, multo minus inferior, pro salute hominis humanam carnem suscepit, sed solus ipse inter mortuos liber. Nam Ioan. x. d. ego pono animam meam & iterum sumam eam, solus ipse Demon vicit, & foras eiecit iuxtà illud Ioan. Nunc princeps huius mundi eiecitur foras, solus ipse iudicaturus est mundum iuxtà illud. Pater omne iudicium dedit filio, & deniq; solus ipse non sociatus ab alio, tamquam principali agente ab eius natura destinctũ calcauit torcular, iugum graue hominibus impositum, & de manu Dæmonis violenter detraxit: dicitur etiam ipsemet Christus, vt paulo ante innuimus, fuisse torcular, quod quidem Deus ipse calcauit, & ipsemet, vt Deus seipsum vt hominem calcauit, et sic tolluntur omnes difficultates, quæ his dictis aduersari videbantur. Dicit postea *calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.*

Ioan. 16.

Ioan. 12.

Hic locus est ualde obscurus, ac difficilis quoniam si Deus, et Dominus noster non ex operibus, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit, quo pacto ergo dicit hic Esaias in persona Christi calcaui eos in furore meo, et conculcaui eos in ira mea? Dicendum conculcationem, et depressionem factam á Deo in ira, et furore non fuisse peractam proprie cõtra peccatores, sed contra Demonem, et mortem, quæ regnabant in ipsis gentibus, fuit etiam contra gentes, contra gentes, vz. quæ volebant tueri et sustinere, Dæmonem, et pertinaciter persistere in peccatis, et presertim in ipsa infidelitate, et cultu Idolorum, vt de his vere dici possit quod malos male perdidit, cum autem dicimus Deum in ira, et furore conculcasse gentes, et impios, ne existimes iram, et furorem in Deo proprie reperiri, sed tantum metaphorice, vt sepenumero dictum est; sed Quomodo verum est, et qua ratione potest suaderi, quod sanguis eorum fuerit aspersus super vestimenta Christi, et om

nia eius indumenta inquinauerit? Si per eos, qui fuere conculcati intelligamus Demonem, et mortem, et cætera huiusmodi spiritualiter sumpta, certum est in eis sanguinem non reperiri, et profectò sanguis propriè dictus non reperitur in Angelis ac Demonibus, sed neq; etiam in morte, sed causaliter, et effectiue potest vtique reperiri tum quia Demones quandoque sunt causa, ut sanguis emittatur ab aliquo viro insolēte, vel homicida, vel quia sanguis communiter solet accipi pro peccato, vt illud viri sanguinum, et dolosi non dimidiabunt dies suos, sic potest dici quandoque demonem emisisse sanguinem, idest causam fuisse peccati, uel occasionem, & cum sanguis aliquando accipiatur pro peccato tuto dici potest sanguinem aspersum fuisse super indumenta Christi, quia scilicet hominum peccata, siue suggestu diaboli, siue propria voluntate, perpetrata passionis, et mortis Christi dicitur fuisse aspersus super eius indumenta; Nec videatur alicui mirum sanguinem peccatorum fuisse aspersum super uestimenta Christi, et inquinasse indumenta eius, quoniam frequenter usu uenit in magnis congressibus, et concertationibus ubi alter in alterum insiliat, et aggrediatur ut sanguine occisi, siue percussi coinquinetur indumenta peutientis, quemadmodum, et eius qui percutitur, unde quamuis dicatur in textu sanguis eorum aspersus est super uestimenta mea, uult innuere quod quamquam ipsi fuerint percussi, et flagellati à Deo, tamen eorum sanguis, hoc est pœna suorum peccatorum fuit aspersa super vestimēta Christi, idest super eius humanitatem, quam assumpsit, vt omnium peccata deleret: potest etiam dici quod sanguis eorum aspersus est super vestimenta Christi, quia s. de sanguine Christi dixerunt coram Pilato Matth. 26. sanguis eius super nos, & super filios nostros, & hac ratione verè dixit Christus sanguis eorum aspersus est super uestimenta mea quia non modo potest dici sanguis eorum, quia eorum opera, et ministerio ab eius corpore fuit effusus; sed quoniam ipsimet

Sanguis aspersus super indumenta Christus qualis.

A traxerunt ad se, & suam in authoritatem, & potestatem purissimum illum sanguinem: vt autem absolutius hanc rem dissoluamus sciendum plurimorum sanguinem aspersū fuisse super vestimēta Christi, & quotidie super ea aspgi. Sanguis enim bifariam accipitur, vel propriè, vel metaphoricè, propriè dicitur humor, qui per venas animaliū diffunditur quo totū corpus nutritur, metaphoricè autē sumitur multiphariam B videlicet pro progenie vt Virgilius primo Aeneidos.

Sanguis bifariam.

Troiano à sanguine Theucri.

quandoq; pro vigore ut Plautus in Bacchide. Nil moror discipulos esse iam plenisanguinis, quod verò magis attinet ad nos, sanguis aliquando sumitur pro pœna peccatoris, & sic dicit Augustinus psal. 57.

Lauabit manus suas in sanguine peccatoris; quandoque sumitur pro pec- C cato vt psal. 5. Virum sanguinum, & dolosum abhominatur Dominus, & ratio est vt inquit Augustinus. Quia peccatum, & iniquitas fit per carnem, & sanguinem, ideo sanguis appellatur peccatum, sicut locutio, quæ fit per linguam appellatur quandoque lingua Dicimus ergo si loquamur de sanguine propriè sumpto, sic sanguis Christi, idest, ab eius corpore effusus aspersus est super vestimenta eius; dici etiam po- D test sanguinem Iudæorum, vel ministrorum aspersum esse super vestimenta Christi, tum quia sanguis Christi dicitur ipsorum, quia eorum opera fusus & subtractus a corpore Christi, vel potuit aliquid sanguinis emanatum à corpore Christi infusum fuisse in vestimenta Iudeorum, & inde aspersum super vestimenta Christi, & ea inquinasse.

Aug. ps. 50

Sed hoc dictū est valde durū, & in opina- E bile. At si volumus accipere sanguinem metaphoricè. i. pro peccato, vel pæna peccati, sic dicimus sanguinem Iudeorum, & prauorum hominum, idest pœnam, quam pro suis delictis, & pro impietate, quam exercenerunt in Christū, & seruos eius fuisse aspersam super indumēta Christi, quia scilicet ob eorum blasphemias, & peccata, quæ perpetrarunt

reticorum,& infidelium plereq. sint so-
lo equatę. Deinde sequitur. *Habitabit, n. iuuenis cum virgine, & habitabũt in te filij tui, & gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus*. Dixerat im-
mediate ipse Propheta, vel Deus ꝑ Pro-
phetam; *& terra tua inhabitabitur*. dixi
mus per terrã in hoc loco non Iudęam
esse intelligendam, neque portionẽ ali-
quã vniuersæ terræ inhabitabilis, sed
vniuersum orbem terrarum, quia nulla
erit ferè pars orbis, in qua non sit ali-
qua Dei ecclesia in honorem eius nomi
nis constructa. et quis habitabit in ea?
inquit. *Habitabit enim iuuenis cum virgi-
ne, & habitabunt in te filij tui*, quæ qui-
dem sunt dicta ad insinuandum sum-
mam pacẽ, quietem & tranquillitatem
quæ futura est in ecclesia Dei post pas-
sionem Christi. nec non singularem di
lectionem, qua Christus sponsus prose-
quitur sponsam suam ecclesiam quam
sibi gloriosam exhibuit non habentem
maculam, nec rugam, aut aliquid eius-
modi, de qua scriptum est: despondi vos
vni viro virginẽ castam exhibere Chri
sto. Et reuera tanta est puritas, & sancti-
monia in pręsenti ecclesia secũdum se
accepta, ꝙ iure merito potest dici vir-
go. Vbi notandũ, & diligenter aduer-
tẽdum quod nulla potest esse maior io-
cunditas, & animi tranquillitas, quam
quod nos vniamur ipsi Deo, & fruamur
ipso velut spõso, aut sponsa suauissima:
quemadmodum & ipse diligit ecclesiã,
& quamcunq. animam piam, & deuotã
multo plus quã diligat, & gaudeat spõ-
sus super sponsam suam, hoc est quod
dicit textus. *Habitabit iuuenis cum virgi
ne*, cum ea, s. quam sibi duxerit in vxo-
rẽ. vel hoc dictum propter cohabitatio
nem, & connubium ipsius Ioseph cum
Beata Virgine, aut etiã dicamus, quòd
in ecclesia triumphante habitabit iuue
nis cum virgine, & lætabuntur in cubi
libus suis: vult etiam innuere, quòd in
ecclesia militante erit tanta puritas, &
innocẽtia vitę quòd habitabit iuuenis
cum virgine absque vlla labe peccati.
Sed moraliter crederem hoc dictum
posse intelligi de sũma integritate pu-
dicitiæ, ac mortificatione carnis, quæ
futura est apud aliquos in ecclesia Chri

Habitabit iuuenis cũ virgine quõ

A sti militante, cuius rei exemplum poni
tur de Chrisanto, & Dario *& habitabunt in te filij tui*, qui per fidem. s. ad agnitio-
nem Christi redemptoris nostri vocati
fuerint; *& gaudebit sponsus sup sponsam, & gaudebit super te Deus tuus*, q. d. Sicut
sponsus gaudet cum virgine sponsa,
gaudet cum ea, & fruitur ipsa tota) sic &
Deus se habet erga ecclesiam, & quam-
cunq. animam ei addictã, & deuotam.
Ne existimes per virginem hoc loco
B debere Sinagogam intelligi quæ erat
antiqua, & vetus, & toties corrupta: sed
ipsa ecclesia in quam transmutata est
Synagoga, intelligi debet, de qua scri-
ptum est: renouabitur vt aquila iuuen-
tus tua. & in hac terra, hoc est in ipsa
ecclesia, non solum habitabit iuuenis
cum virgine; verum vt habet in c. 2. ha-
bitabit lupus cum agno, & pardus cum
hœdo accubabit, hoc est gentilis cum
hębreo, & homines feroces cũ viribus
C mitibus, & mansuetis. Præterea subdit,
*Super muros tuos Ierusalem constitui cu-
stodes, tota die, & tota nocte in perpetuum
non tacebunt*. Hoc loco citra omnẽ con- Text. 3.
trouersiam loquitur ipse Deus per Pro-
phetam, ostendens quam maximã suę
ipsius ecclesię, & ciuitatis curam gerat,
quam construere, firmiter ędificare, mu
ris, & propugnaculis munire nõ est sa-
tis. nisi super eam constituantur custo-
des, & vigiles, qui perpetuis tempori-
D bus, & singulis ferè horis inuigilent, &
caueant, ne ingrediantur hostes: Idcir-
co Dominus alloquens ecclesiam hoc
aliud beneficium cõferre pollicetur d.
*Super muros tuos Ierusalem constitui cu-
stodes tota die, ac nocte non tacebunt, &c.*
Hi quidem custodes sunt vel angeli, seu
prædicatores, pastores, & episcopi, quo-
rum munus, & officium est tota die, &
tota nocte insistant, incumbant in lau-
dem Dei, & in repræhensionem malo-
E rum. Plurimum certe debemus istis cu
stodibus, qui vigilantes animo, atq. in
orationibus pernoctantes hostium insi-
dias diligenter explorant, anticipant
consilia malignantium depræhendunt
laqueos, eludunt tendiculas, retiacula
dissipant. machinamenta frustantur.
Ex D. Bern. serm. 76. super Cant. Vel
tota die, & tota nocte idest tam prospe-

ritatis

ritatis tempore,quàm aduersitatis,orationi,& præcibus uacare,sicut Luc.6.d. Et dominus noster pernoctabat in oratione Dei, et Lucę 18.postq̃ dixi. Oportet semper orare, & nunquam deficere ponit exemplum siue parabolam Saluator noster de muliere quadã uidua, quæ aduersus aduersarium per importunitatem sententiam obtinuit a iudice quodam moroso, qui Deum nõ timebat, neque hominem reuerabatur. Per hæc eadem verba cum inquit text. B Tota die,et tota nocte in perpetuũ non tacebunt,vult fortassis Propheta innuere nullo vnquam tempore Dominum defuturum mittere seruos suos ad prędicandum, & monendum quæ fieri debent ad honorem Dei, & salutem animarum; quemadmodũ mox diximus. & Paul monuit Episcopos,& prefectos ecclesiarum d Attendite uobis, & vniuerso gregi,in quo vos Spiritussanctus posuit Episcopos regere ecclesiã Dei, C quam acquisiuit sanguine suo: non tacebunt igitur die ac nocte, vt exequantur quod fuerat eis antea præceptum videlicet. Clama necesses quasi tuba exalta vocem tuam cap. 58. & D Paul. ad Timoth.2.c.4 Argue,obsecra,increpa in omni patientia, & doctrina. Attendite inquam, vobis quicunq huius ministerii opus sortiti estis: attendite inquam vobis, & p̃cioso deposito quod vobis creditum est. Ciuitas est,ad eius D custodiam, & concordiam intendite. Sponsa est, illius ornamento studete. oues sunt,pascuis earum intendite. Nec mirum quod meminerit etiam ipsius noctis, quoniam scribit Hier. Dominũ surrexit se de nocte ad mittendos Prophetas. & Regius Propheta. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Pol licetur ergo clementissimus Deus super muros Ierusalem ponere custodes, per quos non angeli solum,pastores, ac E doctores ecclesię ueniunt intelligendi, verum etiam leges,& mandata, quibus munitur ecclesia, & anima nostra,ne tã facile corrũpantur sensus nostri, vtque quid facere,quid euitare debeamus cognosci queat. Et præterea ciuitas hęc est munita, & protecta ineffabili Dei potentia, & angelorum custodia, vt di-

Act. 20.

A ximus sed ne quis fallatur,nõ episcopi solum, & præsbiteri tenentur uigilare, & orationi insistere, sed quicunq. peculiari Dei obsequio sunt mancipati, vt clerici, beneficiarii, & monachi. clerici, inquam, mõ sint sacris initiati,tenentur quidem oẽs hi ad psoluẽdas horas canonicas,vt per sacros canones perspicuè demonstratur:cęterum omnes qui Xp̃o nomen dederunt,tenentur saltem priuatim,orare, & laudare Deũ; quemadmodum.n. nemo est, qui non egeat gratia Dei, sic nemo est qui non debeat eum precibus interpellare gratias agere,& laudibus efferre. Sequitur deinde. *qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat,& donec ponat Ierusalem laudem in terra.* Ad hos quidem vigiles,& custodes sermonẽ conuertens idẽ ipse Deus p̃ prophetam, aut forte Esaias in p̃sona sui ipsius dicit. Vos qui reminiscimi Dñi.i. vos q̃ profitemini seruos esse Dei,& meminit se eius,ipsiusq. gloriæ & maiestatis rõnẽ hẽre, curareq. vt alij timorẽ hẽant, & non obliuiscanť opum Dei,& mãdata eius exqrant, vos inq̃,qui tales estis,q̃ in hoc munus,& opus designati estis,ne taceatis,non desistatis ab incępto,prosequimini,nõ quiescatis, et ne detis silẽtium ei,i.huic muneri,& officio,i. non permittatis vlla rõne hoc munus inter mitti;vel non detis silentium ei,hoc est ipsi Deo,nõ p̃mittatis ipsũ qescere,vel obdormire:quemadmodũ fecere primi parẽtes nr̃i,qui permiserunt Deũ quiescere,atque dormire vsq. ad meridiem, vt quem nulla laude,nullis precibus,ac suffragiis inquietarunt, quo tpe demon inuasit illos vt perpetrarent adulteriũ. Ne igitur curetis illius aures vestras p̃cibus obstrepere,donec ponat Ierusalẽ, & stabiliat, & firmiter statuat laudẽ in terra. Vel donec inuiolabiliter (qđ antea spopõdit) exequatur,& donec ponat & statuat Ierusalem laudem in terra, i. quousq. adueniat tẽpus illud,quo Ierusalem resumat, & recuperet honorẽ,& decorem suum in terra, & vbiq locorũ laudeť,& magnificetur, nec sit amplius despecta,& odio habita,& (velut dicunt Hæbrei) sufflata,vel efflata: id qđ absq. dubio verum fuit aliqñ de terrestri Ieru

 salem,

salē,& post Christi passionem perpetuo futurum est. De spirituali verò Ierusalem, hoc est de ipsa ecclesia, d. D. Hier. ex uerbis ipsius Prophetæ, tandin vos ministri,& custodes rogare debetis,do nec Ierusalem,q̄ in Iudæis contigit, in exemplū atque maledictū,in totius orbis terrarū laude verset. Nonnulli expositores autumat q̄cunq. hactenus dicta sunt in hoc capitulo ad cœlestē patriā referri,v.g. q̄d videbunt gentes,iustum tuū:vt est splendor,& Saluator;q̄d ipsi vocabitur nomen nouū:q̄d non vocabit̄ vltra derelicta:q̄d vocabitur volūtas mea in ea:q̄a complacuit dño in te: q̄d terra tua inhabitabit̄,& deniq. quod *habitabit iuuenis cum virgine*, &c. q̄d q̄dē habitabit̄ ab angelis, & electis Dei, & q̄d ibi non nubent, neq. ducent vxorem,sed erunt oēs æquales angelis Dei, et q̄d tunc gaudebit sēpiterno gaudio sponsus super sponsam, quia plena voluptate nobis infundet̄ gaudium sub-
Psal. 35. stantiale iuxta illud ps. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuę potabis eos. Quorū snīa iuxta sensum anagogicū quamq̄ possit admitti:ego tñ existimo verū,et germanum sensum horum verborum referri, & aptari ad ecclesiā præsentem figuratam,et designatam per Syon, & Ierusalem: cū itaq. maxime referret Christum ut splendorē egredi, et carnē assumere,et ecclesiam constitui,cui sustinendæ,augendæ, et per uniuersum orbem multiplicandæ necessarium esset sup muros eius custodes ponere,et tota die,et nocte excubias facere: ppea monet ipse propheta,vel Deus p prophetā, ne taceamus, nec demus silentiū nobis ipsis,neq. ipsi Deo,tanta quidē huic rei, et pdicationis, et orōnis, à q̄bus nunq̄ decet feriari,incūbit necessitas,ꝙ ter in paucis verbis idem repetit,et monet Et re vera serui,et electi Dei, et præsertim ministri ecclesiæ nunqnam debent cessare ab oratione, et prædicatione verbi Dei:primo qdem pp officiū illis iniun-
1 Cor. 9. ctū,ut Paul. 1. ad Cor. c. 9. testat̄ d. Necessitas mihi incūbit,uæ n. mihi si non euāgelizauero;deinde pp expectatum pręmiū,vt Gal. vltimo Bonū facientes non
Gal. vlt. deficiamus,tpe n. suo metemus n ō de-
ficientes. quod quidem munus diligenter obibat idem Apostolus sicut ipse ait ad Coloss. 1. Non cessamus orare pro vobis,vt impleamini agnitione volūtatis Coloss. 1.
Dei in omni sapientia,et intellectu spirituali,etc. Sequitur in textu. *Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis sua, si dedero triticum, &c.* Postea q̄ Text. 4
ex narratione rerum, siue calamitatū q̄ sæpe fuerunt inflictæ Iudæis, contexit narrationem rerū nobis necessariarū, nunc iure iurando, et infallibili verbo virtutis suę multa nobis bona pollicetur,si fecerimus quę mox nobis pcepit, vel monuit q.d. Si tu Ierusalem te correxeris,et ad meliorem frugē te reduci permiseris, vt non amplius figuris, et rebus vanis inhæreas, sed gratiā p fidē in Christum susceperis: *iurauit Dominus in dextera sua, et i brachio fortitudinis suę*, i. per Xp̄m Dñm nr̄um, & filiū suū, q̄ uere dicitur dextera, et brachiū ipsius Dei:vel per dexterā Dei intelligas omnipotētiam, et maiestatē suā,qua nihil est maius, nec nisi per seipsum pōt iurare cū nihil sit eo maius; ideirco iurauit in dextera sua;et quidnā iurauit? *Si dedero triticū* tuum *vltra cibū inimicis tuis et si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti*, vsus est prophera figura q̄ Grę ce dicitur. aposiopesis,i. reticentia. quasi dicat mihi amplius non credas, me tutò poteris abnegare, sed qui seminauerint triticū,& cōgregabūt illud in horreū,comedent:quoad lrām. Triticū vel vinū Iudæorū acceperunt quādoq. Madianitæ,et Samaritani, et laudabunt dominū,et q cōportant illud s. vinū,bibēt in atriis sanctis meis,i. in ecclesia mea, aut in cœlesti patria, vnt exponunt alii ꝙ si q̄ras,q̄n fecit Deus hoc iuramentū: dicas tunc factū fuisse, q̄n dixit Pharisæis: Auferet̄ à vobis regnū Dei,et dabitur gēti facienti fructus eius. Totus iste sermo est metaphoricus (ut facile est videre) q̄nquidē in templū non cōsueuit triticū deferri, nisi ob custodiā ad modicū tempus, neq. in tēplo cōsueuit potari uinum, sed solum in locis prophanis,vbi non tractantur sacra. Propterea ferè oēs hæc dicta intelligunt de pane, et uino sacramentali, idest de corpore, et sanguine Christi, de quibus dicebat

Christus

Ioan. 6. Christus apud Ioan. Caro mea verè est A
cibus, & sanguis meus verè est potus.
Aut etiam vult ipse Propheta hac locu-
tione metaphorica innuere quod opes, &
bona quæ afferentur, & aderunt in no-
ua ciuitate Ierusalem non erunt exposi
ta tyramnis, & raptoribus, neq. his, qui
sunt extra ecclesiam, at ijs dũtaxat, qui
per fidem, & charitatem sunt in eccle-
sia, si loqnamur de bonis spiritualibus,
& virtutibus, quamquã ea quę sunt me
rè gratuita idest gratis tãtum data, nec
gratũ, & acceptum Deo hominem ef-
ficientia, conceduntur etiam non raro
his qui sunt extrà ecclesiam; & sumpta
est metaphora à statu, & cõditione Iu-
dæorum, dum eorum bona deprædata,
ac direpta erant a Madianitis; vbi per
triticum, & vinum non solum corpus,
& sanguinẽ Christi intelligi posse exi-
stimo, sed quæcunque bona spiritua-
lia, ut dogmata fidei, sacramenta Eccle-
siæ, & summatim Sacra Scriptura quæ C
vt cor hominis confirmati vocatur tri-
ticum ex quo conficitur panis, vt uerò
lætificeat dicitur uinum diuina officia,
& prædicatio euangelii, & alia Spiritus
sancti Dona, quæ D. Paulus alicubi nu-
merat, ut donum linguarum &c. quæ
aliquando dabantur etiam Iudæis, &
propterea dicit textus. *Nequaquam vl-
trà dabo triticum tuum inimicis tuis*, adeò
quod illa dictio (vltrà) insinuat aliquando
etiam Iudæos fuisse participes, & pos- D
sessores horum bonorum. D Hyer. Sic
exponit. Nequaquam vltrà dabo triti-
cum tuum inimicis tuis, & vinum tuũ
in quo laborasti non bibent, idest labo-
rem quem hactenus sustulerunt Iudęi,
& omnia opera eorum, non amplius
erunt possessa a dęmonibus, sicut quã-
do inter Deum, & idola fluctuabant,
quo tẽpore dicebat illis Elias. Vsque-
quo claudicatis in duas partes, si Domi
nus est Deus sequimini eum, si autem E
3. Reg. 18. Baal sequimini illum 3. Reg. 18. Polli-
cetur ergo Dominus suis fidelibus, quod
si rogauerint Deum, & ei perfectè, &
sincero corde adhæserint, spiritualia
dona eis reseruata non conferentur ini
micis; eorum, neq. in escam brutorum
animalium conuertentur, & fiet illud
Matth. 23. quod Christus prædixit Iudæis Math.

23. Auferetur à uobis regnum Dei, &
dabitur genti facienti fructus eius. qui
verò possederint, laudabunt Dominũ,
& non bibent nisi in atriis sanctis eius,
hoc est in ecclesia quæ est domus Dei.
Possunt etiam hæc intelligi de cœlesti
patria, vt supra ostendimus, quod videlicet
qui rogauerint Deum, &c. & in lachri-
mis seminauerint, in gaudio metent,
& labores manuum suarum manduca-
bunt, & bibent uinum in atrijs sanctis
suis, totum hoc intelligi de pane, & vi-
no cœlesti iuxtà illud quod scriptum
est. Beatus qui manducat panem in re-
gno Christi, & Dei; & alibi dicit Salua-
tor. Amodo non bibam de hoc geni-
mine uitis, donec bibam illud nouum
in regno patris mei. Cum hactenus
Esaias, aut Deus per os eius, quam ha-
bet erga eos qui non cessabunt prædi-
care aduentum filii sui, & assiduis prę-
cibus eum interpellare, suam aperue-
rit mentem, & iuramento firmauerit,
se nunquam amplius permissurum bo
na eorum, ut alieni possideant nũc mo
net ipsos custodes ciuitatis, quam pri-
mum fieri potest, amota quacunq. mo-
ra, exeant de ciuitate, transeant per
portas eiusdem ciuitatis non per angu
stias uiarum, neque per aliqua latibula,
seu diuerticula, & præparent uiam ad-
uentanti populo, atque ipsi Principi, &
Domino planum faciant iter, quęcun-
que impedimenta amoueant, quo cur-
rus, & equites facile possint accedere,
& eligant lapides per ordinem in via
sternendos, vt immunẽ reddant a plu-
uiis superuenientibus, quibus viæ ob
lutum difficiles incessu, ac tediosè fie-
ri solent. Et postremo eleuent signum
idest uexillum regis aduenientis ad
populos, ut uerè tunc dici possit vexil-
la regis prodeunt, fulget crucis myste-
rium, hoc est quod habetur in tex. *Trã-* Text. 3.
site, transite per portas, hoc est accelera-
te, festinate, non apponite moram, *præ-
parate viam populo, planum facite iter,
& eligite lapides, & eleuate signum ad po-
pulos*. Hoc illud idem est: quod dice-
bat Ioan parate viam Domino, rectas
facite semitas eius. Hoc dictum eli-
gite lapides, existimo idem fore, ac si
*lingua vernacula diceremus (mattonate le
strade)*

strade) q. d. *eligite lapides qui* sint idonei ad sternendam uiam facilem, & planam. Sed textus LXX. Interpretum sic habet. Proiicite lapides, & hoc certe multum conuenit huic proposito, quoniam lapides solent esse plerunq. transeũtibus, vel deambulantibus magno offendiculo, vel impedimento, dũ præ-ertim fuerint incompositę, & inordinatæ. Sed iuxta proprium, & spiritualem intellectũ dicimus. hoc loco moneri custodes ciuitatis, idest præfectos, B ac Doctores ecclesiarum, & diuini verbi concionatores, vt exeant a ciuitate, idest a strepitu, & multitudine curarũ, negociorum, & actionum huius sęculi. Et transeant per portas ciuitatis, idest per veram doctrinam, per approbata, & indubitata fidei dogmata, per bonorum operum exempla, quo Dei filios, qui erant dispersi adducant in ecclesiã, & congregent in unum: in vnum scilicet populum, in unam fidẽ, & in vnam C ecclesiam. Transeant inquam per portas, idest per doctrinam traditam, & propositam a Spiritu sancto ab œcumenicis conciliis rite, & legitime coactis, a communi consensu totius ecclesiæ, & approbatione Sanctorum Patrum, non per figmenta Poetarum, nõ per lenocinia Rhetorum, aut per argutias Philosophorum, aut per sophismata, & ludibria hæreticorum: hoc est eligere lapides, & proiicere, proiicere inquam D quę secundo loco recensuimus, & eligere, quæ priori diximus. Et uere beatus, qui non respexit in uanitates, & insanias falsas. *Et praparate viam populo*. facite nos primi, vt verbo, & exemplo alios ad Christum pertrahatis, *planum facite iter*, idest non proponatis, cuique ardua, & difficilia, & quęstiones quasdam inutiles, quę nihil prosunt ad salutem; eligite rursus lapides, idest uiros probos solidos, & E stabiles, qui ad ueram Dei cognitionem, & cœlestem patriam tutum præbeant iter, et facilem aditum accomodent, quanquam arcta, et ardua sit via quæ ducit ad vitam, et pauci sint qui inueniant eam: sint denique custodes isti, et curatores animarum quales describit Apostolus 1. ad Timoth. 3. et

A ad Titum cap. 1. oportet etiam proiicere lapides ex via, hoc est amonere ab aliorum consortio viros peruicaces, inobedientes, vaniloquos, ac seductores, et incredulos, aut saltem ab eis duritiam cordis euellere lactantius lib. 6. capitulo tertio, duas esse vias asseris, per quas humanam vitam progredi necesse est; vna quæ in cœlũ ferat, et hæc a principio est difficilis, et ardua. postmodum uerò dulcis, et amœna. Et latissima altera, quæ ad inferos deprimit, quę quidem primo est amœna, et maximè trita; deinceps vero sentibus obducta. gurgitibus intercisa, torrentibus rapida, vt laborare, labi, et cadere necesse sit sic docuit Xp̃s apud Matth. D. Paul. ex his q proiecerunt lapides de eccl'a vnus fuit, et quidẽ præcipuus, qñquidem Iudæos, qui persistebant in figuris, et enigmatibus confundebat, et aduersus eos conualescebat, legis vmbras amouere, et solidam ueritatem sedulo commostrare intendens; cum dicebat. Dico uobis q si circuncidamini Christus, nihil uobis proderit; et gentiles pariter docuit; et reprehendit cum dixit. Dies obseruatis, et menses, et tempora, et annos. Timeo uobis, ne frustra laborauerim in nobis. D. etiam Augustinus, cuius hodie festum recolimus, proiecit lapides ab ecclesia cum Donatistas, Arrianos, Pelagianos, ac Manichæos confudit; et prostrauit in horum albo, tanquam primates recensendus est D. Hier. et D. Amb. et plerique alii Doctores, et sancti, tum veteres, tum moderni, quos recensere nimis profectò longum esset. Cum ergo hęc feceritis, *eleuate signum*, idest uexillũ, et insignia Christi nostri redemptoris, et ostendite illa, et patefacite cunctis populis loquitur enim hic propheta iuxta consuetudinem artis militaris. quandoquidem adueniente rege, et duce exercitus erigere, et in altum tollere signum, quo prospiciatur ab omnibus: constat n. Christum esse regem, & principem nostrum: idcirco quicunque credunt in eum, ceu militiæ eius ascripti, spiritualiter dẽnt ea præstare quę huius mundi principum milites, & serui consueuerunt, Eleuato signo, & peracta

Pau. Gal. 5.

De excellētia, & magnitudine huius significationis spiritualis cōsideratio habetur in fine huius operis.

acta fidei professione, statim, non multo post tēpore, *Dominus fecit auditum in extremis terra*, sub his verbis. *Dicite filiæ Syon. Ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.* Fecit inquàm auditum, i. denūciari, & publicari, fecit hoc bonum verbū, hunc iocundum, & suaue, optatumq. nunciū, nō in Iudæa solum, sed in extremis terræ finibus, vt beneficium creatoris totus mundus intelligeret, nec gens vlla esset tam lōginqua, & remota à finibus B nostris, in qua non fuerit auditum hoc verbum, id quod certè diuinæ bonitati congruebat, quippe quæ omnes cōplectitur, & nullum respuit, cum non Iudæorum tantum, sed etiam gētium sit Dominus, creator & rector, vt plusquā millies diximus, & quid istud est quod audiri fecit, & pdicari in extremis terræ? hoc profectò quod sequitur. *Dicite filiæ Syon, ecce Saluator tuus venit.* Si hoc verbum, & hic nuncius debuit denun- C ciari, & publicari cunctis gentibus, cur speciatim dicit. Dicite filiæ Syon? Dicendum filiam Syon hoc loco fortassis quæ ex Israelitis conficitur vocari ecclesiam uelut eam, cui primum fuerit facta hæc promissio; aut potius intelligi voluit vniuersam ecclesiam ex Iudæis, & gentibus cōstitutam quæ non iniuria vocatur filia Syon, quia ex ea domo, vel ciuitate, aut familia prodiere, qui primum crediderunt, & gētium D ecclesia mistice dicta est filia Syon, cū ab illis primum fuerit constituta, qui prodirant ex Syon secundum carnem. *Dicite ergo filiæ Syon* Quidnam? *Ecce Saluator tuus* venit, non solum in hunc mundum carnem suscipiens, & serui formam suscipere non erubescens, sed venit etiam tanquam triumphator hostibus deuictis, & profligatis, dans nobis salutem, & iustitiam, & cum primis veram, & sinceram ueri Dei cognitio- E nem: sic enim dixit ipse apud Ioan. In hunc mundum ueni, & ad hoc missus sum ut testimonium perhibeam veritati, & alibi ego ueni, vt vitam habeāt, & abundantius habeant. Dicit ergo. Ecce Saluator tuus venit, ecce inquàm non longe abest, præsens est, iam adest, qui antea uenturus expectabatur, pōt

Ioan. 10.

A ergo firmiter, & absolutè dici, ac significari Saluatorem aduenisse. Hoc nouit Zacharias cum dixit Nūc dimitis seruum tuum Domine secūdum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Hoc vidit Ioannes Baptista cum dixit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hoc uidit, & cognouit numerosus ille populus satiatus ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus, qui cū vidissent, quod B fecerat Iesus signum dicebant. Quia hic est uere Propheta, qui vēturus est in mundum. Cognouerunt, & viderunt & Samaritani, qui mulieri illi dicebant. Non propter tuam loquelā credimus, ipse enim audiuimus, et scimus quia hic est uere Saluator mundi. quid vltrà? *Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo*; Merces inquam, & præmium omnium, quos per trigintatres annos est passus laborum, prędicando, C sanando, miracula operando, imbecillitatem, & infirmitatem suorum sustinēdo, iniurias multas, & contumelias ad mortem vsque ipsam perferendo, quod quidem pręmium, & merces fuit exaltatio, et gaudium de salute gētiū, quas acquisiuit sanguine suo, et suam in hæreditatem, & possessionem asciuit; ipse quidem est merces nostra, & non oportet aliunde exepctare pręmium nostrum; & plurimum est auarus cui non D sufficit ipse Deus: dicitur ista merces esse cum eo, quia non extra illum nec longe ab illo; non quidem extra, sed intra semetipsum habet redemptionis tuę pręcium, non aliud quidem quam sanguinem suum: Item opus illud quo te redemit nō longe, sed coram eo est: cum primum.n. te redemerit sanguinis sui pręcio, dabit tibi Spiritum sāctum, spiritum vitę, & salutis, quem accipient quotquot in eū crediderint. Aliqui vo- E lūt pro eodē accipi hoc loco mercedē, & opus, q.d. merces eius cum eo, i. opus ratione cuius aliquid meretur est corā illo, idest non aliunde petēdum est, sed ipsemet merces, & præmium est D. Cyrillus sic exponit. Merces eius cum eo est, scilicet potestatē habet mercedem conferendi omnibus in eum credentibus, & inspiciendi, qui modus cuique, & quod

Luc. 2.

Merces eius cum eo, & opus eius coram illo.

quod opus sit tribuendum; qm respicit A Dominus vias hominis, & omnes gressus eius considerat, & vnicuique reddit secundum suum laborem; nam in domo patris mei (inquit Christus) mansiones multæ sunt, Ego autem simpliciter, & pure interpretarer hęc verba. *Ecce merces eius cum eo*. q. d Saluator noster uenit redditurus vnicuique mercedem laborum suorum, quæ merces

Psal. 83. est cum eo, q.d. ab eo expectanda est, & non aliunde requirenda, quia gratiam, B & gloriam dabit Dominus, et non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia, *& merces eius cum eo*, idest premium quod ei ob suam passionē competebat, videlicet, hæreditas, & possessio vniuersæ terræ fuit cū eo, idest non multo post eius passionem, & opus eius corā illo, quia (vt diximus) non procul ab eo, nec pręter eum, aut extrà ipsum, quia oblatus est quia voluit, & seipsum exinaniuit formam serui accipiēs: De- C inde sequitur *Et vocabunt eos*, qui s. fuerint asciti ad ipsum, et ascripti militiæ ipsius, vocabunt inquam hoc nomine, *populus sanctus redempti à Domino*. Ipse enim redemit eos de manu inimici, & de regionibus congregauit eos.

Psal. 105. ps. 105. Apostoli quidem, et eorum successores, & quicunq. sincero corde crediderint in Christum, filii dei vocabuntur. Aliqui sic exponunt. Redempti a Domino, hoc est fideles, et Apostoli uo- D cabunt eos, qui susceperint Saluatorē, populum sanctum, & dilectū: *tu autem o ciuitas sancta*, ò benedicta Ecclesia dilecta, & vnica filii Dei sponsa, non iu Ierusalem terrena, tu inquam fidelium vnio, et congregatio vocaberis *ciuitas quæsita, & non derelicta*, quemadmodū vocabatur Ierusalem terrena: eris inquam quęsita, quia omnes te inuisere, tecum habitare, apud te negociari, & suas omnes actiones exercere, et tandem vicini, et domestici tui fieri perpetuo curabunt, et requirent: quemadmodum nostro hoc sęculo apud homines terrenos vrbs Roma dicitur ciuitas quæsita ad quam plerią. omnes se conferre, et ibidem immorari cupiunt, et quęrunt. Sic itaque eris quęsita, et non derelicta, neq. odio habita; Nec mireris hoc in loco ecclesiam sanctā nunc spōsā, nūc ciuitatem appellari, et quādoq. et ouis appellatur: ciuitas enim appellatur propter collectionē fidelium. Sponsa propter dilectionem; et ouis nuncupatur propter mansuetudinem. Quòd ciuitas appelletur pariter et sponsa Vide Apoc. 21. vidi ciuitatem sanctā Hierusalem. tanquam sponsam ornatam viro suo. sic etiam vocatur ouis cum Christus eam commendans Petro dixit. Pasce oues meas. Ioan. 21.

Et hęc de cap. LXII. Esaiæ Prophetę dicta sint satis.

CAPVT

CAPVT LXIII.

QVIS est iste, qui venit de Edom, tinctis uestibus 1.
de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens
in multitudine fortitudinis suæ: ego, qui loquor 2.
iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.
Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & 3.
uestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui 4.
solus, & de gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore
meo, & conculcaui eos in via mea: & aspersus est sanguis eo-
rum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquina-
ui. Dies enim vltionis in corde meo annus redemptionis mea 5.
venit. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non
fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indi-
gnatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in
furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in
terram virtutem eorum. Miserationum Domini recordabor, 6.
laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus,
& super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est
eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem
misericordiarum suarum. Et dixit: Verumtamen populus meus 7.
est, filij non negantes: & factus est eis Saluator. In omni tribu-
latione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit
eos; in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, &
portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus sæculi, Ipsi autem 8.
ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti
eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos.
& recordatus est dierum sæculi Moysi, & populi sui: Vbi est qui 9.
eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui po-
suit in medio eius spiritum sancti sui? Qui eduxit ad dexte-
ram Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos,
vt faceret sibi nomen sempiternum: Qui eduxit eos per abys-
sos, quasi equm in deserto non impingentem. Quasi animal in
campo descendens, spiritus Domini ductor eius fuit: sic addu-
xisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ Attende de 10.
cælo, & vide de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ: vbi est ze-
lus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & mi-
serationum tuarum? super me continuerunt se, Tu enim pater 11.

noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos: tu domine pater noster, redemptor noster, a saculo nomen tuum.

12\. Quare *errare nos fecisti Domine de vijs tuis: indurasti cor nostrum ne timeremus te? conuertere propter seruos tuos, tribus hareditatis tua. Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuam. Facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.*

EXPLANATIO IN SEXAGESIMVM TERTIVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Q*Vis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis sua, &c.*

IN hoc cap. videtur Esaias instar sapientissimi vatis, & poetæ venustissimi instruere dialogum quendam faustissimum, & iucundissimum, in quo citrà omnem controuersiam describitur Christus filius Dei tanquam vnus, & præcipuus interlocutor. Qui verò sint alii cum quibus alloquatur, non satis constat. Quidam.n. volunt Prophetam referre ipsosmet Iudæos, qui cum vidissent gentes tam facile, & cito ad Christum accedentes, magnopere sunt admirati d. *Quis est iste, qui venit de Edom, &c.* Edom nanq. erat in terra gentium. Alii volunt prophetam hic induere personas, & choros angelorum, qui cum viderent Christum velut principem, ac triumphatorem cęlum ingredi, & ipsi mirabantur dicentes, *Quis est iste, qui venit de Edō,* quemadmodum etiam Regius Propheta attestatur ipsos aliquando quæsituros, d. *Quis est iste rex gloria?* dum illi iuberentur, vt attollerent portas, & eas eleuarent quoniam ingressurus erat Rex

A gloriæ. Nunquid autem omnes angeli præsciuissent Christum sic regnaturum, vel non æqualiter omnes, non est hoc loco perquirendum: sed sat erit videre. D. Tho. supra hunc textum. Sunt postea quidam alii exponentes, qui existimant, hac percūctatione Prophetam indui animas eorum Patrum, qui in Limbo detinebantur, qui cum viderent Christum sanguine cruentatum ad eos liberandos, ac redimendos accedentem

B interrogabant, *Quis est iste, qui venit de Edom? &c.* De quo singulari beneficio canit ecclesia dicens. Inferni claustra penetrans tuos captiuos redimens victor triumpho nobili ad dexteram patris residens. Denique sunt quidam qui existimant hęc verba pronuncianda fore tempore Antichristi, quando scilicet fuerit deiectus, & deturbatus ante diē iudicii per Christum Dominum ab his qui tunc aderunt, qui omnes cum uide-

C rint, quod Christus Dominus tamquā bellator fortis, ac triumphator deiecerit Antichristum, qui videbatur maxime potēs maxima quidē admiratione, & veneratione rogabunt dicentes, *Quis est iste, qui venit de Edom?* Quamquam

omnes

omnes iste expositioues sint præstantis
simorum hominum, neque meo indi-
cio sint vlla ratione inprobãdę, nel reij
ciendæ, ego tamen existimarem posse
diei ipsum Prophetam spiritu affla-
tum, aut plenæ imbutum prædicere
Christi passionem, & suam in cœlum
Ascensionem, & tanquam rem maximè
admirandam, & supra omnium fidẽ ex-
tollendam, sub hac forma verborum,
& ratione dicendi voluit eam prædice-
re, & præmonstrare, neqne erat necesse,
vt reor, vt indueret personam angelo-
rum, aut quorumuis aliorum, sed ipse-
met, vt diximus, veluti Spiritu imbu-
tus, ac instructus voluit pdicere quæ-
cumq. in hac Christi passione uideban-
tur admiranda. Dicit ergo. *Quis est
iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de
Bosra*: Iste formosus in stola sua gradiẽs
in multitudine fortitudinis suæ; con-
uenienter quidem hoc loco prorumpit
Esaias in hanc admirationẽ uel ex per-
sona sui ipsius, nel aliorum, cum in cal-
ce textus præcedentis prædixerit Deũ
iam uenisse, & præcepisse, debere dici
filias Syon, & manifestari eum iam ad-
uenisse, nec poterat diei eundem ad nos
accessisse regnaturum, et imperaturũ,
nisi posteaquam fuerat passus, et resur-
rexerat. Idcirco nunc Propheta tamq;
uidens eum ceù triumphatorem ueni-
re, magna cum admiratione, et stupore
percunctatur dicẽs, quis est iste, qui ue-
nit de Edom? tinctis uestibus de Bosra?
Constat enim ex omnium scriptorum
sententia Edom, & Bosra esse loca seù
regiones barbarorum, ut Moabitarum,
et Idumęorum, ex quibus non est cre-
Matth. 20. dibile, neque ex vllis scripturis apparet
Christum Dominum nostrum recessis-
se, nec umquam in eas regiones eũdem
accessisse, quare Edõ, & Bosra non sunt
hoc loco capienda, vt dictiones [illegible]e desi
gnant, sed potius per Idumæos & Moa-
bitas, uel per Edom, & Bosra intelligẽ-
da sunt omnia ea loca, quę maximè ad-
uersabantur Iudęis, sed multo uerius,
& conuenientius capienda sunt pro si-
gnificato illorum omnium siue sint Iu-
dæi, siue gentiles, & quicumq. alii, qui
moribus, & consuetudinibus fuerint si-
miles Idumæis, & Moabitis, hoc est fe-

A ris, & sęuis hominibus nullam humani-
tatis, et urbanitatis speciem, et formam
pręseferentes: quemadmodum, et apud
nos; et apud quascumque nationes v-
su venit, ut si qui fuerint immanes, in
urbani, et prauis moribus referti, et op-
pleti, dicimus eos esse Turcas, Agare-
nos, Scocchos, et longè peius quam be-
stias, ut Leones, et ursos Sic etiã si fue-
rit aliqua ciuitas in qua frequenter ho-
micidia, furta, et eiusmodi flagitiorum
B genera perpetrentur ita ut nulla habea
tur ratio affinitatis, aut parentelæ, dici-
mus illam Ciuitatem esse barbaram,
fetam, et truculentam hunc in mo-
dum dicitur Christus dominus ueniens
ab Ierusalem sanguine madens, et
cruentus, siue cruentatus uenisse de
Edom, et de Bosra, hoc est de loco ual-
de consimili Edom, et Bosra. Quotus. n.
quisq. fuerit, qui ignoret Christum Do-
minum eum ascẽderit Hyerosolimam
C traditum fuisse à Principibus Sacerdo-
tum, et Scribis ad illudendum, flagel-
landum, et crucifigendum. Nonne sic
dicitur ascendisse Edom, et Idumæam;
et inde recessisse tinctis uestib⁹ de Bos-
ra? hoc est de peruersa, et impia Iudęo-
rum regione, quiquidẽ hominibus fe-
ris, et indomitis longe deteriores fue-
rant; Et ne quis uidens eum sanguine
cruentum existimaret fore hominem
deturpatũ, horridum, & ignominia ple-
D num, subdit propheta, d. iste, qui sic ui-
detr esse deturpatus, tinctis uestibus in
stola sua gradiens in multitudine forti
tudinis suę, gradiens inquam, i. maiesta
tem suam demõstrans in incessu, statu,
et in cunctis motibus suis, quippe qui
gradiebatur cum pompa, et fastu uelut
conscius suæ dignitatis, formosus inq;
in stola sua, quę quidem dicitur fuisse
stola glorię, amauit quippe eum Domi
nus, et ornauit eum, et stola gloriæ in-
E duit eũ, dicitur formosus, quia dicitur
splendor glorię, et figura substantiæ
rõne dr̃ esse formosus Xp̃us dr̃ formo-
sus rõne qua Deus, rõne qua hõ splẽdo
re diuinitatis. Dr̃ ẽt formosus, qua hõ,
ut p̃s 44. Speciosus forma pre filiis ho- *Psal. 44.*
minũ; dr̃ quoq. formosus ratione diuer-
sarum uirtutum, ut canticorum 5. dile- *Cantic. 5.*
ctus meus candidus, et rubicundus in-
ter

ter ubera mea commorabitur, sed certè videtur in contextu horũ verborum nonnulla obscuritas apparere, quandoquidem prius describitur ipse Christus, tinctis vestibus, & postmodũ dicit ipsũ esse formosum in stola sua, & gradientẽ in multitudine fortitudinis suæ: sed ista obscuritas paruo negocio tollitur quãdoquidem sanguinis aspersio, siue tinctura non deformitatem ei tribuit; sed maximum decorem, & quanquam velut de formis apparuerit, & tamq̃ nouissimus omnium virorum dum spateretur fuit tamen valde formosus post resurrectionem, neque tunc solum dum resurrexit progressus est in multitudine fortitudinis suæ, verũ etiam dum stola humanitatis fuit indutus erat gradiens in multitudine fortitudinis suæ, hoc est velut magnus, & potens, & omnia sibi subiciens. Sequitur textus. *Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum, &c.* Hoc capitulum quemadmodum diximus à principio habet speciem, & formam Dialogi, in quo vel angeli, vel dæmones, vt refert Arbanasius, aut Iudæi, vel ut nos diximus ipsemet Propheta sermonem habet, aut colloquium vna cum Christo Domino, qui cum fuerit ab eo quæsitus, & interrogatus quis nam esset, & cognito, ac manifestato eum esse formosum in stola sua, & virum gradientem, & incedentẽ grauiter, & cum maiestate præseferentem virtutem & potentiam suam, haud vulgarem, & exiguam, nunc ipse respondet, & inquit *ego qui loquor iustitiam*, quem me, vos rogo, esse putatis? Nunquid me virum pauperem, & imbellẽ, ac indecorum putatis? quamuis tinctis vestibus, & cruentatus appaream? plurimum quidem vos fallit opinio ego inquàm sum, qui loquor iustitiam, qui nihil magis cupio atque perspicio, quàm loqui, & docere, atque etiam præcipere quod iustũ est. D. Hieronymus vult hoc loco prophetam loqui de iustitia distributiua qua s. est paratus reddere vnicuique, quod suum est, idest bonis bona, & malis mala. Quidam moderni, vt Frãciscus Forerius vult hoc loco accipi iustitiam pro veritate, quemadmodum, & veritas quandoque in sacris literis pro

Text. 2.

D. Hyeron.

A iustitia sumitur, vt facere iustitiam nihil penè sit aliud, quam explere, & complere quod promissum est. Cyrillus Alexandrinus, per loqui iustitiam hoc loco intelligit prędicationem Euangelii, quo vera iustitia prædicatur, & nobis annunciatur; sed præcisius, loqui iustitiam dicunt aliqui nihil est aliud quam iustificare, vel iustificari; sed reuera aliud est loqui iustitiam, aliud est facere iustitiam, seu facere quod iustũ est, vnde sic
B aliqui exponunt. Ego sum qui loquor iustitiam, idest qui doceo qua ratione, & qua via potest hõ iustificari, & hoc est super quo totus insisto, & perpetuo inuigilo, & laboro: dicit etiam, & propugnator sum ad saluandum. Aliqui textus habent, multus sum ad saluandum, quibus verbis innuitur immensa Dei bonitas, & clementia qua longè propensior est Deus ad saluandũ, & condonandũ; q̃ ad condemnandum, sed persistentes in
C textu vulgato, dicimus Deum esse propugnatorem ad saluandum, vt qui oẽm suam vim, & authoritatem exerceat, & monstret in saluandis omnibus, & quãquam exerceat quoque iudicium, & iustitiam in omnes, misericordia tamen superexaltat iudicium. Explicato, & detecto eo, qui tinctis vestibus de Bosra gradiebat in multitudine fortitudinis suæ, & cognita eius virtute, magnitudine, & officio rursus interrogatur à Pro-
D pheta, vel ab his quorum personam induit hoc loco Propheta, & inquit. *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* hic iam nobis facile patere potest, cur dictus fuerit Christus apparere tinctis vestibus de Bosra quandoquidem Bosra latine rubrũ dicitur, quod perinde est, ac si diceretur quis est iste, qui venit tinctis uestibus rubris seu rubricatis, quẽadmodum etiam dicebat Saluator per
E ipsum Prophetam Regium; Quis deducet me in ciuitatem munitam, quis deducet me in Idumęam, vbi per ciuitatem munitam volunt intelligi, iuxtà nominis interpretationem Bosra, aut verius ciuitatem Hyerusalem, ex qua processit Saluator, dum trahebatur ad crucem: per Idumæam volunt intelligi ipsum Edom à quo dicta est Idumæa;

Bosra

Cyrillus.

Bosra grege latine rubr.

Psal. 107. Quid per Idumeã, et ciuitatẽ munitam.

ac Moabitarum: hæ ergo duæ natio nes seu populi videlicet Idumæi, & Moabitæ, qui erant maxime infensi po puli Iudeorum, & perpetui hostes vni us, & veri Dei, præfigurabāt, & præsigna bant quicumq; erant persecutores, & ini mici Christi Domini nostri, quippe qui crucifixerunt eum: dum ergo quæritur quare rubrum est indumētum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in tor culari, voluit innuere Christū iam fuis se flagella, & alia tormētorū genera in sua carne perpessū Cum verò subdūt, & vestimenta tua sicut calcantiū in tor culari, voluit innuere ipsum vsq; adeò flagris, verberibus, & deniq: clauis af flictum, & sauciatum, vt vestimenta sua fuerint velut eorum, qui premunt vuas in torculari; neq: quis miretur eius indu menta ita fore maculata, quoniam pa

Gen. 49. triarcha Iacob hoc ipsum prædixit de Christo Messia Gen. 49. d. ligans ad vi neam pullum suum, & ad vitem asinam suam lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. propterea admiratus Esaias. d. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari. Tincta quidem sanguine indumenta appare bant, & tamquam musto colorata rubo re, atque ideò non erat irrationabilis hæc eorum percunctatio, sed vide quid huic tam magnificę percunctationi res pondeat ipse Christus inquit enim *torcu*

Text. 4. *ar calcaui solus, & gentibus non est vir mecum* q. d. ne miremini vestimēta mea sint sordida & musto coinquinata, quia ego solus calcaui torcular, solus ego pugnaui, solus ego labores arduos, ac difficiles substinui, & gentes incredu las, ac rebelles in mei obsequnium viri liter adduxi, sic propemodum egit Do minus cum gentibus omnino incultis, & à Deo vino, & vero prorsus alienis quemadmodum qui calcat vuas in tor culari, vbi, dubio procul omnem su am vim, & virtutem exerit, quo ex vuis omnem succum exprimat, & iucun dum, ac suaue vinum inde conficiatur, & quemadmodum aliqui dicunt longe maior est victoria cogere quempiam ad deponenda vitia, quibus fuit aliquan do vehementer addictus, & assuetus,

A quā exercitū vt cūq; magnū, & copiosū euinceret, ac superare. quia animus Tor cular etiā solus ipse calcauit quia non passio animū, sed animus passione su parauit. Sed ne quis fallatur aduerte, q torcular appellatur totalla machina, qua vinitores utūtur ad exprimēdū ex vuis vinum, & ex oleis oleum: prælum dicitur ea trabs qua vuæ exprimun tur, lacus autem, siue loculus concrue appellatur illud vas, seu conca in quam

B defluit mustum, & vuæ detinentur, nós autem vulgo ea vocamus canalia hæc ex D. Augustino super psal. 80. vbi di cit in torculari tria reperiri videlicet ta cum, prælum, & piscinam, & hæc tria significant conculeationem, tribulatio nem, & pondus peccatorum, vide etiā ipsum Aug. super psal. 8. & hom. 11. su pra Apoc. sed communiter nomen tor cularis solet accipi pro illo instrumen to, quo vuæ calcantur quandoquidem

August. super psal. 80.

August. ps. 8. hom. & 11. Apoc.

C non torcular, sed vuæ premi, & calca ri dicuntur, vnde glosa. d. hoc loco pro phetam accepisse continens, pro con tento. Rubertus Abbas d. quod intor culari, vnde sumpta est hæc metaphora seu similitudo aliud est quod calcatur, aliud est qui calcat: at in passione quam pertulit ipse christus pro cunctis pecca toribus idem fuit qui calcat, & qui cal catur, calcauit enim ipse Christus suum ipsius corpus, quippe qui se ipsum tra

D didit pro nobis, & calcatus est tamquā botrus vuę, qui sub prelum crucis de de sui corporis acino vinum expressit, idest sanctissimum eius spiritum emi sit. Torcular etiam dicitur ipse idem calcasse, quia veluti in torculari relictis acinis vinum solum iam expressum su mitur, sic in passione sua bonos redi mendo, secum assumpsit, malos verò iustè iudicando reliquit. Propterea di xit torcular calcaui solus, quia solus

E ipse per crucem, & passionem suam substulit peccatum, mortem, & Dia bolum. Alii similitudinem istam de ve stimentis Christi comparatis calcanti bus in torculari, exquo exprimitur ui num trahunt ad sacramentum corpo ris, & sanguinis Domini propter ea uerba quę leguntur Gen. 49. lauabit in uino stolam suam, Et in sanguine uile *Gen. 49.*

P pallium

nia eius indumenta inquinauerit? Si A per eos, qui fuere conculcati intelligamus Demonem, et mortem, et cætera huiusmodi spiritualiter sumpta, certum est in eis sanguinem non reperiri, et profecto sanguis proprie dictus non reperitur in Angelis ac Demonibus, sed neq; etiam in morte, sed causaliter, et effectiue potest vtique reperiri tum quia Demones quandoque sunt causa, ut sanguis emittatur ab aliquo viro insolēte, vel homicida, vel qa B sanguis communiter solet accipi pro peccato, vt illud viri sanguinum, et dolosi non dimidiabunt dies suos, sic potest dici quandoque Demonem emisisse sanguinem, idest causam fuisse peccati, uel occasionem, & cum sanguis aliquando accipiatur pro peccato tuto dici potest sanguinem aspersum fuisse super indumenta Christi, quia scilicet hominum peccata, siue suggestu diabo li, siue propria voluntate perpetrata C passionis, et mortis Christi dicitur fuisse aspersus super eius indumenta; Nec videatur alicui mirum sanguinem peccatorum fuisse aspersum super uestimenta Christi, et inquinasse indumenta eius, quoniam frequenter usu uenit in magnis congressibus, et concertationibus ubi alter in alterum insiliat, et aggrediatur ut sanguine occisi, siue percussi coinquinetur indumenta percutientis, quemadmodum, et eius qui percu- D titur, unde quamuis dicatur in textu sanguis eorum aspersus est super uestimenta mea, uolt innuere quod quamquam ipsi fuerint percussi, et flagellati à Deo, tamen eorum sanguis, hoc est pœna suorum peccatorum fuit aspersa super vestimēta Christi, idest super eius humanitatem, quem assumpsit, vt omnium peccata deleret: potest etiam dici quod sanguis eorum aspersus est super vestimenta Christi, quia s. de sanguine E Christi dixerunt coram Pilato Matth. 26. sanguis eius super nos, & super filios nostros, & hac ratione verè dixit Christus sanguis eorum aspersus est super uestimenta mea quia non modo potest dici sanguis eorum, quia eorum opera, et ministerio ab eius corpore fuit effusus; sed quoniam ipsimet traxerunt ad se, & suam in authoritatem, & potestatem purissimum illum sanguinem; vt autem absolutius hanc rem dissoluamus sciendum plurimorum sanguinem aspersū fuisse super vestimēta Christi, & quotidie super ea aspergi. Sanguis enim bifariam accipitur, vel proprie, vel metaphorice, proprie dicitur humor, qui per venas animaliū diffunditur quo totū corpus nutritur, metaphorice autē sumitur multiphariam videlicet pro progenie vt Virgilius primo Aeneidos.

Troiano à sanguine Theucri.

quandoq; pro vigore ut Plautus in Bacchide. Nil moror discipulos esse tam plenisanguinis, quod verò magis attinet ad nos, sanguis aliquando sumitur pro pœna peccatoris, & sic dicit Augustinus psal. 57.

Lauabit manus suas in sanguine peccatoris; quandoque sumitur pro peccato vt psal. 5. Virum sanguinum, & dolosum abhominatur Dominus, & ratio est vt inquit Augustinus. Quia peccatum, & iniquitas fit per carnem, & sanguinem, ideo sanguis appellatur peccatum, sicut locutio, quæ fit per linguam appellatur quandoque lingua. Dicimus ergo si loquamur de sanguine propriè sumpto, sic sanguis Christi, idest, ab eius corpore effusus aspersus est super vestimenta eius; dici etiam potest sanguinem Iudæorum, vel ministrorum aspersum esse super vestimenta Christi, tum quia sanguis Christi dicitur ipsorum, quia eorum opera fusus & subtractus a corpore Christi, vel potuit aliquid sanguinis emanatum à corpore Christi infusum fuisse in vestimenta Iudeorum, & inde aspersum super vestimenta Christi, & ea inquinasse.

Sed hoc dictū est valde durū, & inopinabile. At si volumus accipere sanguinem methaphoricè. i. pro peccato, vel pœna peccati, sic dicimus sanguinem Iudæorum, & prauorum hominum, idest pœnam, quam pro suis delictis, & pro impietate, quam exercuerunt in Christū, & seruos eius fuisse aspersam super indumēta Christi, quia scilicet ob eorum blasphemias, & peccata, quæ perpetrarunt

Sanguis aspersus super indumenta Christus qualis.

Sanguis bifariam.

Aug. sp. 57

crarunt in Christum filium Dei videbatur Christus infamis, probrus, & ignominiosus, vt de eo dixit Zacharias qđ erat indutus uestibus sordidis; sed illę vestes, vt inquit Hieronymus non erãt proprie, & peculiares eius, sed erant superuestes. Si verò accipiatur sanguis pro sanguine martyrum, & eorum, qui post peccatũ conuersi sunt ad Christum, nulli dubium eorũ sanguinem, i. eorũ pęnas, & supplicia aspersa fore super vestimenta Christi, quia sanguis eorum fuit effusus propter Christum, & propter fidem, & nominis sui confessionem. Quin, & peccata eorum, qui quandoque offenderunt Deũ, & postea eos penituit, aspersa fuerunt super indumẽta Christi, quia pœnas pro his peccatis ille sustinuit super lignum crucis: Scriptum est. n. quod ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Sed forte diceres si peccata martyrum, & beatorũ redundarunt in vestimenta Christi quomodo potuerũt ea inquinare? cum sanguis eorum fuerit innoxius, & ꝑ Christi nominę effusus? Dici potest quod revera sanguis martyrum non inquinauit, neque polluit corpus Christi, neque vestimenta eius: sed habita ratione ad sanctitatem, & puritatem corporis Iesu Christi potest dici, ea inquinasse, quando eorum sanguis non erat adeo purus, ac nitidus uelut sanguis Christi, cum neque angeli sint omnino mundi in conspectu Dei, sic itaque pro resolutione potest dici, quod neque sanguis dæmonũ, neque sanguis prauorum hominum, & præsertim Iudæorum, potuit aspergi super indumenta Christi, idest supra humanitatẽ eius, quæ quidem dicitur esse indumentum diuinitatis, nisi detrahendo, blasphemando, irridendo, & subsannãdo, & varia tormentorum genera in eius sanctissimum corpus infligendo, & quoniam in hoc eodem loco dicitur indumenta Christi esse tincta sanguine, & musto, dicit D. Tho. nullum esse in conueniens eandem vestem, ex vna parte sanguine fore maculatã, & rubricatam, ex alia uero parte musto inquinatam, aut dicendum in illis partibus frequẽtius reperiri vinum rubrũ

Zach. c. 3.

A instar sanguinis, & sic poterat existimari sanguinem illum esse vinum; sed hęc sunt ridicula, verũ, quia dicta sunt metaphorice, possunt admitti, vt per hæc verba ostendatur. Iudæos ita esse calcatos, & oppressos ob eorum peccatũ, quemadmodum vuę pręmuntur in torculari. aut per mustum, quo vestimenta illa uidebantur esse in quinta subintelligas in mysterio sanguinem, qui nobis propinatur in sacramento sub specie vi-
B ni, quandoquidem ex latere Christi posito in torculari crucis emanauit sanguis, & aqua, sanguis ad redimendum genus humanum quod vt dicit Petrus prima. non corruptibilibus, auro, & argento redempti estis, sed precioso sanguine Xp̃i agni immaculati: aqua, ad emundandum vt ps. 77. eduxit aquam de petra; emisit oleum ad sanandum, & mel ad consolandum Deuter. 32 vt suggeret mel de petra, oleumq. de saxo
C durissimo, postremo protulit vinũ ad confortandum, & lætificandum vt Prouer. 3. vino torcularia redundabunt, & hoc est quod lætificat cor hominis.

Psal. 77.

Deinde sequitur. Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis mea venit, videtur in hac parte repetere in personã Domini, quod supra iam dixit ipsemet Esaias cap. 59. & quasi per ordinem res vt contigerunt enarrare, neq. id fore superfluum quisquam arbitretur, quo-
D niam res tanti ponderis, & momẽti debent in corde figi, & ita forciter imprimi, vt præ oculis semper habeantẽ. Dicit ergo Deus. Dies vltionis in corde meo. Annus retributionis meæ uenit. Sed aliqui textus nuper correcti habẽt. *Annus redemptionis mea venit.* & sic debet legi: supra etiam dixit c. 61. Spiritus Domini super me, vt prædicarẽ annum placabilẽ domino, & diẽ vltionis Deo nostro; *venit* enim dies iste ultionis in
E corde meo dicit Christus, annus redemptionis meæ venit, q. d. tempus quo ego decreui, & in mente mea constitui uindictam sumere de inimicis meis, & de hostibus humani generis in corde meo q. d. ibi fixus est, nõ obliuiscar eius, scio quid sim facturus, & tẽpus expecto, quo id facere iam ab æterno statueram. Alii dicunt. Dies vltionis, in corde meo,

Text. 5.

non

non est nomis aliis, quia de die illa, & hora nemo scit nisi solus Pater, volunt .n. diem istum esse diē illū, quo iudicatu rus est orbem terrarum. D. Cyrilius existimat hunc diem futurū, post reditum Christi in cœlum, quoniam tunc populo Iudaico fuit omne genus calamitatis ex diuina ira inflictum, & merito quidem, quoniam si quibus licuit fidem arripere, & diuites fieri gratia Dei, illā respuerunt, & quasi cum Deo pugnare ausi fuere, in omne genus malorū eos deuenire congruebat. Dies iste vltionis iuxta aliorum sententiam, fuit ille, quē Deus præuidens ob reatum vituli quē fecerant, dixit ad Moysen Exo. 32. Ego in die vltionis visitabo, & hoc peccatū eorum; Dies ergo ultionis in corde meo, q. d. alta mente repostus, & annus retributionis meæ uenit, annus inquā, quo bonis bona, & malis mala sunt retribuenda, qui annus uocatur etiam, vt diximus, annus redemptionis potest fieri ista retributio tum in præsenti sæculo, tum in futuro.

Dies vltionis, dies extremi iudicij.

Exo. 32. circa finē.

A

B

C

Et quis est iste annus redemptionis? D. Hieronymus dicit illum fore, quo puniuntur aduersarij Dei, & populus eius liberatur, immo redimitꝰ præcioso sanguine agni immaculati, annus iste sumpsit initium in primo Christi aduētu, quādo Dei filius, & Verbum, factum est caro. Cœpit hic dies magis illucescere, dum cæpit prædicare regnū Dei, & alia redemptionis opera exercere, q dies, & annus fuit completus, & consumatus in cruce, quando postrema verba dixit. Consumatum est, significās labores, & dolores, quos ꝓ nobis miseris susceptit, iam fore completos, quiq. postmodum in manus Dei Patris suum spiritum commēdas expirauit; De hoc die vltionis loquutus est Dominus ad Moysen Exo. 32. cum dixit. Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me vt irascatꝰ furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. De hoc eodem die loquutus est Moyses Deut. 32. d. Reddam ultionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam; queādmodum ergo statutus est dies ultionis aduersus impios, sic annus redemptionis erga eos, qui Christo

D

Exo 32. in princ.

E

Deut. 32.

adhæserint; & nota mysterium in verbis ipsius prophetæ; dum enim loquitꝰ de tpe vltionis, & vindictæ appellat tēpus illud dies, vel diem, dū vero loquitꝰ de tempore redemptionis, nocat illud annum, ut innuat modicum esse tempus, quod Deus in puniendo consumit, tanquam id quod suæ bonitati parum adlubeat, in redimendo autem, & liberando, annum exposcit, velut is, qui non tam cito satiatꝰ ditare, & bonis omnibus replere suos seruos, & amicos. Nota etiam quod dum loquitꝰ de ultione, & vindicta in hostes humani generis, intelligimus quoscunq. hostes tam visibiles, quam inuisibiles, vti dicebat Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem tātum sup. sed aduersum principes, & potestates tenebrarum harum. Sed multo plus de nobis ipsis debemus conqueri, quia nullam in nobis dæmon exerceret potestatem, nisi nos locum daremus diabolo. Vt dicit Aug. lib. de ver. dñi serm. 8. & alibi. Sequitur deinde quærimonia, & lamentatio Christi Domini nostri, & confirmatio dictorum, & hoc cōuenienter quidem, postqnam .n. dixit Diem vltionis aduenisse nunc exponit causas, ob quas iure optimo debet ulcisci, & de hostibus pœnam sumere, & inquit. *Circumspexi*, & non *erat auxiliator, quæsiui, et non fuit* qui *adiuuaret, & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi*. Dictū est supra. Torcular solus calcaui, et de gentibus non est uir mecum, neque solum nullus erat vir, qui secum esset in redimendo genus humanum, sed neque angelus, neq archangelus, neque Throni, aut Dominationes, aut ulla cœlestium potestatū vt iam diximus humanū corpus sumpsit, & pro nobis est passa, & conculcauit aduersarias potestates, atq. contriuit nisi ille qui loquitur in Psalm. d. Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, ita ut etiam confidentissimus, & in fidei veritate firmissimus Apostolus Petrus timore perterritus aufugerit, & Dominum negarit proinde dicit. *Circumspexi, & non erat auxiliator quæsiui adiutorē*, & nō fuit qui *adiuuaret* sicut etiam per Prophetam Dauid conqueritur dicens.

Ephe. 6.

Psal. 141.

P 3 Confi-

Confiderabam ad dexteram, & uidebã, si quis fortè accurreret,& occurreret,& non erat qui cognosceret me. Nec solũ iustè poterat cõqueri se nullũ habuisse adiutorem(sed quod lõgè miserabilius est)cum fuerit eleuatus in crucem. oẽs, inquit,deriserũt me,loquuti sunt labijs, & mouerũt caput, sed nunquid fuit oĩo concisus? nunquid extinctus? minime quidem omnium,sed inquit, *seruauit mi hi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi*, idest uirtus,et fortitu B do mea salutem attulit mihi, & indignatio mea procedens ex sanctitate,& iustitia,uel ex zelo dei, & salutis humanæ, atque etiam ex ipsa veritate, ipsa auxiliata estmihi q.d. Ego iam cœpi fremere, & aduersus dæmonem, & satellites eius vultus austeritatem ostendere, & hac ratione non solũ mihi,sed nec meis potuerunt ullam vim inferre, aut quicquã obesse, *saluauit enim sibi dextera eius & brachium sanctum eius*. quasi dicat,cum C viderem me nullum habere consultorem, & auxiliatorem,meis ipse viribus volui rem omnem conficere,& indignatio mea auxiliata est mihi, idest ita me commoui, & efferbui,vt ex me ipso depellerem omnẽ iniuriam,& victor euaserim. Lingua uernacula sic diceremus Saluauit mihi brachium meum, &c. i. mi son aiutato con le mie mani,& cõ le mie forze,& hò mostrato faccia all'inimico. Et ita illum deuici, confregi,& D contriui,et sic brachium suum saluauit sibi, hominem et c. Dicit Rupertus Abbas. Saluauit mihi brachium meũ, et c. Sed in quo? in eo scilicet, quod cum essem factus homo sine vllo adiutorio inter mortuos liber, solui dolores inferni ne etiam ab illo me teneri possibile vnquam foret et quomodo leoni fortissimo rugitus suus auxiliatur, et quã maxime terret alias bestias minores, sic indignatio mea auxiliata est mihi ad E consternendos, et conterendos vniuersos Principes inferni; quòd autem Christus Dominus strenuè et egregiè aduersus hostes præualuerit,et eos confoderit his uerbis ostendit Esaias d *Cõculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum*. Conculcaui,inquã, in furore meo, hoc est, uariis ærumnis, et calamitatibus eos afflixi, nec tantillum quiescens aut me remittẽs, in eos manus inieci,et inebriaui eos, hoc est, ad summum vsq. miseriarum, vt maiores sustineri non possent, eos deduxi,et detraxi in terram,et ad nihilum ferè reduxi uirtutem,excellentiam, ac potestatem eorũ, ita ut nihil amplius possint; Sed aduerte,quòd licet istę comminationes sint pcipuè aduersus primarios, et antiquos humani generis hostes, vt est Sathanas, peccatum,et mors,sintque aduersus gentes, quæ Dei verbo negocium facie bant,& fideles nullo stare loco sinebant, aduersus tamen Scribas, & Pharisæos, qui à verâ legis obseruantia populum abducebant non parum præfatæ comminationes teferuntẽ. Dicebãt enim ipsi de Christo; omnium nostrum Saluatore, ac redemptore Nos scimus quia Moysi loquutus eo Deus, hunc autem nescimus vnde sit. & iterum dæmonium habet, & insanit, quid illum auditis? & apud Lucam. In Beelzebub Principe dæmoniorum hic eiicit dæmonia. Luc. 11.
Quare merito dicitur. *Conculcaui eos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea*. Qui verò Iudæis crediderunt, seruauit eos sibi dextera Dei,& brachiũ sanctum eius.

Sequitur textus. *Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus,quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domus Israel, quæ largitus est eis secundum indulgentiã suã, & secundũ multitudinẽ miarũ suarũ, &c.* Text. 6.

In his verbis videt propheta ex persona populi vt refert D. Hieronymus recensere beneficia sibi à Deo collata, & pariter sui ipsorũ cordis duritiam, multa quidem, & magna contulit Deus sua ex pietate, & magna contulit Deus sua ex pietate, & clementia semel atq. iterũ beneficia illi populo,& nihilominus plerumq. prouocauit eum ad iracundiam, nec tamen defuit ipse Deus illorum miserreri, quamquam populus ille prauus, ac peruersus nihilo melior est effectus, sed in deterius semper est prolapsus. Huius conditionis non ipsi solum,sed plerịq. ex nostris facilè possent reperiri, ex quorum numero obnixè rogandus est

Deus

Deus nos dignetur eximere; Propheta igitur spiritu prævidẽs qualis futura esset Iudæorum conditio, pręfert im post passionem Christi, velut pressus pondere malorum, hoc est tribulationum, & angustiarum omnisq. generis afflictionum, vt qui in nullo alio nisi in Dei misericordia, qui patiens est, & præstabilis super malitia spem habere videretur ad eius misericordiam recurrendum esse, & eam rursus implorandam cogitauit, propterea inquit. *Miserationum Domini recordabor*, non patiar vnquam, e, memoria excidat quoties fuerit ille misertus totius populi, cum primum eum elegit, & accepit in populum suum, cum dedit ei terram promissionis, cum liberauit eũ de captiuitate Babylonis, & alia multa, quæ longum esset recensere, pro cuius rei pleniore notitia satis est legere, & expendere ps. 104. 105. & 106. nõ solus ego miserationum Domini recordabor, sed & tu Domine Deus reminiscere miserationum tuarum, quæ a sæculo sunt. Laudem Domini, sup ego canam, & gratias ei agam super omnibus, quæ nobis contulit beneficiis, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundum indulgẽtiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum: constat enim verissimũ esse quod scribit Apostolus Paul. quod non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Nota vt notat Diuus Thom. laudare conuenit ipsum Deum, ratione effectuum, et beneficiorum, quæ nobis confert, non ratione sui. quia est maior omni laude, neque vllus laudare sufficit, sed illum decet reuerentia et honor latriæ Diuus Cyrillus aliã affert causam horum verborum, quæ nũc exponimus, dicit enim quod cum in præcedẽtibus dictum fuerit Deũ innuisse incredulos, & rebelles cum furore & cum ira illos conculcasse & traxisse in terram virtutem eorũ, nequis forte hac sæua comminatione moueretur & animum despondeup, in memoriam, Dei benignitatem reducit) ostendens quòd tametsi populus grauiter, & crebro deliquerit, Deus tamen iustus iudex, & bonus, potius quam seuerus nunquam pęnam, eorum sceleribus dignam intulit, sed clementia semper, & pietate iram temperauit. Sic deinceps eum facturum sperandum est; ubi ponit amplum discrimen inter iudicẽ bonum, & iudicem seuerum, iudicis enim sequeri, inquit ipse, officium est pęna sceleribus conueniente delinquentes afficere; boni autem sup. officium, mĩam vna cui iustitia capere vt infirmorum, & dicit. *Verumtamen populus meus est, filij non negantes*, Nunc inducit Deus ad loquendum, & suum profert iudicium in populũ suũ, & inquit, *verumtñ pp'lus, &c.* q. d. etsi populus meus mihi plerũq. rebellis extiterit; nolo tñ eum perdere, & omnino deiicere, qm̃ populus meus est, ex omnibus gentibus illum selegi, filii non negantes, non negantes inquã, me sup. esse eorum Deum, neque spreuerunt protectionem meam. Hucusq. loquitur Deus, subdit ipse propheta, & inquit, *& factus est eis Saluator*, quia scilicet non abnegarunt Deum, eius patrocinium implorarunt, ab eius tutela noluerunt secludi, & ob id factus est eis Saluator; reliquiæ enim secundum electionem gratiæ saluatæ sunt. Si verò q̃sieris, quare non sunt omnes saluati; si ipsi erant populus Dei? si ipse est Saluator eorum? si eis pepercit, atque redemit sanguine suo? facilis est responsio, quia plerique non crediderunt, & exacerbauerunt spiritum sanctum suum, voluit quidem Deus saluare cupientes, & prouocauit ad salutem, vt volũtas haberet præmium, sed illi credere noluerunt, id quod D. Ioannes Euangelista manifestè satis declarauit cum inquit. Lux in tenebris lucet, et tenebrę eam non comprehenderunt: Et Matth. 13. Non fecit Christus uirtutes in patria multas sua propter incrudelitatem, eorum.

Psal. 24.

Quod si plures credere noluerunt, nõ fuit culpa venientis, sed eorum qui noluerunt apprąhendere lucem Sed iterũ dices: Propheta hic loquitr indistinctim, dicit enim *Quod Deus factus est Saluator, cum populus suus esset, & filij non negantes.* Dicuntur Israelite filii non negantes, quia iam professi erant se esse populum Dei, & solum vnum Deum colere; sed postea desciuerunt. Dicunt aliqui Pro-

phetam hic loqui instar hominis prudentis, qui ipsis ex rebus iudicat, quid iure fieri deberet, nam considerata Iudæorum conditione, et quibus ex patribus originem ducant, habita etiam ratione beneficiorũ dei, facile poterat iudicari eos oẽs futuros esse filios non negantes, non apostatas, sed obedientes, & hac spe iuxta rationẽ, & causam legitimẽ conceptam, decreuerat Deus eos saluare: Aut dicas eum D. Hieronymo [illegible] omnia sub conditione intelligi, hi scilicet populus meus erunt, & ego ero Saluator eorum dicit Deus, si in præceptis meis ambulauerint, & mandata mea custodierint. Aut dicas ut supra, quod nõ omnes Iudæi saluabũtur sed qui secundum electionem gratiæ fuerint ab aliis selecti, et custoditi, salui erunt. Quòd autem Dominus non dereliquerit populum suum; patet ex eo quod subdit ipse propheta, dum inquit. *In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos, in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus saculi.* Videtur hic propheta meminisse incomparabilis illius beneficii, quod fecit misericors deus erga populũ Israel

Text. 7. dum exiret de Aegypto, dum inquit. *In omni tribulatione eorum in quacunque angustia, & afflictione non est tribulatus Dominus*, i. non est ipse defatigatus, nõ est tędio affectus, nõ contristatus, neq. pœnitentia ductus eos adiuuare, verũ vt magis eius bonitatẽ, & clementiã demonstraret & palàm faceret misit Angelũ faciei suæ. i. q existit ante eũ, aut qui præ se fert faciem, & potẽtiam Dei, quem angelum (vt paucis dicam) existimo fuisse filium Dei, qui saluauit eos cum exirent de terram Aegypti, cum pertransirent mare rubrum, cum per quadraginta annos in deserto peragrarent, & hoc fecit in dilectione sua qnia scilicet dilexit populum suum, & in indulgẽtia sua,

Dicitur angelus faciei ipsius Dei qui saluauit eos, quia semper intuetur vultum Dei. Matth. 18.

Deut. 32. hoc est sola sui ipsius pietate, & misericordia redemit eos, portauit eos & eleuauit eos cũctis diebus sæculi, redemit inquam ab Aegypto, portauit in deserto, iuxta illud. Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis quemadmodũ mater, et nutrix

portat filium suum paruulũ super brachia sua, vel super humeros suos, et eleuauit eum cunctis diebus sæculi, id est in terrã promissionis detulit, super alios euexit, et magnum fecit, & quemadmodum dicit Propheta Dauid. Non fecit taliter omni nationi, et iudicia sua manifestauit eis: quod autem angelus ille faciei Domini, fuerit filius Dei, & non Angelus quispiam, aut Arcangelus, patet ex eo quòd dicit Propheta ibidem. Dominus solus dux eius fuit, et non erat cum eo Deus alienus. Illã particulam, *cunctis diebus saculi*, iugiter, et perpetuò, exponit Cyrillus Alii in alium sensum, vt puta allegoricũ trahunt eiuscemodi propositionem, videlicet *In omni tribulatione eorum non est tribulatus*, vt scilicet in tribulatione filiorum non negantium, filiorum adhærentium, filiorum fidelium, horum omnium quancunq. tribulationem, quamcunq miseriam, oẽ peccatum, et oẽm iniquitatem misericors Deus absq. tribulatione sustinuit, non inuitus, sed propensa voluntate, et charitate portauit. sic et Apostolus, in tribulatione suorum non est tribulatus, sed dilatato corde dicebat 2. Cor. 6. Os nostrum patet ad vos ò Corinthii, cor nostrum dilatatum est, non angustiamini in nobis. Sed quoniam aliqui textus habent. *In omni tribulatione eorum tribulatus est*, dicunt aliqui, referendo hæc ad Deum, quòd in omni tribulatione nostra tribulatᵉ Deus compatiendo nobis, et cõmiserando. Nõnulli vero referunt hęc ad eundem populum credentem, et non negantem, quod scilicet populus iste in omni eorum tribulatione non est tribulatus, quia scilicet Deus nõ permittit nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere; et propterea dicit Pau. in persona iustorum. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, et sicut abũdant tribulationes, abundant et consolationes, propterea benedictus Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, et totius cõsolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra; sed consideremus textum, vt iacet in vulgata editione (sicut iam expositus

Psal. 147. *Angelus faciei Dñi.* *2. Cor. 6.* *2. Cor. 4.* *2. Cor. 1.* *2. Cor. 1.*

positus est, quòd scilicet ipse Deus, aut etiam ipse populus in omni tribulatione eorum non est tribulatus, non enim despondit animum, sed constans, et firmus in Dei confessione permansit, et Angelus faciei eius saluauit eos. Angelus inquam ille, vt dictũ est, qui est imago Dei Patris, et figura substantiæ eius, quanquam, et alii spiritus cælestes dici possunt Angeli faciei Domini, quoniam scriptum est. quod Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cœlis est: (*Matth. 18*) & quoniam oriebatur dubitatio ob quam causam non omnes Iudæi fuerint saluati cum dicat Esaias, quod Angelus faciei eius saluauit eos? Respondet nunc Propheta, & inquit. (*Text. 8.*) *Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti eius & conuersus est in inimicum, & ipse debellauit eos*, conuersus est (inquam) in inimicum, quia non corripuit eos amplius vt pater, sed tanquam inimicus vsque ad inferni nouissima, & hoc non ex odio, sed ex iustitia, aut opinione dicebatur inimicus nõ verè. Pro huius rei notitia, ne idẽ toties repetere cõtingat, legendus est totus ps. 77. (*Psal. 77.*) & ibi manifestè videbitur & clarum fiet, quoties ipsi Iudæi prouocarunt Deum ad iracundiam quantaué bonitas, & patientia fuerit ipsius Dei erga illũ populum. Dicunt tamen aliqui, præcipua peccata quibus fuit prouocatus Deus ad iracundiam, idololatriam, & auaritiam extitisse. Sed quid per Spiritum sancti sui debemus intelligere? (*Spiritus sancti Dei q.*) Quidam volunt bonũm, & rectum animum ipsius Moysis fore intelligendum, qui ducebat populum illum, & regebat, qui verè dici poterat Spiritus sancti Dei. Et quia non semel fuit afflictus ab eo, vt Psalm. 105. (*Psal. 105.*) dicit Dauid:. Vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius; ideo sic dicitur. afflixerunt spiritum sancti eius. Alii per spiritum sancti eius intelligunt Spiritum sanctum, qui est eiusdẽ substantiæ, & naturæ cum Patre, & Filio. Cui opinioni libenter assentio, quia D Paulus ad Ephes. 4. dicit: (*Ephes. 4.*) Nolite contristare spiritum sanctum in quo signati estis, vnde & Dauid cõscientia peccatorum timens, ne spiritum sanctum amitteret, precabatur Deum dicẽs.

A Cor mundum crea in me Deus, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. (*Psal. 50.*) Iurè quidem dicitur spiritus sanctus contristari, dum ei irrogatur iniuria, cum videlicet eius bonitate abutimur, & in ea plus debito confisi, aut aliquando diffisi impudenter, & insigniter delinquimus, & aberramus; quandoquidem spiritui sancto tribuitur bonitas, & clementia. Qui igitur exasperat spiritũ sanctum, & cõtristat, Deum offendit, & sibi inimicum facit, B & ipse debellauit eos: oportuit enim qui horum Dei beneficiorum fuerint immemores, a misericordia, & dilectione Dei, q vult omnes homines saluos fieri, excidere, & illis tãquam hostibus deinceps obsistere, dicit postmodum Propheta. *Et recordatus est dierum seculi Moysi, & populi sui*; & quis nam recordatus est? ille quidem iuxta expositionem quorundam, & veram, qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis C sui. Sed quidam existimant, hæc dici de ipsomet Propheta tanquam ille ipse sit, q exequitur quod monet ipse Moyses Deuter. cap 32 vbi dicit. Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: cumq. fuerit propheta dierum sæculi recordatus Moysis, idest dum vigebat Moyses, & fuerit recordatus, dierum sæculi populi sui, hoc est secũ animo recogitaret, quæ contulit illi populo Deus beneficia per manum Moysis D serui eius, hæc secum ipse non absq. luctu, et mœrore verba proferebat. d. *Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui? &c.* vsque ad illam partem *Attende de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo, et gloriæ tuæ, &c* Sed certe coniungendo sequentia cum præcedentibus, et construendo verba vti iacent non potest stare 2. expõ. Dicamus ergo qd ab ea parte: *Et recordatus*, est recen-E set propheta beneficia olim collata populo Dei. In quo verborum contextu nulla penè difficultas inest, nisi quòd plurimum conducet ad saniorem intellectum, aliquot dictiones interpretari, in quibus non nihil archani latere videbimus: & primum quidem. Nota verbum illud, spiritum sancti sui, (*Text. 9.*) de quo aliquid supradiximus; sed aliqui volunt

hic

hic secus intelligi, vt per spiritum sancti sui intelligamus uentum vrentem, qui desiccauit aquas maris. Alii Angelũ Dei, qui erat in medio populi. & eius curam gerebat dum iret per desertum, sic enim ait Hieronymus Spiritum hic debemus intelligere Angelum, qui ductor fuit ppli Israel, iuxta illud ps. 103.

Psal. 103. qui facit Angelos suos spiritus, qui dicitur Spiritus sancti sui, quia erat spiritus Dei, qui est sanctus sanctorum, & ipsa sanctitas. Nota etiam super illud verbum, & recordatus est dierum sæculi, & c. quod videlicet Deus statuerat adducere super eos omnem sanguinem iustum, qui effusus est super omnem terram à diebus sæculi, vt vindictam faceret in eos, qui toties exacerbauerunt spiritum Moysi, quique toties tumultuando, & murmurando inquietarũt pacem populi sui, post quam recordationem, et quę est miserationũ dñi, et dierũ prioris sæculi, luctum satis amarũ aggreditur ipse Propheta tanto vocis clamore, & cordis rugitu, vt verè dicere possimus, quòd Spiritus sanctus erat in eo, orans pro populo suo gemitibus inenarrabilibus, vt saltim ex eo reliquiæ saluentur, & emittit illas voces, quas iam adduximus: in quibus pręter illud verbum Spiritum sancti sui, est ẽt notandum, eum dicit Deum eduxisse de mari eos cum pastoribus gregis sui, vult innuere ingens illud miraculum, quo Deus mirabiliter in manu potenti, & brachio excelso eduxit populũ suum de mari cum pastoribus, idest eũ Moyse, qui fuit pastor illius gregis, idest omnium Israelitarum, quæ quidem liberatio ex Aegyptiaca seruitute typus erat redemptionis humani generis, typus Sathanæ qui Pharao dicebatur & mare typus baptismi, & Moyses Pastor figura fuit Christi veri Pastoris animarum. Nec verearis, ꝙ loquitur Propheta de pastoribus in plurali, quia plures erant qui ducebant populum illum: & solene est, vt duces vocentur pastores, & quoniam textus LXX. Interpretum habet, quod deus eduxit de terra pastorẽ ouium: opinatur Cyrillus id fuisse vaticiniũ resurrectionis Christi Redemptoris nostri, quandoquidem Deus eduxit, hoc est excitauit, ascendere fecit è terra omnium Pastorem summum, excitauit inquã non solum ex mortuis, sed quasi erigens ex hominibus, factus est. n. tanquam vnus ex nobis, natus ex muliere vnicum Verbum Patris, & tamen admirat Esaias, & cõgemiscit quod populi sui obliti sunt Deũ, qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Chã, terribilia in mari rubro. Est etiam notandum in illa particula, vbi dicit. *Vbi est qui eduxit* ad dexteram Moysem brachium maiestatis suæ, notandum est ob quem causam dicitur Deus posuisse *ad dexteram suam Moysen*; Dicit hoc fecisse, vt eũ magis dilectum ostenderet, magisque roboraret, & potentem redderet in admirandis operibus, quæ per eum facere decreuerat, atque vt eundem ceu magis dilectum, & magis obsequẽtem peculiari fauore ꝓsequeret quos enim plurimum diligere, & venerari solemus ad dexterã constituimus, vnde illud ps. Dixit Dominus Domino meo sede à *Psal. 109.* dextris meis; & in nouissima retributione operum nostrorũ, electi quidem à dextris, reprobi verò à sinistris erunt collocandi. Ingens quippe & vix credibile signum fecit Moyses in transitu maris rubri, quia vicit naturam aquarum humidam, & fluentem faciens eam sistere, & immotam esse, velut congeriẽ, vel cumulum terræ. Cum postea dicit, *quod eduxit populũ per abyssos, quasi equũ in deserto non impingentem* hoc est, sine vlla difficultate, & absque vllo impedimento, & quasi animal in campo descendens, vbi libere, & absque freno circuit, perambulat, & quocũq. velit absq. vllo retinaculo currit, & recurrit, hoc quidem modo Spiritus domini ductor fuit illius populi & sic tu Domine Deus adduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. De nomine abyssi non *Abyssus quid* est, quod quidquam speculemur, tantũdem est dicere per abyssum, ac si diceremus, per locum profundissimum, byssos enim vel bysmos, fundus dicitur, à verò q̃ est littera priuatiua prępofita huic dictioni byssus significat locũ sine fundo, non sic tamen intelligendo. quasi mare nõ habeat fundum (sed vult innuere) quod habeat fundum profundissi-

dissimum, & quod difficillimum sit pos se attingi. Cũ verò dicit. *Spiritus Domini ductor eius fuit*, dubio procul intelligit Spiritum sanctum, qui est vnum, & idem cum Patre, & Filio. Sic enim veteres intellexere, quãdoquidem dicens Esaias Dominũ eduxisse populũ istum per abyssos, & per desertum, cum postea subdit, quod spiritus Domini ductor eius fuit, nihil aliud vult innuere nisi Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum vnam, & eandem substantiam, & naturam esse, quanquam per relationes originis, & sub proprietatibus personalibus sint ad se inuicem realiter distinctæ. Nã generare, & generari non sunt idem, neque paternitas, & filiatio, & cõsequenter alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti. His dictis, & hac declaratione peracta facit Esaias apostrophê, & ad Deum se totum conuertit, & inquit. *Attende de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo, & de solio gloriæ tuæ: vbi est Zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se:* Sensus est, cum tu Domine Deus per seruum tuum Moysen tot mirabilia feceris in obsequium, & commodum populi tui, & vt faceres tibi nomen gloriæ idest vt gloria nominis tui innotesceret cunctis hominibus, quo & ipsi cognoscerent te, & laudarent nomen tuum. Cur nunc abscondis faciem tuam? attende quæso de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo: vbi nam sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua? vbi est zelus tuus? & fortitudo tua? zelo namq. tuo, & singulari potentia seruasti Israelem, dum à dura seruitute Pharaonis, vbi vires & vitam luto, & latere consumebãt, & exactorum crudelitate vexabantᷓ mirabiliter liberasti. Deinde Babiloniorũ regionem licèt inuictam, & horribili potentia fretam, in vastitatem dedisti, & aliis signis, & operibus quam maximè admirandis tuum zelum, & fortitudinẽ ostendisti. Nunc vero amisisti, nè forte potentiam tuam? negliges ne, aut paruifacies gloriam tuam? *Attende Domine, & vide de habitaculo sancto tuo*; Hæc est causa tua. Res tua agitur. Tua

Text. 10.

A interest, ne igitur permittas deprimi, aut obscurari gloriam tuam, tu quidem in altis habitas, & humilia respicis. Vide ergo de cęlo, & de habitaculo sancto tuo. Dicitur cœlum habitaculum Dei, non quod qui omnia replet, & vbiq. est, vllo claudatᷓ loco; sed quia quę sanctiora sunt, & secretiora conuenientius dicuntur habitacula Dei. Dicitur ergo cęlum habitaculum Dei, quia scilicet est maximè seiunctum, & semotum ab hijs

B quæ sunt in terra. Dicitur etiam cęlum habitatio, & domus gloriæ Dei, qa nos omnes appetimus illuc accedere, & peruenire, vbi Deus ostendiᷓ gloriosus, vbi scilicet manifestat bonitatem, & gloriã suam, & quo nos monemur vt sursum corda habeamus, queãdmodum etiam quidã prophanus auctor aliquando cecinit dicens, os homini sublime dedit, cęlumq. videre iussit, & erectos ad sydera tollere vultus. Vbi est ergo zelus

Ouid. primo met.

C tuus? vbi est ille præcipuus amor, quo prosequebaris populum tuum, vt nulla ratione sustineres eos malè tractari? Verè quidem prophetauit Zacharias d. zelus Dei recessit a nobis, & vbi est fortitudo tua, qua deprimebas omnes, qui molesti erant nobis? & vbi est multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum quas non continere in ira prosistebaris? super me continuerunt se q. d. in quascunque aliàs nationes ostendis

D misericordiam tuam, præter quam in nos, in nobis tantum, & contra nos cõtines in ira misericordias tuas, cum tamen tibi sit proprium misereri, & parcere delinquentibus. *Tu enim Pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, tu Domine Pater noster, redemptor noster à sæculo nomen tuum*. Sed cur meminit Abraham, & Israel: ob hãc forrasse rationem, quasi velit dicere. ne nos abiicias, aut auertas faciem tuam à

Text. 11.

E nobis, quasi nos habeamus alios adiutores, & protectores ad quos in tot angustijs, & necessitatibus confugere valeamus, cuiusmodi sũt Abraham, & Iacob. Dicimus nomine, & protestamur ante conspectum tuum, quoniam tu es Pater noster, tu es redemptor noster Non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster; sic dicimus, & profitemur *Abraham*

bam nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, A nati quidem sumus ex illis, at non uiderũt nos. *Tu igitur erue nos, & nomine tuo vocamur, & populus tuus dicimur*. Tu.n. non intermisisti misericordiam, & amorem in nos, patre, & liberorum amante dignum retinere: illi autem dicuntur ne scire nos, quia nullum nobis possunt auxiliũ afferre, mortui .n. sunt, & nihil habent in presens nobiscum commune, quòd enim illi dicantur patres nostri, & nos eorum filij èx te est, tu fuisti in causa, & nos, & illi á te vno pẽdemus. Vnde verè, ac propriè, & peculiari lege, ac ratione tui sumus, sic etiam coram nobis seruus tuus Dauid fuit protestatus dicẽs de te. Ipse est Pater tuus, qui fecit, & creauit te. Nos populus tuus, & oues pascuæ tuæ, a sæculo nomen tuum, non hodie, atque heri. Sed ne fortè ob eiusce modi verba quis existimet beatorũ animas, quæ sunt in cęlis, & diuina visione fruũtur haud quaquam nos agnoscere, & pro nobis Deum intercedere, dicas id minimè sequi, quoniam alia est ratio Patrum, qui in lymbo detinebanť & quando nõdum erat deletum Chirographũ, nec aperta ianua cęli, & alia est ratio eorum, qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis Posset etiam dici quod Abraham, & Iacob idcirco dicunť ignorare nos, quia scilicet Deo non obediuimus, & vestigia eorum neglex imus, at secundum hanc rationem, multominus poterit nos cognoscere Deus: sed dubitat D. Hieron. cur meminit Esaias Abrahæ, & Iacob prætermisso Isaac, qui fuit vnus ex Patriarchis in cuius semine etiam gentes fore benedicendas, ꝓmisit ipse Deus. Possent aliqui dicere, causa breuitatis id factũ, vel vti glosa, quod per extrema intellexit etiam medium. sed valde subtilis, & arguta est solutio D Hiero. ꝙ propterea non fuit mentio vlla hic facta de Isaac, quia ille figurabat ecclesiam siue ipsum Deum, qui fuit vna vxore contentus vt Ecclesia, quemadmodum Isaac. Abrahã, vero, & Iacob plures habuerunt vxores, & referunt eos, qui de peccatoribus in meliorem statum commutantur. Postremo conqueriť Propheta in persona totius populi, eorum præsertim, qui recesserunt à Deo, & grauiter errauerunt dicentes. *Quare errare nos fecisti Domine de vijs tuis? indurasti cor nostrum ne timeremus te?* Text. 17. Ne existimes absolutè verum esse quod dicunt, ipsi enim sua ipsorum corda obdurarunt, sed hac de causa dicitur ea Deus indurare, quia cum emollire potuisset permisit ea obdurescere, vt hac tantummodo ratione à Deo indurari dicantur quod cum posset facere ne indurarenť ille non facit, & hoc ob insi- B gnem eorum ingratitudinem, vnde supplices deprecanť ipsum Deum dicentes. *Conuertere propter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ*; quanquam enim uos peccauerimus, tui sumus, nec propterea sumus exclusi à dominatu tuo, semel.n. tibi dedimus manum, & tuæ militiæ sumus ascripti: conuertere igitur ad nos Domine, reminiscere miserationũ tuarum, non quidẽ propter merita nostra, sed propter seruos tuos, hoc est propter C tribus hæreditatis tuæ, i. propter duodecim Patriarchas, quales fuerunt filii Iacob, ex quibus prodierunt tot gentes, & populi, qui sunt possesio, et hæreditas tua: ex his facilè colligimus sanctos sanctos vita functos pro nobis orare; Postmodum recenset, et ad memoriam reuocat extremam illius populi miseriam, cum inquit. *Quasi ad nihilum possederunt populum sanctum tuum, hostes nostri conculcauerunt sanctificationem tuã,* D *idest domum*, in qua sanctificaťet glorificať nomen tuum. Ad nihilum quidẽ, hoc est, paruo labore possederunt nos, aut pro nihilo nos habuerunt adeo facti sumus ignobiles. *Postremo facti sumus quasi in principio, cum nõ dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuũ super nos*, idest priusquam tu eligeres nos, et vocares in populum tuum, quando nondum neque prophetas, neque legem, aut sacerdotium haberemus, et eo tempore E tandem, quo præ aliis gentibus præcipuum nihil habebamus; atque etiam dum sub dura seruitute constituti tunc quidem eramus in derisum, & in opprobrium cunctis gentibus ita et nunc: hęc omnia dicit D Hieronymus re ipsa contigerunt Iudęis post passionem Christi, licet alii aliud opinantur.

Et hæc sufficiant de Cap. 63.

CAPVT

CAPVT LXIIII.

VTinam dirumperes cælos, & descenderes: a facie 1.
tua montes defluerent sicut exustio ignis tabesce-
rent, aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen
tuum inimicis tuis: a facie tua gentes turbaren-
tur. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus:
descendisti, & a facie tua montes defluxerunt. A seculo non au- 2.
dierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit Deus absq.
te, quæ præparasti expectantibus te. Occurristi lætanti, & facien-
ti iustitiam: in vijs tuis recordabuntur tui; ecce tu iratus & pec-
cauimus: in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Et facti su- 3.
mus, vt immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vni-
uersæ iustitiæ nostræ, & cecidimus quasi folium vniuersi, & ini-
quitates nostræ, quasi ventus abstulerunt nos. Non est qui inuo-
cet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te: abscondisti faciem
tuam a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Et nunc 4.
Domine, pater noster es tu, nos vero lutum: & fictor noster tu, &
opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris Domine satis, &
ne vltra memineris iniquitatis nostræ: ecce respice: populus tuus
omnes nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta, Syon deserta fa-
cta est, Ierusalem desolata est. Domus sanctificationis nostræ, &
gloria nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in ex-
ustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in rui-
nas. Numquid super his continebis te Domine; tacebis, & affli-
ges nos vehementer?

EXPLA-

EXPLANATIO IN SEXAGESIMVM QVARTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

VTinam dirumperes cœlos, & descenderes: a facie tua montes defluerent, &c.



INtroducens pręsens capitulum D. Hier. inquit, Propterea Esaiam tam vehementer, & efficaciter deprecari Deũ, vt quamprimum veniat, & descendat neq. differat amplius, quia iam hostes eius conculcauerũt sanctuarium suum, & populus suus erat reductus sicut à principio sine Deo, sine lege, & sine Prophetis, & tandem vbi nõ inuocatur amplius nomen suum: idcirco in persona sua, aut etiam in persona populi, rogat ipsum Deum, vt promissa compleat, vt tandem, quemadmodum toties promisit aliquando ad nos descẽdat sic etiam pręcabatur Dauid. d. Inclina cœlos, & descende. Cyrillus autem putat hoc loco Iudæos præcari, Deum nè amplius exerat iram suam aduersus ipsos, sed conuertat furorem suum, & iram suã ad gentes quæ ignorant ipsum, id quod plerunque faciunt alii Prophetæ, sicut Dauid ps. 78. Deus (inquit) venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctũ tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. & post pauca subdit. Effunde iram tuam in gentes, qui te nõ nouerunt, & in regna, quæ nomẽ tuum non inuocauerunt. Huius sentẽtia quãquam non videatur reprobanda, prior tamen intentio videtur magis accedere ad sensum, & continuationem eorum quæ dicta sunt, & quę dicentur. Dictum enim fuit in calce capitis 62 Ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo, cum ergo tàm manifeste, fuerit promissus Dei ad nos aduentus, propterea nunc rogatur Deus, & demonstratur ingens desiderũ

A vt ad nos quamprimum veniat dicẽdo. *Vtinam dirumperes cælos, & descenderes.* in hoc tantùm intẽtio quam ponit Cyril. differt à priori, quod hic vult præcatio nem fieri in fauorẽ Iudæorum: ille verò in fauorem gentium, & vniuersaliter omnium, loquitur hic Esaias de cœlo tanquam de loco, vbi Deus perpetuo resideat, & claudatur, & cœlum ipsum sit corpus adeo durũ, & solidum, quod inde nisi scindatur, & rumpatur, egredi,
B aut pertransiri non possit, sicut alibi legitur. Inclinauit cœlos, & descendit caligo sub pedibus eius: inclinauit, inquam, cęlos, hoc est deorsum dimoueri & deflecti fecit, quasi corpora essent mobilia sursum, & deorsum, sed oẽs istæ locutiones sunt metaphoricæ, vt manifestum est: Ex quibus vult innuere Incarnationem Filii Dei esse opus tam admirabile tam insolitum, & singulare vt excedat non solùm vires naturæ, sed
C omnem cuiusvis creaturę capacitatem. ob id inquit, vtinam dirumperes cęlos. quasi dicat descensus Christi ad nos est adeo difficilis, & intellectu creato incõprehensibilis, vt oporteat dirumpere cęlum, & facere rem extraordinariam, sicut si qs ex aliqua domo vellet extraere corpus aliqd magnũ, & ingentis molis, oporteret frãgere parietes domus. Deiñ est aduertendũ cũ pcamur Deũ, vt dirũpat cęlos & descendat indicamus Xp̃m
D qui descensurus rogatur, & exoptatur esse verum Deum, cum cœlum sit locus ipsius Dei, ea ratione quam supra ostendimus. Dicit deinde. *A facie tua montes defluerent*, quasi dicat si descenderes, & quamprimũ descenderes, à facie tua, idest à præsentia maiestatis tuæ mõtes defluerent, alludit Propheta (iuxtà communem aliorum interpretum sñam, ad actio-

actionem illam quâ Deus daturus legem ascendit in monte Synay vbi tanta erat exustio ignis, et ardor, quod mõtes liquefieri videbantur, lege Exo. 19. Vbi habes quod cum aduenerit tertius dies, et mane inclaruerit, cęperunt audiri tonitrua, micare fulgura, et nubes densissima cępit operire montem, clangorq́; buccinę vehementius perstrepebat, et timuit omnis populus, qui erat in castris: sic etiã locutus est Dauid d. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, a facie Domini omnis terra. Per montes autem hoc loco D Hier intelligit: aereas potestates, et quicunq́ se erigut, et extollunt aduersus Dei potentiam, et maiestatem: Dicuntur autem aereę potestates montes, ob insignem superbiam, qua montibus altissimis iure optimo comparantur: vel per montes intelligere possumus amplissima regna, et potentissima, quæ tandem cesserunt in obedientiam fidei, aut corda hominum dura, et saxea quæ per Christi aduentũ effecta sunt tenera, et mollia: alij per montes intelligi volunt mirabilia opera Domini, vt est victoria verbi Dei aduersus peccatum, mortẽ, et infernum, et consequenter vocatio gentium, excecatio Iudæorum, destructio Idolorum, in fidelium interitus, ac dissipatio. Montes enim, vt pleraque alia in sacris litteris capiuntur aliquando in bonam partem, aliquando in malam. *Montes, aque defluerent a facie Domini*, si Dominus descenderet, hoc est præsentiam suæ maiestatis, et excellentiæ formidarẽt, ac vererentur, *& sicut exustio ignis tabescerent, & aqua arderent igni:* hæc profecto sunt dictu mirabilia, et mirabiliter stupenda, et factu difficilia, ne dicam impossibilia. Sicut exustio ignis tabescerent. Sicut enim ea tabescunt, et paulatim consumuntur, et deniq́ quæ sunt exusta igne in fumum conuertuntur; tanta etiam est vis caloris, et ardoris, vt præsentiã ignis, et aquæ sua natura frigidæ, et humidæ ardere dicantur, ferueant, et ebulliant, ita etiam ob præsentiam Domini gentes tabescerent, ac liquefierent. Aquę enim dicuntur populi, itaque sicut aquæ ad præsentiã ignis feruent, et ebulliunt, ita etiam populi ad præsentiam Dei, vti habetur Deuter. 32. Ignis accensus est in furore meo, et ardebit vsque ad inferni nouissima. Et apud Lucam. ignem veni mittere in terram (dicit Christus) quid volo nisi vt ardeat? iuxtã sensum moralẽ. Nonnulli expositores per aquas intelligũt sordes, et turpitudines hominum, quę sicut per ignem purgantur, et mundificantur, sic ignis Spiritussancti purificat aquas, i. homines, et hominum corda reddit placabiliora. Nec existimes aliquod fore inconueniẽs, quoniam sicut calor ignis desiccat, et liquefacit, ita etiam calor supercœlestis desiccat atque inflammat, desiccat inquam prauos humores et cupiditates animi nostri, et inflammat, et accendit ad amorem Spiritus diuini modo simus ob sequentes diuinę vocationi, et gratiæ præuenienti.

Sicut exustio ignis tabescerent, supple, montes, aqua arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis à facie tua gentes turbarentur. Affert causam Esaias ob quam deberet Deus ad nos descẽdere, et inquit, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, vult quidem propheta nomen Dei, timorẽ eius, et reuerentiã nostris commodis esse præferẽdã; ppea inqt vt notũ fieret nomen tuũ inimicis tuis: deiñ subdit. *A facie tua gẽtes turbarentur, quasi dicat.* si descẽderes, et nobis te ipsũ manifestares; turbarẽtur gentes et expauescerent, aut turbarent, i. mouerent ab infidelitate ad fidẽ, ab interitu, et damnatione ad salutem, et vitam sempiternã. Postea subdit. *Cum feceris mirabilia non sustinebimus; descendisti, & à facie tua montes defluxerũt. Nos* (inquit) *non sustinebimus cũ feceris mirabilia*, i. nõ approbabimus, nec fidei iugo collũ subiiciemus, manebimus in peccato nostro, nunquam credemus quòd sis filius Dei, et verus Messias; sed blasphemabimus nomen tuum, et dicemus, quod in Beelzebub Principe dæmoniorum eiicis dęmonia: Aut dicas *non sustinebimus*, i. nequaquam patientes erimus, vt cum moram facientem expectemus: *vel non sustinebimus*, i. ferre non poterimus gloriam suam. Alij sic exponunt, *Faciens mirabilia* quæ nunquam sperabamus *descendisti*. Huius verbi

Exo 19.

Montium defluxus.

Sustinere mirabilia Dei.

verbi tanta est varietas interpretum, quoniam dictio hæbrea significat præstolari, sperare & expectare, & voces istæ sunt hominum perditorum, & habentium mentem reprobam: nec mireris in tam modico verborum contextu legi orationes tam contrarias, ac dissimiles quia (vt inquit D. Hier.) quæ dicuntur in principio huius capituli, sunt verba hominum piorum, expectantium summo cum desiderio Christi aduentū: quæ verò mox exponimus, uidelicet, *cum feceris mirabilia non sustinebimus*, sunt verba impiorum; nec inconueniit in perpetua quadam oratione hanc diuersitatem reperiri. Dicunt igitur boni, descendisti, iam Verbū caro factum es, & habitasti in nobis, & à facie tua montes defluxerunt, vt supra vidimus, vel sic dicas; descendisti, scilicet iam quando dedisti legem, vel quando liberasti populum de Aegypto, & tunc mōtes defluxerunt, nihilominus populus tuus in infidelitate permansit. Sequitur textus. *A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit Deus absque te, qua praparasti expectantibus te.* hæc eadem verba desumpsit Apostolus 1. ad Chorinth. 7. quamuis sensum potius quam eadem præcise verba desumpsisset: Sic enim habet ipse, quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum: nobis autem reuelauit Deus per spiritū suum. Prosequitur Esaias consequenter ad ea, quæ paulò antè dixit, videlicet, *Cum feceris mirabilia non sustinebimus*: sed ea (supple) fuerunt quod à facie tua montes defluxerunt, & talia quippe fuerunt, & tanta, quod à sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt quicunque in hunc vsque diem homines fuerunt. Vel dicas *à seculo non est auditum, neque auribus perceptum*, & quo magis excellentiam, & magnitudinem operum Domini explicaret subdit. O Deus qui es magnus, & admirabilis *absque te*, idest sine tuo numine, absq. tuo spiritu, & te non reuelante *oculus non vidit, qua praparasti expectantibus te*. hoc est, ijs qui te colunt, qui te diligunt, vni tibi cohærent, & tota fiducia innituntur: vel iis *qui te expectant*, qui scilicet nullum præter te alium quærūt Deum, a te vno auxilium expectant: & si quandoque videaris differre subsidium, non ideo confunduntur, & deficiunt; iuxtà illud Psalm. Vniuersi qui te expectant non confundentur. & alibi; Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Sed dices quæ fuerint ista mirabilia, quæ fecit Deus, neque vnquam fuerunt audita à sæculo: nulli dubium, quod in primis loquitur de bonis, & immunitatibus, quæ sumus habituri, & possessuri in regnum cœlorum. Sed præter hęc sunt alia signa, & prodigia quę nullus hominum capere, aut imaginari vnquā potuisset: verbi gratia, quod verbum patris fieret caro, & humanam carnem in vnum suppositum, & illud quidem æternum, ac diuinum sibi copularet; quòd virgo de Spiritusancto conceperit, atque perpetuo manens virgo filium pepererit; quod stella quædam non amplius visa Magos deduxerit ad adorandum puerum illum, & multa alia ediderit iste puer miracula, quæ litteris euangelistarum continerentur, quę quidem omnia si scriptis mandarentur mūdus (vt inquit Ioannes Euangelista) capere non posset. Vnde non iniuria, neque absque ratione dicebant Iudęi, quid facimus, quia hic homo multa signa facit, & itidem totus mundus post eum abiit. Præterea quid dicimus, quando Sol in eius morte per tres horas fuit obscuratus, & tenebræ occuparunt vniuersam terram? quid dicis dum ipse mortuus, & sepultus, post tertium diem surrexit à mortuis? quique postea ascendens in cœlum Spiritum sanctum super Apostolos misit, qui dono linguarum præditati ita loquebantur, vt quique diuersarum linguarum audierint linguam in qua quisque natus erat? Nec est necesse vt inter hæc signa, & prodigia, quę oculus non vidit, nec auris audiuit antequam fierent, vt tot gentes idolatrę, & omnino auersæ Dei cultu, & cognitione ad hunc Christum dominum, & redemptorem omnium turmatim accederent, & pro sui nominis defensione omne genus tormentorū subire pateretur quemadmodū hac die ix. Martii

Marginalia: Text. 2. — 1. Chor. 7. — Psal. 24. — Psal. 39. — Ioan. c. 20. & 21. — Ioan. 18.

Martii nobis ob oculos obiicitur solẽnis commemoratio Sanctorum 40. martyrum, qui diris cruciatibus afflicti, & tandem igne cobusti, mortẽ pro Christo pertulerũt. Diximus toties de exclusione Iudæorũ, & alia multa quæ non est opus repetere. *Oculus ergo nõ vidit & auris non audiuit, absq. te Deus quæ præparasti expectantibus te*, quæ quidem intelligi possunt non respectu eorum tãtum, quæ ad perpetuam vitam referuntur, quippe quę vere non percipiuntur à sensu hominis vllius, sed etiam referuntur ad ea dona, quæ in præsenti sæculo per Spiritum sanctum nobis conceduntur. Dicit, *oculus non vidit absque te*, idest nemo videre, neque audire posset absq. te. i. te non reuelante neq. manifestãte, sed neque etiam conferente quę præparasti diligentibus te. Sequitur deinde. *Occurristi lętanti, & facienti iustitiam in vijs tuis recordabuntur tui.* Sensus est istorum verborum, quòd si volumus esse participes illorum bonorum, quæ præparauit Deus expectantibus eum, hoc est qui spem suam ponunt in Deo, (vt dicit Cyrillus) oportet cum gaudio, & lætitia seruire ipsi Deo, non ex tristitia, aut ex necessitate, quemadmodum dixit Propheta Seruite Domino in lętitia, introite in conspectu eius in exultatione; qui enim sic Deo, seruire disponit, Deus prę sto est illi, non finit eum diutius affligi, & suis desideriis fraudari, sed occurrit ei, hoc est adiuuat omnes eius actiones, conatus, & studia, & neminem excludit quicunque sit ille, hoc innuit Propheta Dauid cum inquit. Prope est *Psal. 144.* Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate, hoc est quod hoc loco dicit Esaias. *Occurristi Domine lętanti, & facienti iustitiam in vijs tuis, hoc est* in obseruantia *Occurrit Deus lætanti.* mandatorum tuorum, vel in dispensatione tuorum iudiciorum recordabuntur tui, idest agnoscent te verum Deum, & confitebuntur tibi, & laudabunt nomen tuum. iuxtà illud Psalm. laudationem Domini loquetur os meum; lętus et gaudens fuit Symeon iustus, et timoratus, qui expectabat redemptionem plebis Israel, & suscepit

A Christum in vlnis suis, & benedixit Deum dicens. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace; occurrit etiam Christus lętantibus discipulis post resurrectionẽ eius. iuxta illud Ioann. 20. Gauisi sunt discipuli viso Domino: occurrit & nobis, *Ioan. 20.* cum disponimus nos ipsos ad eius gratiam percipiendam: idcirco dicebat per Ieremiam. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.

B Sed dices: quomodo possumus cõuerti ad te Domine nisi tu prius conuertaris ad nos? non enim est volentis neque currentis, sed miserentis est Dei: idcirco dicitur Hieremię, 21. Conuerte me Domine, & conuertar quia tu es Dominus Deus meus, &. Tren. vlt. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Dicẽdum vtiq; quod nemo potest conuerti ad Deum, & preparare se ad recipiendam gratiam, qua Deo propriè et formaliter C grati sumus, nisi prius moueamur ab eo, et conuertamur ad ipsum; sed alia est gratia, et aliud est donũ quo mouemur, & præparamur ad recipiendam gratiam iustificantem, quã Theologi vocant gratiam habitualem, et aliud est donũ quo propriè (vt diximus) grati efficimur, q̃m illud primum est auxilium quodd à gratuitum Dei interius mouentis liberum arbitrium, & non est gratia gratũ faciẽs, & hoc primũ donũ est illud auxiliũ quo D dr̃ homo adiutus facere quod in se est, quia tunc Deus non denegat grãm suã. iuxtà illud Matth. 7. Deus dat Spiritum *Matth. 7.* bonum petentibus se, quod quidem auxilium non est ita in nostra potestate, quod non concurrat etiam Deus, non solum tanquàm agens vniuersale, sed (vt inquit Caietanus) concursu quodam speciali tanquam principium aliquod ipsius gratię; ita vt facere homini quod in se est, sit quòd hac actio E ne sufficienter preparetur ad gratiam recipiendam, quoddam gratię munus est; ita vt sine Deo, velut specialiter influente non possit homo facere quod in se est, & consequenter non potest se sufficienter ad gratiam preparare; & hoc pacto verum est quod nos non possumus conuerti ad Deum, nisi ipse

Q conuer-

conuertatur ad nos, neque ipse ad nos vnquàm conuertetur, nisi & nos ad ipsum conuertamur. Sic dicit D. Thom. 3.par. quæst. 109 articulo sexto. Similiter etiam sacrum Concilium Tridentinum Sess.6. c.5. vbi d. Cum in sacris litteris dicitur ex persona Dei conuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos libertatis nostræ admonemur, cum respondemus conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia prçueniri confitemur, hoc pacto intelligi possunt verba Esaiæ cum d. Occurristi lætanti, & facienti iustitiam, &c.

Tho. 3. par. q. 109 art. 6.

Ecce tu iratus es, & peccauimus: In ipsis fuimus semper, & saluabimur? huc usque locutus est Propheta partim ex persona piorum, partim ex persona rebellium, & impiorum. In præaceptis nunc verbis, & orationibus loquitur rursus in persona impiorum, qui tamen audent dirigere verba sua ad Deum, & modo quodam suam illorum impietatem fateri, & detestari. Dicunt ergo. *Ecce tu Domine iratus es, & peccauimus*, *nos bene cognoscimus*, & magno nostro malo, & incredibili corporis, & animi detrimento experimur, neque id quod satis manifestum est tergiuersari possumus quòd s. tu iratus es nobis, & peccauimus, i. nos vtique agnoscimus te propter scelera nostra nobis iratum esse, ita tamen sceleribus patrandis addicti sumus, & assueti quòd adhuc peccauimus, in ipsis semper fuimus, ab illis nūquam recessimus, semper in eis perstitimus, & saluabimur? q.d. minime quidem omnium. Hic est vnus modus exponendi hunc textum, vt primo quidem sit ordo præposterus (vt inquit D. Hier.) vt sic legatur. Peccauimus, ecce tu iratus es. q.d. quia peccauimus, ecce. i. hæc est cā, qua tu iure optimo iratus es, ita vt peccata nostra sint causa ob quam Deus irascitur nobis, & non è contra, & præterea particula illa, *& saluabimur* per notam interrogationis legitur, q.d. impossibile est, vt qui nunquam resipiscit, sed manet semper in peccatis possit saluari. Alius sensus est, & alia expositio, vt construatur textus quemadmodum iacet, vt, s. præsupponatur prius Deum no-

A bis irasci ob scelera nostra, & ad eius irā consequatur etiam consuetudo peccandi, vt peccatum sequens iram Dei non modo sit peccatum, verum sit etiam pęna peccati: pœna quidem illius peccati quo Deus est pronocatus ad iram. & illa dictio saluabimur assertiuè legatur, vt hic sit sensus, quanquam nos ob errata nostra Deum nobis iratum senserimus, atque subinde peccare nō destiterimus, tanta tñ est bonitas, & clementia Dei,
B quòd his non obstantibus saluabimur, quia precium pro nostris criminibus solutum tāti est naloris, & efficaciæ, quod per ipsum saluari poterimus. Cyrillus in hanc ferè sententiam descendisse videtur: dicit enim quod qui prius ob aliquod peccatum sunt obnoxii iræ Dei, non habent vires sufficientes ad uitandum insultus, & insidias diaboli, & propterea peccare necessum est: homo .n. vt (aliàs diximus) destitutus gratia Dei
C non potest non peccare: at quandiu in nobis habitat Deus, & lætatur in nobis, peccatum vincimus, & à vitiorum sordibus recedētes spiritualis fortitudinis insignibus strenuè coronamur. Hinc dicebat Dauid. Gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. & alibi non in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Denique certum est initium nostrę damnationis ex nobis ipsis proficisci,
D iuxta illud Oseæ Prophetæ. Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Deinde sequuntur verba impiorum, & dicunt. *Ecce facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruata vniuersa iustitia nostra, & cecidimus quasi folium vniuersi, et iniquitates nostra quasi ventus abstulerunt nos*. Horum verborum sensus, talis esse videtur. Quāquam nos olim peccauerimus, & in peccatis persistere consueuerimus, nihil minus
E sperabamus aliquando salutem, & gratiam obtinere ob merita quorūdam bonorum, & seruorum tuorum quorum prçces tu Domine libenter exaudiebas: Nunc autem ab ea spe cęcidimus, quia facti sumus immundi omnes, & non est qui faciat bonum, & eius meriti sit vt orare queat pro nobis. *Vniuersa inq̄ iusti*

Psal. 88.

Psal. 43.

cap. 13.

Propō vulgatis, sed satis obscura.

tia

tię nostrę, sunt quasi pannus mulieris menstruatæ, i. abhominabiles, & impurę: *cecidimus (inquit) quasi folium vniuersi*: nanq. dum folia arborum sunt arefacta, & desiccata, neq. est amplius viror in ramis, neque in radice, necesse est in terram cadant; sic euenit nobis (dicunt Iudæi rebelles & obstinati) iniquitates nostræ quasi ventus impellens abstulerũt nos, & dispersẽrũt in omnem locum, neq. id prçter rationem est, qui. n habent mentem lubricã, & labilem omni vento circunfe runtur: sic profectò euenit Iudęis, qui ob eorum iniquitates, & eorũ animum fluxum, & lubricũ sunt per vniuersum orbem dispersi, & variis opinionibus distracti hinc, atque illuc vagantur, neq. stare loco sciunt. Porrò quod attinet ad illa propositionẽ, *oēs iustitiæ nostrę sunt quasi pannus menstruatæ*, multam hēt difficultatẽ, nisi probe intelligatur. Primũ quidem (dicunt aliqui) ad einsmodi verba nihil aut parum est attendendum; qñq. dem sunt dicta in persona impiorũ, quorum iustitiæ, & opera apparenter bona, sunt sicut pannus mulieris menstruatæ hoc est impura, immunda, & apud Deũ detestabilia, sicut dicitur per Esaiam. Incensum abhominatio est mihi solemnitates vestras odiuit anima mea, & prçsertim quando illa opera procedunt ex impietate, quia sic operantur, quia volunt Tho 2.2 q. 10. art. 4. Alii dicunt (ut inqt D. Hier.) quod opera, & iustitię, quę sunt ex lege sine gratia Dei, sunt velut pãnus mulieris menstruatę, sic. n. dicit D Hier. si quis post euangelium Christi, et adnẽtum filii Dei pedagogę legis obseruat cerimonias, audiat Prophetam confitentem, ac dicentem, quòd omnis illa iustitia, pãnno sordidissimo cõparatur: nonnulli clarius, & apertius dicunt, ꝙ opera bona quæ sunt admixta peccato, ut incredulitati, odio, et auaritię sunt uelut pannus mulieris menstruatæ, uerbi gratia, si quis largiatur eleemosynas, & interim sit fornicator, aut adulter, opus illud alioquin ex se bonum, dicitur esse impurum, et immundum, et Deo maxime inuisum: similiter si quis laicus, aut sacerdos recitat quotidie diuinum officium, et prçces horarias, atque interim oderit fratrem suum, cu-

A mulandis opibus inuigilet, et insistat, eius oratio in sinu meo conuertetur (inquit Deus) et uelut alibi dicitur. Modicum fermẽtum totã massam corrumpit prima Chorint. 5. neque tamen ob id asserrimus eiusmodi opera bona facta in peccato mortali, omni prç-mio fore destituta, quoniam aliquo prçmio temporali saltem compensantur. Alii dicunt quæcunq. opera quantumcunq. bona uideantur, et exterius iu

B dicentur, cum fuerint destituta Dei gratia iustificante, esse uelut panũ mulieris menstruatę, quanq̃ non nihil ad consequendam gratiam iustificantem disponere, et manuducere queant. Vnde D. Tho. in calce huius expositionis aduertit, ꝙ opus iustitiæ efficitur iniustum, & immundum, primo ob mortale peccatũ (ut mox diximus) quemadmodũ legitur Eccles. 47. Dedisti maculam in gloria tua: deinde ob negligentiam quæ *Eccl. 47.*

C frequenter committitur in opere bono faciendo. iuxtà illud Hierem. 48. Maledictus homo qui facit opus Domini negligenter: Tertio ob intentionem peruersam, propterea scriptũ est Matth. 6. Si oculus tuus scandalizat, te abscinde eum, & proiece abs te. Quartò ob inanis gloriæ appetitum; propterea dicit Dominus apud Matth. 6. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hipocritæ tristes, exterminant enim facies suas, ut appareãt *Hierem. 8.* *Matth. 6.*

D hominibus ieiunantes; Amen dico uobis (inquit Christus) receperunt mercedem suam. Postremo (dicunt alii) quod opera nostra quę apparent bona, & laudabilia modo sint facta in gratia Dei, & sint omnino denudata, & expoliata omnibus conditionibus mox enarratis, quibus eiusmodi opera dicuntur infici, inquinari, & immunda fieri, si conferantur ad Dei puritatem, sanctitatem, et munditiam sunt uelut pannus mulieris

E menstruatę, quod probatur ex sententia Iob nono cap. Si lotus fuero (inquit) quasi aquis niuis, et uelut mundissimę fulserint manus meę, tu tamen De us in sordibus intinges me, et abhominabuntur me uestimenta mea. et quintodecimo cap Stellę cœli comparatæ iustitię Dei non sunt mundę, et in Angelis suis reperit prauitatem, quem lo- *Iob. 9.* *15. cap.*

Q 2 cum

cum adducit hic etiam D. Hieronymus. Sed heu miseri, non Iudæi solùm eiusmodi confessionem facere poterant, & Dei clementiam deprecari, sed plerique nostrum sunt in eadem naui, & forte longe illis peiores, ac deteriores, quòd s. omnes iustitiæ nostræ, & quæcunque facimus opera, quanquàm exterius bona, & iusta videantur, sunt tamen quasi pannus menstruatæ, & hinc factum est, & aliquando fiet quod quasi folium cademus nos, & ventus nos auferet atque disperdet, quemadmodum ego miser, & infœlix fraterculus præ aliis valde satis sum expertus, sed Deo gratias, qui dignos nos fecit experiri patientiã. Deinde sequitur textus, in eadem materia, & proprii criminis confessione, ac detestatione dicens. *Non est qui inuocet nomen tuum, non est qui consurgat, & teneat te; abscondisti faciem tuam a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostra*; quanquàm enim in angustiis, & necessitatibus inuocemus nomen tuum, & ad te confugere, atque in te sperare videamur, non tamen id serio, & cum illa animi puritate, & sincero cordis affectu, vt par est, efficimus; non est qui consurgat, se ipsum excitet, ac fortiter, & viriliter studeat se è vitiis eruere, & penitus abdicare, atque importunis precibus, Deum obsecrare, vt ab eo quod postulat obtineat, & sic firmiter teneat ne è manibus elabatur, quemadmodum sponsa nitebatur tenere eum, vt Cantic. 3. Inueni (inquit) quem quæsiuit anima mea, tenebo eum, & non dimittam illum; ita firmiter complectar, & constringam illum, ne è manibus meis elabatur, sic tenebat eum Moyses cum dixit ad eum Deus, dimitte me vt irascatur furor meus; & ad Iacob Genesis trigesimosecundo, dixit Deus, dimitte me, quia aurora est, non est ergo quisquam ex nobis, qui consurgat, & teneat te orando, & toto corde affligendo animam suam, & supplicando consequatur misericordiam.

Quo sanctè viri, quamdoque cõfiteantur se oia peccata cõmisisse. vid. Peresium lib. 3. Dan. fol. 162.

Cant. 3.

Gen. 32.

Abscondisti faciem tuam a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostra, reliquisti nos in manibus consilii nostri, atque vt faceremus quicquid libet, & post concupiscentias nostras iremus perpetuo. Vbi aduerte (vt inquit Diuus Hieronymus) quòd iniquitas habet manus, & pedes. Peccata enim quæ nos tanquam in compedibus fortiter coustrictos, & alligatos tenent, pedes habere dicuntur, & manus, iuxta illud Psalm. Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. & Prouerb. decimooctauo. Mors, & vita in manu linguæ. Væ illis qui traduntur in manibus peccatorũ, & quos peccata sic apprehendunt, & stringunt, ne ab illis diuelli, & extricari facile possint. Hinc profectò omnia mala, omnes ruinæ, calamitates, & miseriæ ducunt originem: Hinc ciuitates, & regna modico admodum annorum spatio destruuntur, & caduot. Quibus dictis, & patefacta eorum miseria, nunc ad præcationes se conuertunt, postulantes Dei clementiam, et misericordiam dicentes. *Et nunc Domine, quasi dicat*, posteaquam nos tam grauiter corripuisti, & castigasti, tempus iam adest, licet te quoque grauiter offenderimus, *tu tamen Pater noster es, nos verò lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos*.

Psal. 35.

Prou. 18.

Text. 4.

Quare cum nos simus factura tua, & opus manuum tuarum, si non propter merita nostra, saltem quia sumus creaturæ tuæ, ne reiicias, & allidas nos & omnino consumas, ac extenues. iuxtà illud Psalm. Opera manuum tuarum ne despicias. Manus tuæ Dñe fecerunt me, & plasmauerunt me; cumq́. simus lutũ, tu verò fictor, & figulus, iuxtà illud Iob. Memento (quæso) quod sicut lutum feceris me, & in puluerẽ reduces me, potes quicquid velis statuere de nobis, nec possumus ac debemus quicq̃ contradicere. Quid ergo est quod volumus? quid petimus? quid postulamus? id vnum, s. *ne irascaris domine satis, & ne vltrà memineris iniquitatis nostra*.

Ecce nos supplices, ac gementes te precamur respice, intuere nos & considera *populus tuus omnes nos, ne irascaris* inquam satis, hoc est punitio tua non sit tam grauis, & diuturna, vt minime subsistere valeamus. Et præter hæc vide Domine, & considera quã indigna

digna patiamur, & quàm maxima consequantur incommoda, & præsertim quomodo traducatur nomen sanctum tuum. *Ciuitas sanctitatis facta est deserta, Syon deserta facta est, Ierusalem desolata*, est & cætera, vsque in finem, quę omnia sunt satis clara, & manifesta, & hæc omnia præcipuè cō tigerunt post passionem Christi ab exercitu Romanorum sub Tito, & Vespasiano, sed quod attinet ad historiam, possunt hæc verba referri ad tēpus captiuitatis Babilonię, vt pleraq alia sed ego sentio cū D. Hyeronimo plura ex his referri ad tempus nouæ legis, quibus omnibus incommodis, & iacturis internè consideratis, & perspectis à Propheta diuino spiritu afflato, ꝙ scilicet non solum damna inextimabilia, & sempiternum dedecus huic populo iam dilecto, & ab omnibus aliis nationibus segregato, multisque gratiis, & fauoribus olim exornato eueniebant verum etiam ignominia quadam gloriæ Dei videbantur inuri, & ideo vehementi quadam percunctatione, aggreditur Propheta in psona populi, vel populus ipse per Prophetam Deum ipsum, & inquit. Nunquid super his omnibus continebis te Domine? tacebis? & affliges nos vehementer? non sic certè fieri debet, neque ita nos putamus elementissime Deus; at ipse in sequenti capitulo huic petitioni respondit vt videbimus.

Et hic sit finis expositionis LXIIII. cap.

Breuis discussio super quibusdam verbis præsentis Capituli.

Dicit enim Esaias in hoc capitulo 64. facti sumus, vt immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostrę. vnde merito dubitatur de quo loquitur Esaias de se, an de aliquo alio, namque non potest quis existimare ea referri posse in ipsius personam quandoquidem fuerit vates sanctissimus, & Deo acceptissimus, & velut Euangelista potius quam propheta, vt qui meruerit videre Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, quique suo ore protestatur se Regem Dominum exercituum, propriis oculis vidisse, cuique aliquando suum peccatum confitenti misit Deus Angelum suum, vnum de Seraphim, & in manu eius calculum, quem forcipe tulerat de altare, & tetigit os suum, & dixit ei. Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Quare si Deus pollicetur se ablaturum iniquitatem suam, & peccatum suum mundare, & eundem missurum tanquam nuncium, & legatum, ad monendum, arguendum, & corripiendum populum suum, non est quòd eiusmodi verba referātur ad ipsum, & quòd de se ipso loquatur cum dicit: quasi pannus menstruatæ omnes iustitię nostræ: nec quemquam moueat quòd ipse se aliis connumerare videtur, hoc enim egisse creditur propter modestiam, & propter affectum quo ferebatur erga populum suum. Propterea dicunt aliqui ea verba dirigi aduersus populum Iudaicum, qui conquerebatur postea quam fuit expulsus, a ciuitate Hyerusalem se non posse amplius sacrificiū offerre pro peccatis, & iustificari, quando statutum erat, & pdictum, ne vllibi possent sacrificia, offerre præterquam in templo Hierosolymitano. Propterea iure poterant conqueri, & fateri omnes eorum iustitias esse tanquam pannum mulieris menstruatæ. Hæc est opinio Nicolai de Lyra. Alii dicunt Esaiam loquutum de illis Iudæis tantum, qui detenti erant in captiuitate Babylonica quippe qui fateri poterant, ac testificari omnes eorum iustitias esse velut pannum mulieris menstruatę, & hæc opinio videtur satis roborari per alia verba quæ sequuntur, vbi dicit Esaias in persona eorum, iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos, & non est, qui inuocet nomen tuum, & multa alia, quæ sequuntur, sed hæc opinio habet nonnihil difficultatis, quoniam dicens Esaias vniuersę iustitiæ nostræ sunt sicut pannus, &c. & in eodem text. d. facti su-

sumus, vt immundus omnes nos, vbi Esaias connumerat se his, qui erant in captiuitate Babylonica quod quidem non est verum, longè enim aberat ab eis. Dicunt aliqui, vt Hugo Cardinalis, ea verba intelligi debere de omnibus Iudęis, quorum opera vti Circuncisio, Oblatio, Immolatio, sunt velut pannus mulieris menstruatę, quia ex immunditia carnalitatis ipsarum, sunt inquinate, ita vt omnis, qui tetigerit per obseruationem, idest qui fecerit ea inquinetur D Thom. inquit omnes iustitias fore immundas quia aliis peccatis sunt inuolute, non quia bona opera secundum se dicantur immunda; sed quia sunt inuoluta, & commista aliis peccatis, verbi gratia, facere elemosinam est opus bonum, & iustum, sed dum fit propter inanem gloriam, vt diximus in expositione textus, opus illud bonum, redditur immundum. D. Hieronymus in expositione huius textus inquit Esaiam fuisse loquutum de iustitia, quæ in lege est, quæ comparata Euangelicę puritati immunditia est, & propterea subdit in eodem loco, quòd qui post passionem Christi seruiunt legi pedagogæ, omnis talis seruitus, & iustitia, iniustitia est. Quidam alii non multum ab hac sententia diuersi, dicũt, Prophetam non loqui, nisi de iustitia Iudæorum, aut hypocritarum quę magna ex parte cõsistit incultu exteriori, cui nulla fides potest adhiberi. Ego autem (si licet) non prorsus aberrare crediderim, si dicerem verba Esaię Prophetę hoc loco adducta, posse intelligi non de Iudęis solum, verum de vniuersis, & singulis creaturis rationalibus, pręter angelos, & quosdã paucos, qui speciali quodam munere, & priuilegio fuere à Deo ditati, & purificati, seù ab omni labe pręseruati, vt dicitur de Beata Virgine Dei genitrice, de qua dicit Augustinus, lib. de natura, & gratia, cum de peccato agitur, nullam vult fieri quęstionem, de ea enim scriptum est, in ciuitate sanctificata similiter requieui. Ecclesiast. 24. de Hieremia Propheta cui legitur Deum dixisse, priusquã te formare m in vtero noui te, & antequã exires de vulua sanctificaui te, & Prophetam in gẽtibus dedi te; & de Ioan. Battista legitur Luc. 1. Angelum Gabrielem dixisse ad Zachariam patrem suum, ne timeas Zacharia, quoniam vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suę. Quod autem hęc Esaię sententia comprehendat oẽs homines vtriusque sexus, pter eos quos diximus facile potest probari. Primo quidem, si iustitię nostrę referantur ad originem, qua nos omnes citrà controuersiam nascimur cum peccato originali, à quo non nisi per baptismum quocunq. modo acceptum siue flamine, seu flumine aut etiã sanguine renascimur, & emundamur. Deinde contingit nos omnes aliqua leui macula tantisper inquinari, & aspergi dubio procul sumus immundi, vt dicebat Apostolus. eramus oẽs natura filii irę Et Dauid. Ecce in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. cuiusmodi est peccatũ veniale, quod vix vmquam potuit euitari. Dicimur etiã quandoque impuri, et immundi pro peccatis proximorum, vt ratione fraternitatis, aut consanguinitatis, seù ratione humanitatis, quia sumus omnes eiusdem speciei, & ad eandem imaginem, & similitudinem creati, & ad vnum, & eundem finem pręordinati, vt inquit August. fecit Deus rationabilẽ creaturã, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret possidendo frueretur, aut etiam ratione humilitatis, vt sic Dei misericordia magis flectatur, & ratione charitatis, quę omnia facit eoĩa nõ vt ea faciamus, sed vt ea deploremus Postremo siquascunq. actiones nostras, vtcunq. puras, optimas, et quam maximè perfectas conferamus ad munditiã, puritatem, & sanctitatem iustitię Dei, heù, quis vmquam audebit confiteri se purum, & mundũ, & ab omni labe prorsus immunem? Quis vmquam audebit dicere proximo suo, recede à me nõ appropinques mihi, quia immundus es, vt exprobat Esaias cap. sequenti. Quòd aũt libetius, & verius dicere possimus cum Propheta facti sumus immundi omnes, & vniuersę iustitię nostrę sunt velut pãnus mulieris menstruatę, manifestũ est, quandoquidem etiam Eccles. 7. legitur. Non

Eccl. 24.

Luc. 1.

Esa. cap. 65.

Non est homo, in terra qui faciat bonū, & non peccet, aut nō peccauerit aliquādo, et Iob. Nemo mundus à sorde, neq. infans, cuius est diei unius vita super terram; prętera Dauid ps. 52. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, idest nullus, quia negatio pręposita æquipollet suo contrario, seù contradictorio, & 3. Reg. cap. 8. Non est homo, qui non peccet, & prima Ioan. cap. 1. si dixerimus, quia peccatum nō habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, sed quod magis me terret, & vehementem mihi incutit timorem, & cogit huic opinioni adherere. quod s. sumus immundi, & non est quisquam qui possit gloriari se mundum habere cor, & esse immunem à peccato cum D. Petrus epist. eius 1. d. cap. 4. Et si iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt? Quid plura. Nonnè, & angeli, qui semper astant ante conspectum Dei dicuntur non esse mundi in conspectu eius? vnde non immerito omnes eum Daniele dicere possumus, Domine peccauimus, iniquitatē fecimus, impie egimus, & declinauimus à mandatis tuis, & Iob. si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimę manus meę sordibus tamen intinges me, & abhominabuntur me vestimenta mea. Et paulò ante inquit, si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, & cętera quæ ibi sequntur in eundem sensum. non igitur mirū si cuncti sumus aliqualiter immundi, & peccatis obnoxij, vel propter originem, vel ob naturæ corruptæ propentionem, aut etiam ob nimiam cū peccatoribus conuersationem, quorum causa nos quandoque delinquimus, iuxtà illud Prophetæ cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, ideo precabatur Dauid d. Eripe me de operantibus iniquitatem & Psal. 27. odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo, aut quia iam olim Deum offendimus, vti Paulus cum dicebat se aliqñ blasphemum, & contumeliosum fuisse; vel deniq. si omnia bona fecerimus, modo fuerint collata diuinæ iustitiæ, & sanctitati, dubio procul immūda erunt oīa, & velut pannus mulieris mēstruatæ. sed hoc non multum refert; videamus & p-

Psal. 52.
3. Reg. c. 8.
1. Ioan. c. 1.
1. Pet. c. 4.
Iob. 9.
1. Tim. c. 1.

A currramus; si de crimine lethali sermo habeatur poterit quispiam reperiri mundus à peccato, vt tuto dicere possit se fore mundum, & iustitiam suam fore puram, & immunem ab omni labe peccati, quo audacter posit obiicere huic sācto vati dicenti nos omnes esse immūdos, & vniuersas iustitias nostras esse velut pannum mulieris menstruatæ, nulla habita relatione ad peccatum originis iam cōtractum, neque ad peccata actualia iam
B abolita, neque ad quicquam aliud externum, vt iam diximus, certè si quod verū est explicari debeat, absque multo negocio reperiemus, quocunq. in statu, innumerabiles esse, & olim, ac semper fuisse homines prauos, peruersos, ac omni scelerum genere conspersos, & maculatos. Et primum quidem si meminerimus eorum, qui in statu legis naturæ extiterūt (bone Deus) quot reperiremus? qs vnq̄ poterit horum legiones recensere? non
C loquamur de angelis, qui corruerunt, & traxerunt secum tertiam partem stellarum, neque etiam loquamur de primis nostris progenitoribus, qui vix creati, & in lucem editi magnisque honoribus, ac priuilegijs ditati in statu innocentię apostatarūt à Deo? loquamur solum de hominibus, qui postea successerunt, & communem vitæ rationem fuere sortiti, in statu legis naturæ, veluti Cain, & quid ā eius posteri de quibus historia Genesis
D satis abundè loquitur, & quales fuerint apertè demostratur, non .n. satis videbatur fuisse quòd Cain interfecerit fratrē suum Abel, & quidam alii eadem, & maiora scelera perpetrassent, ꝙ coactus fuerit Deus delere hominē quē fecerat, dicit .n. scriptura, ꝙ cum cępissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent, videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchrę, acceperūt sibi vxores ex omnibus quas elegerant,
E vnde dixit Deus, non permanebit Spiritus meus in homine in æternū, quia caro est: vnde statuit, & decreuit Dei omnipotētia diluuio disperdere omnes cum terra, id quod fecit opera, & ministerio Noe, qquāuis esset vir iustus, atque perfectus in generationibus suis, & cum Deo ambulauerit, ipse tamē inebriatus est, & nudatus, iacuit in tabernaculo suo quē

Chanaam filius suus irrisit quamobrem fuit maledictus a patre. Nec post multum tẽpus surrexit Nembroth qui fuit potens in terra, & robustus venator coram domino: & structor turris Babilonicæ. Gene 11. si deinde meminerimus quid cõtigerit tempore quo vixit Abraham reperiemus itidem multa scelera fuisse tunc perpetrata, vnde successit temporis progressu elades, et exustio ipsius pentapolis: idest illarum quinque ciuitatum quæ sub nefando scelere dormitabant, sub idem tempus contigit etiam Loth nepotem Abrahæ cum suis filiabus fuisse commixtum, postmodum creuerũt filii Israel, qui post datam legẽ quot mala, & ipsi perpetrarunt non est locus hic recẽsendi quot illusiones, quot proditiones, & homicidia inter eos euenerint, at quæ omnia, qui nosse voluerit perlegat, & vniuersum Pentateuchum, libros Iudicum, Iosuẽ, & aliorum, & præsertim Canticum Moysis Deuteronomio 32. libros regum, & Psalmos Dauid præsertim, Psalm. 77. & alios, quod si tempora quibus reges in populo Israelitico dominabantur inspicias facile est videre quot etiam mala, quot disidia, atque tyrannides in illis tribubus regnauerint, quot Prophetas occiderint, quot scelera perpetrauerint, & quam multi fuerint, qui spræto Deo vero, & viuo ad idola defecerunt, ea colere, & uenerari non verebantur, sed eorum malignitas, & pernicacia potissimum exarsit in Christum Dominum verum Messiam, qui de hac immani eorum nequitia frequẽter eos arguit, & repręhendit: cum præsertim dixit: ego mitto ad uos Prophetas sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, et flagellabitis in Synagogis uestris, vt ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est ab Abel, usque ad Zachariam, quem occiderunt inter templum, & altare. Ex his satis patere potest unicuique in quocumque statu homines deliquisse, tum in statu legis naturę, tum etiam in statu legis scriptæ: quòd autem in statu legis euangelicę plures, et penè innumerabiles perpetuo ob oculos occurrant plene iniquitate, rapinis, et dolo non est quod pluribus demonstretur, unde rectè d. Augustinus super cap. 2. Ioan. quod legitur hodie in Ecclesia ubi dicit, quod flagellatus est Christus, flagellis Iudęorum, flagellatus blasphemiis falsorum Christianorũ. ac flagellis hęreticorum pariter, et infidelium, hoc est Turcarum. Vnde quo rem nostram ordine, absoluamus, dicimus omnem impietatem, deduci, et exerceri ad quatuor genera hominum, hoc est ad Iudęos, ad Paganos, ad Hęreticos, et denique ad falsos Christianos, idest ad eos, qui non faciunt quod dicunt, uel quod debent, aut docentur; et hac ratione possumus uno uerbo concludere vna cum D. Ioa 1. c. 5. quod totus mundus in maligno positus est, et quod re uera im mũdi sumus omnes nos. Sunt enim plerique vaniloqui, seductores, seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, proditores, proterui, timidi, & voluptatum amatores, magis quam Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem abnegantes, hæc omnia criminum genera in quovis hominum statu reperiuntur, sed hoc est nobis perscrutandum vtri sint peiores, ac deteriores, communis sententia probatissimorum Doctorum, est hæreticos esse longe deteriores, quam quivis aliorum hominum, quamquam inter eos dentur gradus vt dicit D. Thomas 2. 2. quæst. 10. articulo 6. & ibidem quęst. 10. art. 5. qui tamen gradus non constituunt diuersas infidelitatis species, sed vnam tantum. Verum Gaetanus supra articulo quinto quęst. decimæ asserit Christianum factum Iudæum esse longe peiorem hæretico, qui est reus hæresis ratione fidei Euangelicæ iam susceptę, & post eius professionem negatæ, & est reus perfidiæ Iudaicæ ratione professionis Iudaicæ corrumpentis figuram euangelii. Iudæi autem sunt peiores Turcis, & infidelibus, nec mireris me seorsum nominare Turcas, & infideles, quasi Turcę non sint infideles, sunt infideles quidem, & acerrimi Christianę religionis hostes, sed quo-

Matth. 23.

2. Tim. c. 3.

quoniam dux eorum Manmethus, & sui de euangelio, & de lege Moysi non nihil suscipiunt, videntur modo quodam secerni, & distingui à ceteris infidelibus sed reuera tres tantum sunt infidelitatis species videlicet Iudęorum, gentilium, siue Turcarum, & Hereticorum, si accipiantur per comparationem adfidem si vero consideretur iufide litas secundum varios errores qui deficiunt à fide vel contrariantur fidei, sic sunt plures, & quasi innumerabiles Thom. vbi supra. Mali autem Christiani . idest peccatores, & iniqui, videntur Iudæis, Turcis, & cunctis infidelibus magis culpandi ob eam ratio nem, qua hæretici pariter, & Iudæi in impietate cæteris pręferuntur, quoniam ut ait Petrus prima cap. 2. *Pet.1.ca.2.* Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ quam post cognitionem retrorsum cõuerti. Cum autem Christiani qui verè fuere per baptismum regenerati, & in Christi familiam asciti, & multa Dei dona pregustauerint, & catholicam fidem palam professi fuerint, & postmodum ab ea male viuendo defecerint, nulli dubium hac ratione fore, quam maxime damnandi; sic enim Christus arguebat Iudæos Lucæ 16. *Luc.16.* Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus Deus autem nouit corda vestra. Hunc in modum potest Deus malos christianos arguere, quod re vera ipsi quoque grauiter delinqunt, licet se Christianos esse fateantur, ita ut nomen Dei blaspheme tur per nos inter gentes & alibi dicat Augustin. Qui male viuunt & christiani vocãtur iniuriam Christo faciunt & quoniam nos magis sumus edocti, & instructi veram fidem, & veram iustitiam, ac viam, quam sumus ituri, propterea secus facientes hæreticis dubio procul haberi possumus deteriores ob eandẽ quam aduersus eos rationem adduximus, dicit enim Petrus vbi supra &c. Melius erat non cognoscere.

Vnde Aug. hanc quæstionem relinquit insolutam. Tur. cre. super 6. q. 1. dicit peccatum hæresis longè grauius quocumq; peccato in moribus. D. Tho. vbi supra dicit peccatum hæresis secundũ genus esse grauius quocũq. peccato, at

A secundum aliquas conditiones, & circũstantias, aliqua peccata sunt grauiora. Sed Deo gratiæ, quoniam quamuis aliquando labamur, & cadamus super lapidem, confringimur, & non conterimur, & hac ratione resurgimus, & coagulamur, & coniungimur ipsi Deo, dũ in nos ipsos reuertimur, & velut d. Esaias cap. 1. *Esa cap.1.* Si fuerint peccata nostra sicut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra, quasi vermiculus, ve

B lut lana alba erunt. Sed nec velim per ea verba intelligas quoscumq; homines fideles, & timoratos esse prorsus immundos, & maculatos. Fuit enim Primus in statu legis naturæ Abel ad quem, & munera eius legimus Deum respexisse. Fuit etiam Enoch, qui ambulauit coram Deo. Fuit quoque prior ipso Enos, qui primus cæpit inuocare nomen Domini. Post aliquot tempora fuit Noè vir iustus & perfectus in gene

C rationibus suis. Fuit & Iob de quo scriptum est Quod in omnibus pressuris & calamitatibus suis, non peccauit quicquam labiis suis, nec stultum aliquid contra Deum loquutus est, & cap. 17. d. *Iob.cap.17.* Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus, nec ambigo, multos alios, qui in eo statu valde Illustres, & admirabiles fuere. quod si ad tẽpora legis scriptę animũ, & oculos conuertamus innumerabiles profectò nobis occur

D rent, quos valde iustos, & à peccatis omnibus immunes fuisse demõstrabimus Primum quidem nobis occurrit Abraham, cui primum data fuit circuncisio, tamquam iustitię & fidei signum, cui postea successere duodecim Patriarche, qui, & ipsi fuerunt maxime grati, et accepti Deo: quamquam his temporibus nondum fuerit data lex; sed post datam legem quot queso fuerunt homines plane diuini, & magni hęroes,

E quorum primus communi, et vera omnium sententia fuit Moises, cui apparuit Dominus in flãma, ignis de medio rubi, & loquutus est cum deo, qui tamen præ magnitudine maiestatis diuinę et splendore, ac fulgore vultus eius, abscondit faciem suam; quoniam non audebat aspicere contra Deum. Fuit postea Dauid, qui ausus est dicere ipse

Deo

Psal. 118. Deo. Indica me Domine, quoniam ego in innocētia mea ingressus sum, et alibi viā mādatorū tuorū cucurri cum dilata sti cor meum, et in eodem psalmo in quit. Adhesi testimoniis tuis, noli me confundere, et psalm. 18. eadem ferè uerba repetit dicens. Custodiui uias Psalm. 18. Domini, nec impie gessi à Deo meo, et paulò post Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, et secundū puritatem manuum mearum retribuet mihi. Non ergo poterat dicere se fore immundum, et iustitias suas esse tā quam pannum mulieris menstruatę. Preter hunc fuere plerique alii maximè commendabiles, et digni memoria, ut Iosuè, Sanson, Gedeon, et prèter hos viri, tot et prophetæ sanctissimi, ut Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, et duodecim prophetæ, qui omnes diuina mysteria tantisper cognouerunt, et iudicia Dei futura multa prędixerunt, et regulam, ac formam pie, recteq. uiuēdi potius tradiderunt, nec solum hi secundū legē Moysi Dei pręcepta custodientes inter immundos minime quidem sunt habendi, sed Machabei inter uiros probos, et ab Ecclesia approbatos, et in numero sanctorum sunt recepti, quia pro patriis legibus defendendis tradiderunt corpora sua ad supplicia, et meruerunt habere coronas perpetuas. Nec solum uiri, uerum et mulieres, non paucę reperientur in lege ueteri, quę sunt maximè celebres et uenerandæ ob eorum merita, uelut Hester, Iudith, Delbora, Michol, Rachel., et quędam alię quas longum esset recensere. Sic itaque manifestum est tum ex his, qui fuerunt in lege naturę, q̄ qui fuerunt in lege scripta, & sub ea veteri lege uixerunt, fuerunt homines puri, et mundi, et tamen non est ue ritus Esaias dicere, et hęc uerba proferre: facti sumus immundi omnes nos, et uniuersæ iustitię nostrę sunt sicut pannus mulieris menstruatę, multo minus poterant hęc uerba referri ad tempora gratię et legis euangelicę nemo enim ignorat quam plurimi fuerint à principio legis datę per Christum Dominum homines probi, iusti, et uerè Deo digni et sub tēpora natiuitatis Christi, dū lex

A euangelica fuisset promulgata fuere plures viri, qui omnes appellātur iusti, vt Ioseph, Simeō, & Zacharias pater Ioā baptæ non loquor de sanctissimo illo, et prestantissimo duodecim Apostolorum Collegio, neque de quotcumque aliis ab eo in hoc ministerium prædicandi euangelium selectis, ac destinatis: sed plerisque aliis, qui, & si nos lateant, eorum tamen nomina sunt scripta in libro vitæ, & sic deinde in progre B su temporum hęc vinea produxit multos, & ferè innumerabiles palmites multum fructum afferentes. Quis vmquam recensebit tot martyres, qui pro Christo sanguinem suum fuderunt nō defuerunt innumerę virgines, quæ pro fide Christi substinenda, ac perpetuo retinenda nullis cruciatibus pepercerūt, vti legitur de Beata Vrsula, quæ cum tot virginibus in manus infidelium, & perditorum hominum impingentes ue C pudicitiam admitterent, & Dei fidem quouis modo deperderent diras mortes obierunt, neque est necesse aliorum patrum memoriam recensere, & laudabilem eorum vitam, mores, ac sapientiam in medium afferre, qui passim per ora omniū versātur, vti sacri Doctores Ecclesiæ, quos omnes tam veteres quam modernos longū esset hue afferre, superuacaneum quidem existimo cōmemorare hoc in loco quatuor pre D cipuos Ecclesiæ Doctores, vt D. Gregorium, Hieronymum, Ambrosium, & D. Augustinum, qui velut alter Abraham fuit Pater multarum gentium, hoc est diuersorum ordinum & quem admodum. Diuus Benedictus cuius hodie festum colimus, quique monachorum disciplinam in occidente penè collapsam restituit, ac mirificè propagauit, de quo suspicor hunc diuinissimum uatem fuisse loquutum dnm capite. 51. E hortatur qui sequuntur quod iustum est & quęrunt Dominum attendant ad petram vnde excisi sunt, idest Christum Dominum, & ad cauernam laci de qua sunt pręcisi. Hic enim sanctissimus dei seruus, & patriarcha fuit præcisus è cauerna laci, quoniam, vt refert historia, eum iam esset adultus, quò se totum Christo daret ad eum locum, qui sub

sub lacus dicitur in altissimam speluncam, seu cauernam penetrauit, vbi triennio vno tantum conscio, qui eum ci baret stetit. Neque inter hos reticendus est D. Chrisost. D Basilius, & Gregorius Nazianzenus, quorum sedibus nuper accesserunt D. Thomas Aquinas & S. Bonauentura Cardinalis. Neq: etiam hic volo enarrare multos alios san ctissimos. Patres institutores, & fundatores tot sacrorum ordinum, quandoquidem sæpe alias eorum meminisse me recordor. Quis vnquam auderet dicere tot Patres, viros insignes, & ingenuos fuisse immundos, & vniuersa eorum opera fuisse immunda, velut pannum mulieris menstruatę: quando nec omnia infidelium, & peccatorum opera dicantur esse immunda? quamquam saluator noster dixerit apud Lucam, cum feceritis omnia quæ pręcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus. Quod autem non omnia opera infidelium sint peccata, probatur ex eo quia si sic, tunc non posset quis arguere eos suadere, & instruere ad bene, & recte operandum: potest enim quis peccator, vt infidelis, & Turca honorare parentes, reddere depositum, nemini inferre iniuriam, & cetera eiusmodi, quæ quidem sunt apparenter bona, non autem verè, simpliciter, & absolutè, quia non sunt facta in fide et propterea non merentur, neque demerentur, & velut inquit B. Augustinus in infidelibus non sunt verę virtutes. Et propterea non est necessum, et perpetuo verum quòd homines peccent et non possint esse ab

Lu. 17.

A sque peccato presertim mortali, ac læthifero, quoniam si sic esset non erat opus Christum Dominum dixisse cuidam egroto, ecce sanus factus es, iam noli peccare, & mulieri in adulterio deprehensę, vade & noli amplius peccare, si necesse est hominē peccare, et non potest esse absq: peccato, neq, oportebat D. Petrū nos monere d. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem faciatis, hęc enim facientes non peccabitis aliquando, et pręterea D. Ioan. 1. ca. 3. omnis, qui manet in Deo non peccat, et paulò infrà, omnis, qui natus est ex Deo peccatum non facit, neque etiā oportebat Esaiam nos monere cap. 1. d. Lauamini, mundi estote, si nos omnes immundos esse quodamodo necessarium est. Sed reuertamur ad eum Si præcipit, aut monet nos lauari, et mundos fore, cur dixit hoc loco, nos omnes forè immundos, et vniuersas iustitias nostras quasi pannus mulieris menstruatę? Præter ea quæ supra cursim, & uelut arguentes diximus, nunc ad duo nos referri possumus, ut dicamus prophetam fuisse loqutum de sceleratis, et impiis Iudæis, quorum iustitiæ dicebantur esse quędam legales, obseruantiæ absq; fide et charitate. Aut dicamus ea verba dixisse Prophetam per comparationem, et relationem ad iustitiam Dei, cui nostræ iustitiæ comparatæ sūt uelut pannus mulieris menstruatę. Et hæc satis pro intellectu horum verborum.

Ioan. 5.

2. Pet. ca. 1.

CAPVT SEXAGESIMVM QVINTVM.

1. QVesierunt me qui ante non interrogabant, inuene
runt qui non quesierunt me: dixi. Ecce, ego ad
Gentem, que non inuocabat nomen meum. Ex-
pandi manus meas tota die ad populum incredulũ,
2. qui graditur in via non bona post cogitationes
suas. Populus, qui ad iracundiam prouocat me, ante faciem me-
am semper: qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres:
qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt;
qui comedunt carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum.
3. Qui dicunt recede à me, non appropinques mihi quia immundus
es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce
scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam & retribuam in-
sinum eorũ iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorũ
simul. Dicit Dominus, qui sacrificauerunt super montes, & su-
per colles exprobauerunt mihi, & remetiar opus eorum primum
in sinu eorum. Hæc dicit Dominus: Quomodo si inueniatur gra
num in botro, & dicatur: Ne dissipes illud, quoniam benedi-
ctio est: sic faciam propter seruos meos, ut non disperdam totum.
Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes meos:
& hæreditabunt eam electi mei, serui mei habitabunt ibi: Et
erunt campestria in caulas gregum, & Vallis Achor in cubile
4. armentorum, populo meo, qui requisierunt me. Et vos, qui de-
reliquistis Dominum, qui obliti estis montem sanctum meum,
qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam. Numerabo
vos in gladio, & omnes in cæde corruetis: pro eo quòd vocaui, &
non respondistis: locutus sum, & non audistis: & faciebatis ma
6. lum in oculis meis, & quæ nolui elegistis. Propter hoc hæc. d. Do-
minus Deus. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui
mei bibent, & vos sitietis: Ecce serui mei lætabuntur, & vos con
fundemini: Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, &
vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlu-
labitis. Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis me
is: & interficiet te Dominus Deus, & seruuos suos vocabit nomi

ne

nē alio. In quo, qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo
amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuiōni
tradita sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis
7. *meis. Ecce enim ego creo cælos nouos, & terram nouam: & non*
erunt in memoria priora, & non ascendent super cor; Sed gaude
bitis, & exultabitis vsque in sempiternum in his, quæ ego creo,
quia ecce creo Hierusalem exultationem, & populum eius gaudi
um: Et exultabo in Hyerusalem, & gaudebo in populo meo: &
non audietur in eo vltra vox fletus, & vox clamoris. Non erit
ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos,
quoniam puer centum annorum morietur & peccator centum an-
norum maledictus erit. Et ædificabunt domos, & habitabūt, & plā
tabūt vineas, & comedent fructus earū. Non ædificabunt, & alius
habitabit: Non plantabunt, & alius comedet: secundum enim
dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inue-
terabunt: electi mei non laborabunt frustra, neque generabunt
in conturbatione: quia semen benedictorum Domini est, & nepo-
8. *tes eorum cum eis.* Eritq; *antequam clament, ego, exaudiam, ad-*
huc illis loquentibus, ego audiam. Lupus & agnus pascentur simul
leo, & bos comedent paleas, & serpenti puluis panis eius, non
nocebunt, neque occident in omne monte sancto meo, dicit Do
minus.

EXPLA

EXPLANATIO IN SEXAGESIMVM QVINTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

Tex. 1. *QVaesierunt me qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non quaesierunt me. Dixi. Ecce ego ecce ego ad Gentem quae non in uocabat nomen meum &c.*

CONGRVVM erat tot querimoniis, & lamentationibus Iudaeorum aliqua ex parte satisfieri, ne sibi ipsis sapientes viderentur, aut alii putarent iustam eos aduersus Deum habuisse quaerelam. Respondit ergo Deus per prophetam, et ostendit cur tot mala sint perpessi Iudaei non se esse in culpa, sed eorum duritiem, & contumaciam, & insignem inobedientiam: inquit enim. *quaesierunt me, qui ante non interrogabant, inuenerunt me, qui non quaesierunt me*, hoc est qui nullam de me, nec per legem, nec per prophetas habuere notitiam, atque ideo non poterant me consulere, & voluntatẽ meã exquirere quid ꝓ vera foelicitate cõsequẽda opus esset facto. Et qui non quęsierunt mę, ut qui nesciebant quis essẽ, & ubi nam essẽ inuenerunt me quaesierunt inquam, dum euangelicam Tubam audierunt, gentes videlicet, quae audita praedicatione euangelii per fidem ad Christum cucurrerunt; ita quod priusquam instruerentur in lege, ac doctrina veritatis, & priusquam salutarem doctrinam praegustarent, audita praedicatione euãgelii quem non quaesierunt inuenerunt vt etiam testatur Aposto. Paul. ad Rom. 10. cum dicit in persona Christi. Inuẽtus sum à non quęrentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant, & idem Christus per prophetam Dauidem psal. 17. dicit. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Et apud hunc eundem

Paul ad Rom. 10.

psalm. 17.

A prophetam cap. 52. dicit de Christo quibus non est narratum de eo viderunt, & qui non audierunt, contemplati sũt, id quod D. Hier. comprobat, & confirmat exemplo Centurionis, Sirophenicae & illius reguli cuius filius infirmabatur Capharnaum. His itaque qui nõ interrogabant, nec quaerebant Christũ Dominum, et tamen eum inuenerunt, quasi respondens dicit Christus. dixi (refert factum) dixi (supple) illis me B quaerentibus. Quid frustra laboratis? quid vlterius nitimini? Ecce ego, ecce ego, non amplius quęratis, non est quod quemquam pereuntemini, ille ego sum quem quaerebatis: ille ego sum qui pręcepi Moysi iret ad Pharaonem, & diceret ei. qui est, misit me ad vos: ego sum, qui sum: et hoc dixi, et me ipsũ ostendi, et manifestaui nomen meum gentibus, quae nesciebant me, et quae non inuocabant nomen meum, vt hac C ratione rependerem vices, et iniurias retaliarem ipsis Iudaeis, ut aliàs per Moysem idipsum palam feci. d. Deut 32. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, et irritauerunt in uanitatibus suis: et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, et in gente stulta irritabo illos.

Deut. 32.

Pima verba praesentis capituli re nera sunt aliquantisper obscura, seu difficilia, quia ibi est aperta contradictio. D Dicit enim quaesierunt qui me non interrogabant, et postea dicit. Inuenerunt, qui non quaesierunt me, Si legeretur, ut habetur 52 vbi habet idem propheta, quibus non est enarratum de eo viderunt, et qui non audierunt, contemplati

templati sunt; Aut quemadmodum hic idem locus citatur a Paulo ad Rom 10. vbi dicit Inuentus sum a non quærentibus me, palàm apparui iis, qui me non interrogabant, nulla fermè esset difficultas. Sed dicere quæsierunt, & non quęsierunt, non videtur facilè posse apprahendi: præsertim si hęc verba omnia intelligantur de gentibus. Sed aliqui hoc modo conciliant hanc verborum contradictionem, ut fiat distinctio personarum. Alii fiat distinctio locorum Aliqui verò temporum Distinctio personarum, vt sic dicamus. Quæsierunt me, scilicet Iudęi, qui me non interrogabant, qui quærebant, & scrutabātur scripturas iuxtà eorū sensū ut inuenirēt verū Messiā, & nō interrogabant, quia scilicet non scrutabantur scripturas, vt oportebat. Quæ testimonium perhibent de vero Messia. Gentes autem, quæ non quæsierunt me, quia scilicet nullas habebant scripturas, quæ de ipso dicerent, audita prædicatione Apostolorum, & visis quibusdam signis, & miraculis, inuenerunt Christum, verum Messiam. Potest etiā totus iste verborum contextus intelligi de gentibus, (sed habita distinctione loci) quòd gentes aliquando quæsierunt Christum, sed non inuenerūt, quia non quæsierunt vbi oportebat. quæsierunt enim in vanis rethorum, & philosophorum scriptis, & dogmatibus aut etiam Poetarum figmentis, & non inuenerunt.

Cum verò, quæsierunt eum in sacris scripturis, apertis, & pręmōstratis prędicationibus apostolorum, tunc inuenerunt Iesum Christum, quippè qui, quæsie unt, & non quęsierunt, quæsierunt prius vbi non erat, at vbi erat nullatenus quæsierunt, sed spiritu Dei ducti inuenerunt quem nō quæsierūt iuxta illud psal. 142. spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. Sic videtur exponere Osorius. Hugo verò Cardinalis dicit. Gentes quæsiuisse, & non inuenisse, quia quæsierunt Christū Dominum antequam fieret homo, & ideo non inuenerunt: posteaquam verò humanam carnem assumpsit, non quęsierunt, verumtamen audita prædicatione apostolorum inuenerunt. Et hoc est quod dicebat propheta psal. 17. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi. Sic exponitur ista particula ut vides. Alii dicunt eum inuenisse qui qui non quæsierunt, qui scilicet, non agnouerunt eum, nec sperabāt in eum, & consequenter nihil meriti erat in eis, sed Deus sua misericordia se manifestauit eis. Quisq; nunc accipiat, quam velit expositionem. *Psal. 17.*

Sed adhùc est aliqua difficultas in his verbis, quomodo potest quis quęrere Deum, & non inuenire? cum alibi dixerit suis discipulis Luc. xi. Querite, & inuenietis. Dicitur omnibus præcipi, ut quærant Deum, sed multi non inueniunt, quia non quærunt qui est, neq. vbi sit, neq; eo modo quęrunt, quo quæri debet, vnde rectè dicitur apud Ioan: cap. 7 Quæretis me, & non inuenietis & vbi ego sum, vos non potestis venire. Iterum dices. quopacto potest quæri Deus, aut inueniri, si est incompræhensibilis. Dicit Beatus August. 15 de Trin cap. 1. quòd cum Deus sit incōprænhensibilis numquam cessandum est ab eius inquisitione, & quanto magis queritur, eo magis, qui quærit, perficitur, & qui quæritur, tandem inuenitur. quæritur enim, ut inueniatur dulcius, & inuenitur, ut quæratur auidius. Repetit autem dicens *ecce ego ecce ego*, vt ostenderet animi sui prōptitudinem & vigilantiam q.d. Ecce ad sum, non est opus vt āplius satagemini: prope n. est Dñs omnibus inuocātibus eū, omnibus inuocātibus eū in veritate; Et vt meritò hæc fieri, ac dici aduersus Iudæos quisq; videat, & intelligat subdit Deus per prophetam. *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in uia non bona post cogitationes suas*, tota (inquam) die, omni tempore, nulla die, uel occasione prætermissa; prima quidem sua sponte saluator ingressus in Synagogas docuit illos, prædicans euāgelium regni, & curans omnem morbum, & omnes infirmitates in populum sicut scriptum est; á sæculo non est auditum vt quis aperiat oculos cæci nati: hæc tamen spectantibus Iudæis dixit Christus. Si non facio opera patris mei *Luc. xi.* *Ioan. 9.*

nolite credere mihi: si autem facio, & mihi non vultis credere, operibus credite Ioa. 10. Praeterea dicebat ipse Si quis sitit veniat ad me, et bibat Ioan. 7. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquae vivae. Dixit etiam illis Ioan. 8. Nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris Vide quoties illos vocauit, quoties monuit, et quoties inuitauit, et tamen ipsi dicebant Demonium habet, et insanit, quid vultis eum audire? et alibi: de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia cum sis homo, facis te ipsum Deum: expanditigitur manus suas tota die, hoc est omni tempore, quo inter eos est versatus, nec solum eo tempore quo venit in hunc mundum, sed valde prius, et quasi ab ipsa stirpe, et ex suis maioribus, qui diuina eius lege deiecta, et Mosaycis praeceptis valere iussis, idolis seruierunt, & falso nuncupatis Diis sacrificarunt, & immundorum spirituum cultores extiterunt. quid postmodum dum in cruce penderet aduersus eum committerent, testis est Marcus euangelista, et caeteri collegae, qui dum Christus in cruce penderet, et pro illis rogaret, & diceret: Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt, asserunt eos dixisse, Vah qui destruis templum Dei, et in tribus diebus reaedificas illud; et item. Si filius Dei est, descendat nunc de cruce, et credimus ei. Et praeterea alios saluos fecit seipsum non potuit saluũ facere. Expandit igitur manus patientissimus & mitissimus Christus tota die et postmodum in cruce omnibus videntibus ad populũ incredulũ, qui graditur in via nõ bona, post cogitationes suas, post sua desideria, post suas cõcupiscentias, post sua cõsilia et post suas deliberationes. Consueuimus etiã expãdere manus, et clamore adiuncto voces extollere, dũ nobis aduersus aliquos reprobos, et pertinaces est aliquod negocium, ut suae eos improbitatis arguamus, vel ut eos reuocemus ad poenitentiam. Vnde Prouerbio primo. Vocaui, et renuistis, expandi manus meas, et non fuit, qui aspiceret. Expandimus etiam manus ex magno cordis affectu, cum alicui aliquid petenti hilariter elargimur.

Ioan. 9. Ioan. x. Ioan. 7.

Expansio manuũ cur fiat.

A

Omnibus hisce modis facile potest intelligi Christum Dei filium et hominẽ tota die expandisse manus ad hominũ genus, et hoc quoque tempore, et omnibus his diebus, et singulis ferè horis expandit manus suas ad nos miseros, et peruicacies homines, tum vocando ad poenitentiam, tum beneficia nobis conferendo, tùm etiam minis, et terroribus, ac dignis supliciis nos corrigendo, ut á via non bona retrahamur, et post concupiscentias nostras non eamus; quemadmodum praecabatur David psal. 138. d. Proba me Deus et scito cor meum, interroga me, et cognosce semitas meas, et subdit. Et uide si uia iniquitatis in me est, et deduc me in uia aeterna. Quòd si nolumus apprehendere manus suas, et adhęrere ei dum expãdit manus suas ut subleuet nos, caueamus, ne expandat ut destruat nos, ut habetur Hierem. 15. extendam manum meam super te, et interficiam te, laboraui rogans.

Psal. 138.

C

Deinde pro sequitur Esaias in persona Domini enatrare impietates Iudaeorum & inquit. *Expandi manus meas ad populum incredulum*, ad populum inquam qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meã semper, idest quocunque tempore me spectante, et cognoscente ac diutius ferente et in templo meo idolis immolant, quemq. nihil omnino latet, et semper hic populus in hac impietate persistit, et numquã resipiscit et singulatim enarrat eorũ impietates. d.

D

Populus qui ad iracundiam prouocat me, ante faciem meam semper qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres; qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt, qui comedunt carnem suillam, & ius prophanum in vasis eorum, qui dicunt recede a me, non appropinques mihi quia immundus es Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Illi dicuntur immolare in hortis, qui ad explendam luxuriam, et reliquas canis delitias eligunt hortos, pomeria, et loca nemorosa, quae sunt valde commoda, et idonea et plena voluptatibus. Illi super lateres sacrificant, qui super vasa quaedam testa-

Tex. 2.

E

cc

et faciunt suffitum, & adolent incen-
sum, vt inde excipiant odorem, quæ
nos vulgo dicimus (profumo) vel di-
cebantur sacrificare super lateres, idest
qui per altaria politis lapidibus artifi-
ciose constructa. Et prçter hoc, pleri
que ex his habitant in sepulchris, ac in
delubris idolorum dormitant, ut im-
pia, & ab hominabilia eorum sacrifi-
cia perficiant. qui fortè eiusmodi abdi
ta, & horribi lia loca secernunt, existi-
mantes Deum hæc latere: at profecto
insani erant, & plusquam fatui, existi-
mantes Deum aliquid latere. Sed ve-
rius opinantur, qui putant ideo non-
nullos in sepulchris, quæ sunt loca te-
tra & horribilia delitescerẽt à mortuis
aliquid sciscitentur, & in delubris
idolorum, quç sunt etiam loca, noctu
præsertim terrorem incutientia, ut ab
idolis, hoc est à demonibus per insom-
nia, & vanas imaginationes aliquid futu
rum, vel absconditum exciperent, quæ
omnia è diametro erant contra legem
psalm. 96. Dei. dicentis non facias tibi sculptibile
et psal. Confundãtur omnes qui adorãt
sculptibilia, & gloriãtur in simulachris
suis. Et si tibi forte uideatur durum cre
dere, & existimare eos tã fore stupidos,
insipientes, & mente captos ut in hortis
& in sepulchris, & delubris idolorũ dor
mitarent, & sacrificia facerent, eleua mẽ
tem, & imaginare per hçc tã fatua, & ab
hominũ sensu tã lõge aliena, prophetã
innuisse, quòd ipsi Iudæi, & prçcipuè
Scribæ, & Pharisei sũma cũ voluptate,
auaritiæ, & inanis gloriæ seruiebãt, nel
qui suscepto omni labore, & omni diffi
cultate, magno cũ incõmodo, et corpo
ris, ac animæ detrimẽto suis desideriis
facere satis operã dabant, qui umbrarũ
& nemorũ dici potuere amicissimi, vt
q magis tenebras quã lucẽ appetebãtq.
Nec solũ huiusmodi superstitionibus,
& vanissimis ominationibus occupabã
tur, sed quod erat lege præscriptũ pa-
lam & absq. pudore præteribant, aut ne-
gligebãt: manducantes carnem suillã,
Ius prophanum quid et ius prophanũ in vasis eorũ, per quas
duas trãsgressiones intelligi volũt quç
cunq. contra legẽ comittebantur. Ius ꝓ
phanuũ dicebatur quod nõ poterat re-
seruari in alterũ diẽ, & ad summum, nõ

A licebat de eo sumere post tertiũ diem,
et qui de eo aliquid sumebat erat pollu
tus, et inquinatus. Aliqui dicunt ius prò
phanum id quod erat idolis oblatũ, de
quo erat prohibitum Iudæis quicquam
sumere: non enim licitum erat mandu-
care de idolothitis. Et preterea ius illud
prophanum idolis immolatum defere
bant in vasis eorum: quç forte erant vsi-
bus sacris dedicata sed moraliter loquẽ
do illi dicũtur comedere ius ꝓphanũ q
B inmunda operantur, hi vero ius propha
nũ in vasis detinent, qui cogitant mala.
Sed fortè dices. Cur non licebat in hor
tis, et lucis, ac montium cacuminibus
Deo libare, et hostias immolare,
cum Deus sit vbique nullo circumscri-
batur loco? dixit enim ipse. Cœlum et
terram impleo. et alibi cœlum mihi
sedes est, et terra scabellum pedum me
rum. Dico Deum vtique posse vbiq.
coli, et honorari, et sic debet fieri, sed
C oblationes, et sacrificia, prçces et suf-
fragia conuenientius loco ad id depu-
tato fieri debent, et præsertim apud Iu
dæos, quibus erat iussu Dei statutus lo
cus, et constructum templum in quo ri
tè coleretur: quemadmodum psal. 131 *Psalm. 131*
dicebat Dauid. Non dabo requiem tẽ
poribus meis donec inueniam locum
Domino tabernaculũ Deo Iacob; et post
pauca. Introibimus in tabernaculum
eius adorabimus in loco vbi steterunt
D pedes eius. Et quamquam in veteri testa
mento statutus foret locus in quo solo
decebat immolare, et in nouo habetur
neque in monte hoc, neq. Ierosolymis
adorabitis patrem, sed in spiritu, et ve-
ritate adorare oporteat; Verumtamen
Ortodoxi Patres statuere, aliqua esse lo *De locis ad*
ca ad diuinum cultum tantum dedica- *diuinũ cul-*
ta; et nouissimè sacrosanctum conciliũ *tum deputa*
Tridẽtinũ edicto, & pœnis propositis, *tis vide au-*
cauit ne Sacerdotes ĩ priuatis domibꝰ *tho. de riti-*
E atq; õnino extra Ecclesiã, sed in locis ad *bus Eccl. ca*
diuinum cultũ tantũ dedicatis, sanctũ *thol. &*
missæ Sacrificiũ celebrare audeant, ut *diuinorũ*
1. ses. 6. Sed rursus, alia est difficultas, qm̃ *officiorum.*
pleriq. magnç authoritatis viri existi-
mãt eiusmodi prauitates, et abusus nõ
posse ad Xp̃i tempora referri, cum non
constet tunc Iudæos fuisse idolorũ cul
tores. Potest responderi, quod licet eo

R tempore

tēpore nō itā palā idolorū cultui ope rā darent, nō existimo tamē aliquos de fuisse, qui nō clanculū auguriis, auspiciis, & Demonū prȩstigiis operā darēt. Et prȩterea loquit Esaias de sacrificiis, & superstitionibus, quȩ suo tēpore vigebāt. D. Hier. iuxtà tropologiā refert hȩc ōnia ad hæreticos, & quidē, nō iniuria; sed hæc nunc prȩtermittamus. Cyril. nullum arbitratur incommodum, ipso quoq. Christi Domini aduentus tempore fuisse ista simulachra, & abhominationes in populo Israelitico, & quod velut ab ipsa stirpe, & ex istis patribus istas impietates posteri susceperint: quare nō solū qui sui temporis erant reprehendit Esaias, sed futuram filiorū impietatē præuidens, eos quoq. hac oratione obiurgat. Qui verò eiusmodi sacrilegiis sūt infecti, vsq. adeo à Demonibus & ab his, qui nō sūt se seduci patiūtur, vt putēt se solos mundissimos, & purissimos ab omni macula fore: cæteros vero vsq. adeò impuros, et immūdos ut vereantur illis coniūgi, et ab eis cōtrectari: qui dicūt, *recede à me nō appropinques mihi, quia immundus es*: dicit postea Deus. *Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die*. Primum quidem in his notandum est quod ex textu lxxii. interpretum habetur, demones non esse, quod non ita intelligendum est (vt bene inquit Cyrillus) quod non subsistāt eiusmodi perniciosi spiritus, sed quod non sint sicut qui illis sacrificant opinā tur, quorum pleriq. (vt supra diximus) dormiebant in sepulchris, in delubris idolorū, existimātes forsitan deū latere quicquid ipsi peragebāt, sed quomodo latere poterāt cū omnia sint nuda & aperta oculis eius: quod si nihil eū latet quomodo, & ipsi latere poterant se in se pulchris abscōdētes, ī hortis, vel in mōtibus suffitum facientes. Dicit enim Deus quòd ante faciē suā semper eiusmodi immūditias & turpitudines faciebāt & mihi certè venit nūc in mētē, & fugerit spiritus meus eiusmodi homines insanos, & ōni spurcitia plenos, de figurare, & referre plerosq è nostris, q ut turpia qdā, & abhominabilia, ac detestāda scelera cōmittāt sese in hortos, in lucos, & nemora, et sūmitates mōtiū, & la ea penitus abdita recipiūt, quorū omnium finis interitus est. D. etiā Hier. præterea, inquit et ipse, Demones nō esse, quāuis hæc verba in textu hebraico nō habeantur, quia, qui à Deo, qui uere est exciderunt, non esse dici possunt: vnde et Hester 14 cap loquitur ad Dominum d. Ne tradas hȩreditatem tuā his qui nō sūt, et Dauid psal. 38. Remitte mihi vt refrigerer priusquā abeā, & amplius nō ero. et alibi. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Vnde pulcherrimū, & saluberrimū documentū colligit D. Hier. ut dū sumus in hoc corpore veniam peccatorū deprȩcemur, quia si quis absque peccatorum venia de hac vita excesserit, Deo perit, et esse desistit licet postmodū subsistat in pœnis. Deinde not. quòd isti immundorū spiritiuū sectatores, et assecl ȩ, designāt, et representāt statū et cōditionē hipocritarū, qui quidē cum sint omnium pessimi, secū ipsi reputāt alios omnes impuros, & immundos, quorum consuetudinem eȩu viperas, et dracones effugiunt quemadmodum Pharisei arguebāt Christum Dominum, quod ad hominem peccatorem diuertisset, et cum publicanis, et peccatoribus manducasset. Et alibi, si hic esset propheta sciret vtique quȩ, et qualis est mulier quȩ tangit eū: quia peccatrix est Luc. 7. Hic phariseus erat de numero borum superborū, et hipocritarū (inquit Aug.) qui existimāt præter se omnes alios fore imūdos, Immo non uerentur dicere Deo illud Iob. 21. Recede a nobis, quia scentiam viarum tuarum nolumus, et ipse per psal. 30. dicebat. Qui videbant me foras fugerunt à me. Hi enim paupertatem fugiunt, tanquam rem sordidā, Castitatem vt amaram. Humilitatē eȩu rem uilem, et abiectam. Sed obserua, (quæso) quā aduersus eiusmodi genus hominū sententiā ferat Deus d *Isti fumus erūt in furore meo, et ignis ardēs tota die*. i sēper, prius. n. dicit eos futuros fumū, et postea ignē ardentē. Scimus. n. (inquit Ciril.) cū ignis est accēdēdus, prius exoriri fumū, sic ipsi Iudæi āte saluatoris aduentū dū in sordibus, et immūditiis versarentur velut quidam fumi, & initia diuinȩ iræ apparuerunt; posteaquam

Hest. 14

quam verò suis prioribus impietatibus addiderunt etiam hoc maximum scelus, quod interfecerunt Christum redemptorem principem vitę, & omnis boni furor deinde accensus est, & in flāmam quodammodo fumi conuersi sūt, de quibus psal. 36 dicebat Dauid. Inimici domini mox, ut honorificati fuerint & exaltari quemadmodum fumus deficient: & conuenienter quidem quoniā quemadmodum ipsi, fumo, & suffitu delectabantur, fumum, & ipsos quando que futuros, esse decebat, quemadmodum, & cuidam dictum fuit: aurum sitisti, aurum bibe, fumus enim ex igne procedit & coalescit, & ignis ardens resoluit in fumum quicquid illi apponitur; De hoc igne loquebatur Moyses Deut. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, quamdiū enim durabit infernus, durabit & ipse ignis perpetuo ardēs vnde Apoc. 19 fumus tormentorum eius ascendet in sæcula sæculorum. Nota etiam id, quod frequēter dictū est, quod ira, furor, obliuio, & reliqua huiusmodi ponuntur in Deo metaphorice, & secundum quandam similitudinem, non quod ipse Deus his perturbationibus afficiatur, qui eas dono gratiæ suæ extinguit in nobis: sed quo per nostra uerba Dei erga nos intelligamus affectū ut hoc loco notat. D. Hie Et ne vllus putet maxima hęc flagitia cum sint alta mente reposta facile aboleri, in his scilicet qui permanent in cogitationibus suis (dicit. n. deus) *Ecce scriptū est corā me nō tacebo, sed reddā, & retribuā in sinū eorū iniquitates uestras, et iniquitates patres uestrorū simul dicit Dominus &c.* Ecce inquā, ne quis decipiatur, & sibi ipsi stulta suadeat quoniā ecce inquit, dicit Deus tantum facinus scriptū est corā me in libello meo, uel in tabella signatum est, vbi delinquētiū describūtur errata & sicut scribit Hie. 17. peccatū Iudę scriptū est stilo ferreo in vngue adamātino nō erit impunitum, nec transibit in obliuionē nō tacebo, neq. sub silētio pręteribo tm̄ scelus, sed cū accepero tempus ego iustitias iudicabo, & velut Deut. 32. dicit Reddā vltionē hostibus meis, & iis qui oderut me retribuā, retribuā (inquit)

Psalm. 36.

Deut. 32.

Vers. 3.

Deut. 32.

A in sinū eorū, hoc est in caput eorū iuxtā illud psal. conuertetur dolor illius in caput eius, & super verticē illius iniquitas eius descēdet. Datur iuxtà D. Hier. sinus bonus, & sinus malus, Sinus bonus cum dicit oratio mea ī sinu meo cōuertetur. sic etiam eum dicitur, quòd diues sepultus in inferno vidit Lazarum in sinu Abrahæ. Incōtrariam verò partem sumitur hoc loco, & supra 42. c. vt d Hier. Pollicetur ergo Deus se de his qui contempserūt cū vltionem sumpturū, & re
B tributurū in sinu eorū quæcumq. sunt aduersus ipsum cōmenti & machinati, & ita in sinu, vt facilè cōseruari possint & cōtineri, vt pænæ illis inflictę nūquā possint ab eis auferri: dicūtur etiā in sinu eorum recondi, idest in archano cordis, vt, s. propria cōscientia torqueātur, nec solū (inquit) iniquitates vestras, mutans personā tertiam in secundam, sed & iniquitates patrum vestrorū simul, dicit dominus. Eadem enim punitione, nō
C eadē numero sed specie puniet, & castigabit iniquitates patrum, & filiorum non ita quòd filii pro patribus, aut contra, sint passuri, sed neq. iusti pro iniustis, & cum iniustis, sed quicunque peccauerint, seu patres seu filii, nec fuerint vnquā veniam consecuti, ita ut illa dictiō simul referatur ad simultatem, seu coniunctionē punitorum, vel ad simultatē temporis, aut pęni, nō ad simultatē puni
D tionū, nisi capiatur simultas secūdū speciē (vt dictū est) uel saltē secūdū genus: dicuntur etiā quandoq. patres puniri p filiis cadem punitione numero, quando scilicet ex pœna filiorum augetur pœna parentum, non ita quod pœna patrū sit eadem numero cum pœna filiorum quia sunt distincta subiecta nec potest vnū, & idē accidēs numero etiā ī duob' subiectis sumi, neq. duo accidētia solo numero distīcta possūt esse in eodē su
E biecto sed hic est sēsus q̄ filij mores patrū imitati, patiētur pro se, & pro patribus, ita qd pęna filiorū augebit i culpa parētū, & ē cōtra, & hoc est qd dixit De' p prophetā retribuā iniquitates vestras, & iniquitates patrū vestrorū simul .i. vnica punitione puniā vtrosq. Nōnulli exponūt hāc propositionē de pęna tēporali, qā. s. filii puniūt abolitione hære

psalm. 7.

Sinus duplex bonus, & malus.

Figura quæ fit mutatio persona de sta exstage.

ditatis, seu priuatione regni propter peccata parentum, & præsertim quādo, & filii fuerint patres imitati in defectione, aut alio quodam scelere contra principem attentato, aut penitus confecto. Sed de hoc aliàs dicemus. dicit ergo Dominus. *Reddam ultionem, & puniam iniquitates vestras, et patrum vestrorum simul*, quia scilicet eodem scelere sunt inquinati, qui sacrificauerunt super montes, & super colles, exprobauerunt mihi quasi nihil essem: nanque velle in totum ijs qui non sunt Dii, quibus nec minimū licet adhęrescere, nihil aliud est, quam diuinam, & supremam maiestatem negligere, aut conspurcare (inquit Cyrill.) & remetiar opus eorū primum in sinu eorum; opus eorum primum. i. vetus, & antiquum, & quęcunq. a principio vsq. ad hanc diem perpetrarunt, remetiar inquit in sinum eorum, hoc est in animas pariter, & corpora eorum: remetiar inquit, quia vnicuique reddet iuxtà qualitatem operis, & peccati, quod ipse cōmiserit: et rectè quidem vtitur hoc vocabulo remetiar, similitudine sumpta ab ementibus, & vendentibus; nam, qui vendit triticum, aut hordeum, aut quicquid aliud simile, non omnibus eandem mensuram affert, sed iuxtà pecunię quantitatem. Et prætерea bonis bona, malis verò mala in pręmiū reddet, quod quidē aptissima similitudine demōstrat ipse Deus per Prophetam d *Quō si inuenia tur granum in botro, & dicatur* (ab agricola supple) *ne dissipes illud, quoniam benedictio est, sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum*. Huius similitudinis absoluta intelligētia est, q ex multitudine hominum aliquos saluari contingit; aliquos uerò damnari; id qđ psignatur p scalam Iacob in qua erant quidam angeli, qui è terra ascendebāt in cęlū, quidā uerò descendebant in terrā: sic etiam euenit de Israelitis, qm quidā ex his adepti sunt salutem; sed per gratiam Xpi. quidā verò exclusi ab ea ob eorum peruicaciā; hoc igit est qđ ostendit hac similitudine, ne s. qs arbitretur q Deus in furore suo velit indistinctim perdere quoscunq. Iudæos, & neminem saluare, sed quosdā ex his licèt valdè paucos, seruare decreuit, & inquit. Sic ego (d. Deus)

A agā cum hoc populo, quō si in racemo vuæ reperiatur aliquod granum siuè acinus, qui nondum ad maturitatem peruenerit, & alicui volenti illud excerpere, scil. proijcere dicatur, ne dissipes illud, vel illum, quoniam benedictio est: sic faciam ego ppter seruos meos, vt si qui inuenti fuerint ex illis, qui sint bonæ spei, & quos videam facilè posse conuerti ad rectum, & iustum, seruabo illos, & me continebo; vt nō disperdam totum;
B quæ similitudo, ut planius intelligatur, sic dicemus. Si verbi gratia, sit aliqua vitis in qua multi sint racemi, vt sæpè contingit, qui non facile maturescant, aut potius marcescere, seù putrescere videantur, inter eos autem sit vnus, & alter, qui ad maturitatem accedant, & pręseferant optimum fructum reddituros, non sunt illi extirpandi, aut in terram ob aliorum defectum, seu ob nimiam acerbitatem proijciendi, propterea si quis uellet extirpare racemum il-
C lum, qui propinquus est maturitati dicendum est illi, ne dissipes illum, *quoniam benedictio est*, benedixit enim illi Deus, quia dedit ei uigorem, vt succum illi conuenientem proferret, vnde parum uini quod lætificat cor hominis suo tempore excipere poterimus; sic faciam (inquit Deus) propter seruos meos Patriarchas, & Prophetas uel propter eos qui reliqui erūt ex Iudæis post
D eorum euersionem: benedictio inquam erit, ut aliqui ex eis saluentur ob benedictionem, & merita suorum maiorū. Hoc nomen. Benedictio, præter multos significatus dicitur quandoq. accipi passiue, sicut hic secundum quosdam, q.d. serua granum in botro, quia benedictio est, i. quia benedictum est: Alij sic: quia benedictio est, idest quia peculiare munus, & gratia Dei est, ut aliqui seruentur, et multiplicentur. Sunt enim
E quidam ex his qui tanquam racemi vberes, et pleni tantum succi, proferent, ut torcularia Dei ualeant aliquando implere, palmites uerò, et racemos inutiles, et infructuosos excindam, et in ignem mittam iuxtà illud Matth. Oīs arbor quæ non facit fructum bonū excidetur, et in ignē mittetur, qbus ex uerbis, et ex qua sententia eliciendum est

eos

qua sententia eliciēdum est eos qui nullo sunt profectui ergà proximum, omnino reiiciendos esse, & perdendos, qui verò secus, à Deo complectendi, & magnis muneribus & benedictionibus erūt cumulandi. Duo etiam hic notare licet. primum quod Deus propter multos impios, & iniquos non perdet totum populum, quin potius ob paucos quosdam bonos, saluare consueuit populum totum. Alterum quod boni sunt tā pauci, vt grano vnius botri comparentur, ita ut sit necesse, si nolumus totam vuam perditum iri, & nihil habere musti, cō seruare illud parum: & quandoque etiam oe dissipentur boni, sufferre, & pręseruare multos malos, quemadmodum docuit Christus eos, qui volebant extirpare zizania ex agro, ne scilicet cum illis extirparent & triticum, vt dictum est alias in hoc eodem capitulo. Deus autem non solum pollicetur propter seruos suos nō disperdere totum, sed vult eos educere ī tuto. *Et educā de Iacob semē & de Iuda possidentē montes meos &c.* vsque ad illam particulam *& nos qui de reliquijs domini.* Ne forte hęreas in hac metaphora nunc adducta à propheta, scito per botrum intelligi Christum, vel Ecclesiam, iuxta illud Cant. 1. botrus Cypri dilectus meus mihi, granum, ve roque cūq. verū fidelē. Semē de Iacob, & de Iuda idem est, ex vtrisq. enatus est Christus, qui hoc loco vocatur semen, pariter & Apostoli ex eodem semine sunt progeniti, & plerique alii credentes ex stirpe Iudęorum, qui possidebunt montes meos, idest ciuitatem Ierusalē, cuius fundamenta sunt in mōtibus sanctis, idest in Apostolis, & Christianę fidei articulis, *& hæreditabunt eam electi mei, & serui mei*, idest qui mihi seruiunt, & timent me, habitabunt ibi, hoc est in Ecclesia sancta Dei, & post hanc vitam in coelesti patria, ad quam nos dignetur perducere, qui fundauit & stabiliuit eam: pro intellectu huius loci nota, quòd illud pronomen (eam) demōstrat Ciuitatem Syon circumscriptā per illas dictiones Montes, & Colles, super quibus est fundata. Nota etiam ex D. Hieronymo, quod filii Dei electi, dicuntur semen Abrahę, serui autem Dei, qui sunt inferiores dicuntur de semine Abrahę. Nota etiam quòd plus est hęreditare, quàm habitare: electi Dei habitabunt in Ecclesia militante, sed in cęlesti patria, quę est ęterna possessio, hæreditabunt, iuxtà illud Ecclesiastici 24. In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare. Iacob designat presentem Ecclesiam. Israel verò cęlestem patriam. Et præter hoc dicit Deus *Erūt campestria*, idest planities, *et agri*, qui prius erant inculti, & omni opera destituti, erunt, inquam, *pascua gregum, & vallis Achor erit stabulū, & cubile armētorum populo meo*, idest in obsequium populi mei, *et eorum qui requisierunt me.* Ista regio campestris iuxtà opinionem quorundam, dicebatur quædam regio circum liddam Ioppen, & Iamniam, idonea pascendis gregibus, ubi tamen propter densitudinem & spissitudinem arborum, solebant latitare latrones, & bestiæ, animaliaque venenata, quę iussu domini fuit expurgata, iuxtà illud ps. 28. Vox domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam, & vallis Achor quę quondam erat execrabilis, & maledictioni obnoxia, erit locus, & requies armentorum. De qua valle vide Iosuæ 7. & 1. Paralip. capite. 2. sensus allegoricus & verus est iste, quòd regiones gentiū & idolatrarū quę prius erāt incultę, ab omnibus angelis, videlicet & probis hominibus destitutæ, Dei cognitione vacuę, & anathemati subiectę erunt templa, & oratoria, in quibus verus Deus coletur, & adorabitur, vt verū sit quod dicebat saluator. Alias oues habeo, quę nō sūt de hoc ouili, & illas oportet me adducere, nam de hominibus cura est Deo, nō de bobus aut pecudibus, ut dicebat Apostolus. Vbi per regionem campestrem, & per vallem Achor intelligi voluit Esaias uniuersum orbem, sumens partem pro toto per figuram Sinecdochem. Alii per huiusmodi locutiones de campestribus, & de vallibus quæ erunt caulę gregum, & cubilia armentorum, voluit prophetam innuere tempore veri Messię, hoc est in aduentu Christi tantam fore pacē & abundantiam, quod animalia tutò in pascuis

Notādū 1. — Notādū 2. — Cant. 1. — Eccle. 24. — psalm. 28. — vallis Achor — Regio campestris. — 15 cap.

pascuis,& campis depascere poterunt, & cubare,quod ab hostibus non rapientur, neque trucidabuntur, atque etiam voluit innuere futuras esse vrbes, & regiones quæ Christi fidem suscipient adeò numerosas, & populorū multitudine refertas, ut magnę sint futurę admirationi incredulis Iudęis, & plenè fuerit adimpletum quod dixerunt Pharisei. Ecce mūdus totus post eum abiit. Per caulas in campestribus conuenienter quidem designantur Ecclesię in toto orbe cōstructæ,per greges ouium intelliguntur fideles minores,vt laici,per armenta fideles maiores, vt Prelati. Vel per campestria intelliguntur qui latam, & spaciosam vitam sectantur, qui quandoque reducuntur in caulas gregum. per cubile armentorum intelliguntur qui arctam viam cō sectantur. Cum subdit in textu: *qui requisierūt me*, dicunt aliqui hoc fore adiectum ad innuendum non exclusos esse omnino Iudęos, cum & ex ipsis fuerint aliqui licet valde pauci, qui quęsierunt Deum. Alii dicunt particulam illam sic intelligendam. Qui requisierunt me in veritate quidē & in spiritu,non verbis tantum, aut simulatè: sed forte dices, quo nam pacto post aduentum Christi oues eius, hoc est fideles,& Apostoli primum manserunt in tuto, & summa pace sunt potiti? cum non solum ipsi,sed ipsemet pastor ante omnes,multas fuerit passus iniurias,persecutiones, & cōtumelias, & denique mortem ipsam? potest responderi quòd certè quidem vera pax,& quies non potest esse in hoc sæculo,nisi dicas in conscientia, quoniam debet in spe qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi: at plena quies, pax, & securitas erit in futuro sęculo, ad quod nos deducat, & perducat uerus ille pastor, & dux noster Christus Iesus, qui uiuit, & regnat &c.Sequitur textus. *Et uos qui dereliquistis dominum qui obliti estis montem sanctū meum,qui ponitis fortunæ mensam,& libatis super eam*. D. Hier. arbitratur hæc uerba referri ad eosdem Iudæos,de quibus in contextu præcedenti ut confundat eos, et futuræ calamitatis moneat, & congruè quidē,apponitur illa dictio

Tex. 4.

A (&) ad secernēdum conditionem & sortem futuram eorum, qui Deum quæsierunt,ab his, qui eum neglexerunt: dixit.n.quòd illi qui domini benidictio sūt,quiq.ex multis racemis inutilibus, et reiectis seruabuntur, possidebunt montes Dei, & hæreditabunt ciuitatē sanctam,hæreditabunt ibi,et potientur omni bono. Nunc subdit. *Et vos qui dereliquistis dominum,qui obliti estis montem sanctum meū &c.* in gladio cadetis.

B Cyrillus autem uidetur hæc omnia vel le referri ad gentes, ut scilicet antea fuerit locutus ipse Deus ad Iudæos desertores, nunc uerò ad gentes incredulas, et pertinaces, ut sit hæc intentio, et mens prophetæ: quemadmodum. si Iudæi dum Christo non obedirent pœnas grauissimas dederunt, paucis quibusdam tantum Dei misericordia, et humanitate seruatis, sic et ingentium vocatione fieri debere credendum est: qui enim salutem per Christum suscepere, immunes fuerunt ab igne, supplicio,et diuina ira: qui verò in sua per

C manserunt ignorantia: et turpitudines veterum scelerum noluerunt deserere, et in profano, et abhominabili idolorum cultu persistere, tradentur ad cędem; Et præterea descendent ad inferos, et comburentur igne inextinguibili. Vtriusq; sententia(meo iudicio) potest facile sustineri,sed si respicias sē sum verborum, quæ est.D.Hier. magis

D ad rem. Dicit enim textus. *Et uos qui dereliquistis dominum, qui obliti estis montem sanctum meum &c.*Hæc de gentibus non possunt intelligi: priusquam enim apprehenderent fidem, vel dei ueri cognitionem haberent, non poterant defectionis à Deo, neque obliuionis mōtis sancti Dei aliquo iure reprehendi, cum nullam adhuc huius rei notitiam habuissent. Sed vtcumque sit,exponamus textum:arguit igitur propheta ex

E persona Dei ipsos Iudæos, eos scilicet, qui reliquerunt Deum, et obliti sunt mōtem sanctum Dei, hoc estChristum Dominum,uel Ecclesiam, quæ figuratur per Hyerusalem,ubi erat cultusDei et vanissimisDiis,et iis qui non sunt,noluerunt adherere,quique speciatim pręceteris rebus vanissimis fortunæ mensam

ſam poſuerunt Ioni ſtatori, Marti;
et Mercurio, aliiſque falsò nominatis
Diis, quos ſuperſtitio gentilium nene-
rari conſueuerat, *ponitis inquit menſam
fortunæ, & libatis ſuper eam* q.d. vos ſtrui
tis illi altare, & hoſtias immolatis, qua
in re, maxima fatuitas, & inſipientia
in uobis declaratur, ponitis enim men
ſam fortunæ, hoc eſt ſpem omnem ve
ſtram in rebus maxime dubiis, variis, &
ludicris, & omni certitudine deſtituti
conſtituere uidemini, & ut vno nerbo
dicam, in eo quod nihil eſt. Referunt
quidam morem fuiſſe Aegyptiorum
pœnes finem cuinslibet anni parare cō
uiuium ſatis lautum in honorem fortu
næ, vel gratias ei agendo, quòd ille an-
nus fuerit benefortunatus vel præcan-
do quod fęlix & fauſtus ſit futurus ānus
ſequens & cuncta ei eueniant proſpera:
& D. Hier. notat hoc loco quod huiuſ-
modi gentes à Deo alienæ inter alios
errores, quibus implicātur is eſt vnus.
quod putant de iſtis inferioribus Deū
nullam habere curam, ſeu prudentiam;
ſed omnia ſtellarum curſu, aut fortunę
varietate gubernari. Hinc ille dicebat. *Virgil. 1. Aeneid.*
Te fortuna Deam facimus, celoque lo
camus. & alius. Si te fata vocant aliter
non uiribus vllis, vincere nec duro
poteris conuellere ferro. Reprehendit
ergo propheta eiuſmodi genus homi-
num, adeò vanum, atque profanum, qui
fortunæ conuiuium, & libamina fa-
ciebant. Sed vereor ne pleriq. noſtrum
eodem morbo laborent. Ponimus .n.
fortunæ menſam, hoc eſt auaritiæ cui
omnia obediunt, & Hier. 3. a minore
vſque ad maiorem omnes auritiæ ſtu-
dent. Sed vide, quę illis Deus comina-
tur. *Numerabo* (inquit) *uos in gladio, &
ōnes in cęde corruetis*; ac ſi nos vulgo di
ceremus (tutti andarete a fil di ſpada)
ſed cur vſus eſt hoc verbo, numerabo
vos in gladio? Dicunt quidam eiuſmo-
di ſuperſtitioſos homines conſueuiſſe
in libando, & ſacrificando Demonibus
numerum quendam obſeruare, Pitha-
goricos hac in re imitati, qui uolebant
numeris omnia conſtare, & quaſdam il
lis virtutes ineſſe. Poptera quaſi eos illu
dens propheta ſic eſt locutus. *Numera-
bo uos in gladio.* q. d, vos numerum obſer

A uatis, ego quoque, dum puniam vos, nū
merum ſeruabo. i. quotquot oblìti eſtis
mei, gladio cedetis, itaut ne vnuſquidē
poſsit euadere: per gladium verò intel-
ligit omne genus ſupplicii, tā tēporale,
quā æternu, et poſtremū illud ac om
niū miſerrimū, quod eſt priuatio regni
cœleſtis. ne hac cęde gladii locutus eſt
Moyſes Deut. 32. dum inquit Inebria- *ſæpe aliàs*
bo ſagittas meas ſanguine, & gladius
meus deuorabit carnes, huius occiſio-
nis, & gladii, præter ea, quæ dixit, aliam
affert cauſam ipſe Deus dum, inquit. *Pro
eo quod vocaui, & non reſpondiſtis, lo-
cutus ſum, & non audiſtis, & faciebatis
malum in oculis meis*, me ſcilicet viden
te, & cognoſcente, *& quæ nolui elegiſ-
tis*: vocaui inquā vos p prophetas meos
per internas inſpirationes, per pſpera,
& p aduerſa, & deniq. per me metipſum
vocaui, & non reſpondiſtis, locutus
ſū & non audiſtis ſicut dicitur Prou. 1.
C & alibi ſępè ut per Hier. 3. c. Reuertimi *prouerb. 1. Hierem. 3.*
ni ad me filii reuertentes. Et per Eſaiā:
omnes ſitiētes venite ad aquas. per aliū
Euangeliſtam S. Matth. 11. Venite ad
me omnes qui laboratis, & reſponde-
re noluiſtis. Locutus ſum in parabo-
lis, & omnia feci quæ facere debui,
& nō audiſtis me, immo cōtempſiſtis.
De eodem conqueritur ſupra cap. 50.
cum dixit. *Veni, & non erat vir, voca
ui, & non erat qui audiret, & prætetea
D faciebatis malum in oculis meis*, & quod
nā eſt iſtud malū, quod eo vidente fece-
rūt? id (nempè) quod ſummopere diſplì
cuit ſuæ maieſtati, videlicet præpone
re malum bono, mendacium uerita-
ti, impium iuſto, creaturam creatori:
id quod fecerunt quando Barabam au-
ctorem ſeditionis, & homicidii ſibi da
ri petierunt, auctorem verò vitę inter
fecerunt. Alij dicunt hoc magnum ma
lum factum in oculis Dei id fuit, contē
E pſiſſe Deum vocantem, cum ipſe fuiſ-
ſet proteſtatus ſe non eſſe miſſum niſi
ad oues quę perierunt domus Iſrael.
Dicit Nicalaus de Lira, malum quod ve
hementer diſplicuit in oculis Dei fuit, *Malum Deo*
pauperum bona rapuiſſe, et fratres ſu- *exoſum.*
os odio fore proſecutos. Sed tutius
multò eſt dicere hoc malum quod diſ-
plicuit in oculis Dei fuiſſe id quod di-

ximos tradidisse sanguinem iustum. Cum postea dicit. *Et quæ nolui elegistis.* Dicere quis poterit, voluntati Dei quis vnquam potuit resistere? quo pacto igitur potuerũt Iudęi eligere quòd ipse nollet? Dicunt Theologi Deum multa permittere, quę nequaquã vult, permittit quidem multa mala, tàm culpæ, quã pœnę, quę quandoq; non vult, ut quando permittit bonos affligi, vt aliquid bonum inde sortiatur. Sed absolutè dicendum quæcunque vult Deus efficaciter, et voluntate (ut aiunt) beneplaciti, illa fiunt semper; quæ autem vult voluntate signi, non semper. Sed quę nam poterant esse quę elegerunt ipsi nolente Deo? dici potest, quod voluntas Dei erat, ut ipsi facerent voluntatem suã, iuxtà illud psa. 80. dimisi eos (inquit deus) secũdum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis: quod autẽ faciamus quod rectum est in oculis suis, est uoluntas dei beneplaciti et absoluta, de qua ps. 39. Vt facerem voluntatem tuam Deus meus uolui, et legem tuam in medio cordis mei. Et alibi Dauid precatur. d. Doce me facere uoluntatem tuam, quia Deus meus es tu. et Dominus apud Matth. Non omnis (inquit) qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est. Non ergo in solis uocibus, et uerborum strepitu consistit obseruantia mandatorum Dei, sed in executione et operatione illorum in corde puro, conscientia bona, et fide non ficta. Hi uerò putabãt se Deo placere et obsequium illi præbere in solis uocibus, et clamore uerborum: Cœterum Deus proponebat illis bonum, ipsi uerò eligebant malum, iuxtà illud Deut. 32. Dereliquerunt Deum factorem suum, et recesserunt à Deo salutari suo etc. *Propter hoc hęc dicit dominus Deus. Ecce serui mei comedent, & uos esurietis, serui mei bibent, & uos sitietis.* En sententia, et iustum Dei iudicium? Ecce fines, et præmia, seu retributio bonorũ, et malorũ, quia dominus amat iudicium, et non derelinquet sanctos suos, in æternum conseruabuntur. iniusti punientur et semen impiorum peribit. Et quemadmodum rectè dicit Cyrillus propheta semper eos ponit atque necessario iungit cum coronis ęrumnas, ut utroque modo adducat audientes, ut sentiant et faciant quę ipsi placent: nam sicut pręmia ad uirtutis desiderium inesciant, sic pœnæ acerbitas à uitiositate quandoq. deterret, et reuocat ad meliora. Artificiosissime igitur in animos uocatorũ influit, cùm præmia illis promittens, tùm punitionẽ minitans. hoc est quod dicit. *Ecce serui mei comedent, & uos esurietis.* Ponit autem (ut distinctè procedamus) in tribus discrimẽ iter utrosque, bonos inquam & malos, uidelicet, in abundantia bonorũ temporalium: deinde in lætitia, et iocunditate animi, postremo in diuersitate nominis: dicit ergo propter hoc, idest propter aliquorum promptitudinem, et alacritatem in obseruantia mandatorum meorum, hi commedent, bibent, et lętabuntur: è cõtra, uerò ob aliorũ contumaciam, et contentionem hi esurient, et sitient et perpetuò confundentur. Serui inquam, mei comedent, et uos increduli esurietis. iuxtà illud psal. Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes autem dominũ non deficient omni bono. Ecce serui mei bibent, et uos sitietis. Ecce serui mei lętabuntur, et uos confundemini. Tristitia cordis, et perplexitate animi numquam quiescetis. *ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis* iuxta illud psal. 31. lætamini in domino, et exultate iusti, et gloriamini omnes recti corde, *Et uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis, & dimittetis nomen uestrum in iuramentum electis meis. Et interficiet te dominus Deus & seruos suos uocabit nomine alio.* Ex prędictis cõtrapositionibus uult sũmatim inferre sãctissimos hic uates quod iusti, et pii replebũtur omni bono, impii uerò, et reprobi afficiẽtur omni malo. Iuxtà illud Paul. Gloria, honor, et pax omni operanti bonum, Iudeo primũ, et Gręco: Ira autẽ, et indignatio, tribulatio, et angustia in omnem animam hominis operãtis malũ, Iudęi primum, et Græci. Nec uelim existimes hoc loco temporalia bona tantũ Dei seruis esse cõferẽda cũ uideamus plerũq. bonos, et iustos

Psalm. 80.

Psal. 142.

Matth. 5.

Deut. 32.

Tex. 3.

Cyril. expos.

Psal. 33.

Psalm. 31.

Rom. 2.

Deiq́. seruos esuriem pati, & quæcunq. A alia corporis incommoda; quemadmodum præsertim hoc anno summo oĩum dolore perspeximus oculis nostris Perusiæ, & ferè per vniuersam Italiam id ipsum nostris auribus audiuimus. Sed per horum bonorum promissiones Spiritus sanctus demonstrare voluit bona spiritualia, & beata cœli gaudia. In hoc quidem statu præsentis vitæ boni satiantur pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris, hoc est agnitione veritatis; B & perceptione diuinorũ mysteriorum reficiuntur, quin & perceptione corporis, & sanguinis Domini, qui est panis ille viuus, qui de cœlo descendit, ex quo si quis manducauerit, viuet in æternum. In alia verò vita, & in cœlesti patria visione diuinæ essentiæ, & illius fruitione plenè satiabuntur, & gustabunt abundanter, ac indesinenter diuinæ bonitatis dulcedinem, quibus profectò bonis carebunt omnino, qui non quæsierunt De- C um, vel quæsitum, & inuentum noluerunt apprehendere, de hoc pane dicebat

Luc. 14. Saluator. Beati qui manducant panem in regno patris mei. De hoc pane loquebatur etiam apud Luc. 22. d. ad disci-

Luc. 22. pulos suos. ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Cum postea dicit. *Serui mei latabuntur*: nulli certè dubium, quia ibi erunt vbi non est luctus, neque clamor, D & vt dixit Saluator. Gaudium vestrum nemo tollet à vobis: vos autem increduli, & pulcaces filii, confundemini, & pudore vehementer afficiemini, mœrore, ac tristitia cõfecti eritis videntes quos vos reprobos, et infames, ac inglorios putabatis vestrum in locum successisse, & vestram vobis arripuisse benedictionem Serui mei laudabũt pre exultatione cordis, se agnoscentes non frustra Deum coluisse, & laudabunt magnificentiã glo E

Psal. 83. riæ sanctitatis Dei, iuxtà illud ps Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Vos autem miseri, & infœlices homunculi clamabitis præ dolore cordis recogitantes quam male feceritis, quæ Deus prohi-

Vlulatus quid. bebat eligere, & apphendere, & pre contritione spiritus vlulabitis: vlulatus .n. vt dicit glos. est vox confusa, horribilis & incõcinna, absque vlla verborum expressione, doloris, & angustie designans vehementiam. Et ibi maximè erit iste vlulatus, cũ demersi fuerint in inferno. Contritio autem spiritus non hoc loco accipienda est pro dolore ex Dei offensa ob delicta perpetrata: sed notat quandã animi abiectionem. & quasi desperationem quandam de irreparabili damno, in quod sua culpa inciderunt, & huiusmodi *Cõtritio qd.* erit pena, & afflictio pro commissis culpis, & magnis facinoribus perpetratis, *& dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis, & interficiet te Dominus Deus.* Transit hoc loco vates à plurali in singularem, quę quidem particula est aliquantulum obscura, sed antequã eam exponamus, dicamus quicquã aliud super verbis iam expositis. Dicũt. n. quidã ex veteribus, quòd eiusmodi contrarietatem penes retributionem bonorum, & malorum habemus quoque expressam à Domino apud Lucam c. 6. vbi inquit. Beati pauperes spiritũ qm̃ vestrum est regnum Dei; beati qui nunc esuritis, quia *Luc cap. 6.* saturabimini; beati qui nunc fletis, quia ridebitis: & postmodum: væ vobis qui saturati estis, quia esurietis, ve vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis, et flebitis; vbi videre est loci, & temporis vicissitudinem Qui. n. in hoc mundo patiuntur esuriem, atque sitim, in alio sæculo satu rabuntur pane cęlesti, & aqua diuinę bonitatis, et sapientię, vt dictum est. Cõtra verò qui in hac vita præsenti induuntur purpura, & bisso, et epulantur quotidie splendide, in alio statu esurient, & sitiẽt, & pre dolore cordis, & contritione spiritus vlulabunt vt canes. De hoc cibo, & potu quo reficientur in cœlo electi Dei loquebatur etiam Saluator Matth. 5 cũ dixit. Beati qui esuriunt, & sitiunt iusti- *Matth. 5.* tiam, quoniam ipsi saturabuntur, & Beata Virgo conformiter huic dicto dixit etiam & ipsa. esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes Ceterum videamus quid velit Esaias cum dixit, de reprobis, ac damnatis: *& dimittetis nomẽ vestrum in iuramentum electis meis.* Tex- *Text. 6.* tus LXX Interpretum sic habet. Relinquetis nomen vestrum in saturitatem *Iuramentũ dimittere.* electis meis, consului peritos quosdam

Hæbreos

Hæbreos super hac dictione, & audio vtrunq. per eã significari, i. iuramentum, & saturitatem. Si legamus iuramentũ, sensus est. quòd electi mei, cum fuerint iuraturi super aliquo dicto, & facto magni ponderis iurabũt per illud nomen, siue numen, per quod vos miseri iurare consueuistis, aut alioquin permissum fuit, & sic dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis, quia scilicet non licebit amplius vobis iurare, ceũ nullius fidei, vel existimationis hominibus, nulla enim dabitur fides iuramentis vestris. vel non licebit vobis amplius iurare per Deum Abraham, Isaac, & Iacob, quia iam dereliquistis, & abnegastis eum, nihil amplius vobis commune cum illis. Alius sensus est. nomen vestrum erit adeò nefandum, & detestabile apud electos meos, quòd non audebunt vos nominare dum contigerit eos iurare. Vel melius sic. *Dimittetis nomen vestrum in iuramentum*, hoc pacto scilicet, quando quis vestrum voluerit iurare, & sibi ipsi aliquid imprecari, sic dicet. Si ego feci, aut fecero tale quid, aut tale, faciat mihi Deus, id quod contigit Iudæis:

Vel nomen eorum erit in saturitatem electis meis. hunc in modum, quia tam horrenda, & execranda audiuimus de Iudæis, & vsq. adeo abhominabilia, quod nolumus quicquam amplius audire, saturati sumus, & pleni, obturabimus potius aures, quàm velimus de eorum flagitiis, & facinoribus quicquam aliud scire, & sic nomen eorum erit in saturitatem electis Dei.

Datur alia expositio præfatis verbis, videlicet, dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis, hoc est in blasphemiam, & execrationem; sic enim accipi solet quandoque iuramentũ pro execratione, quæ expositio non multum differt à præcedẽti. D. Hieronymus *D. Hieron.* vnà cum Cyrillo aliã afferunt interpretationem (videlicet) dimittetis nomen vestrum electis meis, i. gloriam, dignitatẽ, quam olim habuistis, & egregiam nominationem, quia vocabimini populus Dei, sors Dei, & filii dilecti ipsius Dei, omnes istę nuncupationes erunt deinceps electis meis, ipsi quidem vocabuntur populus Dei, electi Dei, & hęreditas eius, vt impleatur quod dixit Deus aliquando per Oseam Prophetam, vocabo non populum meum, populum meũ, & dicã non populo meo, populus meus es tu; neque enim putandum est (vt ait Diuus Hieronymus) quicunq. sunt ex Israelitis, Israel esse, nec qui semen Abraham, omnes filii, sed hi tantum, qui sunt ex fide Abrahę, quibus dicere solebat ipse Christus. Si essetis filii Abrahę, opera Abrahę faceretis, quare ne velitis dicere (dicebat Ioannes Baptista Matth. 3.) Patrem habemus Abraham, potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę, & qua (quęso) ratione poterant isti pseudo Hębrei dicere se esse filios Abrahę, qui dixerunt ligno, et lapidi (vt patet) Hierem. 2. tu genuisti me. Qui ergo sunt ex Israele secundum spiritum, hi verè Israel potuerunt dici. *Hierem. 2.* Nolo silentio pręterire aliam huius loci expositionem, quę ex commentario Cyrilli potest elici. Cũ enim dicit Propheta. Dimittetis nomen vestrum, siue relinquetis nomen vestrum *Cyrilli expositio.* electis meis, quia scilicet nemo eorum qui semel sunt electi, admittet nomen superstitiosorum, nullus enim vocari patietur simulachrorũ cultor impius atq. prophanus, sed quisq. magis cupiet nuncupari populus sanctus, gens electa, et regale Sacerdotium, et populus acquisitionis. Nullus itaque audebit se vocari nomine vestro, vsqueadeo erit nomen probrosum, turpę, et ignominiosũ, quod est dictu in iuramentum, i. in odium, et maledictionem, et omnes istę expositiones ferè in idem incidunt: sic videlicet, quod Iudęis non licebit amplius iurare, quia nulla eis fides adhibebitur, vel qui iurando eorũ nomina haud unquàm nominabuntur nisi execrando, aut imprcãdo.

Dicit postmodum. *Et interficiet te Dominus Deus* Nescio sanè cur fiat ista trãsitio à plurali in singularẽ, et quę nam hic Dominus loquatur. Sed ex dictis existimandum est sermonem dirigi ad ipsum populum Hębreum, de quo hucusque est locutus: loquitur ergo in singulari; vel quia vniuersum cœtum impiorum, pro vno tantum populo voluit accipere, vt qui in vna, et eadem naui con-

constringuntur, et unam, ac eandem sententiam accepturi, vel eidem damnationi obnoxij futuri sunt omnes, vel loquitur in singulari, quia vnusquisque pro se onus suum portabit. Nos igitur omnes dicit textus, interficiet Dominus Deus spiritu oris sui gladio, & fame morientur, & erunt in maledictionem, & opprobrium cunctis gentibus, vt præd. Hier. d. In gladio, & fame morientur, & erunt in iniurandum, in miraculum, maledictionem, & opprobrium, & seruos suos vocabit nomine alio, in quo quidem, dicit textus,

qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo, amen, & qui iurat in terra, iurabit in Deo, amen.

In quo scilicet nomine, qui benedictus est super terram, idest qui fœlix, & fortunatus erit, & benedictionibus repletus, aut etiam qui benedicit, & bene sibi & aliis super terram precatur, benedicetur in Deo, Amē. hoc est, & erit benedictus, quia dixit quodcunq. petieritis patrē in nomine meo dabit vobis: qui enim promittit, est Deus verus, & verax, fidelis, & constans in omnibus verbis suis, & sāctus in omnibus operibus suis, & vsque adeo potens, q̄ potest facile, quod promittit præstare, contingit.n. frequenter quod petimus non accipere, eo quod male petamus, sicut dixit ipse Iacob cap. 4. Vel qui baptizatus est in nomine Domini, dum fuerit baptizatus, benedicetur in Deo Amen. i. benedictionibus replebitur, & locupletabitur. Sic ēt, qui iurat in terra, iurabit in Deo, Amen. si quis enim in hoc mundo visibili iurabit in Deo, iuramentum suum erit efficax, & validū, quia scilicet iurabit in eo, & per eum, qui est summa veritas, & falli nō pōt, nec fallere, & sic iurabit in Deo, Amen. Cum .n. hoc nomen in quo nominamur, vel à quo sumimus denominationē Christus Dominus à quo Christiani dicimur, & nuncupamur (Antiochiæ.n. primum Christiani fuimus nuncupati, cum inq̄ istud nomen a quo benedicimur, vel aliquod bonū petimus, aut per quem iuramus. Dei nomen vsurpare consueuerimus, necessario colligitur Christum esse verum Deum: quare cum petimus aliquid nomine Christi, siue per Christum, vt quando dicimus ita me Christus adiuuet vel ita me Christus amet, semper in his locutionibus Deum intelligimus hoc significauit Apostolus 2. Cor. 1. cum dixit. Quotquot .n. promissiones Dei sunt, in illo est, ideo & per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram. Hæc autem dictio (amen) nō solum est nota, & signum optantis apud Hæbreos, vt dicunt aliqui in ea lingua periti, verū & asserentis, & confirmantis. Hanc particulam planius exponunt aliqui, dicentes: quod quando fuerit Christi Euangelium plene diuulgatum, non per Iouem aut Mineruam, aut per aliquem huiusmodi falso nuncupatorum Deorum, sed per Christum, vel in nomine Christi iurabunt. Huius expositionis est etiam D. Hieronym. qui ex aliis etiam locis Christum Iesum esse verum Deum facilè probat aduersus Arrianos. Sed modo non est nobis curæ hoc verissimum, & sanctissimum dogma aliis testimoniis comprobare. Hilarius enim subtiliter admodū, & efficaciter aduersus eosdem Hæreticos lib. 5. de Trin. probat Christum esse Deum, uerum Deum, & non alium Deum, præter ipsum Deum, qui est Pater. licet sit alia persona præter ipsum. Cyrillus etiam hanc eandem partem exponens dicit. Illud nomē quo nos deinceps nominari oportebit, est nomen sanctum, gloriosum, & benedictum, quod nos benedicere semper, & laudibus efferre conuenit. & si qua fuerit necessitas iuramentum adhibere, fas erit iurare per Deum verum, & non per alium quempiam, vt faciebāt Gentiles. Sic enim Dominus præcepit per Moysem d. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues, & per nomē eius iurabis. Cum autem quis iurat per Christum, nulli dubium, quòd iurat per Deum amen, idest per Deum verum, per Deum approbantem, & ratū habentem quod iuratur. propterea magnum est piaculum, & grauissimum est peccatum peierare, vt aliàs dicemus.

Sequitur textus. *Vocabit seruos suos nomine alio.* Et textus LXX. habet nomine nouo, quia s. non amplius populus Dei electus, vocabitē Iacob, Iudas, Ephraim & similia; quemadmodum, & supra dictum

[Margin notes: *Iurare in Deo Amen.* — *2. Cor. 1.* — *Amen quid significet.* — *Notat quidā postillator modernus admodū ingeniosus quòd in vet. test. nūquā Deo additur ista dictio. Amen, sed tantum in nouo.* — *Hilarius lib. 5. de Trin.* — *Deut. 6.*]

ctum est. Nec mirum quòd vocabitur Dei populus nouo quoddam nomine, i. populus Christianus, qa reliqua omnia facta sunt in Christo noua, cultus, vita, & *legis latio*: non .n iam amplius vmbris, & figuris inutilibus occupamur, & adhęrescimus, sed Deo qui supra omnes est in spiritu, & veritate cultum præstamus. & venerationem; neque Scribarum & Pharisæorum viam ingredimur, literæ vetustatem summo habentisque in prætio, sed in nouitate vitæ Euangelicę ad Christũ properamus. & nomine eius velut corona quadam insigniti, Christiani dicimur, & nuncupamur. De hoc nomine nouo vid. Hilarium, lib. 5. de Trin. qui non aliud esse nomen istud asserit, nisi nouam professionem. Et mox sequitur. *Quia obliuioni tradita sunt angustię priores, & quia absconditę sunt ab oculis nostris.* Arbitror per hæc verba reddi causam paulò ante dictorum, cur scilicet serui domini lætari debeant, & exultare in Domino, & consequenter alio nomine vocari, quàm in veteri lege, & eo tempore, quo vigebant duodecim illę tribus; & inquit, hoc (supl.) fieri debet, qa priores angustiæ, hoc est laquei, & ligamen legis, & illarum ceremoniarum, quibus grauiter olim pręmebãtur, obliuioni sunt traditę, non ita quidem quòd illarum memoria omnino deficerit, sed quia succedentibus leuioribus mandatis, & præstantiore cultu, priores illę cerimoniæ sunt obliteratę, & ideo non congruebat vlteriorem de eis considerationem haberi, quandoquidem (vt d. D. Hier.) malum quoddã & cruciatus est aïæ pręteritorũ malorũ recordatio; sicut et rerũ irrecuperabiliũ summa fęlicitas est obliuio, quemadmodũ etiam mihi inter loquendum dixit. fel. recor. Vrbanus VII. dum esset in minoribus. Sic etiam Deus per hunc eundem Prophetam dixit cap. 54. ad Ecclesiam gẽtium ad mulierem illam sterilem, & pauperculam, Confusionis adolescentię tuæ obliuisceris, & opprobrii uiduitatis tuę non amplius recordaberis. At Cyrillus à quo non dissentit D. Hieron. arbitratur has angustias fore cum Demonum peruersę tirannidi subsistebant; iubebantur enim infœlices populi, non

Sententia pulchra.

A oues, & boues, illis immolare, sed filios, & filias, vt Deut. 32. Immolauerũt filios suos, & filias suas dęmoniis; & Diis quos ignorabant, quorum tanta erat multitudo, quòd non facilè possent numerari, & quos adorare cogebantur, de quorũ quidẽ numero, & multitudine, vide Diuum Aug. in prioribus libris de ciuitate Dei. & Mar. Varronem. Probabile est etiam (inquit Cyrill.) grauem admodum, & intollerabilem fuisse illorũ demonum *Deut. 32.*

B cultum, & seruitutem, qui cum sint fortissimi, & potentissimi, quorum potestati, nulla quæ est super terram potestas, & fortitudo potest comparari, suos cultores frequenter oppr. mebant, & trucidabant. est enim dęmon perpetuus, & implacabilis humani generis hostis, qppe qui semper circuit quærẽs quem deuoret. Lętari ergo, & exultare eos oportebat, & prioris angustiæ penitus obliuisci, & huius causam reddit ipse Deus. d.

C *Ecce enim ego creo cęlos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor.* id quod antea dixit. *Priores angustia absconditą sunt ab oculis nostris*, q. d. futurus est alius mundus, & alia viuendi ratio, alius status in quo longè fœliciores, & augustiores q̃ prius erunt homines, vt pote non tot laqueis, & vinculis legalibus atriti, & cõstricti. D. Hier. vnà cum plerisq. existimat hoc vaticinium de tempore consu- *Text. 7.* *D. Hieron.*

D mationis sęculi fore intelligendum, in quo cœlum nouum, & terram nouam constituendam esse prædicitur, vt etiam habetur Apoc 21. vbi dicit, & vidi cęlum nouum, & terram nouam, primum .n cęlũ, & prima terra abiit, & mare iam non est. At ipse Hier. hoc in loco quem nũc exponimus dicit. Nequaquam esse credendum quod substantia huius mundi penitus tollatur, sed in melius commutabitur, quo pacto videtur quasi tolli, & *Apoc. 21.*

E destrui, sed reuera ita contingit, sicut qñ quis è puero euadit adolescens. tũc pueritia videt tolli, & auferri, sed illa ętas, illa facies, & figura tollitur, non substantia pueri, quo pacto dixit etiam Porph. in suis pręedicabilibus quod sortes senex differt à se ipso puero; & hoc quidẽ docuit Apostolus cum dixit. Præterit figura huius mũdi; figura dixit, non substantia.

Cœlum nouum & terra noua quę stantia. Et quanquam ista expositio, vel iste verborum sensus non sit reprobandus, mihi tamen magis in hac parte aliorum sententia satisfacit, ut per cœlum nouum, & terram nouam, quæ se Dominus asserit esse creaturum, intelligamus nouę legis, & noui regni dispositionem, & constitutionem futuram post Christi aduentum: tunc enim profectò nouum erit cœlum, et noua terra, et alia viuendi ratio; non amplius in tenebris homines delitescent, non erunt subiecti tot legibus, edictis, statutis, et hominū traditionibus & denique non tanquam serui sub lege, sed sicut liberi erunt sub gratia constituti, erit inquam alius cultus, alius ritus, et alius obsecrandi modus, alia itidem ratio, expiationis, & sanctificationis: sicut etiam alius erit populus, *Psal. 101.* de quo loquens Dauid inquit. Populus qui creabitur laudabit Dominum. Dicit D. Thom. quòd erit cœlum nouum, & terra noua, de cœlo quidem, noua erunt auxilia, de terra verò, noua conferentur beneficia Et ut breuiter dicam Per hoc cœlum nouum, & nouam terram nihil aliud, quam regnū Christi, quod est multò præstantius, & gloriosius, quā sit iste mundus visibilis, intelligendum nobis est; in hoc enim regno Christi, præter verum Dei cultum, præter euangelium, præter alia pręcepta, & documenta, quę nobis exhibentur, & præter salutaria sacramenta quæ nobis conferuntur, uiget sanctitas Apostolorum constantia, & fortitudo martyrum, dignitas, & authoritas Sacerdotum, & Confessorum, Castitas, & Continentia Virginum, quę omnia sunt longè præstantiora, & excellentiora cunctis mirabilibus mundi, & astris cœli, sicut etiam cantat Ecclesia, de Cruce in qua pependit Christus Dominus noster, dum inquit. O crux splēdidior cunctis astris mundi. Et in plerisque aliis locis sanctarū scripturarum iusti comparantur Soli, Lunę, et stellis, quamquàm sint longè pulchriores, & præstantiores. Fulgebunt iusti sicut Sol in conspectu Dei, quasi stella matutina in medio nebulæ, quasi Luna plena in diebus suis lucet; sic itaque per cœlum nouum, et terram nouam intelligere debemus Christi regnum spirituale, et

A æternum. Hęc ipsa verba memini, mihi olim cum anno 1570. vniuersi ordinis Augustiniani cura esset credita, imprudenti fortasse, et propriis viribus plus nimio fidenti, coram patribus excidisse: Sperabam enim Deo adiuuante fore, et quę paululum collapsa fuerant restituerem, multaq. pręterea vtilia constituerem (ita vt videri) facile possem, cœlum nouum, et terram nouam, quod ait Propheta, effecisse quę-
B dam tamē me pręstitisse, arbitror, conatus certè sum, plura ē aggressus essem, nisi me in medio cursu, partim tēporū iniuria, partim aliorū cōsilia, et quorundā cōcilia desistere coegissent, sed prosequamur expositionē textus. Per cęlū ergo nouū, et terram nouam non ipsius orbis noua constitutio, sed alicuius alterius rei in aliam formam, seu figurā cōmutatio, siue de bono in meliorē, siue de bono in deteriorē transmutatio
C indicatur, quemadmodum continget in consumatione sęculi, quod corpora cœlestia, et elementa innouabuntur, non quantum ad substantiam, sed quantum ad claritatem, et decorē, et corpora damnatorum de malo in deteriorem transferentur. Dicit deinde Deus per Prophetam. *Et non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor*, q. d. non solum angustię, calamitates, et erumnę quas passi fuerint non erunt in memoria, sed
D quęcunque bona, ac delectabilia huius mundi collata bonis, et gratiis in regno Christi possidendis, erunt longe minora, et uiliora, quam existimari possit, et propterea non erunt amplius in memoria, neque super cor ascendent, i. non cadent sub appetitum neque in desiderio erunt. Qui .n pręgustauerit bona cęlestia, hęc omnia terrenna paruifaciet, vt opes, honores ac dignitates, & quascunque huius sæculi delitias, ac volu-
E ptates. *Sed gaudebitis inquit, & exultabitis vsq. in sempiternum in his quæ ego creo*, hoc est in hac noua dispositione quam paro in creando, & costituendo nouum orbem. gaudebitis inquàm, & exultabitis, hoc est indies magis gaudebitis, & veterum bonorum facilè obliuiscemini. D. Thom. gaudebitis inquit, & exultabitis, idest vehementer gaudebitis, &

tis, & incredibili, & sempiterno gaudio A lætabimini, vt vnà cum Paulo Apostolo quæ retro sunt, & quæ iam præterierunt obliuiscentes ad anteriora vos ipsos extendatis. Particula illa *vsque in sempiternum* designat hunc amorem, & appetitum bonorum inuisibilium nunquam defuturum, quia cum Deus sit fons, & pelagus indeficiens, quo magis eo fruimur tanto magis appetimus. Et cum de Ierusalem superius Propheta fuerit locutus, & in persona populi fuerit prę- B catus Deum, ne perpetuo vellet aduersus illam indignari, nunc respondet & inquit. Non solum supp. creo cœlum nouum, & terram nouam & vos electi mei gaudebitis, & exultabitis vsque in sempiternū in his quæ ego creo, verum etiam gaudebitis, & exultabitis, *quia ecce, ego creo Ierusalem, exultationem, & populum eius gaudium*: Nec solum creo Ierusalem exultationem, &c. sed & ego (dicit Deus) exultabo in Ierusalem, & gau- C debo in populo meo, & non audietur in eo vltra vox fletus, & vox clamoris: Dicitur creare Ierusalem exultationem, vt sit tota iubilatio, & exultatio, & populū eius similiter totum gaudium, & exultationem, q. d. Nihil erit ibi triste & luctuosum, lætitia sempiterna erit super capita eorum gaudium & exultationem obtinebunt. Hæc Ierusalem, quam nuper, vel potius ab æterno dicitur Deus creare, ea est, de qua loquitur Ioan. 22. D suarum reuelationum, vbi dicit. Ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cęlo, per quam cœlestis patria, in qua verè est perpetuum gaudium, & exultatio intelligi potest, vbi Deus gaudet cum Angelis, lętatur cum Archangelis, exultat, & iubilat cum sanctis animabus: vbi non audietur vltrà vox fletus, & vox clamoris, quia absterget Deus omnē lacrymam. Exultabunt sancti in gloria, & lætabun- E tur in cubilibus suis. Possumus etiam per hanc nouam Ierusalem (vt diximus à principio) intelligere Ecclesiam sanctam, Catholicam, & Apostolicam dum sumus in hoc statu. in qua tametsi aliquando sit fletus & clamor, nihilominus cum recta est conscientia neq́ inest quicquam, quo contristari, & dolere debeamus parum cōfert, aut valde medicum ad excludendum gaudium & exultationem, qua ob Dei gratiam gaudere possumus, & iubilare. Dixit enim Christus gaudium vestrum nemo tollet à vobis. & Dauid ps. 67. Iusti epulentur, & exul- *Psal. 67.* tent, &c. Et alibi. Exultent iusti in Dño, & delectentur in lætitia, ut vere quidem dixit Salomō Prou. 15. Secura mēs quasi iuge conuiuium. et alibi legitur Gloria *Cor. 2.* nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Et quanquam nos dum sumus in gratia, vel cor nostrum non reprahendit nos, ac proinde nihil est, quo tristari debeamus; verumtamen si fratrem nostrum viderimus contristari, męstum esse, ac dolere, compatiendum nobis est, & nihil operis, aut operę prætermittēdū, quo illum cōsolemur, & ex omni tribulatione eripere studeamus. Dicit enim D. Greg. in lib. mor. Nullus quippe perfectus est, qui inter proximorum mala, patiens non est. Sicut etiam monebat Apostolus. d. Alter alterius *Gal. 6.* onera portate, qui enim æquanimiter aliena mala nō tolleret, ipse sibi per impatientiam testis est, quia à boni plenitudine longe distat. Abel quippè esse renuit, quem Cain malitia non exercet. Et particulam illam, non audietur in eo vltrà vox fletus & vox clamoris, in eo videlicet populo graui, & electo vltra, quę dictio non superfluè est posita. dicit .n. Cyrillus. Non audietur vltrà velut (scilicet) accidere solebat in Iudaismo, vbi pauperes opprimebantur, viri probi, & sapientes habebantur contemptui, neq. vllus erat locus iustitiæ, ac postmodum nullus erit iniuria affectus, neq. sine causa oppressus: Nulla erit vox clamoris, vt monebat Apostolus ad Eph. 4. d. Om- *Eph. 4.* nis amaritudo, et ira, et indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni; misericordes, donātes inuicem sicut, et Deus in Christo donauit nobis Aut etiā dicas ꝙ in populo Dei, & inter seruos eius non audietur vltrà vox fletus, & vox clamoris, qa serui Dei, tametsi multa patiuntur, & fletus, & clamoris iustas habeant causas, tamen ob amorem Christi patienter omnia sustinebunt, imo in tormentis oblectabuntur,

tur,& gaudebunt,veluti Beatus Laurentius,.qui dum in craticula superpositus vreretur dixit ad impijssimum Tyrannum,verte & mâduca, nam carbones hi nô dolorem sed refrigerium mihi præstant; sic,et de pleristq. alijs sanctis martyribus, & gloriosis virginibus testimonia clarissima possumus hoc loco in medium afferre; quę autem hucusque diximus non solum de ecclesia triumphante, & de beatis animabus cū Christo regnantibus, sed & de ecclesia præsenti, idest de his, qui in agone huius sæculi contendunt, vt incorruptibilem coronam accipiant intelligi possunt.

A

B

Sequitur textus, *et quidē difficillimus,* (vt rectè dicit Cyrillus) qui asserit ꝓfundam esse hanc considerationē, & obscuram admodum huius prophetiæ nobis propositæ intelligentiam; id quod ego maximè sum expertus,tū ob varias horum verborum editiones, tū ob uarias, & longè diuersas interpretū expositiones. Certum est tamē Prophetam,quod iam inceperat prosequi enarrare, uidelicet, immunitates, et priuilegia noui orbis,i.orbis Christiani, illius (inquā) orbis, in quo Christus regnat, & pleriqne, oēs eiusmodi immunitates ad regnum tantum cœleste existimant esse referendas: nonnulli uerò ad regnum hoc terrenum, terrenum (inquam) in quo non habitare oportet,& commorari,dum peregrinamur a Deo, & ambulamus per speciem in enigmate, quod quidem regnum, hoc est pręsens Ecclesia vocatur etiam a Christo Domino regnum cœlorum. Nos uerò adducemus expositiones aliorum aptantes uerba pręsentis textus quoad fieri potest ad ecclesiam utroque modo acceptam: post modum nos afferemus expositionem illam, in qua enucleāda, & expiscanda multū insudauimus, ut uerbis præcedentibus, & consequentibus conformem redderemus: hæc sunt uerba. *Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit.* Planus literæ sensus, meo quidem iudicio talis est, ꝙ s. in regno Christi gratioso, & amabili nulli fiet iniuria, erit quisque sua sorte contētus,

C

D

E

non erit amplius infans dierum, idest quisque perficiet cursum, & periodum ætatis suę, nullus erit ibi immaturus et pręcox. & nullus erit senex qui non impleat dies suos,& huius rei argumētum est,quòd puer centum annorum morietur,et si in spatio tot annorum fuerit peccator maledictus erit, omnes (inquam) maledicent ei, blasphemabunt,& uelut execrabilem habebunt, & quoniam reuera ista non apparent inter mortales dum hic viuimus, ꝙ scilicet quisq. compleat cursum suę ętatis, nec ut plurimū reperitur ꝙ sit sua sorte contentus, ideo oportet altò horum uerborum sensum referre. Dicunt igitur aliqui, quod Propheta subobscure loquitur, & sensus est horum uerborum quod ibi, i. in cœlesti patria, in qua dixit non audiendam esse ulterius uocem fletus, et uocem clamoris,neque amplius erit infans dierum, & senex qui non impleat dies suos, quòd in cœlesti,et superna Ierusalem, quæ est ciuitas Dei uiuentis nō erit amplius infans dierum,quia s. nulla erit diuersitas, statuum,siue ætatum sed omnes trāsferemur, ac resurgemus in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut iā non simus paruuli fluctuātes,et circūferamur omni uento doctrinæ,et cætera,quæ dicit Paul. Apost. 4. ad Eph. adeò quod ibi non erit discrimen senis, et pueri, sed omnes in eodem statu erimus: Sed contra hoc duę sunt rōnes, quarum altera est quòd scribit Ioā. in Apoc. 20. cap. Vbi dicit se uidisse mortuos, magnos, et pusillos stantes in conspectu Throni: altera est, quomodo potest ueritatem habere, quod hic dicitur, scilicet ꝙ ibi non erit senex qui non cōpleat dies suos; et præterea qđ ibi puer centum annorum morietur et peccator centum annorum erit maledictus; propterea dicūt alij per ea uerba, quę maximè difficultatem faciunt in proposito, et quibus describitur omnes lōgissima ætate uicturos, ipsam æternitatem designari, et ꝙ in cęlesti patria non erūt infantes, hoc est illi qui semper addiscunt, et nunquam ad scientiam ueritatis perueniunt: Et stante ista expositione tolluntur obiectiones adductæ cōtra eam. Quod enim dicebatur ex Apoc. cap. 20. ꝙ ipsi

4. Eph.

Apoc. c. 20.

ꝙ ipse uidit magnos, et pusillos. dicit D. quòd illa diuersitas ætatis, aut quantitatis non indicat differẽtiam statuum, sed differentiam meritorum; paruuli .n. dicuntur qui minora, & pauciora bona sũt operati; magni verò, qui longè maiora. Vel secundum D. Hier. paruuli dicũtur, qui sunt digni misericordia, vt qui ex ignorantia, aut fragilitate aliquid mali perpetrarunt; magni verò, qui sunt potentes, qui etiam potenter tormenta patientur, quoniam fiet iudicium sine misericordia, his qui non fecerunt misericordiam. Nicolaus de Lyra vult per infantem hoc loco intelligi eum hominem in quo nec scientia, nec virtus, nec aliquod bonum opus extiterit, per senem autem, in quo multa sunt merita. Cum ergo dicit textus, *in illa sancta ciuitate nõ reperiri infantem dierum, nec senem, qui non impleat dies suos*, vult innuere quod ibi non erit defectus vllus nec scientiæ, nec virtutis, sed ibi erunt omnia bona. Hugo sic exponit. Non erit ibi infans dierum, idest non erit qui vitam puerilẽ semper duxerit, & non apphenderit quę verè bona, & iusta sunt. Nec erit senex qui non impleat dies suos, idest qui totã vitam suam non egerit prudenter, ac sapienter, sicut legitur de Abraham Gen. 25. qui mortuus est in senectute bona, perfectæque ętatis, & plenus dierum. Cũ verò subdit, *quòd puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit*, difficile admodũ potest aptari Ecclesiæ triumphanti, dicit tamen D. Hier. per ea verba designari, ꝙ in illa cœlesti patria nulli deerunt annorũ spatia, nec supererunt, & alio nondum solidas habente vires alius non desinet esse qđ fuerit. & decrepita ætate marcescat; Perueniuntque omnes ad centenarium numerum, qui numerus est Symbolum, & signum perfectionis, vt ait Aug. to. 2. Epist. 89. Multipliciter .n. in sacris litteris tam veteris, quàm noui testamenti cõmẽdatur, & celebratur iste numerus. legimus .n. Gen 21. quod Abrahæ centenario natus est filius Isaac, præterea Matth. 19. pollicetur Christus his qui relinquunt omnia propter ipsum centuplum accepturos, & vitam æternam possessuros, & Lucę 8. dicit idem Christus

Cat. 8.

Numerus centenarius in sacris litteris commẽdatur.

Gen. 21.

Matth. 19.

Luc 8.

A Dominus, quòd semen cadens in terram bonam pro vberrima fruge affert fructum centesimum: Numerus itaque centenarius est numerus indicans perfectionem. Cum ergo dicitur in textu. Puer centum annorum morietur, idest non prius morietur, quàm fuerit adeptus perfectionem. Alii secus dicũt, quod in cœlesti patria nullus erit infans dierum, i. nullus erit qui habeat modicum tempus, & qui vixerit paucos dies,
B quoniam etsi multi in infantia fuerint de hac vita sublati, cum tamen peruenerint ad cœlestem patriam fęliciter obierunt dies suos, vt Sap. 4. Consumatus in breui, expleuit tempora multa. Et dicit infans dierum, qui s. habeat paucos dies, ad differentiam infantię dictę secũdum metaphoram, aut secundum alios modos, vt est illud, vsque quò paruuli diligitis infantiam. Hæc quidem omnia, possunt vtcunq. cœlesti patriæ (vt diximus)
C accomodari; sed qua ratione id quod sequitur. *peccator centum annorum maledictus erit*, nulla quidem ratione (dicãt alij quicquid velint) ad cęlestem patriã potest aptari, nisi dicamus quod vna erit ætas cunctorum, & sanctus, & peccator erunt perfectę ætatis, nec inter se variabunt tempore, sed alius ad prẹmia, alius ad supplicia pertrahetur, non ideo tamẽ ex textu habetur, quòd neq; puer, neq. peccator referantur ad cęlestẽ patriam.
D Propterea dicunt alii, quòd per puerum centum annorum, & per peccatorẽ centum annorum intelliguntur ij, qui parui extimant futuram vitam, neque desunt multũ soliciti, qui tamen se satisfecisse putãt, & aliquid magni se assecutos esse existimant, si diuturnam, & longeuã vitam duxerint. propterea id fuit adiectũ ad insinuandum, qui nam sint illi qui à cœlesti patria sunt excludendi tanquam ea parum, aut nihil digni, & propterea
E inquit *Puer centum annorum morietur, & peccator itidem centum annorum maledictus erit*, q.d. viuat quis quãdiu viuere cupit, mori tamen eum oportet. Similiter expiicat quis quantum velit, & quandiu velit, mori tamen necesse est: & maledictus erit, & hac ratione possumus asserere, ꝙ totus iste verborum contextus potest anagogicè referri ad cęlestẽ patriam.

Sap. 4.

trlam. Iudæi autem (vt refert Diuus Hier.) longè secus hæc interpretantur; existimant enim quòd post mille annos futurum est hoc regnum Christi tempo sale, & quod homines illius temporis longo tempore vitam degent,& qui centum annis vixerint,paruo admodũ tempore vixisse dicantur, & sit velut tempus infantiæ, peccatores verò inter eos centesimo quoque anno morientur, ne vide licet paratis opibus perfruantur, quorum opinio est adeo fatua, vt pudeat eam refellere. Est alia expositorum sententia, quòd verba huius textus præassumpta ad Ecclesiam potius militantem, quam ad triumphantem debeant referri. Vt scilicet dicamus,quòd in regno Christi, & in populo Dei, in Ecclesia fideliũ *non erit amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos, &c:* nullus inquam erit infans qui scilicet tam breui tempore vitam ducat, vt scire non possit quid cum pro acquisitione regni cęlesti facere oporteat, qui quidem infantes, licèt nõ possint per ætatem scire quæ oporteat ad salutem,in fide tamen parentum possunt in his proficere: neque est quis adeò puer qui non possit attingere annum centesimum, idest qui non possit ad eam perfectionem descriptam peruenire per numerum centenarium, vt non possit habere locum in regno Christi, & in ecclesia; at si quis tantum vixerit, vt quæ expediunt possit scire, & facere,et non facit maledictus erit: iuxtà illud Saluatoris Lucæ 12. Seruus qui scit voluntatem Domini sui, et non facit eam, plagis vapulabit multis; qui verò nescit, et fecerit digna, plagis vapulabit paucis. Vnde colligunt isti Doctores,quod qui per ignorantiam,& fragilitatem peccant, sunt excusabiles, & digni misericordia: qui verò secus, minimè. & afferunt exemplum, de his qui traduntur ad supplicium, namque, si quis ob ignorantiam, aut fragilitatem aliquo facinore perpetrato ad supplicium ducatur,vel ab ecclesia eijciatur, dignus erit miseratione: contra verò si quis ex malitia, vel concepto dolo ob aliquod flagitium perpetratum pęna capitali puniatur, nullus ferè ei compati, et condolere consueuit; vt autem breuiter, ac

Luc. 12.

A resolute ommissis tot ambagibus rem absoluamus: dicimus per hæc verba Esaiam prosequi narrando excellentiam,et prærogatiuam præsentis Ecclesiæ per Christum institutæ, & creatæ.& inquit. *Quòd ibi non erit vltrà infans dierum*,homo scilicet qui ignorat, quæ sint principia,et fundamenta nostræ salutis; quiq. etiam non sciat ea, quæ pro salute consequẽda, facere oportet; Procopius per infantem dierum intelligit populũ Gen- B tilem: sed non video qua ratione possit aptari, neque etiam erit senex, qui non impleat dies suos, idest non deerit vir probus, et maturus, qui non exequatur munus suum,et non studeat bonis operibus abundare, et attingere scopum,et finem vitæ suæ. Quòd autem ibi nòn sit futurus infans, probatur, quia vt ipse inquit.

Puer centum annorum morietur; Quarè si puer, et infans post centum annos C vitæ suæ est moriturus, non ergo in Ecclesia, et in regno Christi dicitur infans dierum. Verum est tamen, quòd si quis in hac ciuitate Sancta Iesusalem denuo creata, et instaurata toto tempore vitæ suæ scelestem uitam ducat,nunquamvè resipiscat,quanquam per multum tempus vixerit, etiam vsque ad annos Mathusalem, morietur, morte inquàm ęterna, et maledictus erit; adeo quod uitæ longevitas in detri- D mentum potius est illi, et in cumulum, vel augmentum damnationis,quam in beneficium, et suffragium aliquod salutis: Vnde possumus colligere id quod sæpè aliàs diximus, præsentem Ecclesiam ex bonis, & malis fore constitutam, velut sagenam missam in mare ex omni genere piscium cõgregatam, hoc autem discrimen inter bonos,et malos, latè patebit in consumatione sæculi; ubi etiam nulla erit distinctio senis,et E pueri. Ego autẽ sum puer septuagintaquinq; annorum, et nondum perueni ad numerum vsq. centenarium,i. nondum sum assequutus, quæ per numerum centenarium designatur perfectionem: at bene cupio, et Dei gratia adiutus spero, aspiro, et uehementer anhelo ad ipsam æternitatem pręcor obnixè clementiam tuam Deus meus, ne me tollas de hoc

mundo priusquam aliqua ex parte numerum istum attingam, nec me adhuc puerum septuagintaquinque annorum permittas ex hac vita decedere, & cum Dauide precor, ne derelinquas me in tẽpore senectutis, cum defecerit virtus mea ne derelinquas me; potest etiam dictum illud exponi de pręsenti ecclesia; quemadmodum dicebamus de cœlesti patria, quod quemadmodum ibi nõ dicitur esse infans, nec senex, qui non impleat dies suos, quia scilicet omnes erũt B perfecti, & nihil erit immaturum, & imperfectum, sic & in uocatione per Christum, & temporibus sui aduentus, puer & senex inter se non different, & quemadmodum dicit Apostolus ad Galath. In Christo Iesu nõ est Iudæus, neque Grecus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neque fœmina, omnes sunt vnum in Christo Iesu. Cyrillus autem ita exponit iuxta textum LXX. Interpretum. Ibi non erit infans dierum, &c. C Omnes erunt perfecti, & puer idest gentilis erit centum annorum, idest perfectus, & mente canus, & ad spiritualis ætatis summum gradum attingens: & sic potest intelligi dictum Procopii: peccator verò centum annorum maledictus erit, idest Iudęus, qui pfectè obseruauerit legem, & fuerit assecutus omnẽ legis iustitiam, si non fuerit iustificatus per fidem Christi, maledictus erit: idipsum dicere possumus de quocunq. ho- D mine, qui perfecerit omne opus bonũ, & non fuerit consequutus iustitiam, quæ est per fidem Christi, maledictioni erit obnoxius; id quod testimonio Pauli Apostoli confirmatur 1. ad Corinth cap. decimotertio, vbi inquit pręter cętera bona opera, quæ enarrat, si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quidam alii iuniores, sic exponunt. Puer centum annorum si pec- E cauerit, morietur, & maledictus erit, idest si in peccatis consenuerit, & impudens, ac contumax fuerit, morietur. i. ab Ecclesia damnabitur, & reiicietur, & maledictus, ac execrabilis apud omnes erit. Vnde colligunt (quemadmodum nos supra diximus) peccata quę per ignorantiam, & fragilitatem committuntur facile condonari, quę verò ex malitia, & effreni pertinacia committuntur, non ita facile veniam consequuntur. Sic mihi videtur exponendus locus iste, si quis alias uelit afferre, aut admittere expositiones, nõ renuo. vnusquisq. in suo sensu abundet, Greg. 17. mor. sic dicit. Puer centum annorum, &c. Vita pueri sic in longum trahitur, vt à factis puerilibus corrigatur, & retrahatur: At si à peccato temporis lõginquitate non compescitur, hęc ipsa vitę longinquitas quam per misericordiam acceperat ad cumulũ maledictionis accrescit. Vnde volunt aliqui (moraliter loquendo) quòd per pueros, & infantes intelligantur omnes scelerati, per senex verò homines maturi probi, & integri: Et sequitur in textu, vbi ponit Esaias aliud priuilegium, vel excellentiam pręclarę huius, & nobilissimę ciuitatis, & inquit. *Et ædificabunt domos, & habitabunt in eis, & plantabunt vineas, & comedent fructus earum*, & reliqua vsque in finem. Aedificabunt (inquit) domos idest Ecclesias, & habitabunt in eis, quia scilicet nullus eos impediet, aut ex illis eiiciet, vt prędixit Dauid Psalm 69. d. Deus saluam faciet Syon, & ędificabuntur ciuitates Iudę. Per domos Diuus Hieronymus, intelligit etiam virtutes, vel mansiones in cœlo, nullus eos impediet, vt fuit à principio nascentis Ecclesię; vbi Principes, et reges gentium impediebant Apostolos, et alios, ne ecclesias construerent, quanquam D. Paul. Dei fretus auxilio multas vbique gentium erexerit Ecclesias, sicut ipse dixit. instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum suppl. mihi incumbit, & me plurimum pręmit. 2. Cor. 11. Plantabunt vineas, i. doctrinam, & fidem Christi, & veri Dei cognitionem, & comedent fructus earum, iuxta illud Prophetę. Labores manuum tuarum quia manducabis. comedent fructus earum, idest incredibilem de conuersione gentium suscipient consolationem. *Non ædificabunt, & alius habitabit*; quemadmodum olim contigit populo Israelis, qui ędificauit domos, et alienigenę habitarunt in illis, id quod maximè contigit post Christi passionem. ubi non

solum

Marginal notes: Gal. 5. — 1. Cor. 13. c. — 2. Cor. 11.

solum domos, sed vniuersas vrbes Iudææ, & omnem eorum substantiam diripuerunt extranei: deinde *non plantabunt arbores supp. & vineas, & alius commedet fructus earum.* Vt etiam prædictũ fuit Micheæ 4. Requiescit vnusquisque sub vinea sua, & sub ficu sua, & non erit, qui exterreat. Et præterea. *Secundũ dies ligni erunt dies populi mei, & opera manuũ eorum inueterabunt electi mei.* Secundum dies ligni, i. vsque adeo eorum vita erit diuturna, & longeua, vt sunt dies ligni, idest quot diebus, & annis arbores, & ligna viuunt, nisi comburantur, & præ nimia vetustate decidant, & corrumpant, tot vitæ spatia populus meus habebit. Potuisset Esaias longitudinem vitæ seruorum Dei assimilare lapidibus, quæ lõgè diutius quàm arbores perdurant: verùm arboribus potius, quam lapidibus voluit comparare: quia arbores sunt lapidibus pulchriores, & germinant aliquãdo flores, & fructus. Et præterea arbores viuunt vita vegetatiua; lapides verò minimè. Et quoniam tex. 72. habet secundum dies ligni vitæ, erunt dies populi mei, ideo ligno potius quàm lapidibus voluit comparare. Vel fortè per lignum vitæ hoc loco cuius diuturnitati voluit conferre longitudinẽ vitę seruorum Dei, intellexit lignum illud vitæ in medio paradisi constitutum, quod designat vitam gratiæ, quæ est vita æterna. Aut etiam per lignum vitæ intelligas lignum illud pretiosum sanctissimæ Crucis, in qua Redemptor noster pependit; ita vt quandiù durabit virtus, & potentia huius Sãctissimę Crucis, durabit uita eorum, qui fuerint de populo Dei, & electi eius. Si quis dixerit, q fieri potest, vt electi qui sunt in præsenti ecclesia æternum viuant? Respondeo eos æternum viuere vita gratiæ, quæ in hac vita corporali exordium sumit, & in futura nullum habet finem: Nec solum diuturni erunt, & æterni, vitæ populi mei dies, sed opera manuũ eorum nõ ueterascent, i. nõ citò consumentur, nõ citò peribunt; quemadmodum aliorum hominum opera, verbi gratia, domus, ædificia, olıueta, & huiusmodi quę non multo tempore durant. Sed aut vetustate, aut temporis iniuria, aut alio

Michææ 4.

electi viuũt in æternũ.

A quodam casu cito deficiunt: nec mirum quia domus electorum fundatę sunt super firmam petram, & descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in eam, & non potuerunt subuertere illam: dicuntur etiam opera manuum eorum veterascere, quoniam iam prætereunt, & ad futura manum extendimus, vt faciebat Apostolus Paulus, qui præteritorum oblitus in futurum extendebatur: opera enim populi fidelis, & in Christo credentium sunt fructus Apostolorum, idest electorum Dei, & in eorum thesauris reconduntur. Potest etiam exponi textus iste, videlicet, *Opera manuum eorum inueterabunt electi mei*, idest durare facient; seruando & custodiendo vsque ad finem sęculi, loquitur enim de operibus bonis factis in fide, & charitate absque dolo, & fictione. Et subdit. *Non laborabunt frustra*, quia scilicet recipient mercedem laborum suorum; *neque generabunt in conturbatione.* Dicunt aliqui *in maledictione. Vel non generabunt in conturbatione, i. festinanter, & celeriter*, sed quicquid operis aggredientur cum consilio, maturitate, & iudicio efficient, sicut legimus de quibusdam qui (vt scribit D. Hieronymus) non cito crediderunt Christum esse verum Messiam, nisi prius diligenter sacras scripturas consuluissent, & diligenter fuissent eas perscrutati. *Non generabunt* (inquam) *in conturbatione, quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis*, idest non solum ipsi sed in secũdam, & tertiam *generationem, & sic deinceps, & quicunque sequuntur eorum vestigia eiusmodi*, iuxta illud Psal. 144. Generatio, & generatio laudabunt opera tua, benedictiones, & munia possidebunt, vel *non generabunt in conturbatione*, quia non sustinebunt, vel non patientur quas molestias pati consueuerunt qui carnaliter generant. Et præterea alia consequentur beneficia, quod. s. antequàm clament, dicit Deus ego exaudiam. Non permittam eos in clamando fatigari; sed cum primum eorũ vota percipiam, exaudiam. iuxta illud Psal. Dum clamarem exaudiuit me Dominus, & morti non tradidit me. Non permisit inquàm Deus ipsum complere clamorem, sed vt

B C D E

Generari in conturbatione quid.

Psal. 21. & 113.

dicit text. *adhuc illis loquentibus audiam*; vbi vides magnitudinem misericordiæ Dei, & eius promptitudinem nobis adiu uandi. Postremo aliud genus beneficij, & rem quasi incredibilem, & inauditā prędicit nobis Esaias, & ea quidem est. *Lupus, & agnus pascentur simul, bos, & leo comedent paleas, & serpenti puluis panis eius.* Hoc idem vaticiniū habes ferè supra c. 11. lupus, & leo pascentur simul, vel duo rum populorum maximè inter se dissidentium vnionem per fidem innuere B vult Propheta, aut ostendere qui quondam more ferarum agrestium sanctis insultabant, & ecclesiam infestabant, non dissimiles serpentibus, pardis & leonibus, cum seruis Dei in vnum affectum, animiq. consensionem coalescent vinculo pacis per Christum colligati, vnde cum Saulus, & Ananias conuenerunt simul, impleta fuit hęc Prophetia, & aliàs sæpe. Leo & bos comedent paleas; constat enim leones, qui sunt ani- C malia ferocissima, & ingluuiei maxime dedita, assueta ad comedendum carnes aliorum animalium, comesturos paleas, quæ sunt cibus bobum. & equorum. Indicat hoc gentes, & alios homines animalem vitam ducentes per prædicationem Euangelii ad labores, vigilias, ieiunia, & peregrinationes aliquando seipsos dedere, & seipsos mancipare, & captiuare in obsequium Christi. *& serpenti puluis panis eius.* Serpens enim D dicitur esse Demon, qui est callidior cunctis animalibus terrę, cui in pęnam dedit Deus, quia seduxerat primos homines, vt terram comederet cunctis die bus vitæ suę, & propterea dicit hic vates ex persona Dei, quòd panis serpentis

Gen. 3. erit puluis, & terra. Dixit .n. Deus Gen. 3. ipsi homini. Terra es, siue puluis es, & in puluerem reuerteris, quibus verbis facilè colligitur homines fore cibum, & escam serpentis. Sed dicit Deus, pa- E nis tuus erit puluis; idest vanitates, & somnia, poterunt esse, & homines qui vanitatibus, & somnijs dediti erunt; Tandem inquit. siuè demones, siue mali homines, *non nocebunt, neque occident in omni monte sancto meo*, i. dum persistetis in Ecclesia mea, quia ibi erit perpetua pax, & securitas. *Dicit Dñs.* verba A quidem sunt omnipotētis Dei, cui laus & honor, Amen.

Et hæc de LXV. Cap. dicta sufficiant.

Breuis discussio super quadam verba huius Capitis LXV.

DIcit Esaias post principium huius capituli. *Populus, qui ad iracundiā prouocat me, ante faciem meam semper.* & explicat quibus eum prouocāt d. *Qui immolant in hortis*, & *sacrificant super lateres. qui habitant in sepulchris; & in delubris idolorum dormiunt, qui comedunt carnem suillam, & ius prophanum in vasis eorum.* His verbis palàm videtur arguere Esaias, quosdam ritus, seù potius abusus Iudæorum, & quasi detestatur eorū mores, quos ita Deo displicere demōstrat, vt eiusmodi actionibus Deum ad iracundiam prouocent. Sed prima facie consideranti, nō videtur satis conueniens, aut rationi consonum, eos vsq. adeò acriter arguere, & abominari penes hoc genus immolandi. Quod quidem rationibus probatur. Cap. 65.

Primum. Si Deus iustus, & bonus permittit, ac tollerat ritus, & ceremonias Gentilium, & Idololatrarum, longè conuenientius, & rationabilius tollerari possunt, aut permitti eiusmodi ritus Iudæorum, quandò in his non viget tanta impietas, & auersio erga Deum.

Secundum. Beatus Gregorius in Registro lib. 11. cap. 15. habet hæc verba. Omnes festiuitates Iudæorum, sicut hactenus ipsi, & patres eorum, per longa colētes tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi celebrandiq. licentiam, quæ eadem verba afferuntur in libro Decret. d. 45. vbi D. Thomas 2.2. quæst. 10 art. 11. & omnes iuris Canonici professores in eandem sententiam conueniunt.

Tertium. Quod huiusmodi cultus Iudæorum non debeat amoueri, ac proijci, patet etiam, ex 4. Reg. capite quinto, vbi

to, vbi Eliseus Propheta concedit. Naaman Syro, qui cum esset prius Idololatra, postmodum cõuersus ad Deum, post sanitatem receptam, vt vnà cum Principe suo templa Idolorum ingrederetur, & genua coram Dijs falsis prosterneret, atque in terram procumberet.

Quartum, si meretrices in Ciuitatibus, & in cunctis ferè vniuersi Orbis partibus tollerantur, etiã ritus, & sacra non solum Gentilium, verũ & Iudęorũ, permitti possunt, quaté per ea non debuit Deus ad iracundiam prouocari. Sic.n. habet Aug. lib. 2. de Ord. c. 4. Quid sordidius, qd inanius, de decoris, & turpitudinis plenius meretricibus, lenonibus, cęterisq. hoc genus pestibus dici potest? ea tamen permittũtur; & subdit rationem Aug. d. aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus.

Aug. lib. 2. de ord. c. 4.

Quintum, Nõ decuit ipsum Prophetam vsq adeò insurgere, & excãdescere aduersus Iudęos, quòd habitẽt in sepulchris, & alijs locis abditis, & ab hominũ cętu procul semotis, quãdo Paulus Apostolus ad Hebreos 11. refert nõnullos ex Hebreis olim fuisse in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terrę, qui omnes testimonio fidei probati sunt.

Sextum, Non est, q aliundè, vel ex alijs petamus exẽpla, quando in lege noua, & Euangelica non desunt qui in hortis, pomerijs, & locis quam maximè delitiosis construunt sacella, aras, & cubicula, vbi quandoq. sacra faciunt, aut prę ces Deo offerunt, & mirum admodũ in Dei cultu, & veneratione se se exercẽt. Qui etiam super lateres sacrificãt, cum vbiq. locorum videamus Oratoria, domunculas, & imagines depictas, quæ p̃ tereũtibus, & iter agentibus Dei memoriam insinuant, quo quisq. eius auxiliũ implorare debeat. Dicuntur etiam Catholicæ fidei professores, quãdoq. super lateres sacrificare, quãdo thura in Ecclesiis, & templis sanctorum, & quandoque per strata viarum thura incendunt, vt odorem emittant, in honorem Dei, & sanctorum. Habitant etiam plerique in sepulchris, vel ppe ea, quemadmodum legimus de filijs Iacob. qui vt habetur Gen. vltimo celebrantes exequias corporis sui planctu magno, atque vehementi impleuerunt septem dies, & duæ illæ mulieres, quæ comitatæ fuerunt Christum Dominum ad Crucem, eo sepulto, sedebant contrà sepulchrum, atque etiam de parentibus Beatę Agnetis Virginis, & Martyris, qui ad eius sepulchrum per multas noctes assiduè vigilabant, quibus apparuit Virgo Beata choro virginum comitata; ad cuius sepulchrum Emerentiana quoque virgo Romana in cruciatibus orans, proprio sanguine, quem pro Christo constanter effudit animam Deo reddidit. Iidem repræhenduntur à Propheta, quòd in delubris Idolorum dormiebant, quo crimine nos etiam Catholici rei esse possumus, quippè qui integras noctes in templis Diuorum dormitamus, & præsertim in sacratissima nocte Natiuitatis Domini. Quin alicubi in festo omnium sanctorum, in festo Epiphanię, & quibusdam alijs solemnitatibus, & festis diebus, vt ego proprijs oculis vidi in Galijs.

Præterea detestatur Esaias, & iurè quidem reprehendit, qui ex Iudęis com medebant carnem suillam, quæ prohibita erat lege, vt caro immunda. sed reuera non minus Christiani veniunt rephendẽdi, quandoquidem, & ipsi pręter carnem suillam commedunt etiam, & vtuntur cibis valdè immundis, & ab aliorum hominum vsu valde semotis: Idcirco Iudæi sumunt robur, & efficaciam ad probandum quod Christiana religio citò deficiet, quia manducamus carnem suillam lege prohibitam legimus enim Matth. tertio, & Marci 1. Ioannem Baptistam præter locustas, & mel siluestre nullo alio cibo vsum fuisse. Egidius etiam Abbas, quanquam ex regia stirpe esset otiundus dum in Eremum se cõferret herbarum radicibus, & Ceruæ lacte tantummò nutriebatur. Hilarion quoq. & ipse Abbas, & vir maximè probatus, ac Deo dignus nihil ferè aliud, pręter paucas ficus, & succum hęrbarum ad victum adhibebat. Sic etiam, & plerię. alii extraneis cibis, & penè immundis vtebantur, quos omnes recensere nimis lõgum esset. Postremò increpãtur Iudæi, & scer

Leu. 11.

bè notantur, quod ius prophanum, in vasis suis detinent, & conseruãt. Ita propemodum, & nos Christicolę videmur repræhendendi, qui oleum, & aquam frequenter, immò semper, ac perpetuò per multos dies, & quandoq. per integrum annum in vasis testaceis, aut argenteis, & alicubi etiam aureis detinemus, & conseruamus, cuius rei gratia, odibiles, ac exosi, ac plusquàm ethnici, & publicani habemur ab hęreticis, immò sũt adeo audaces, & temerarii, vt audeant dicere, ritum, & morem vngendi, magis hæreticorum, quàm Orthodoxorum videri esse. Sic etiam aquam benedicere, & super domos, aut personas aspergere, dicũt esse potius quandam demonum incantationem, quàm rem vllam rebus aspersis proficuã, ac salutarẽ; quemadmodum ergo Iudęi repręhenduntur à Propheta, quod ius prophanũ detinent in vasis eorũ, ita nos (vt vides) ab Hæreticis repræhẽdimur, & illudimur, quod oleum, & aquam seruamus per aliquod tempus, & rursus innouamus, tanquam res inanes, & nullius vsus. & cum dicant eiusmodi cęremonias esse incantationes dęmonũ, dubio procul tanquã res prophanas, & longè deteriores, quàm ius prophanũ existimare videntur, quippe qui non modo hunc sanctum, & veterem ritum non ab Apostolis tantũ, verùm, & à Christo Domino institutum damnant, ac repudiãt, sed etiam veterẽ, & priscum morẽ, quo in illis tribus diebus maioris hębdomadæ, dum officium Matutinale cęlebratur, fit ingens strepitus, & fragor dum percutimus ligna, lateres, & pauimenta, derident, ac subsannant, & nos tanquam vanos, & mente captos, vel à demone obsessos existimant. Sed Deo duce, & aspirante, & bonis, ac probatis, selectisque viris cooperantibus, conabimur ostendere Iudęos iurè merito fuisse ab Esaia repræhensos, pariterq osten demus omnes ritus, quos ecclesia hactenus obseruauit, & nunc quoque diligenter, ac studiose obseruat, esse puros, sanctos, ac salutares.

Sed incipiamus à rationibus ductis à principio. & primum quidem cum dicebatur inconueniens fore tollerari in diuersis vniuersi orbis regionibus ritus, & ceremonias Gentilium, & Idololatrarum, qui si tollerantur conuenientius fore, vt tollerentur abusus Iudæorum. Respondemus, & dicimus non esse eandem rationem, de Iudæis, & gentibus, quandoquidem illis erant perscriptæ leges a, Deo, quæ præteriri non debuerant, cum ipsi præcipue fuerint polliciti quęcunq. illis pręcepta erant a, Deo, se prorsus executuros: gentes autem non sic. et præterea ritus Iudæorum quanquã sapiant nonnihil Idololatriæ, aliquid tamen veritatis, & vtilitatis conferunt & præseferunt, non sic ritus gentilium. Quòd si quæras cur Deus bonus, & iustus tollerat eiusmodi ritus Gentiliũ, vt quod ipsi iure debetur tribuant Idolis, ac dęmonibus, & his, qui non sunt. Respondetur, hoc ideo fieri sapienter, & prudenter, ne videlicet maiora mala inde sequantur, aut aliquod grãde bonum impediatur. & ob hanc eandem rationem, seu causam respondetur ad illud Aug. libro de Ord. quarto loco adductum, quod permittuntur in mundo meretrices, & lenones, quibus nihil turpius, aut sordidius, quæ quidem, ne peiora sequantur à, Deo permittuntur. Et hoc idem cõfirmatur per Christum Dñum Saluatorem nostrum, qui (vt habetur Matth. 13. cum serui patris familias vellent ex agro zizania colligere, dixit. Non: Ne colligentes zizania eradicetis simul cum eis & triticum.

Ad secundũ arg. sumptum ex Beato Greg. in registro lib. ij c. 15. dicendum quod festiuitates Iudęorum sunt tollerandę, mõ nullum faciant nocumentum integritati fidei nostrę, neque vllum prębeant impedimentũ, aut nocumentum, quemadmodum legitur de festiuitate quorundam hæbræorum, qui olim Tridenti, vt solemniter Pascha celebrarent, & immolarent, impii, & crudeles puerum quendam viginti octo mensium in eorum Synagoga trucidarunt, quem postea nomine Simonem in Catal. Sãct. Summi quidam Pontifices, vt Greg. XIII. & Sixt. V. ceu verum Christi Martyrem ascripserunt. Cuius martyrium nos præcibus, & rogatu multorum in lucem ędi curauimus lingua vernacula, quo ab omnibus vtriusq. sexus viris, & mulieribus, intellige-

ligeretur. Et quanquam festiuitates, & ceremoniæ Iudæorum, vt sic tollerētur, ac permittantur, libri tamen Iudęorum, quibus fouetur, & defenditur eorū perfidia, & impietas contra Iesu Christi diuinitatem, quique sunt pleni mendaciis, & blasphemiis contra Christum, & contra seruos eius, & sectatores, nequaquā sunt permittēdi, sed quantocitius supprimendi, vel comburendi, vt memini id effectum sub Pio V.

Ad tertium, vbi etiam probatur ex 4. Reg. c. 5. ꝙ cultus Gentilium multo minus Iudęorum debeat aboleri, vel abrogari, quoniam Eliseus permisit Naā Syro, vt dum cum Rege suo adiret templa Idolorum, tuto ingrederetur templū illud, & procunberet coram Idolis. Rñdetur id fecisse Eliseū, quia necessitati (vt inquit Apostolus) subditos esse quandoque oportet: concessit itaq. id ipsi Naā, quoniam cogebatur eò proficisci dum Rex adoraturus in templum Remmon, innitebatur super manum suam. Cōcessit itaque, vt templum cum Rege ingrederetur, genua procumberet, non autem vt Idolum adoraret.

Ad quartum iam de tollerantia meretricum paulo ante responsum est: superest rñdere ad 5. vbi arguebamus prophetam, ꝙ iniuste argueret Iudæos, qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres, & ꝙ habitāt in sepulchris, & c. q̄h. quidem Paulus ad Hebręos 11. commendat plerosque ex Hebręis, qui olim in solitudinibus errabant, in montibus, & in speluncis, & c. Dicimus magnum fore discrimen inter eos, quos D. Paul. recenset, & quos hic noster Propheta tam acerbe redarguit, q̄m hi hortos, mōtes, & nemora adibāt, vt sacrificarēt Idolis, & suas explerēt cupiditates, & insanias: at hi, quorum Paulus meminit, errabāt iu montibus, & speluncis, vt tutius, & quietius Deo viuerent, & seruirent; & apud nostros facilè est videre plerosq. viros, totos in obsequiū Dei mācipatos, montium cacumina arripere, et loca abdita, & obstrusa petere, & ibi delitescere, vt securius Deo inseruiant. Et de B. Siluestro Pont. Max. legimus, qui secessit in montem Soractę non solum vt Deo liberius inseruiret, verùm vt persecutiones Prin-

A cipum euitaret, quiq. in cryptis, & locis abditissimis Missę sacrificium peregisse legitur, & Synodos q̄nq. coegisse. Sic etiam multos fecisse legimus, quorum quidam mōtem serratum in Catalonia; vbi multa sunt domicilia virorum, qui ab hominum consortio se penitus abdicarunt. Sic & in monte propè Spoletum multos est eiusdem sortis reperire, & in comitatu Perusino, pręter alios, duo sūt mōtes valdè celebres, & famosi, vt mōs

B qui vocatur amabilis, in cuius cacumine commorātur Capuccini viri religiosissimi: reliquus vocat᷑ mons Coronę, in cuius sūmitate, ac solitudine degunt patres Camaldulenses, morum probitate, & sanctitate satis Illustres. Itaque verissimum est, nostros quoq. in hortis, ac locis nemorosis, & montibus abstrusis, se conferre, & ibi diuturnam vitam peragere, non vt vllis voluptatibus incumbāt, neque Diis falsò nūcupatis, sacrificia fa-

C ciant, sed solùm vni vero Deo inseruiāt, suasq. animas obnixè commēdent. Pręterea, ꝙ per istos, qui habitāt in hortis, & sacrificāt super lateres coctos. Diuus Hierony. interpretatur morem, & vsum hęreticorū, qui errores suos, & argutias Dialectica nituntur arte firmare, & diligenter extruere; aut etiam, qui eorū dogmata ita fulciunt, & adornant, vt veluti horti, & herbę virentes, citò pereant, & euanescant, aut etiam super coctos late-

D res sacrificant, quia altaria bene constructa ędificant, ut eloquentia, s. animos legentium capiendo. Nostri non dicuntur super lateres coctos sacrificare, quia s. multis tribulationibus anguntur: & tamen immolant Deo sacrificium laudis. Repręhendūtur ab Esaia quidam ex Iudæis, qui habitāt in sepulchris, & merito quidem, quandoquidem ibi ea solum ratione degebant, ut à spiritibus terrenis, & demoniacis aliquid futurum, uel se-

E cretum expeterent.

Non sic autem nostri, qui quidem nō in sepulchris, sed iuxtà sepulchra q̄nq. persistebant, uel in venerationem eorū, qui ibi erant sepulti, uel ut eorum suffragia implorarent, ac uitam, & mores eorum, dum uiuerent contemplati, imitari didicerint, sicut paulo ante diximus de his, qui ad sepulchrum B. Agnetis ali-

quandiù consederant. Quòd illi repræhendantur, qui dormirent in delubris Idolorum, magna quidem ratione factum est, quandoquidem ea tantum causa, ibi dormitabant, & accubabant, quo facilius dæmonum responsa, aut malas immissiones, & auguria susciperent. At nos quoq. Dei gratia præuenti, & suffulti quiescimus nonnunquam in templis diuorum, & sanctorum Martyrū, & ibidem integras noctes, qñque dormimus præsertim in nocte Natiu. Dñi, & quibusdam aliis præcipuis solemnitatibus, non vt responsa dæmonum, sed ut ęlestes, & diuinę inspirationes nobis immittantur, & infundantur. quiq. etiam non latronum, aut peruersorum hominum, sed angelorum custodiam, & tutelam, atq. in primis Dei præsidium habemus, & obtinemus. Diximus eos, hoc est Iudæos, repręhendi quia contra legem comedebant carnē suillam, & hoc quidem ratione, quia ex professo contra legem id agebant. Sed re vera non ideo repręhenduntur propter hunc vsum ciborū, neq. ad id respexisse videtur ipse Deus, sed ad id, quod per eiusmodi carnes designatur, quod est immunditia cordis, ob lasciuiam, aut turpitudinem vitiorū; & velut habet Origenes sup hoc caput Leuitici ij. per eiusmodi animalia, quæ diuidunt vngulam, & non ruminant intelliguntur, qui bene loquutur, & malè faciunt, aut quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum, dextera iniquitatis, ab huiusmodi carne, idest ab eiusmodi sordibus, & immunditijs nos præ cæteris, plurimum abstinere tenemur. Quarè si Christiani comedunt carnem suillam, non propterea sunt consumendi, vt oppinantur Iudęi quia hoc non est eis prohibitum, sed id solum quod figuratur, & designatur per carnem suillam. Postremò repręhenduntur, quòd ius prophanum in vasis eorum detinebant, & conseruabant, & meritò quidem erant repræhendendi, quoniam ius illud erat exceptum, & subtractum ex sacrificiis, & libationibus Idolorū, quæ quia erant immundæ, & prophanæ, ius quoque inde desumptum dicebatur esse prophanum: at nos vtique seruamus oleum balsamo admixtum, per annum integrum, quo linimus chrismate infantes, & adultos, & pręter hos, dum aliqui, ita ęgrotant, vt videantur cito morituri inungimus eos oleo, ab Episcopo consecrato, non quidem ex quauis pingui, & crassa materia, velut ius Hebræorum, sed ex olearum baccis, tantummodò expressum, quo quidem oleo inunguntur etiam tantisper Cathecumeni, priusquā baptismi lauacro inondentur; deinde dum baptizantur aliquanto plus eiusmodi oleo, tam in fronte, quàm in vertice inunguntur, & quanquam oleū istud de quo loquimur, nihil habeat commune cum iure, qđ repræhenditur ac damnatur, verumtamen quoniam quandam videtur habere analogiam ad illud, tum quia adnisicetur balsamo, tum quia dicitur reseruari in vase, quemadmodum & illud, ideo pręfato iuri prophano libuit contraponere oleum sanctum cum balsamo, sed bone Deus, q̄ magnum, & amplum est inter vtrunq. discrimen? nam oleum istud de quo nobis sermo fuit institutum à Christo Domino, vt habetur Marci 16. & ab Apostolis promulgatū, vt habetur Iacobi 5. & à Prophetis prædictum, vt habetur Ezechielis 36. Ius autem Hębreorum est à dęmone institutum, & pręparatum, & consequenter maximè prophanum, ac repudiandū. Præterea si loquamur de oleo cōmixto balsamo, maximā profectò ex eius vnctione percipimus vtilitatem. Vnguentū. n. hoc (vt refert Dionisius) est Symbolū spiritus sancti, qui est amor, & charitas, oīa quantumuis aspera lenificans, quamuis durā mollificans, quamuis amara dulcificās; vnctio verò simbolum est vnificationis baptizati per sacramentum cum Spiritu sancto. Si loquamur de oleo, de quo vnguntur infirmi, dicimus q̄ quemadmodum oleum magnopere proficit ad mitigandos corporis dolores, ita sacramenti virtus animę tristitiam ac dolorem minuit, & aliàs affert vtilitates, quas recensent pleriq. doctores, & præsertim Cathechismus ex decreto Concilij Tridentini confectus. Et nota quòd oleum istud quo vnguntur infirmi cito morituri, non cuicunq. cito morituro, nec cuicunq. certò periculum adeunti, sed ijs tantum quos recensent Theologi

logi. Et præsertim Cathechismus Romanus. Explodenda est ergo insania Io. Vuiclef qui vult cuicunq. infirmo debere dari hoc sacramētū quemadmodum cuicunq. peccatori iniungitur pœnitentia, sed non est eadem ratio. Dicebamus, q loco iuris prophani quo vtebatur Iudęi reseruato in vasis eorum, nos fortassè possemus redargui, qui seruamus aquam in vasis testaceis, aut argenteis, per aliquot dies; dicimus q eiusmodi aquam reseruatam in ecclesijs non esse vllius hominis commētum, sed esse diuinam institutionem, legimus.n Gen. 1. quòd vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona, Inter quæ & aqua non postremo loco recensetur, propterea dicit Paulus. Omnis creatura sāctificatur verbo, & oratione. Cum autem eiusmodi aqua sale cōmixta fuerit benedicta, & sanctificata per verbum Dei, & orationem, nulli dubium, quòd maximam afferet vtilitatem hominibus, et singulis creaturis ab ea aspersis, et mundatis. Vnde Proph. ps. 50. Asperges me Domine hyssopo, et mundabor; lauabis me, et super niuem dealbabor. Et pręterea in veteri lege, plura sūt loca, quibus refertur aquam fuisse receptam ad mundandos, qui erant immundi, vt Num. cap. 8. & cap. 19. præsertim ad pollutionem mulieris dignoscendam, quæ dicebatur aqua zelotipiæ, & apud Ezechielem similiter legitur, et monetur vnusquisque, vt per aquam mundetur ab omnibus inquinamentis suis. Eiusmodi aqua benedicta, non solum homines, verum domus, agri, indumenta, et singula, quibus uestimenta cuiusuis solent alligari, aqua asperguntur, quorū aspersio quanti roboris Dei gratia, & benignitate existat, uide opus Marci Antonii Marsilii Archiepiscopi Salernitani, sect. 2. huius operis. Vide etiam opus editum à Domino Feliciano Narniensi Archiepiscopo Auinionensi, mei olim amantissimo, parte 3. sui operis, explicatione 83. et

Cap. 36.

A plerosque alios authores videre poteris, quæ de sanctissimo vsu huius aquæ benedictæ libros ediderunt. Non ergo sumus reprehendendi, qui seruamus aquam benedictam in vasis, vti faciebant Hebræi de suo iure prophano, eiusmodi canes rapidi, latrantes, etiam nòs irridens, ac blasphemant, q tribus diebus maioris hebdomadę eo strepitu, et fragore bacillorum vniuersam Ecclesiam confundimus, et perterrefacimus, non
B intelligentes quæ loquuntur, et de quibus loquuntur. Id enim fieri consueuimus ad rememorandam acerbissimam passionem Christi Saluatoris nostri, qui per tot flagella, cruciatus, ac tormenta nostram salutem fuit dignatus operari. Sed de hoc copiosius alibi Deo duce loquemur. Sed nolo prætetire, quod in rationali diuinorum officiorum habetur q scilicet vociferatio, et tumultus popularis, qui tunc fit, dum cantatur Benedi-
C ctus, i. Canticum Zachariæ, designat, et pręfigurat concrepationem Iudę proditoris, tumultum cohortis, quę cum gladiis, et fustibus accessit vnà cum Iuda, vt comprehenderent Christum, vel incussionem terroris eorum qui aderant, vel tumultum cohortis, aut terrę motū. Clamor etiam canentium, kirieeleyson est tumultus persequentium, Deum, & eum yronice adorantium: sed magis placet, vt significet lamētationes sancta-
D rum mulierum, quæ sequebantur Dominum. Cętera quę sequuntur vide apud eum, idest authorem huius rationalis diuinorum officiorum; quòd etiam eo tempore, quo celebrantur diuina officia luminaria, extinguantur, absque dubio pręfigurant altissimas tenebras, quę cōtigerunt in morte Christi, et pręterea designatur, extincto Christo, et a nobis absente quod omnia vertuntur in tenebras, et nos in tenebris versamur. Quarè
E optandus est dies, ut Christus resurgat, vt nos tandem a morte resurgamus.

Et hoc sufficit in pręsentia.

CAPVT

CAPVT SEXAGESIMVM-SEXTVM.

1. AEC dicit Dominus cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum; quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi? Et quis est iste locus quietis meæ? omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus. Ad quem
autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu,
2. & trementem sermones meos? Qui immolat bouem, quasi, qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi, qui excerebret canem:
qui offert oblationem, quasi, qui sanguinem suillum offerat: qui
recordatur thuris, quasi, qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt
in vijs suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata
est. Vnde, & ego eligam illusiones eorum, & quæ timebant adducam eis: quia vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum,
& non audierunt: feceruntq. malum in oculis meis, & quæ no-
3. lui elegerunt. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum
eius: dixerunt fratres vestri odientes vos, & abijcientes propter
nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur. Vox populi de ciuitate, vox de
de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis.
Antequàm parturiret, peperit: antequàm veniret partus eius,
peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic
simile? nunquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens
simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos? nunquid ego,
qui alios parere facio, ipse non pariam dicit Dominus? si ego, qui
generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus?
4. Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis
eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam, vt
sugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius: vt mulgeatis,
& delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Quia hæc dicit
Dominus: ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, &
quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis
ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. Quo
modo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa ve-

ſa veſtra, quaſi herbæ germinabunt, & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis. Quia *ecce Dominus*
in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius: reddere in indigna- 5.
tione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis:
quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio ſuo ad omnem
carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino, qui ſanctifica-
bantur, & mundos ſe putabant in hortis poſt ianuam intrinſe-
cus, qui comedebant carnem ſuillam, & abbominationem, &
murem: Simul conſummentur d. Dominus. Ego autem opera eo-
rum, & cogitationes eorum: venio vt congregem cum omnibus
gentibus, & linguis: & venient, & videbunt gloriam meam?
Et *ponam in eis ſignum, & mittam ex eis, qui ſaluati fuerint;* 6.
ad Gentes in Mare, in Aphricam, & Lydiam tendentes ſagit-
tam: In Italiam, & Greciam, ad inſulas longe ad eos, qui non
audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, Et *annuncia-* 7.
bunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres veſtros
de cunctis gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, &
in leticis, & in mulis & in carrucis ad montem ſanctum meum
Ieruſalem, dicit Dominus, quomodo ſi inferant filij Iſrael munus
in uaſe mundo in Domū Domini. Et aſſumam ex eis in Sacerdotes,
& Leuitas d. Dominus quia ſicut cœli noui, & terra noua, quæ ego
facio ſtare coram me d. Dominus: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & no-
men veſtrum. Et erit menſis ex menſe, & Sabbathum ex Sabbatho:
veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea; d. Dominus. Et 8.
egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui prauaricati ſunt
in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni.

EXPLA-

EXPLANATIO IN SEXAGESIMVMSEXTVM CAPVT ESAIAE PROPHETAE.

HAEc dicit Dominus. *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum, &c.*

Ap. istud vltimum in sex vel octo partes diuiditur.

Primũ, explicatur q̃s sit locus vbi Deus requiescit.

Secundum, veteris legis sacrificia referuntur, & Iudæorum seuitia contra Christum.

Tertium Natiuitas Christi, prædicitur, & ecclesiæ ortus, & propago.

Quartum de fęlicitate, & fœcundita- te Ecclesiæ præsentis, & futurę:

Quintum, describit Esaias quale sit futurum iudicium impiorum.

Sextum, institutio ac designatio muneris, & officii Apostolici.

Septimum. Conuersio gentium, & vniuersi orbis ad Christum, & perpetua fęlicitas ipsorum credentium prædicitur, & promittitur.

Postremo finis vltionis damnatorum explicatur. Non ambigo, neque mihi videtur locus vllus ambiguitatis hic apparere, sed manifestum esse Prophetam in hoc postremo capite ostendere velle qualis nã cultus Deo Optimo Maximo gratus, & acceptus esse iudicetur, quiduè potissimum eligere, & perpetuo prę oculis habere debeant, quicunque placere ei studuerint. ostendit. n in summa (& vt compendio dicam) cultum interiorem fundatum in verbo Dei, & cordis munditiam, ac puritatem longè magis diuinæ maiestati. quàm cultũ quemlibet exteriorem nisi respondeat interiori diuinę maiestati acceptũ fore. Deinde quoniam Iudæi existimabant Deum quodã modo ob templum illi cõstructum fore debitorem, cum in eo celi & adorari videretur cũ etiam ibidem hostias immolarentur & sacrificia; idcirco in principio

A huius capitis Deus per os Esaiæ tollit de medio, & manifestè declarat falsam, & inanem esse hanc eorum opinionem, & inquit. Cœlum sedes mea, et ne videretur ex se ipso Propheta hanc sententiam, & hãc propositionem verissimam protulisse, hoc a principio cunctis legẽtibus proponit d. *Hæc dicit Dominus*, vti frequenter facere consueuit, cum s. est aliquid propositurus, quòd forte nõnullis aliquanto rudibus, & ignaris vel mo- B dicę fidei hominibus, videatur esse dubium, aut omnino falsum. dicit ergo. *Hæc dicit Dominus*, cui credere necessum est, & eius dictis nulla licet causa refragari. *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum*, q d. Vos Iudæi, & quicunq. estis mente, & spiritu illis consimiles, plurimum fallimini, & quã maxime aberratis. existimantes me hoc vestro tẽplo quicquam egere, aut eo claudi, & detineri Longè maius, & magnifi- C cẽtius habitaculum habeo, pręter istud quod mihi erexistis. *Cœlum inquam mihi sedes est*, quo in loco multò clarius maiestatis meæ, splendor, & amplitudo declaratur, *et terra scabellum pedum meorũ*, in qua potentiæ meæ virtus, & magnitudo conspicitur, quãquam extrema illius vestigia censeantur, & sint: quibus verbis palàm demonstratur nullo quantũvis magno, & amplo, loci spatio Deũ capi, & incomprehensibilis esse magni- D tudinis, vt rectè admodum dixerit Propheta ps. 138 quò ibo à spiritu tuo, & quò a facie tua fugiam, si ascendero in cęlum tu illic es, si descendero in infernũ ades. Nota etiam cum d. terram scabellum pedum meorũ, ne existimes hoc dictum ad ignominiam, sicut ea quę sub pedibus detinentur: sed ad gloriam, q. velit dicere. terra est scabellum pedum meorum. *Psal. 138.*

meorum hoc est, cognitio quam habet homo de maiestate, & potentia mea, col lata cognitione angelorum, & meæ. est veluti terra comparata cœlo, idest cogni tio enigmatica comparata apertæ, & cla ræ Dei visioni. Origenes in cap. quinto, Matth. Propterea quasi deridens, & contemnens fatuam illorum opinionem inquit.

Quæ est ista domus, quam ædificatis mihi? & quis est iste locus requietionis meæ.

In Bibliis nuper correctis legitur, quietis meæ, omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa illa dicit Dominus, volens innuere se nullo eorum labore, studio vel industria indigere, quo illi locus vllus aptus, vbi quiescat, & idoneus extruatur. Legitur enim Iob. 11. Excelsior cœlo. est, & quid facies? profundior inferno: & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari. Quod si quid ab eis hucusque actum erit, aut vllo vnquàm tempore fiet, id omne ope, auxilio, & virtute eius fieri, aut factum esse credere debeant omnino, hoc est quod dicit. *Omnia hæc*, quæ vos fecisse gloriamini *manus mea fecit*, hoc est virtute, auxilio, & ope mea, & me consentiente, aut permittente, vel et iubente sunt facta; Facta sunt vniuersa illa dicit Dominus; quemadmodum etiam legitur Deuter. trigesimosecundo Vbi posteaquã Deus per Moysem enarrauit quamplurima beneficia in populum Israeliticum collata, dicit postmodum. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? & post pauca videte, quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. Et Dauid Psal. 145. Tu Domine omnia fecisti, quæ in cœlis, & quę in terra sunt, & manus tua fecit hæc omnia, & quæ videntur scilicet quæ cernuntur, & quæ videri non possunt; tota enim rerum constitutio ipsius Dei est. & eius nutu creata sunt omnia, & conseruantur (vt sæpissimè dictum est) Nihil ergo possumus ei offerre, quod eius non sit, & ab eo non dependeat. Quid per manum Dei sit intelligendũ: vide libro de essentia diuinitatis. Manus enim Dei hic sumitur pro filio Dei, vel pro potentia, aut virtute eius. & in eo libello describitur significatũ omnium membrorum, & actionum, quæ tribuuntur Deo desumptæ a membris, & actionibus quæ sunt in hominibus, & in plerisque aliis creaturis. Nec velim existimes eum dicit Deus, Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum, quasi Deus egeat, sede vbi conquiescat, vel scabello, vbi, vel super quod statuat pedes: non enim mole grauatur, aut operando fatigatur, sed more humano loquitur Propheta.

Deut. 32.

Cum ergo Deus paruifaciat templũ illud, quod extructum erat neque aliquid exigat à populo suo, vbi sit locus requietionis eius, aut quietis eum nullo horum indigeat; quid ergo faciet Deus, quid requiet, quod ue hominum genus gratum erit in oculis eius? quo se beneuolum, munificum, et benignum largitorem nobis præbeat. dicit Dominus. *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos:* ad pauperculum inquàm, idest ad humilem, & abiectum, qui de seipso nihil præsumit, quicquid habet boni, Deo acceptum refert, ad paupereulum illum, de quo loquebatur Saluator Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est reguum cœlorum, & beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram: sic etiam Dauid Psalm. 9. & 10. oculi eius in pauperem respiciunt. Ad hominem contritum spiritu, idest afflictum, non superbum, non elatum, & in seipso consistentem, non alta sapientem, sed humilibus consentientem. Et hi (vt plurimum, sunt, qui continuè verentur, ac dubitant, & pauidi sunt, ne qua ratione Deum offendant. De quibus dicit Salomõ Prou 28. Beatus, qui semper est pauidus. Vlterius inquit, trementem sermones meos, idest qui magnopere cauet, & summo studio aduertit; ne illos trãsgrediatur, iuxtà illud ps 2. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, ne videlicet propter huiusmodi obsequium in superbiam labamur, vt ait Aug. sup. hunc Psalm. quare templum, & domus Dei est cor contritum, & humiliatum. Vti Paul. d.

Prou. 28.

Cor. 3.

Vos

Vos estis templum Dei, & Spiritus sanctus habitat in vobis, & qui violat templum Dei, idest qui molestat, & perturbat homines pios, violabit illum Deus. Vnde patet Deum non habitare in templis manufactis, sed in corde humili, & absconditio. Per hunc pauperculum contritum spiritu, &c. possumus etiam intelligere Christum Dominum, ad quem solum, primum & vnum respexit Dominus Deus, & qui uerè pauperculus dici poterat, qui non habebat vbi reclinaret caput suum: quique dici poterat contritus spiritu, quippequi monebat suos, & dicebat. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Hic etiam tremuit sermones Dei Patris, qui sine vlla contradictio ne exinaniuit seipsum formam serui accipiēs, &c. ad hūc pauperculum primo, & principaliter respexit Deus, velut ad templum in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Quod autem Deus parui faciat, aut potius nihili pendat sacrificia, oblationes, & holocausta, cum deest cultus interior, & munditia cordis, his verbis ostendit dum inquit. *Qui immolat bouem quasi qui interficiat virum, qui mactat pecus, quasi qui excerebrat canem*, Prohibita quidem erat in lege oblatio canis. Deut. 23. *qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat, qui recordatur thuris, quasi qui benedicat Idolo*. Horum verborum sensus facilis, & planus. Sacrificia vestra (inquit Deus) vt mactatio bouis, occisio pecudis, & alias offerre oblationes, vt similam, far, & huiusmodi, non secus apud me sunt, velut si sanguinem suillum offerrēt, & qui recordatur thuris, & existimat se facere aliquid gratum, & dignum meo cultu; sic apud me existimatur velut hi, qui idolis benedicunt; i. qui sacra, benedictiones, & omnia quæ possident, iugiter illis impēdunt, sensus planus & apertus horum verborum est. quod ita sunt grata, & accepta hæc vestra sacrificia, sicut sunt mihi grata, homicidia, furta, sacrilegia, idolatriæ, & legis prævaricatio. Ista vltima particula, videlicet, *qui recordatur thuris, est quasi is qui benedicat idolo*; est aliquantulum obscura, quia non videtur qualis sit futurus sensus, quia textus LXX. Interpretum sic hēt.

Secūda pars huius c. vbi de sacrificijs agitur. Text. 2.

A Qui dat thus ad sui memoriam, est quasi blasphemus; ita quod dictio illa, benedicat, debet accipi, pro maledictione per antiphrasim, vt aliquando scriptura diuinitus inspirata consueuit: vt sit sensus. Qui recordatur thuris est quasi blasphemus; hoc est benedicere, i. maledicere, quod ille scilicet est maledictus; & veteres quidam sic exponunt. Qui recordatur thuris est quasi blasphemus, quia testatur Christum qui iam venit,
B adhuc esse venturum, & propterea est blasphemus, sicut postea clarius videbimus: at si volumus persistere in textu nostro, dicamus illum qui recordatur thuris, volens adolere incensum, tantundem est apud me (inquit Deus,) ac si quis benedicat idolo, commendet idolum, gratiam, & benedictionem petat ab eo, quæ omnia quàm sint abhominabilia apud Deum, facile quisque vel leuiter instructus, in lege Domini, pōt imaginari, & conuenienter quidem, sublato
C templo, altariq. terreno, quod humana construxerat manus, & multis erat sordibus, & immunditijs inquinatum, auferri debebant, & reijci Iudæorum victimæ, quæ sine vllo fructu, & deuotione offerebantur. Nec parum mihi satisfacit, quod annotarūt nonnulli, Deum repulisse illorum sacrificia, non modo quia erant prorsus inutilia, & facta erant ipsi Deo valdè molesta, & exosa: verùm quia
D pro maiori parte qui ea offerebant, homicidę, raptores, adulteri, & aliis sceleribus coinquinati erant. Proinde subdit deus, et inquit. *Hæc omnia elegerunt in vijs suis*, voluere in hoc obsequio mihi exhibendo, proprias eorum voluntates, propria eorum consilia, et cogitationes sequi, *& in abhominationibus suis anima eorum est delectata*; gloriati sunt cū malefecerint, sibi ipsis placere studuerunt: sed vide quæso, & diligenter aduerte,
E quam illis deus retributionem attulit. Voluerunt illudere Deum, eius cultum negligere, & paruifacere, et eius mandata pręterire, dicit nunc Deus per Prophetam. *Vnde idest ex hac eorum nequitia, & detestabili* ingratitudine, *& ego eligam illusiones eorum*: ipsi voluerunt illudere mihi, & ego illudam eis, i. aliquos mittam, qui eis illudant, & detegam eo-

rum figmenta, quibus sibi subditos decipiunt, & perdunt; quique paruulorum, & insipientium animas decipiunt, atque seducunt: & quæ timebant adducā eis, timebant (inquam) ne venirēt Romani, & tollerent locum eorum, & gentem, & dubio procul ipsi venient, & pessum omnia dabunt: *quia vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt, feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerūt*, hæc omnia sunt declarata in cap. præcedenti. Sed ego re vera non B parum dubito, cur Esaias eadem verba toties repetit in hoc eius libro; Nec putādum est absque forti ratione id ab eo fieri. dicit Cyrill. quòd ipse Propheta tanto præmebatur zelo erga populum suum, & ferre non poterat ipsum omnino perditum iri, propterea repetit eadem quæ supra dicta sunt, quo a legali vmbra eos decidere hortaretur, aut quouismodo compelleret, quemadmodum supra in persona Dei iubebat eos à pristino errore, seductione, & prophana vita C recedere, vult porrò illos monere, ne supercilium erigāt, et nihil aliud sapiant, qui Ierosolymitanum templum excitarunt, existimantes contineri loco diuinitatem, & in templis manufactis circunscribi, & locari. Compellat ergo eos Deus dicens. O vos, qui diuinæ maiestatis præstantiam ignoratis, & auctoritatis meæ magnitudinem non consideratis; nonne scitis quòd cœlum mihi sedes est terra autem scabellum pedum D meorum? cælum quidem vt dicit Hier. 43. palmo tenet terram cum pugillo. D. autem Hier. aliò trahit hæc verba; vult enim hæc Deum dixisse, vt amoneret falsam Iudæorum opinionem, quæ ex verbis prioris capituli in calcē positis poterat exoriri, vbi dixit. quod non nocebunt, neque occident in omni monte sancto meo. Vt per hunc montem intelligeret montem Syon, et terrenam E ciuitatem Ierusalem esse restaurandam, et amplificandam, vt putauere Iudæi, secundum carnem qui omnia dicta a Prophetis in commēdationem ciuitatis Ierusalem, existimant de terrena Ierusalem fore intelligenda. Sed quicquid horum sit; Ego veriùs puto intentionem fuisse ipsius Prophetæ ostendere tādem

futurum esse citra omnem difficultatē, quod dixit Christus Dominus: venit hora, & nunc est, quando veri adoratores, non in monte Garizim, neque Ierosolymis adorabunt patrem, sed in spiritu, & veritate; & præterea vult ostendere Esaiat vmbram legis, et ceremonialia per aduentum Christi omnia finem habitura; cum itaque noster Esaias patefactis Israelitarum erroribus, prædixerit, quę ventura sint eis mala, uertit sermonem suum ad ueros, & probos Israelitas. *Audite verbum Domini qui tremitis ad verbum eius, &c.* sed priusquam prosequamur expositionem huius partis, uidendum est propter ea, quæ dicta sunt, nunquid cultus exterior sit omnino dānandus; uidetur enim Esaias hic, & alijs locis damnare eos, qui immolant bouē, mactant pecus, &c. et alibi. Iniqui sunt cætus uestri, solemnitates uestras odiuit anima mea. Respondeo non omnino quemcunq. cultum exteriorē esse damnandum: sed eum tantum qui est perniciosus, inutilis, et superfluus, et tādem quicunq. nō respondet interiori cultui actu, uel habitu, etsi sit cultus ueri Dei, cultus enim perniciosus in primis, dicitur ille, quo colimus, et ueneramur tanquam Deum, qui non solū non est Deus, sed omnino nihil, ut est idolum, quod nihil esse testatur Paul. et nos etiam supra diximus. Non loquor de cultu, & ueneratione sanctorum, et sacrarum imaginum, quas alia ratione ueneramur, et colimus, quam ipsum Deum: loquor de eo cultu, quo gentiles olim colebāt plures Deos, quem cultum. dicit Lactan. Firm. lib. 4. cap. 3. non esse secundum naturam, neque secundum ullam rationem, quod sic probat. Omnem Deum, qui ab hominibus colitur, necesse est inter solemnes ritus, et prçcationes patrē nuncupari, non tantum honoris gratia, uerum etiā rationis, quia et antiquior est homine, et quia uitam, salutem, et uictum præstat ut pater. Quod si Iuppiter, Saturnus, Liber, et Ianus patres uocantur, hoc est contra naturam, quæ nullo modo patitur unius hominis plures esse patres (ex uno enim quisque procreatur:) Quare Deos multos colere contra naturam est, et contra pietatem per-

Text. 5.

Cultus exterior an sit omnino dānandus.

Cultus perniciosus qs.

Idolum quō dicatur nihil alibi ostē dimus.

Lact. lib. 4. cap. 3.

 lege

lege totum, videbis quàm belle Deorũ pluralitatem, & per consequens eorum cultũ reiicit, & damnat. Talis ergo cultus, in quo Gentiles, et multi ex Iudęis aliquando sese exercebant, vt Deos propitios haberent, erat omnino falsus, inutilis, & perniciosus. Cultus etiam, quo nunc vtuntur Iudæi, obseruantes ceremonias & pręcepta veteris legis quibus futura Christi misteria figurabantur, perniciosus est, & damnabilis multum, cum iam Christus venerit, & fuerit eis per multa signa, et prodigia demonstratum, & per scripturas prophetarum declaratum ipsum iam venisse; propterea dicebat Christus apud Ioann. Cap. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent; Nunc autem non habẽt excusationem de peccato suo. Verum est tamen, quòd Iudęi vtentes nunc veteri cultu, non habentes intentionem fallendi, quanquam cultus ille sit falsus, & inutilis, quia est contrarius veritati, tamen ex parte eorum non potest accusari de mendacio, sed bene ex parte rei. Est igitur cultus exterior maximè perniciosus, & propterea magnopere damnandus, quicunq. est contra veritatem. Quid enim cœlestis in se boni habere potest sanguis pecudum effusus, quo aras inquinant, nisi forte existiment Deum his animalibus vesci, & eo sanguine potari? quòd homines aspernantur attingere, & quisquis illi hanc saginam præstiterit, quamuis ille grassator, adulter, veneficus, et parricida sit, beatus, ac fœlix erit. Einsmodi ergo cultus est omnino damnandus; Sed veniamus ad meliora, & quæ maiorem videntur habere sanctitatis imaginem, & apparentiam. Dicimus ergo, non solum exteriorem cultum, quo Gentiles veri Dei cognitione destituti demones colebant in lignis, et lapidibus, neq, eum solum, quo nunc vtuntur Iudæi in suis Synagogis esse omnino damnandum; verum etiam potest aliquis cultus reperiri apud Christ.colas in nouo testamento satis perniciosus, dũ quis illum exhibere Deo constituit, et consueuit contra modum, et regulam diuina authoritate, in ecclesia, et ab ecclesia institutam; quemadmodum dicit D. Ambrosius 1. ad Corinth. c. 11. dum inquit: Amb. sup. 1. Cor. 11. Indignus est qui aliter celebrat mysterium, quàm Christus tradidit. Et præter hunc sunt quidam alij cultus, qui licet non sint omnino damnandi quemadmodum iste prior, non possunt tamen exerceri absque peccato, saltem veniali; vt sunt cultus quidam superflui, sic vocati à Theologis, in quibus exercendis potest etiam contrahi peccatum mortale; si ad sit contemptus, vel ecclesiasticę disciplinæ, nel cultus interioris, pôt etiam cultus exterior inutilis esse, et perniciosus, quanquam sit conformis ordini Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, & ab eius consuetudine nulla ex parte dissentiẽs, quando scilicet non responder, aut concordat cum cultu interiori, de hũi cultu dicebat Christus apud Lucam. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est a me: id autem contingit Luc. c. 15. Ex Esa. 29. quando in ipsa oratione, aut officio recitando, seu sacra faciendo, non attendimus id quod dicimus, et facimus; & in illis pręsertim orationibus, et sacrificiis peragendis, ad quæ tenemur ex pcepto: In illis autem quæ quis facit spontaneè, & non ex pcepto, attentio non est vsque adeo necessaria, licet sit aliquod peccatum saltem veniale, & perinde est, ac si quis reciperet hospitem, & indecenter tractaret. Cum autem dicimus in oratione requiri attentionem si meritoria debet esse, et impetratiua, non intendimus toto tempore, quo quis orat necessariam fore attentionem; sed sat est ꝙ in principio orationis, quo quis accedit ad orandũ, uel incipit orare eleuet mentem ad Deum, qui est finis orationis, & intẽdat id pro quo oratur. Nota tamen, et aduerte, quod licet in oratione tam uocali, quam mentali non oporteat semper, aut non multum referat semper in attentione persistere, quoniam mens humana propter infirmitatẽ naturæ non potest diù stare eleuata, sed aliquando contingit euagari, si quis tamen ex proposito, et de industria, vel ex cõtemptu nollet attendere, aut etiam negligeret attendere, tunc orans non modo nihil meretur, neque potest quicquam obtinere, sed peccat; in oratione inquam, ad quam ex præcepto tenemur, si notabiliter

ter quis euagetur, mortaliter peccat: In oratione verò quam quis sua sponte facit, venialiter tantum peccat. quemadmodum etiam in oratione ad quam ex præcepto tenemur si ex negligentia, & non de industria non attendimus, venialiter delinquimus (saluo tamen proposito attēdendi). Duobus ergo modis quis orans, venialiter peccat, tum quando in oratione spontanea de industria, vel ex neglig ētia, aut ex fragilitate, non attendit, tum quādo in oratione obligatoria ex negligentia non attendit, dummodo in proposito habuerit à principio attendendi, in neutro. n. casu agere videtur cō tra virtutem, sed pter virtutem. Hæc est snīa caietani sup quęst. 93. 2. 2. cuius sententiam in præsenti nō approbo, nec reprobo, quia nō nihil scrupuli, & difficultatis in se habet, ꝙ s. in oratione spontanea venialiter tantū peccet qui de industria, & ex professo non attendit, quoniā longe diuersa ratio est, si quis spōte oret & recitet psalmos Dauid: & versus Virgilij, aut Ludouici Ariosti: vel Io. Boccacij. Nota ēt ꝙ circá diuina officia quanq̃ non perpetuo requiratur actualis attentio, vt diximus, requirit̄ tamen actualis intentio, faciendi quod facit Ecclesia. Et quoniam locuti sumus de attētione, quæ haberi debet in oratione sine qua non pōt orans cōsequi suum effectum. Sciendum ꝙ non loquimur de attentione ad uerba, ne s. in eis quisq̃ erret, neq. omnino ad sensum verborum, quamuis vtrunq. sit valdè opportunum, & conueniens; sed loquimur de attentione, qua attendere necessum est ad finem orationis, hoc est ad ipsum Deum, & ad rē pro qua oratur, quæ quidem est maximè necessaria, quā etiam possunt habere Idiotæ; vt tādem exequamur præceptum D. Augustini cum d. Psalmis & hymnis cū oratis Deū hoc versetur in corde, quod profertur in ore Sed qd dicemus de his, qui dū sacrum faciūt, aut pces horarias recitāt, nihil minus q̃ attendere, & cogitare qd recitant faciunt, vtinā non aliena, & longe extranea, & forrasis turpia, & obscœna cogitarent. De ijs proculdubio cultus exterior est omnino inutilis, & perniciosus, si non respectu aliorum, saltem rationi ipsius colentis, Dicit tamen Diuus Thom. secunda secundæ, quæst. 91. articulo primo, ad secundum quòd laus oris inutilis est laudanti, si sit sine laude cordis, iuxta illud Saluatoris, sine causa colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum: hoc tamen non obstante, laus oris & cultus exterior non est omnino negligendus, aut reprobandus. quia saltem excitat interiorem affectum laudantis, & prouocat alios ad Dei laudem. Et cum oratio fuerit de præcepto, & obligatoria, propter obedientiam excusat à peccato. Si non à toto, saltem tanto. vide supra his quæ scribit D. Bernar & alij, de necessitate attentionis in oratione.

Prosequamur textū paulò ante propositum, videlicet, *Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius*. Conuenie̅ter hoc loco noster Esaias posteaquàm incredulos, & contumaces qui elegerunt vias suas, & quæ Deo displicebant, neque de pœnitentia seu resipiscentia cogitarunt, acriter reprehendit, vertit se ad eos, qui credituri erant, siue Gentiles, siue Iudæi. & inquit. *Audite verbum Domini*; vos inquàm *qui tremitis ad verbum eius*, hoc est qui suscipitis sermones meos, veneramini eos, & diligēter, ne Deus aliquo modo offendatur, præcauetis; tremitis inquàm ad verbum Domini; quia illud reuerenter suscipitis, nihil de eius maiestate, & infinita potentia reuocatis in dubium, deque eius bonitate, & clementia nihil præsumitis, & tandem illud magnificatis, & in cordibus vestris complectimini. Et conuenienter quidem loquitur ad eos qui tremunt ad verbum Domini, quia iam dixit in persona eius: ad quē respiciam nisi ad trementem sermones meos: Audite ergo vos verbum Domini, vos inq̃ Apostoli, & fideles mei, quid quęso audiendum præcipit? Audite ergo, & percipite quæ vobis indico, atque prænuncio. Dicuntur quidem minus iacula ferire, quæ prouidentur, & nos facilius ea mala tolleramus, ac sustinemus, si per prouidentiæ clipeum præmuniti fuerimus, hoc est ergo quod vos præmonuisse oportuit. *Dixerunt fratres vestri, odientes vos, & abijcientes propter nomen meum* & quid dixerunt? dixerunt inquàm vos

3. pars præsentis capituli.

T illuden-

illudentes, & deridentes. *Glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra:* vos
inquàm dicitis Christũ vẽturum de virgine nasciturum, redempturum omnes
qui credunt in eum, & ipsum fore glorio sum triumphãtem, & super omnes exaltatum
tricia age, glorificetur Dominus, Dominus inquàm iste vester, quem tantopere
magnificatis, commendatis, & prędicatis, & in quo spem omnem vestram collocare
decreuistis; Glorificetur, veniat illa dies in qua appareat gloria, & maiestas eius,
& nos videbimus in lætitia vestra, gaudebimus de bono vestro, lætabimur omnes, &
exultabimus de vestra fęlicitate, & vobis congratulabimur, q.d. ô miseri, & insipientes
id nunquam erit, vos fallimini, laboratis in vanum, & perperam expectatis: *At ipsi
confundentur*, confundentur inquàm cum postea viderint Christum exaltatum, super
cęlos eleuatum, gratiam, & gloriam abundanter omnibus conferentẽ; & qui erant isti
fratres odientes vos, & abijcientes, non ob scelera vestra, *sed propter nomen meum?*
erunt inquàm ipsi Iudæi, qui ex eodem semine secũdum carnem prodierunt quẽmadmodum
vos Apostoli mei. Et nonnulli exponentes, per fratres hoc loco non Iudæos tantũ,
verum & gentes intelligi volunt; propterea quòd Deus iam soluit, & abstulit
præceptum illud legis, de non ineunda societate cum gentibus; quare deleto, &
abrogato hoc mandato, qui sunt ex gentibus, fratres nostri possunt nuncupari, quia
Christus erat futurus lapis angularis, in quo duo parietes coniungerẽtur, & ipse est
pax nostra, qui fecit vtraq. vnum. isti quoq. erant quandoq. odio prosequentes
Apostolos, & eosdem abiicientes tanquam immundos, & Deo odiosos. Cuius rei veritas
satis manifesta est in persecutione, & cede tot martyrum; & pręsertim in seua rabie,
& persecutione D. Virginis Catharinę, cuius hodie festum celebratur. Longum esset
enarrare quot cruciatus, quot tormẽta intulerint Præsides, & Præfecti gentium Dei
seruis, & ministr... Tiburtio, Valeriano, & sociis, ac etiam D. Sebastiano, & aliis
quam plurimis. D. Hier. iuxtá suum textum affert aliam exposi-

A tionem. vt non ironicè, sed vere, ac ex
animo loquantur isti qui nos oderunt,
& detrahunt nobis, cum dicunt: glorificetur Dominus, & videbimus in gloria vestra,
quasi dicat, cur nobis humilem introducitis Deum, quid hominem Crucifixum, & virum
dolorum, & infirmitates perferentem, volumus inquàm eum, in sua (vt dicitis) maiestate
conspicere, regnantem suspiciemus, & in sua gloria triumphantem, tunc vnà cum
B vobis videbimus in lætitia vestra, sed sic
humilem atq. deiectum videre non possumus: at ipsi qui loquuntur talia, qui nõ
intelligunt mysteria scripturarum malis suis sentient eius potentiam, quem pro
humilitate contempserant, & ita pudefient, & conturbabuntur iuxtà textum LXX. qui sic
legũt. dicite fratribus vestris qui vos oderunt, & abhominantur vt nomen Domini
glorificetur, &c. Dicite inquã hoc est hortamini eos nõn
C solum sermone, & verbis, sed opere, &
affectu comprobetis, vt glorificent nomen Domini, & ei honorem, & laudem tribuant
cum nihil habeamus quod ab eo non accepermus, scientes ꝙ qui secus egerint
confundentur; vos autem decet eos diligere, & beneficiis afficere, qui vos
persequuntur, & odio habent; quę sententia potest etiam admitti; sed iux. nostrum
textum quem D. Hier. amplectitur, prosequamur. dicit .n. *Vox po-*
D *puli de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis*, q.d.
cum ciuitas erit obsessa, & expugnata à Romanis, percipietur clamor, & strepitus
populi de ciuitate, vt foris pugnæ, intus seditiones, ciues inter se dimicantes. Et vox
magna populi de ciuitate necessario fuit cum tũnc ciuitas in tres partes teste Iosepho
fuerit diuisa, vt refert hoc loco Lyranus. siue Postillator: *vox erit de templo*, quia
s. Sacerdotes, &
E Leuitæ, & ministri; vna cum populo vtriusque sexus flebant, gemebant, & conflictabãtur.
Fuit etiam vox audita in templo. Transeamus ex his sedibus; quemadmodum prędixit
Ieremias, vbi dicit Deus cap. 12. Dereliqui domum meam; & Christus apud Luc. 13.
cap. Relinquetur vobis domus vestra deserta: *Fuit etiã vox Domini, reddentis
retributionem inimicis*

micis suis, quę retributio fuit iustè reddita ob mortem Patriarcharum, & Prophetarum, & tandem pro morte ipsius Christi filii Dei, supra nos dixisse meminimus ex D. Augustino retributionem dici multifariam. Alij referunt eiusmodi voces ad Scribas, & Pharisęos, & vniuersum populum Iudaicum qui fremebant aduersus electos Dei. iuxta illud Psalm.
Psal. 2. Quare fremuerunt gentes, &c. Sed mea quidem sententia prior expositio magis conuenit cũ verbis pręcedentibus, pariter, & consequentibus dum subdit. *Antequam parturiret, peperit*, antequam veniret partus eius peperit masculum. Sẽsus est quod quorundam Iudæorum pariter, & multarum gentium conuersio fuit vsque adeo celer, et uelox, & quasi intempestiua, quòd uidetur similis fuisse illi mulieri, quę parit anteq̃ tempus ueniat pariendi; non. n. in longitudine temporis; quemadmodum populus Iudæorum per Abraham, Isaac, & Iacob, et duodecim Patriarchas, & rursum per liberos eorum, ac nepotes creuit in maius, sed statim ad prędicationem Euangelii totus ferè mundus concepit, et parturiuit, et peperit masculũ, et quoniam hæc gentium conuersio fuit ualde admirabilis, et stupẽda, et dubio procul satis prodigiosa diuina potentia ad id operante, extollit Propheta, et cum admiratione maxima secum ipse percunctatur, et inquit. *Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile?* et ut cognoscamus rei magnitudinem, eleganti quadam similitudine, et omnibus perspicua, nititur ostendere, dum inquit. *Nunquid parturiet terra in die vna*, hoc est, nonne uidemus terram germinare multitudinem frugum, et herbarum, arbores, et plantas producere in spacio multorum dierum? multis insuper adhibitis adminiculis, et actionibus. Sed hic partus, inquit Amb. non fuit terræ sed gratię? *aut parietur gẽs simul*? uidemus enim unam familiam, unum populum non simul una die parturiri, sed successiue unum post alium: At Syon, i. Ecclesia ex gẽtibus, et Iudęis collecta, simul parturiuit filios suos, q. d. breuissimo temporis spatio, et hanc subitam mundi conuersionem existimaut esse uocem illam populi de ciuitate, et

A uocem clamantium de templo. Sed audi nunc uocem Dei de cęlo per Proph. loquentis et clamantis: *Nunquid ego inquit Deus, qui alios parere facio, ipse nõ pariam: si ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero? ait Dominus Deus tuus.* Sicut alibi dicit Propheta. qui plantauit aurem non audiet? qui finxit oculum non considerat? hoc certè foret pręter omnẽ rationem. Deus ergo facit alios parere, quia
B uires, et uirtutẽ maribus, et fęminis, ut pariant prębet: quare eum uiderit maximam orbis partem ad idololatriam deductam, et se quasi sterilem factam, nec aliquem fore, qui eum agnosceret, et faceret bene, suam ipse potentiam, et maiestatem considerans, non amplius hanc sterilitatis ignominiam ferre decernẽs, tot noluit generari filios ex ea, quæ fuerat olim sterilis, et deserta, vt breue admodũ temporis spatio impleret orbem terrarum quare, etc. Sed nunquid Deus
C habet vterum, et uuluam, ut parere q̃at? nequaquã, sed ita loquitur Propheta, ut ostendatur consubstantialitas filii cũ patre: et pięc uerba possunt facile cõuinci et confundi, qui dicunt patri. s. Deo q̃d generas; ut habetur cap. 45. ui. ibi postillam; potest enim ea percunctanti respondere. Si ego qui alios parere facio, et generationẽ aliis tribuo, sterilis ero? Dubitatur quid per masculum intellexerit Esaias; ad litteram dicunt aliqui per
D masculum indifferenter intelligi quemcunque partum, et ex utero eductum, siue uirum, siue fœminam. Sed potius libuit nominare masculum ueluti nobiliorem sexum. Alii per masculum allegoricè intelligunt ipsum christum Dominum nostrum, quem Pharao, et Herodes conabantur occidere. Abraham, et Isaac masculos habuere filios, masculus unus fuit Christus, quẽ Ecclesia spõsa Dei unicum nobis peperit, et mascu-
E lus iste fuit uir potens, qui custodiuit atrium suum in pace. Alii etiam iuxta allegoriam per masculum intelligunt ipsam fidem; non. n eius mater quæ fuit Apostolorum prędicatio peperit fœminam neq. fecit abortum, sed peperit masculum, hoc est animum uirilẽ, fortem, et omni uirtute prædicum, quia sermo Dei est uiuus, et efficax, et penetrabilior,

omni gladio ancipiti, qualis debet esse Christianus populus, non quidem mollis, & effeminatus, sed constantia, & robore iuuenili præditus: sed nunquid per terram, quæ peperit in die vna masculum, possumus etiam intelligere Virginem matrem, quæ absq. vllo dolore peperit Christum? Sequit textus. *Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam, gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis super eam*. iubet in hac parte Propheta veris Israelitis, vt lætentur, & exultent cum noua Ierusalem, & quemadmodum alius textus habet, *con... fuctæ omnes qui diligitis illā, gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis super eā*, vos: (inquam) Gaudete cum gaudio, i. vehementer, & frequenter gaudete, qui diligitis vtranq Ierusalem, & eam quę corruit plangentibus, atque lugentibus, & eam quæ surrectura est, & in locum prioris substituenda cum desiderio præstolantibus, his inquam, lugentibus, ac prestolantibus loquor, vt gaudeant in ea, & cum ea, quæ constructa est ex viuis lapidibus. dubio procul hæc noua Ierusalem Dei viuentis est ecclesia, quam sibi ipse Christus coniunxit, & desponsauit, non habentem maculam, neque rugam, iuxtà illud Apostoli. Despondi .n. vos vni viro virginem castam exhibere Christo, coniunxit enim Deus (vt sæpe diximus) duos populos in vnum nouum hominem constituens pacem his qui longè, & his qui propè, in vno corpore reconcilians vtrunq. apud patrem; Eos itaq. qui antea lugebant, gaudere oportet, cum spem habeant futurorum bonorum. Iubet ergo deus lætari, & qui eam diligunt, atque sustentant, & sua doctrina confirmant, atque etiam qui quandoq. super eam luxerūt, & quandoque lugebunt ob varias persequutiones Antichristi, & hæreticorū. Isti omnes consolatione perfundentur, iuxtà illud Saluatoris apud Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabūtur. Luctus enim erat propter Deum & propter eius plebem, quam videbant penitus destitutam, nec rectà incedentem erga creatorem suum. Alij luctum hoc loco accipiunt pro cura, & solicitudine sincerè, & pure agendi, ac tractandi,

Quarta particula de fæ licitate, et iocunditate Ecclesiæ.
Text. 4.
Luctus iustorum.
Matth. 5.

A quæ nostra intersunt.

Hi enim libenter sustinent quemcunque laborem, nō vt aliquid hoc in mundo lucrentur, verum vt cęlestibus donis referti omni voluptate perfruantur. Dicuntur etiam lugere hi, qui ob peccata, & trāsgressiones, quę quotidie committuntur vehementer dolent, atque deplorant, qui (nec dubium) sunt, & ipsi quandoq. consolationem accepturi. Neç parum lugere solent viri boni, quibus cęle-
B stis patriæ differtur possessio, quéadmodum lugebat Dauid d Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. & quoniam nouam hāc ciuitatem Ierusalem, idest sanctam ecclesiam nomine mulieris appellare libuit, propterea vberibus, & lacti comparat, quameunq. consolationem quam super eam post hunc luctum sumus habituri; ideo inquit. *Gaudete cum ea gaudio, vniuersi qui lugetis super eam, ut sugatis, et repleamini*
C *ab vbere consolationis eius, ut mulgeatis, et delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius*.

Sic etiam legimus apud Salomonem in Cant. dum inquit. Meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis; quod quidem, dictum volunt propter diuersos status fidelium, dum quidam sunt veluti paruuli incipientes, quidam verò proficientes, & deinde perfecti, propterea ratione par-
D uulorum dictum est, gaudete vniuersi qui lugetis, vt sugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius: Proponuntur enim paruulis, & incipientibus Cathechismi, & aliæ breues, ac faciles instructiones, vt doctrina fidei, & rudimenta quædam paruulorum; conceditur etiam non solum, vt sugamus lac, sed vt mulgeamus, & exprimamus donec plenè saturemur, & delitijs affluamus ab omnimoda gloria eius, ita vt nihil
E amplius desit ad plenam, atque perfectam cœlestis regni possessionem; quibus verbis facilè declaratur, status, & conditio proficientium, & perfectorum, nam rationabile est; posteaquam suxerimus, & ab vberibus, & mamma subtracti erimus iam ablactati, non in principijs fidei tantum, sed velut ex Ephœbis excessi, & iam facti adulti solidu

Cant. 1.

solido cibo depascamur, reputâ, fide sincera, cognitione Dei perfecta, qualis potest haberi in hoc sæculo, virtutibus, & bonis operibus adornati. Tunc delicijs affluemus ab omnimoda gloria Dei. Omnimoda gloria Dei ea nuncupatur, quæ nihil habet imperfectum, ac diminutû, sed omni ex parte plena, atq. perfecta, quæ non habetur nisi in patria, vbi nihil amplius restat appetendû. Deinde subdit. *Quia hæc dicit Dominus. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium quam sugetis, ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis*, quibus verbis declarat Esaias in persona Dei, quàm debeat habere omnes electi & filij Dei materiam gaudij, & occasionem, & inquit. *Ecce ego declinabo*, me effundâ, me totum proijciam super eam, i. super ecclesiam, super nouam Ierusalê instauratam, & reformatam, quasi fluuium pacis, idest in summam, & super effluentem pacem, & quasi torrentem inundantem, qui est tam copiosus aquis, & tanto cum impetu, & horrore, ac fragore decurrit, quòd inundat omnes partes circumquaque adiacentes, atq. etiam longe positas, atque distantes. & quæ nam est ista aqua quam effundit? & quæ vbiq. inundat? gloria inquam Dei, manifestatio potentiæ, & virtutis eius, quam quidem gloriam sugetis, idest nô simul totâ gustabitis, & percipietis, sed passim sicut pueri sugunt lac, alioquin opprimemini ab ea. Fluuius pacis, & torrens delitiarum absque toca ambagibus dici potest Christus Dominus. iuxt. illud ps. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, & rectè fluuius iste, i. Christus declinasse dicitur, quia missus erat solum ad oues Israel, sed ipse declinauit, ab inchoato itinere, & deflexit ad gentes, quoniam Iudæi respuerunt, & euitarunt illum. D. Aug. hoc flumen pacis declinare dicitur, quia eiusmodi pax, incorruptionem, & immortalitatem conferet etiam terrenis corporibus, & sic declinare se dicit, quia a supernis ad inferiora descendit, & homines angelis æquales reddit. Et præterea.

Omnimoda gloria Dei.

Xpus fluuius pacis. Psal. 45.

ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis,

A hoc est vos credentes, qui primum accedere decreuistis ad fidem, portabimini ad vbera, idest gratia Dei præueniet vos, & subsequetur, vt non multo labore quod Deo placitum est exequamini. quare nos quoq. quamuis adulti, neque iam amplius incipientes, cum Ecclesia orare debemus dicentes. Tua nos Domine gratia semper præueniat, ac sequatur, & bonis operibus ingiter præstet esse intentos. & nos item inebriemur aliquando ab vbertate domus tuæ, B & torrente voluptatis tuæ satiemur. dicit etiam.

& super genua blandientur vobis (hoc est Apostoli) & ministri mei, non secus ac mater erga paruulos obsequentes blandientur vobis, & ea submtnistrabût quę victui spirituali erunt necessaria; quemadmodum enim mater non potest obliuisci filij vteri sui, sic Deus noster non potest obliuisci. hoc est, quòd dicit.

C *Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem*, siue cœlesti, siue in hac terrena adhuc degenti *vos consolabimini*, nulla quidem in parte vlli matri cędam, sed quicunque erunt infirmo, debili, ac deiecto animo ego erigam, suscipiam, complectar, & efficiam vt nihil illis desit ad summam, & perfectam quietem. In Ierusalem inquam, hoc est in Ecclesia pientissimæ matris officio fungar, in Ecclesia, quiD dem quia extra eam non potest esse qes, nec consolatio. *Videbitis, & gaudebit cor vestrum*; videbitis in quam gloriam Dei, manifestatam in conuersione gentium, & gaudebit cor vestrû, quod prius de illarum perditione tâtopere tristabatur. Videbitis, inquit Aug. Deum iuxtà illud, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. hic credimus, ibi videbimus. *& ossa vestra quasi herba germinabunt*, ossa vestra idest corda vestra, & E animi vestri, qui præ mœrore, & tristitia erant arefacti propter gaudium efflorescent, & quasi herba germinabunt, i. suaues & Deo gratos producent fructus: vel alias arbores germinabût, hoc est alios deuos, ac infideles ad fidem adducêt. & rectè quidem animi nostri tristes, & mœsti ossibus comparantur, quia sicut spûs tristis, exiccat ossa, ita animus gaudens

facit ætatem floridam, locutio est metaphorica vt vides: potest etiam accipi hæc propositio hyperbolice, q. d. tanta erit fœlicitas, & gloria filiorum Dei, vt non solum animus, & mens eorum producat flores, & fructus virtutum, verum etiam ossa. i. minime partes eorum, & quæ videntur minus vtiles, & infructuosę, velut ossa, germinabunt, i. fructus & flores producent. D. Aug. exponit. Ossa vestra quasi herba germinabunt, i. resurgent, & erũt immortales, & incorrupti q Deo seruerint. Loquitur enim Propheta de ipsa resurrectione bonorum, quod manifestatur ex his quæ sequuntur cum inquit, & cognoscetur manus Domini seruis suis: & cognoscetur quidem manus domini distinguentis cultores suos à contemptoribus suis, 20. de ciuit. cap. 21. quòd si hæc verba velimus referre ad futuram resurrectionem. Facilis erit intellectus harum propositionũ, cognoscetur manus Domini, seruis suis, idest potentia, & virtus eius innotescet, siue Christus Dominus, qui vocatur manus, & dextera Dei, innotescet in seruis suis, i. qui prius infideles, & stulti eũ deridebant, postea veluti Deum verum, patrem, & Dominum glorificabunt. & indignabitur inimicis suis, hoc est incredulis, & nõ timentibus eum, quibus debita inferet supplicia, & ea quidem perpetua. Veniet (inquàm) dies Domini sicut fur, veniet inquàm redditurus vltionem in furore, in increpatione, & flamma ignis, &c. Et hoc est quod habemus in sequenti litera, videlicet *quia ecce Dominus in igne veniet, et quasi turbo quadrigę eius reddere in indignatione furorẽ suum, & increpationem suam in flamma ignis.*

5. Pars, de futuro iudicio impiorũ. Text. 5.

Quæ verba superficietenus accepta, de extremo iudicio videntur intelligi, quia omnes scripturę clamãt iudicium illud in igne futurum, & Dominũ ipsum cum magno impetu venturum esse ad iudicandum viuos, & mortuos: Sic D. Hier. in hoc loco exponit; sic etiam D. Aug. 20. lib de ciu. Dei cap. 21. vbi inquit Dominum quasi ignem vẽturum, illis quidem, quibus pœnalis erit eius aduentus, currus verò eius pluraliter dicti angelica ministeria accipi possunt: Sic etiam Cyrillus in hoc loco interpretatur ve-

In hoc c. 21. exponit August. ferè totum caput vlt. Esaiæ.

A niet ergo tunc Dominus in igne, non q Deus sit ignis cum, sit spiritus nobis absconditus, & inuisibilis, sed dicitur in igne venturus, quia sustinẽtibus pęnas, ignis esse videbitur. Dicitur etiam Deus ignis, quia subtilis quoad substantiam, penetrabilis quoad sciẽtiam, inuisibilis (vt diximus) quoad apparentiam, vt docet D. Thom. cap. 11. super Esaiam, & super cap. 33. similiter dicit Deum posse vocari ignem, quoniam purgat mentes

Deus i igne venturus.

Deus ignis.

B nostras; Deinde q inflammat. postremo q condemnat, quo modo accipitur hoc loco, qui etiam alicubi appellatur ignis cõsumens, quia quicquid in nobis vitiorum est, & tenebrarum, sua virtute consumit, & extinguit. Cum dicitur, *& quasi turbo, siue tempestas quadrigę eius:* vult innuere quanta cũ celeritate, & quo maximo impetu veniet Dominus ad iudicandum, vt testatur etiam Dauid ps. 49. cum inquit. Ignis ante eum exardescet,

Psal. 49.

C & in circuitu eius tẽpestas valida: veniet (inquã) in indignatione ad demonstrandum furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Hæc omnia metaphoricè dicta ostendunt seueritatem iudicij aduersus delinquentes. cum furore dicitur quis iudicare, quando nullius in puniendo reprobos rõnẽ hẽt. Et oĩa æque susq. deq. pdẽos, & pessũ dando. Sicut ille dixit. Furor arma ministrat, & in increpatione sua, in flamma ignis red

D det cuiq. pœnam pro delictis: dicitur. n. quis aliquem increpare, dum verbis duris, & asperis atque etiam ignominiosis, & maxima cum iracundia quenquam à se abiicit, & repellit: maximus quidem terror, qui increpãtur inuadere solet, ac detinere vt Psal 103. dicit Dauid Ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt. Nec mirum Prophetam hoc loco toties ignem meminisse:

Increpare quid.

Psal. 103.

E quia, vt textus habet, in igne Dominus diudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem. In igne (inquàm) Dominus diudicabit, hoc est, in tali genere pœnarum, & suppliciorum: diudicabit inquàm nõ solum potẽtia, & auctoritate maiestatis suę, sed in iustitia, & veritate iudicij, Et in gladio suo ad omnẽ carnem, de quo gladio loquitur Propheta Psal. 7. d. nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit.

Psal. 7.

Amos 9. bit. Locutus est etiam Amos Propheta cap. 9. d. Gladio peribunt omnes peccatores terræ Dicit autem D. Hieron. per gladium intelligi debere quancunq. pœnam: quandoquidem in sacris litteris quicquid pungit, percutit, torquet, & cruciat appellatur gladius, quo gladio quicunque ommisso lumine veritatis, errorum tenebris sese inuoluerint, & Dei voluntatem prætererint, vulnerati erunt, & interfecti, & hoc iudicium erit ad omnem carnem, & multiplicabûntur interfecti à Domino: per omnẽ carnem (inquit D. Aug.) nõ spirituales, & sancti intelligendi veniunt, Sed homines terreni, atque carnales. de quibus dictum est. Qui terrena sapiunt, et sapere secũdum carnem mors est, & quales omnino caro appellantᶠ à Domino, vbi habes Gen. 6. non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Cum verò dicit. Multiplicabuntur interfecti a Domino; dubio procul hoc debet intelligi de his qui morte secunda mortui fore dicunᶠ.

Gladius in scrip. quid.

B

Quanquã m nos præassumpta uerba iuxtà communiorem sententiã de igne futuro in extremo iudicio fuerimus interprætati, nolumus tamen illorum sententiam, q de iudicio, & de aduentu Xpi in cordibus fidelium isthæc iuterprætãtur omnino reiicere; constat enim, & experientia multorum comprobatur, ꝙ cum Charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, est verè aduentus Dei in igne, & cũ igne, hoc est in igne amoris, & dilectionis. Nam & ignem dixit Dominus se velle mittere iu mundum, cum dicit Luc. 10. Ignẽ veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? potest etiam appellari gladius, Christi aduentus, et euangelii prædicatio, quia separat spiritum a carne, hominem a mundo, & patrem a filio; de quo gladio loquebatur Christus apud eundẽ d. Putatis, ꝙ pacem veni mittere in terram? non veni pacem mittere, sed gladium: veni .n. seperare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, &c. Præterea sequitur.

C

D

E

Sequitur text. 5

Qui sanctificabantur, et mundos se putabãt in hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillã, & abhominationem, & murẽ simul consumentur, dicit Dominus.

A His verbis Propheta speciatim insurgit aduersus Scribas, & Pharisæos, & grauiter reprehendit, non quod ipsi comederent carnem suillam abhominationem, & murem &c. Sed quod post tot scelera, & turpitudines, quas frequẽter perpetrabant curauerint se lustrare, & purgare, & sanctos fieri, seu sanctificari in hortis, vt implerent, quod scriptum erat in lege. Nume. 19. quicquid tetigerit immũdus, immundum erit. Vel immũdum faciet. Arguit etiam, & reprehendit, ꝙ versabãtur cũ ijs, qui huiusmodi abhominationes faciebant. In hortis quidem vbi structa erant baptisteria, seu piscinæ, in quibus lauabantur, & hoc post ianuam intrinsecus, hoc est latenter, & satis commodè, quæ quidem piscina erat in medio hortorum. Hi enim post delubra idolorum magnifica quæ construebant in locis, siue lucis quibusdã amœnissimis, arboribus frondiseris densissimis, quos hortos appellabant, & post Ianuã intrinsecus æpulabantur, luxui ac luxuriæ vacabant, & postmodum vt se mundarent, in illis balneis lauabantur, existimantes se ea lotione ab omni labe purgatos, qbus ideo comminabatur Christus dicẽs Matth. 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Aliq textus, vbi nos habemus. post ianuam intrinsecus. Biblia Antuerpiæ, & quæ nuper per Sixt. V. etiam impressa sic legunt, vt nos exposuimus. Sed hec particula tã variè legitur quã varij sunt scriptores, vel interpretes lectionis Hebreæ, pro cuius lectionis, & linguarũ varietate, leges annotationes sup Esa. Et sup testamentũ vetus, & nouũ Francisci Lucæ Brugensis, leguut, post vnã intrinsecus, quorum sensus est. quod cum ibi plures hominum Societates conueniẽt vna post aliam subintrabat, vel ad sacra facienda, vel ad abluenda corpora post multa scelera, & impudicitias ibidẽ perpetratas; dicit ergo textus. Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis, &c. qui etiam comedebant cibos lege prohibitos, et alias abhominationes faciebãt adorantes mures, & huiusmodi vilissima animalcula, & statuas illis erigentes, simul consumentur. dicit Dominus.

Matth. 23.

minus. Non secus quidam ex nostris arctissimam viuendi regulam professi, cibos eorum lege prohibitos qnq. comedũt, & putant se leui quadam cerimonia purgationẽ adeptos, et veniam consecutos, mõ in hortis & extra Septa loci id faciant. Quidam vero, vt vitam magis arduam, & rigorosam sumunt sese ab hominum consortio segregantes petũt eremos, et loca quædam solitaria, vbi liberius viuant, & hi quidem omnes maximè falluntur, & aberrant. Sequitur textus.

A

B

Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum (supp.) *noui*, & perspectas habeo. Non oportet (inquam) præuaricatores istos, et legis meæ transgressores sese abscondere, & excusationem quærere in peccatis suis, qa inquit Deus Opera eorũ omnia, & cogitationes, tametsi apud homines sint abscondita, ego tñ optime noui. Iuxta illud ps. Dñus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. & D. Aug. in regula. Nec putare debet qui in fœminam figit oculum, & illius in seipsum diligit fixum ab alijs se non videri cum hoc fecerit, videtur omnino, & a quibus se videri nõ arbitratur. Sed si lateat, & a nemine hominum videatur, quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? Et per Hierem. dicit ipse Dominus. Nunquid abscondet se in absconditis homo, & ego ignorabo? nouit ergo Deus omnia opera, & cogitationes hominum, discursus, consilia, & quæcunq. ratiocinia. Preterea. d. *Venio vt congregem cum omnibus gentibus, & linguis, & venient, & videbunt gloriam meam*. Diuus Cyrillus opinatur in postrema parte huius capituli, repetitionem quandam, per modum Compendij fieri ab ipso propheta vniuersæ huius Prophetiæ, et breuiter, atque succincte, quæ ab initio ad finem vsque per Christum sunt facta, virtutemq. dispensationis in carne, expedire, et complere: commemorat.n. hæc tria; uocationem gentium; Sanctorum Apostolorum institutionem, ac designationem; & postremo quod Christus Dominus Dei filius ab uniuerso terrarũ orbe adorabitur. & hoc est quod dicit. *Venio vt congregẽ cũ omnibus gentibus, &c.*

C

D

E

D. autem Hier. aliam uidetur habere opinionem, q sit ista particula. Venio ut congregem cum verbis precedentibus cõnectatur, s ego opera eorum, & cogitationes eorum uenio ut congregem, & quasi fasciculum quendam faciam, & simul coniungam opera, & cogitationes vestras cum omnibus, gentibus, et linguis, et in medium adducam, ut iudicentur. iuxta illud Saluatoris. Qui uiderit mulierem ad cõcupiscendum eam iam mechatus est in corde suo, idcirco non solum facta, sed cogitationes, & uerba ociosa iudicabuntur, iuxta illud Psalm. Qui finxit sigillatim corda eorũ, qui intelligit omnia opera eorum. D. Paulus ad Rom. 2 asserit futurum iudicium, cogitationũ inter se inuicem accusantium, aut defendentium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum. et iuxta D. Hieronymi sententiam. Per linguas Diuus Paulus non solum quę hominum, sed et quæ Angelorum sunt arbitratur intelligi, quo fit ut non solũ creaturę quę sunt super terrã, uerum & quę in cœlestibus reperiunt sint aliquando iudicanda, iux. illud. Inebriatus est gladius meus in cęlo, et usque ad terram descendet. iuxta D. Cyrillum sic exponenda est ista particula seorsum (inquam) ab illa. *Venio vt congregem cum omnibus gẽtibus, & linguis*, q.d. Lex uetus unam solam gẽtem continebat, nimirum Israeliticam vnam tãtum linguam uocauit. Christus autem dñus noster non solum propter Israeliticum populum, sed uniuersaliter pp̃ter omnem gentem, et omnem linguã, humanam carnem suscepit. iuxta illud ps. 48. Audite hæc omnes gentes, auribus pcipite omnes qui habitatis orbem. Venient inquam omnes gentes, et linguæ, et uidebunt gloriam meam, id quod de utroq; aduentu poterit absque scrupulo ueritatem habere; et de eo, quo mundus per euangelij pdicationẽ ad fidem est conuersus. iuxta illud alterius ps. d. Omnes gẽtes quascunq. fecisti uenient et adorabunt te Domine, et glorificabũt nomen tuum; et de extremo eius aduentu. Cum uenerit in maiestate sua, et oẽs angeli eius cum eo, vbi tum congregabuntur ante eum omnes gentes, & in vtroque aduentu qui fuerint congregati, uide-

Matth. c. 5.

Psal. 85.

videbunt gloriam mei, præter impios, & rebelles diuinę maiestatis, non ea tm mirabilia, quę gessit in carne, quę quidem explicari verbis non possunt, vt mortuos suscitare à monumentis, cęcis lumen restituere, aliaq. id genus multa; verum etiam videbunt gloriam eius institueti, & edocti verbū esse Deum, & ipsum verbum carnem factū, quod cum agnouissent sacras illas voces emittebant. Tu es Christus filius Dei viui. Deinde subdit. *Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Aphricā, & Lydiam tenentes sagittas in Italiam, & Græciam, & ad insulas longe, ad eos, qui non audierunt me, & non viderunt gloriam meam.*

6. Pars, in qua instituit munus Apostolicū. Text. 6.

Totus iste verborum cōtextus vsque in finem facilis admodum est, & breuiter potest exponi: sed quia cogor digredi super quibusdam particulis pręsentis litteræ; idcirco longiusculus ero quam oratio postulet. Quod attinet ad sēsum priorum verborum, vbi dicit. *Ponam in eis signum. &c.* Quidam opinatur Prophetam loqui de signo, quo serui Domini, in extremo die iudicij signati erūt, quo angeli percutiētis manus effugiēt, vt habetur in Apoc. Nolite nocere terrę, & mari, neque arboribus, quoadvsq. signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. & fuerunt inuenti duodecim milia signati ex omni Tribū filiorū Israel. De hoc signo loquebatur Dauid ps. 4. cū d. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. & alibi præcabatur Deum d. Fac mecum domine signū in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundātur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. Ego autem existimo per ea verba cum d. *Et ponam in eis signū, & mittā ex eis, qui saluati fuerint ad gentes.* Prophetam loqui de Apostolis in quibus fuit positum signum, quo signati, idest conscripti, & deputati fuere ad predicandum euangelium ad vniuersas gentes; quemadmodum testatur ipse Christus d. Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructū afferatis, fructum (inquam) adducendi gentes ad fidem. sicut etiam testatur Lucas c. 10. d. Designauit Dominus, et alios (preter duodecim Apostolos) septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, et locum quò erat ipse venturus. Aliud genus signi fuit positum super eos, et in eis qui crediderint: et quod nam signum in eis positum fuisse credendum est? lege postremum caput Marci Euangel. stæ. Signa eos qui crediderint hęc sequentur, in nomine meo demonia eijcient. linguis loquentur nouis, serpentes tollent. et si mortiferum quid biberint, nō eis nocebit, sup ęgros manus imponent, et bene habebunt. Dabitur eis aliud signum, q̄ erit gratia Spiritus sancti, et virtus, et efficacia in sermonibus eorum, vt ibi dicitur. Dum steteritis ante reges, et præsides nolite cogitare quid, aut quomodo loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Cum dicit. *Mittam ex eis qui saluati fuerint.* dubio procul per hos indicari eosdem Apostolos, et paucos illos, qui ex tot Iudęis perditis, et damnatis per Dei misericordiam saluati fuerint, i. qui cum reliquis in incredulitate noluerint persistere, quique ab exercitu Romanorum euaserunt, et cum reliquis non perierunt, aut in captiuitatem non fuere adducti: fuerunt ergo isti missi ad gentes in mare, et in omnem partem, ac prouinciam orbis terrarum, et expliceat aliquas regiones, vt per eas reliquas et tandem vniuersum orbem intelligat: Nam vt dicit D. Aug. fuit satis opportunum, ut Propheta sigillatim omnes ferè nationes percurreret, ut Aphricam, Lydiam, Italiam, et Græciam; et præterea ipsum mare, et Insulas etiam procul distantes, quoniam si absolutè, et in genere nationes nominaret, Iudæi id referrent ad duodecim Tribus Israel. Si etiā simpliciter, et absolute diceret eos fore missos in vniuersum orbem, ipsi uellent omnino solam Iudæam debere intelligi: nunc uerò cum percurrat istas nationes nominatim non habent quo se uertant, quas regiones LXX. Interpretum vocāt alijs nominibus, vt Tharsis, Phud, Lud, Mosoch, & Thdiel quorum significata explicat Diuus Hieronymus. Et rectè quidem dicit Deus. Et mittam ex eis, quia nisi Deus reliquisset nobis semen quasi sodoma fuissemus &c. Sed quid per illud uerbum. Tenentes sagittam.

Apoc. 7. *Psal. 4.* *Psal. 85.* *Luc. 10.*

sagittam. uoluit intelligi? Aliqui volunt illud referri ad Aphricã, et Lydiã, quod s. illarum nationũ homines erant insignes sagittarii. Alii per tenentes sagittam intelligunt Cappadoces. Nõnulli hoc referunt ad ipsos Apostolos, et reliquos Dei ministros missos ad gẽtes, qui dicuntur esse tenentes sagittam, hoc est uerbum Dei, efficax, et penetratiuũ, quo percutiebant, et uulnerabant, et penetrabant animos, et corda populorũ: iuxta illud Prophetę Psal. 119. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis. et alibi sagittę paruulorum, hoc est discipulorum factę sunt plagę eorũ. Et quidem iuxta sensum allegoricũ nihil rectius dici potuit. Ego autem existimo (saluo semp meliori iudicio) ut per tenentes sagittam intelligat Propheta Aphros, et Lydios, innuens eos fore homines bellicosos, ad arma facile propensos, et nunquam nõ ad arma, et bella paratos. Indi feruntur fuisse sagittatores eximij ita ut de quodã fama percrebuerit. Sagittas ab eo tanta peritia dirigi, ut; uel per anulum transirent; qui cum pertimesceret se id corã Alexandro nõ posse perficere, potius elegit mori quã huic periculo se exponere. Cœlius hoc refert lib. 12. c. 41. Plinius quoque lib. 6. c. 30. refert quosdam Aethiopos maritimos egregios fore sagittarios. Ad istos omnes ergo missi sunt Apostoli, *ad eos inquam, qui non audierunt de me, & non audierunt gloriam meam*, idest nullã habuerũt notitiam Christi Domini qui est gloria mea, *neq. audierunt mirabilia opera qua ego feci*, vt verè admodum supra dixerit Propheta. Quibus non est annũciatum de eo videbunt, & qui non audierunt intelligent. Et alibi. Apparui ijs qui me non interrogabant, et inuentus sum ab his qui me non quærebant. *Supra c. 65.*

Notãt quidam ex Iuuenibus Prophetam illas regiones hic enumerasse præcęteris, in qbus magis, ac diutius religio Christiana permanserit: & per Lydiam intellexisse Ethruriam, quæ est pars Italiæ, quam dicunt fuisse Lydorum Coloniam; sed quo fundamento id dicant, planè ignoro. Alij volunt hic fieri mentionem de Moscouitis, & Parthis: ego solum accipio quæ hic affert vulgatus. sed

A cum dicit in text. quòd mittet etiam ad insulas longe, nulli dubiũ, ꝙ non solum Parthi, & Moscouitę verum etiam Indorum regiones, quę sunt valde distantes audient verbum Dei, et custodient illud id quod manifestè patet temporibus nostris, cum tot regiones Indorum Dei beneficio, & bonorũ hominum labore, & ministerio ad Christi fidem sint conuersæ, Glo. Interl. per insulas lõge sitas intelligit Athenas, extat hic dubium su- *Dubitatio.*

B per iam expositis verbis, quod prius videbatur Esaias loqui de iudicio extremo, quo creaturæ omnes erunt iudicãdæ: nunc vero loquitur de Christi aduẽtu, post quem mittendi sunt Apostoli ad prædicandum Euangelium. Respondet *Responsio.* huic dubio D. Hier. ꝙ non ab re, nec sine mysterio valde salubri, & proficuo loquitur prius Esaias de die iudicij, & illius veritatem prædicit, ac minatur, vt timore futuræ pœnæ recipiant homines Sal-

C uatoris aduentum, & euangelicam prædicationem per eos, qui ante illum mittendi erant. Principalis autem huius vatis intentio, erat loqui de priori aduẽtu, quo Christus est venturus in corda hominum. Et præterea est (vt diximus) magna inter vtrunq; iudicium cõnexio, quod non potest quis disertè de vno loqui, quin de alio quoque non nihil loquatur: dicit igitur. Mittam aliquos ex his qui saluati sunt, &c.

D *Et annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Ierusalem.* *7 Particula de cõuersione gẽtiũ ad Christũ.* *Text. 7.* Annunciabunt inquit gloriam meam, i. Christum, *& potentiam suam*, qua facilè monstrabitur ipsum esse vere Deum, & hoc in gentibus quæ prius erant incredulæ, & abhominabiles coram Deo. *& adducent omnes fratres vestros de cunctis*

E *gentibus* (videtur hic sermo fieri ad Iudæos). Fratres inquam vestros adducẽt, non solum Iudæos secundum carnẽ, sed veros Israelitas, qui erant præordinati ad vitam, quiq. cum essent filij promissionis factæ Abrahæ, & semini eius, poterant verissimè nuncupari fratres Apostolorum, et Prophetarum. Adducẽt inquàm cum magno comitatu celebriate, &

te, & pompa de cūctis gentibus donum Domino, in æquis, in quadrigis, & alius generis vehiculis commodis, & idoneis ad conficiendum iter offerent (inquam) de cunctis gentibus donum, & oblationem ad montem sanctum meum, i. ad Christum filium meum (dicit Deus) qui est mons montium, imo, qui eleuatur super omnes montes, & super omnes cœlos eleuata est magnificentia sua: vel ad montem sanctū, i. ad præsentem Ecclesiam quæ fundata est in montibus sanctis: vel tandē ad cęlestem patriam habitaculum Dei, et sanctorum Angelorum: De differētia, situ, ac structura istorum uehiculorū non est mihi curæ amplius disserere: sat erit hoc scire quod ministri, et serui Dei, sine multo labore, et sudore suum cōficient iter, modo sint firmi in fide, spe, et charitate, quia Charitas omnia suffert, & ministri Dei, vt Apostoli, et quicunq. illis succedentes nihil non agent nihil studij, ac operis ꝑtermittent, nullis parcent laboribus, adhibito etiam adminiculo Angelorum, & precibus sanctorum, ut increduli, & prorsus a Deo alieni adducantur ad fidem, & ad ecclesiam Dei uiuētis, arguendo, obsecrando, increpando in omni patientia, & doctrina.

Dicit Dominus, quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo in domū Domini: sic supple legati mei dum inferunt munus in domum domini offerent in uase mundo, hoc est cum pura conscientia, cum corporibus ab omni labe, & immunditia defecatis, et expurgatis, corpora.n. nostra templa sunt, & vasa Spiritus sancti offerent inquam cum psalmis, & hymnis, et canticis spiritualibus, quæ dona in domum domini in uase mūdo allata, et asportata, erūt ipsę gentes per baptismi lauacrum emundatæ, et expurgatę ab omni inquinamento carnis, & peccati, apparebunt ante conspectū Dei puræ, mundæ, & nitidæ, & fulgebunt sicut Sol in conspectu Dei, ante cuius aspectum nihil apparet immundum. Et quis dubitat tempore nouæ legis Sacerdotes offerre seipsos coram Deo in uasis mundis, hoc est in corporibus, et animabus omni sorde, & macula purgatis, & præter id offerre etiam Deo hostiam purA

ram, sanctam, & immaculatam, panem sanctum, vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ? Deinde pollicetur Deus aliud munus, & beneficium his, qui saluati fuerint, & qui ex gentibus sunt crediturі esse conferendum, cum inquit *Et assumam ex eis in Sacerdotes, & Leuitas, dicit Dominus*. Assumam (inquām) tales qui mihi ministrabunt in templo, & offerrēt hostias & pacifica, & collaudabunt nomen meum dicit Dominus. Hanc promissionem nonnulli intelligunt, veritatem habituram de solis Apostolis, quia supra 61. dictum est. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini ministri Dei nostri, &c. At ego magis de gentibus ad fidem adducendis eiusmodi promissum intelligendam fore existimo: nam de Iudæis nihil esset mirum, ꝙ ex eis nonnulli fierent Sacerdotes, & Leuitæ, cū id apud eos fieri consueuerit; verum illud hoc loco aduertendum, per ea verba indicari Sacerdotium Leuiticum fore abolendum; vbi nulla eta: electio (dicit D. Hier.) sed ordo naturæ. In nouo autem testamento Sacerdotes, & Leuitæ non assumuntur iuxta sanguinem, & seriem familiæ, sed secundum virtutes, & merita, pro cuius rei veritate vide Conc. Triden sess. 23. per totum sed magis c. 11. & sequenti. Huius autem rei rationabilē causam affert ipse Deus omnem scientiam, & sapiētiam habens, imo qui est virtus, & sapientia Dei Patris, d.

Quia sicut cœli noui, & terra noua, qua ego facio stare coram me dicit Dominus, sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum, q.d. Sicut ego noua facio omnia, ita consequēs, & rationabile est, ꝙ ego instituam ex alijs gentibus, & populis nouos Sacerdotes, ac Leuitas, & qui ministrent coram me in monte sancto meo. hoc est quod dicit, quia sicut cœli noui. Sed videtur ex serie verborum alius fore sensus huius partis, vt scilicet non de diuersitate ministrorum veteris, ac nouæ legis, sed de perpetuitate seminis, & nominis huius noui populi fuerit ipse Deus locutus, quoniam sic textus habet. *Quia sicut cœli noui, & terra noua, qua ego facio stare coram me*, idest quæ à me dependent, & mea virtute subsistunt; sic stabit semen vestrum progenies vestra, & nomen

men vestrum; vel ministerium, & Sacer-
dotium vestrum, & Dei cultus, cum hoc
verbu stare multas habeat significatio-
nes, quidam in hoc loco accipiunt pro
ministrare, ego autem sumo pro subsi-
stere (vt iam diximus). Per cęlũ nouum,
& terram nouam, dubio pcul intelligit
Christi regnũ, & præsentem Ecclesiam,
quæ tandiu durabunt quãdiu nouũ hoc
ministerium, & Apostolatus durabunt:
Neque huic nouo populo per Christum
selecto, et constituto, sicut Iudæis, qbus
gens alia, & populus alius succedit eue-
turum esse quis dubitet, quoniam hunc
elegit, & proposuit Deus stare coram
eo Quod magis confirmans subdit.
*Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sab
bato. veniet omnis caro, vt adoret coram
facie mea, dicit Dominus* Vereor ne di
cas. quomodo semen, & populus Dei
pariter et Sacerdotium poterit esse per-
petuum, cum singulares homines sint
omnino corruptioni obnoxij? respon-
det ipse Deus, et inquit, *erit mensis ex
mense, & Sabbatum ex Sabbato*, quasi di-
cat, nullum erit tempus, nullus erit
mensis, neque vllus erit dies, in quo non
sint aliqui de semine meo, & qui mini-
strent mihi, et veniant vt adorent, et se
prosternãt coram facie mea; nullo qui-
dem tempore deficiet fides, semper ali-
quis erit & plures, qui ad fidem conuer-
tentur, multitudo credentium semper
coalescet, & in maiorem numerum au-
gebitur, et amplificabitur. Oculis enim
nostris vidimus, et auribus audiuimus,
et manus nostræ contrectauerunt, quot
homines ex remotissimis mundi parti-
bus nobis penitus ignotis, Christi fidem
appræhenderunt. Præter eos qui singu-
lis ferè diebus in cũctis ferè Christiani
orbis regionibus ex Iudæis, ac Turcis
conuertuntur ad fidem. Alij exponunt,
quod *erit mensis ex mense, & Sabbatum
ex sabbato qui veniet omnis caro*, vt adoret.
Sabbatũ ex Sabbato, i. vna requies post
aliam, i. post requiem præsentis sæculi,
siqua erit in Domino, et in spe, succedet
altera requies post hanc vitam in cœle-
sti patria. erit mensis ex mense, i. vna fe-
stiuitas post aliam, una solemnitas post
Aug. de ciu. aliam, et feriæ post ferias. D. Aug. 20.
lib. 20. c. 22 de Ciui. Dei cap. 22. erit (inquit) mensis

A ex mense, et sabbatum ex sabbato, tan-
quam Luna ex Luna, et requies ex re-
quie quorum vtrunque serui mei erunt,
cum ex his vmbris veteribus, et tempo-
ralibus in illa lumina noua, ac sempiter
na transibunt. Quòd si pro mensibus,
et pro sabbatis libeat accipere quasdam
festiuitates, et dies solẽnes, quibus Chri
stiani ad templa conuenire, et Deum ibi
colere, et adorare consueuerunt, nõ erit
inepta consideratio. D. Hier. videtur in- *D. Hieron.*
B terpretari. *Erit mensis ex mense, & sabba-
tum, ex sabbato*, quia scilicet mensi luna-
ri, et Sabbato temporali succedet men-
sis, et sabbatum spiritnale, pro cuius ex-
positionis clariori intellectu, vide ipsũ;
Non est opus omnia transcribere. In
his ergo mensibus, et sabbatis sibi inui-
cem succedentibus *veniet omnis caro, vt* *Ad te omnis*
adoret coram facie mea. Per omnem car- *caro veniet.*
nem intelligit non simpliciter omnes
homines, sed de quibuscunq gentibus,
C et nationibus aliqui venient. quemad-
modum etiam dicit quandoque Dauid.
Videbit omnis caro salutare Dei et ali-
bi. Ad te omnis caro veniet, et per Pro-
phetam videbit omnis caro pariter qꝫ os
Domini locutum est Sic etiam exponit
Aug. Possumus etiam intelligere qꝫ oĩs
caro veniet tam bonorum, quam malo-
rum, dum veræ carnis erit omnium re-
surrectio: omnes quidem resurgemus
(dicit Paul. Apostolus) sed non omnes
D immutabimur. Sed cum dicit, omnis
caro veniet, vt adoret coram me, proeul
dubio non potest intelligi quod omnes
ibi erunt, quando in pęnis plures erunt,
sed post resurrectionẽ carnis, illud quo
boni, et mali suis finibus dirimentur fu-
turum esse iudicium declaratur.
Deinde sequitur. Et egredientur, & vide- *Vltima par*
bunt cadauera virorum, qui præuaricati *ticula huius*
sunt in me. *capitis de*
Dicit D Hier. quod omnis caro quæ a- *postremo fi-*
E doratura est coram facie Dei, egredie- *ne damnato*
tur vt videat cadauera hominum mor- *rum.*
tuorum, qui pu̅aricati fuerint in Deum *Text. 8. sen*
viuum, vbi per carnem quæ egredietur, *sectio octaua*
vult posse intelligi ipsos Iudæos, de q- *huius capi-*
bus dictum est. Filios enutriui, & exal- *tuli.*
taui, ipsi autem spreuerunt me: vel po-
tius de omnibus qui habentes notitiam
Dei in cordibus suis auersi sunt in vani-
tatem,

tatem, vt adorent potius creaturã, quàm creatorem. Ego autem indistinctim accipio dictum de omnibus, qui abiecerũt Christum. iuxtà illud Psal. Effunde irã tuam in gentes, quę te non cognouerũt & in regna quę nomen tuum non inuocauerunt. Sed dicit D. Aug. loco iam citato. Quomodo egredientur boni ad videndas pœnas malorum? nunquid inquit corporis motu beatas illas sedes sunt relicturi, & ad loca pœnalia profecturi, vt malorum tormenta cõspiciant præsentia corporali? absit. Sed egredientur per scientiam. Egredientur inquàm velut ex domo regia ad videndum, & contemplandum quam fecerit Dominus de transgressoribus, & impijs vltionem, & cladẽ, quos velut cadauera quasi iam defunctos, exanimes, vitali spiritu destitutos, morti æternæ, & perpetuo igni adiudicatos inspicient. Egredientur. i. à sui status purissimi, & fœlicissimi cõtemplatione, diuertent paululũ ad considerandum infœlicissimum statum miserorum: videbunt inquàm huiusmodi cadauera hominũ, quia cum essent absq. gratia, & spiritu Dei, illæ impiorum animæ erant veluti cadauera. dicit. n. Aug. quod cauer dictum est à cadendo; propterea qui à gratia Dei ceciderunt, iure quidem, & ratione possunt cadauera nuncupari. Sed breuius alij dicunt. Egredientur non loci mutatione, sed visionis magnitudine, quia mentis eorum latitudinem, cęli latitudo non poterit concludere: sed visus eorum limites patrię cęlestis excedet, vt non solum quæ intus, sed quæ foris fuerint manifestè conspicient. Sed hęc dictio egredi, denotat eos qui cruciabantur, extra reperiri, vnde, & apud Matth. Dominus vocat ea loca tenebras exteriores, quibus quidem locis contrarius est ille ingressus, de quo dicitur, seruo bono, & fideli intra in gaudiũ Domini tui; quibus verbis indicatur bonos esse cogniturcs eos qui versantur in tenebris, at q erũt in pęnis, nequaquam scient quid agatur intus in gaudio Domini, & in atrijs domus Dei nostri: Nãque si Prophetæ hęc nondum facta, sed longè post futura nosse potuerunt; propterea q Deus, & spiritus eius vigebat, in eorum adhuc mortalium mentibus,

Psal. 78. — *Cadauer vnde dictũ.* — *Matth. 21.*

A quomodo immortales sancti iam facta nunc nescient? cum Deus erit omnia in omnibus? Sed dubitatur in eo quod dicit Augustinus eos, videlicet, qui sunt in pęnis, non cognoscere ea, quæ sunt intra gaudium Domini nostri: Præterea dubitatur quo pacto anima separata à corpore cognoscere possit ea quę fiunt in hoc mundo, cum præsertim D. Aug. in libro de cura agẽda pro mortuis, cap. 13. 15. & 16. dicat, qd mortui & sancti, nesciunt quid agant viui, etiam eorum B filij. Quod autem illi, qui sunt in pęnis agnoscant ea quæ sunt in gaudio Dñi; probatur ex eo qd aĩa diuitis Epulonis apud Luc. 16. cognouit Abrahã, & Lazarũ existentẽ in sinu eius, cognouit &, & meminit fratrũ suorum, quos reliquit in sæculo Ad hoc dubium mulu multa dicũt; quidam .n. volunt istud contingere ob aliquã particularẽ affectionẽ, quam gerunt erga eos, quos dum viuerent in C hoc sæculo cognouerũt. Alij dicũt hoc esse per candẽ notitiam, quã hẽbant in sæculo adhuc existentẽ, & remanentem in anima iam separata à corpore. Alij quidam opinantur hoc fieri per reuelationem angelorum. Postremo viri quidam satis eruditi quos præcipuè sequimur, existimant, animas separatas non aliunde habere cognitionem distinctã particularium, nisi per ordinationem diuinam, quorum sententia non distat à D præcedenti, & sic animæ, quæ sunt in inferno, aut in purgatorio eorũ quæ sunt, & quæ fiunt in hoc mundo aliquam habent cognitionem. De sanctis autem, & spiritibus Angelicis alia est ratio, vt dicemus. Sed quid dicemus ad authoritatem D. Aug. primam, quod qui sunt in pœnis nesciunt ea quæ sunt in gaudio? Respondetur non agnoscere qui sunt in gaudio, vt inde aliquod gaudium, & solamen possint excipere, sed E potius mœrorem, dolorẽ, ac tristitiam. Ad aliam sententiam de cura agenda per mortuis. Respondet Diuus Thom. quod mortui considerata eorum naturali conditione scire non possunt, quæ fiũt in hoc mundo, & præsertim interiores animi motus, nisi (vt diximus) ex particulari Dei ordinatione, ac reuelatione eis facta per aliquem angelum. De Beatis

1. dubium. — *2. dubium.* — *Nunquid aĩa dãnato. rũ cognoscãt ea, quæ sũt, & fiunt in hoc mundo.* — *Ad authoritatem D. Aug.* — *Ad aliam rationẽ Augusti.*

tis autem, & sanctis Angelis alia est ratio. dicimus .n. quod Beatis, & sanctis Angelis manifestat in uerbo, quod eos cognoscere decet, de his, quæ circa nos aguntur, etiam quoad interiores animi motus, ad excellentiam namque eorum cum ipsa beatitudo qua uigent summa sit excellentia, spectat petitiones eis factas ore, vel corde cognoscere, & per consequens eorum quæ hic fiunt notitiam aliquam habere. Sed de hoc alias fortè differemus. Sed dubitat August. Nunquid ibi erunt duntaxat cadauera virorum, qui præuaricati sunt, & non etiam mulierum? non .n. credibile est fęminas prçuaricatrices in eo supplicio non futuras, sed ex potiore, hoc est ex viro de quo fœmina facta est vterque sexus accipitur. Quod si etiam quæ dicimus de cadaueribus mortuorum, non animas damnatorum, sed vera cadauera mortuorum velimus intelligere, hoc non erit prorsus alienum a vero, si hæc referre velimus ad maximam illam, & incredibilem quam Romani fecere de Iudæis cladem, & occisionem: supra .n. dictum est de eiusmodi Iudæis ab exercitu Romanorum interfectis Interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor: sed vide, & diligenter prius quod sequitur attende: inquit enim. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.* dicit D. Aug. cum Dominus per Prophetam hucusque fuerit locutus de promissione impertita ecclesiæ, quæ nunc est, & cæperit innuere statum improborum: nūc describit fines, ad quos tandem per vltimum iudicium facta descriptione bonorum, & malorum sunt peruenturi: sic etiam dicit Tertullianus. quòd hic est finis huius Prophetiæ, qui est futurus finis huius mundi: sic etiam dicit Aug. in hanc sententiā, vel ad hanc sententiam Propheta Esaias terminauit hunc librū, ad quam terminatur etiam, & hoc seculum. Lactan. Firmia. lib 7. cap. 21. satis fusè loquitur de cruciatibus, & pœnis animarum. & lib. 5. cap. 24. hoc idem dicit. & alibi sæpè. Quid ergo dicit Esaias? *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*, sic etiam Eccl. 7.

Vltima particula huius partis, ipsius capituli, & totius libri.

Lact. Firm. lib. 7. c. 21.

A dicitur: Vindicta carnis impij, ignis & vermis, & hanc eandem sententiam expressam D. Marcus ter repetit cap. 9 sui Euangelij nec sine magna, & forti ratione; id enim perpetuo nobis considerandum est, neque vel ad modicum memoria excidendum. Vermis autem qui non morietur, & ignis qui non extinguetur (iuxta sententiam D. Hier.) dicitur esse conscientia peccatorum, quæ torqueat in supplicijs constitutos: vnde vitio suo,
B atque peccato electorū bono caruerint; quemadmodum conquerebatur Dauid ps. 31. Conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina. Et ignis eorum non extinguetur, quia perpetuò patientur, & ignis ardoribus torquebuntur. Et quāquam ignis sua natura nihil agere possit in animam, tamen velut instrumentum diuinæ potestatis, & iustitiæ potest agere, & agit in quemcunque spiritum. De igne vero qui post resurrectionē animas reassumptis corporibus cru-
C ciabit, non erit vlla difficultas, quanq̄ caro illa animabus superiecta, vel ab eisdem reassumpta, non erit huic terrenę similis; sed dura insolubilis, ac pmanens in æternum, vt sufficere possit cruciatibus, cęterum erit illa eadem quę corruit iux. illud. Quem visurus sum ego ipse & non alius Iob. cap. 19. & igni sempiterno cuius natura diuersa est ab hoc nostro, quo ad vitæ necessaria perpetuo
D vtimur: quique nisi alicuius materiæ fomite alatur, extinguitur, & perit; verum quæ sit virtus, & potentia ipsius ignis satis planè declaratur á Theologis; Sed aliqui opinantur utrunque, tam vermem quam ignem ad utrunq. referri, hoc est ad corpus, et ad animam: Alii uero utrūque ad animam: nonnulli uerò, ad corpus ignem, vermē uerò ad animam. Veruntamen de hoc uerme et igne. d. Aug. de ciui. Dei lib. 20. cap 21. ut ignis exte-
E rius cruciet corpus, uermis uero interius animam torqueat: sed metaphoricè tantum, ac similitudinariè. At Nic. de Lyra uidetur sentire cruciatum uermis referri ad corpora quæ uermium corrosione corrumpuntur, sed hic uermis, consequenter non morietur, & corpora damnatorum semper cruciabuntur, & nūquam deficient, quod pro conscien-

Psal. 31.

Iob cap. 19.

ſcientia ad animam. Cum tandem addit, *et erunt uſq; ad ſatietatem uiſionis omni carni.* D. Tho. exponit eos fore in ſatietatem, ideſt delectationem omni carni, hoc eſt ſanctis iuxta illud ps. lętabitur iuſtus cũ uiderit uindictam: quanquã m reuera Sancti non delectantur in perditione impiorum, ſed gaudent propter executionem iuſtitię Dei: D.Tho. ſuper ps.51. dicit ſanctos deridere damnatos propter tria uidelicet, propter eorum ſuperbiam, uanam fiduciam, et inanem gloriam. ſed hęc ſunt piè intelligenda. Quidam uerò dicunt in ſatietatem, i.in faſtidium, & nauſeam cunctis hominibus. Alii uerò dicunt hoc erit in ſpectaculum, et opprobrium omni carni. & hoc uerum eſt in conſumatione ſæculi. Sic ergo deſcribitur in calce huius capituli. & totius huius libri qualis ſit futurus finis, et ſupplicium impiorum. tam rum qui noluerunt agnoſcere Chriſtum Dominum, quam eorum qui ab eo iam cognito, & recepto ſe ſcienter auerterunt. Rogemus Deum Opt. Max. ne permittat nos labi in hunc errorem, et in eum locum deſtinari, ubi uermis conſcientiæ nunquam moritur, & ignis nunquam extinguitur.

Deo laus, & gloria. cuius ope, & auxilio hac ſecunda manu perluſtrauimus hunc librum.

F I N I S.

DE

DE FESTIS, ET SACRIFICIIS IVDÆORVM BREVIS ANNOTATIO.

Ex primo Cap. huius operis.



QVoniam sãctissimus hic Propheta, quem hactenus pro tenuitate ingenij exposui mus, vel aliorũ expositiones concinnatas illic posuimus, plerumque damnat, ac detestatur festiuitates, & sacrificia Iudæorum, ideo visum est nobis satis oportunum hoc loco ea enarrare: id quod fieri debuerat a principio in expositione prioris capitis; sed B ne plus debito in ea expositione longiores essemus, huc traduximus. Dicit enim ibi Propheta. Calendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta: & paulò supra de sacrificijs inquit. Ne offeratis vltra sacrificium frustra, incensum abhominatio est mihi. & in vltimo capite huius operis habet hæc verba. Qui immolat bouem, quasi qui interficit virum, qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem, &c. Pro intellectu igitur horum C verborum, necessum est videamus, quæ sint eorum festa. Et primò quidem citra omnem controuersiam occurrit dies Sabbati, quem vocamus diem septimum, quo quidem dicitur Deus quieuisse ab omni opere, quod patrarat. Cũ enim hebdomada, quæ vulgò dicitur septimana, septem diebus constituatur, & perficiatur, postremus dies vocatur Sabbatum, qui apud eos est dies festus, D in quo nullum opus seruile fieri debere præcepit Dominus. Exodi 20. Leuitici 23. & Num. 26. vt hac ratione Deum optimum imitari videamur, qui & ipse post opus sex dierum, eo die cessauit ab omni opere, vt diximus. Sed aduertendum in sacris litteris, varia significare nomen istud Sabbati. Quandoq enim pro tota hebdomada videtur sumi. vt patet dum legitur alicubi, prima Sabbati,

Exod.20. Leuit.23. Num.26.

A vna sabbati, vna sabbatorum, quibus in locis, dubio procul hoc nomen sabbati non accipitur pro illa postrema die totius hebdomadæ, sed pro aliqua præter illam totius illius hebdomadæ. Nos autem Christianis moribus imbuti, & instituti per primam Sabbati, vel per vnam sabbati intelligimus diem Dominicum nobis omnibus magnopere colendum, & venerandum. Sic quippe intelligendus est Diuus Apostolus, cum B prima ad Corinth. 16. dicit. Per vnam sabbati vnusquisque vestrum apud se reponat, recondens quod ei bene placuerit, vt non cùm venero collectæ fiãt. Consueuit etiam hoc idem nomen sabbati accipi quandoque pro quocunque die festo, quo significatu fortassis accipi debet illud Leuit. 19. Sabbata mea custodite. Præter hunc diem celebratissimum, & cuique manifestissimum sunt apud Iudæos Neomeniæ, idest primi eu C iusque mensis dies, qui apud nos Calendæ vocitantur. & dicuntur Neomeniæ, quasi Nouilunii, cum νεος, Grecè significet nouum, menia verò, dicitur Luna. Hos dies Nouilunios voluit Deus esse sacros, & propria quædam illis sacrificia fore tribuenda, quibus præ alijs diebus fulgerent, & decorarentur, sic tamen, ut ab operibus ob id nullus cessaret, erant enim dies illi sacri, non tamen festiui. De hoc peculiari festo, D multa sunt loca in sacris litteris, præter eum, qui affertur ab Esaia primo capite; iam a, nobis adductus, videlicet Calendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea, vt Nume. 26. secundò Paralipomenon, & alibi. Alij dies festi sunt, velut Pascha, & Azimi, qui quidem præcipuo, & summo honore colebantur, de quorum institutione habetur testimonium Exodi 12. qui locus est satis manifestus. Vnde facilè potest

1.Cor.16.

Leuit.19.

potest innotescere, cur ita vocatur, & quam ob caussam tam solemni ritu celebretur. est enim Pascha transitus Domini, satis (inquam) sit nobis, nunc scire Pascha vna cum azimis ex præcipuis festiuitatibus Iudæorum vnam esse, & non postremam. Inchoatur autem celebritas ista, (vt eo loci habetur) quartadecima die Lunæ ad vesperam, quo tempore singulæ familiæ agnum occidunt, & eundem iam assatum, vnà cum azimis edunt festinanter. Hunc eundem morem, obseruarunt superioribus annis Tridenti, quidam ex Iudæis homines nequissimi, & perditissimi, qui cum non haberent agnum, seu mauis habere nollent, vt solemniter, & festiuè, et quàm iucundè suum Pascha celebrarent furtim, & claneulum fuere depræ dati puerum quendam ætatis 28. mensium, nore Simonē, quē adductum intra Sinagogā stilis quibusdā ferreis pupugerunt, & trucidarunt, & sic trucidatum, ac iam functū uelut agnū obtolerunt, non autem edere sunt ausi, sed potius proiecere, & abs se abdicare decreuerunt: id qđ fuit caussa eorum necis, & perditionis; corporum quidem, at non animarū (velut historia typis edita refert) qñquidem in articulo mortis conuersi sunt ad Christū. Post hunc diē, quo mactatur agnus, & assatus editē vnà cum azimis, sequens dies, quæ uocatē 15. mēsis, uocatē Pascha, & prima dies azimorum, & dies 21. eandē sequens, uocatur septima azimorum, & dies collectarū, quia tunc fruges, quas olim messuerant, colligi solebant. Vbi nota vtrunq. diem uocari Pascha, & dies azimorū, tum qñ incepit, tum etiam qñ completur, ppea dicit B. Luc. Venit dies azimorum, q dr̄ Pascha. & rursus. Venit dies azimorum, in quo erat necesse occi di Pascha, idest agnum Paschalem. Vbi scito non unam solum, uel duas, sed plures uocari dies azimorum, (vt colligitur Actorum 12.) erant dies azimorum, dum Herodes apposuit, ut appræhenderet & Petrum, posteaquam scilicet occiderat Iacobum fratrem Ioannis gladio.

Post hos dies solemnes, & præcipuos festum aliud satis celebre apud eos habebatur, quod quidem uocatur festum A primitiarum. Quod asserunt præceptum esse a Deo Leuit. 23. in quo post messem segetis tenebantur ferre manipulos spicarum, tanquam primitias messis ad sacerdotem, cuius festi caussa, alia sacrificia fieri iubebantur, ut habetur eodem in loco.

Post hoc festum expletis septem hebdomadibus succedit aliud festum, & dies maximè solemnis, qui appellatur Pentecostes, quo similiter sacrificium offerri B consueuerat; quod quidem appellant sacrificium nouū ipsi Deo largitori omnium bonorum solemniter exhibitum, uidelicet, duo panes primitiarū, septem agni immaculati anniculi, uitulus unus et duo arietes, & quædam alia, ut habetur Num. 18. & Deuteronomio 16. & *Num. 18.* hoc festum Pentecostes iuxtà opinionem quorundam nocabatur etiam festum hebdomadarum, ut colligitur ex 2. Mach. 12. Venerunt (inquit) Hiero- C solymam, die soleni septimanarum instante, & post Pentecostem abierunt, contra Præpositum Idumeæ Gorgiam, Sic etiam Actorum 2. legitur. Dum complerentur dies Pentecostes; idest numerus dierum quinquaginta, quo die nimirum celebratur festum Pentecostes, quod etiam apud Christi fideles præcipua quadam solemnitate colitur, et celebratur. Post hos dies festos, tam celebres, et præclaros datur etiam fe- D stum tubarum, quod prima die Septembris celebrari consueuerat, uti præcipitur Leuitici 23. sub his uerbis. Mense septimo, prima die mensis erit uobis sabbatum memoriale, clangentibus tubis, & uocabitur sanctum, nullumq. opus seruile facietis in eo, & offeretis holocaustum Domino. Dicunt autem festum istud celebrari solere in illius diei memoriam, quo tubis clangentibus, Deus dedit legem Moysi. De E hoc festo Dauid Psalm. 80. uidetur esse locutus, dum inquit. Buccinate in Neomenia, & tuba, in insigni die solēnitatis uestræ, &c. Decima uerò die eiusdem *Psal. 80.* mensis septimi, festum erat expiationum, in quo solebant primùm animas affligere, ut ieiunare, flere, saccis indui, & alia pœnitentiæ opera exercere, & quæcunque anima non fuerit eo die af-

V flicta,

flicta, ieiuniis (inquam) vigiliis, & corporis macerationibus peribit de populo Dei. Hoc quidem fęstum erat celeberrimum, & dies ille vocabatur Sanctus, nullumque opus seruile fiebat in eo: deinde offerebatur holocaustũ domino (holocaustũ verò dicebatur, quia totum cremabatur, & nihil omninò supererat aut reliquum erat) De hoc fęsto vide quod legitur leuit. 16. & 23 vbi etiam est videre, quomodo, et cuius opera, et ministerio fiebat ista expiatio. De

Hier. 36. hoc die locutus est Hieremias 36. vbi videtur eũ appellasse ieiunium: de Esa-

Esa. 58. ia nulli est dubium, qui capite 58. videtur esse locutus, dum inquit, Nunquid hoc est ieiunium, quod elegi, affligere hominem per diem animã suam? Post tot dies fęstos, quot hucvsque enumerauimus, datur & aliud, quod appellant festum collectarum, et tabernaculorũ, quod cęlebrari solebat 15. die mensis Septembris, & progrediebatur vsque ad diem 22. eiusmodi mensis. Dicebatur autem fęstum istud collectarum ob collectam fructuum, ad differentiam illius collectæ, quæ fieri solebat mense Martio, quæ appellabatur collecta frugum. Diximus hoc festum nuncupari etiam festum Tabernaculorum, quo per continuos septem dies in vmbraculis morabantur Vn-

Leuit. 23. de Leuit. 23. scriptum est: Omnis, qui de genere Israel est manebit in Tabernaculis, vt posteri vestri discant, quod in tabernaculis habitare fecerim (inquit Deus) filios Israel cum educerem eos de terra Aegypti. At primus dies erat celeberrimus, et sanctissimus, in eoque nullum opus seruile fiebat. Et singulis quibusque diebus illius temporis varia fiebant sacrificia, et oblationes, vt est uidere libro Num. cap. 29. & huiusmodi fęstum

Scenophegia qua. græco vocabulo, dicitur Scenophegia, quod vsq. adeo erat cęlebre, & venerandum vt inter pręcipua illius nationis festa censeretur. Volunt enim tria fuisse præcipua festa Iudęorum, & quàm maximé excolenda. Hoc ipsum de quo loquimur, deinde fęstum Paschatis, & postremum festum Pentecostes, siue Hębdomadarum, & hæc sunt ea

A festa, quibus quotannis omnes ex sexu virili ex omnibus Iudeę finibus, ter in anno in Hyerusalem conuenire diuino præcepto cogebantur, vt habes exodi 23. Sic enim legitur. Tribus vicibus per singulos annos, mihi festa cælebrabitis, & enumerat quæ festa vult coram eo celebrari. Paulopost idem repetit. d. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum, coram domino

B Deo tuo, Et quoniam (vt inquit Apostolus) omnia in figura contingebant illis, idcirco hæc tria illius populi præcipua, & solemnia fæsta erant figura Christianę fidei, ac religionis quando apud nos quoq. tria præcipua, & summa omnium deuotione, & pietate colenda occurrunt fæsta videlicet, solemnis, & iucundus, ac optatissimus ille dies Natiuitatis dominicę, aliud fæstum huic succedens est

C festum Dominicæ Resurrectionis, quod verè dicitur Pascha, non quo Iudæi immolabant Agnum, sed quo Agnus Dei surrexit à mortuis, & post aliquot dies ascendit in cælum; tertius autem dies, & tempus solemne, quo Christi fideles summopere lętari, & exultare in domino consueuerunt, est festum Pentechostes, quo Deus contulit nobis, dona spiritus sancti, & effudit in nos omnem be-

D nignitatem.

Pręter hos dies fæstos à Domino Deo (vt vidimus institutos) sunt & alii dies fæsti ab hominibus instituti haud quaquam à Iudæis prætermissi, quorum principem locum habuisse videntur Encenia i. fæsta innouationis, & dedicationis templi, variis anni temporibus cælebrari solita porrò quatuor Hierosolymitani templi dedicationes diuersis anni tempo-

E ribus fuere obseruatæ: Primo, quidem fuit Salomonis Mense septimo, vt habetur 3. libro Regum, cap. 8. vbi sic legitur. Dedicarunt templum domini Rex, & filii Israel, fecit inquam, illo tempore Salomon cælebritatem solemnem, & Israel cum eo, diebus quatuordecim. Et 2. Paralip. cap. 7. fecit Salomon solemnitatem in tempore illo

lo septem diebus, fecit die octauo collectam, eo quòd dedicasset altare septem diebus, & solemnitatē cælebrasset septē diebus, qua solemnitate expleta mensis septimi, quisque reuertebatur ad domum suam, vel ad tabernacula sua. Secunda dedicatio templi, quòd fuit instauratum sub Zorobabel contigit mense Februario, & fuit inchoata 3. die eiusdem mensis, vt habetur libro Esder cap. 6. sic d. Compleuerunt domum Dei istam, vsque ad diem tertium mensis Adar. qui respondet mensi Februario, fecerunt autem dedicationem domus Dei in gaudio. Tertia dedicatio templi, aut potius ipsius altaris, ea fuit, qua Iudas Machabæus altare Holocausti, quod Rex Antiochus prophanauerat instaurauit, de qua dedicatione legitur Machab: primo, cap. 4. & hæc fuit mense nono, idest mense Nouembri: & iuxta sententiam quorundam hæc Encenia, seu innouationes peractæ fuere tempore hiemis de quibus asserunt Beatum Ioannem fuisse locutum Euãlii sui cap. 10. dum inquit. Facta sunt Encenia in Hierosolimis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Quartam dedicationem, aliqui non verentur asserere institutam fuisse in memoriam templi ab Herode constructi, quam magna pompa dicunt fuisse cælebratam, vt refert Iosephus lib. 15. antiquitatum c. vlt.

Esder c. 6.

Ioan. c. 10.

lib. 15. c. vlt.

Consueuere etiam celebrare, seù mauis memoriam facere illius diei, quo Iephtę Iudex Israel satis imprudenter, ac temerè occidit filiam suam virginem, vt legitur libro Iudicum cap 11. Verùm ex hoc loco non potest colligi tunc fuisse aliquod fæstum, quandoquidem illius Virginis occisio luctus potius, & mœroris, quàm alicuius fæstiuitatis, & lætitiæ caussa fore videbatur, atquè id postrema huius capitis verba satis clarè indicant, dum sic habetur. Singulo quoque anno, per quatuor dies consueuisse filias Israel vnà conuenire, & plangere filiam Iephtæ. Dicunt autem quidam ex Hæbreis, quos tuetur Nicolaus de Lyra, in expositione huius loci

A præfatam puellam nequaquam fuisse [illegible]cisam, & in holocaustum traditam, sed potius alīquo in loco inclusam, siue detentam, ne videlicet prodiret in publicum, aut etiam ipsi Deo desponsatam ne, scilicet, cuiquam traderetur, quo esset paritura. Diuus autem Augustinus in q. veteris testamenti q. 43. asserit eam fuisse mortuam, & à patre in sacrificium fuisse immolatam, tum quia littera præsentis capitis, sic pa-

B lam videtur innuere. dum inquit. Postquam illa ex ea peregrinatione, quam gratiosè à patre obtinuerat per duos menses est reuersa, ille fecit quod vouerat, tum quia habemus post anni circulum fuisse diebus quatuor, à filiabus Israel deploratam: nisi enim mortem obtisset, non erat necesse, aut expediens toties eam deplorari. Verùm hac in re, quisque tueatur, quod

C uelit. Consueuit etiam apud Hæbreos solemnis memoria haberi, & quidem non iniuria illius præcipuę, & notabilis victoriæ, quam de [illegible] interfecto, & eius exercitu fugato, retulit, seù reportauit fortissima Iudith, ac prudentissima, cuius memoria, seù festiuitas, olim habebatur 25. Nouembris, vt legitur eo libro cap: 16 propè finem. Fieri quoquè solebat fęstum, de victoria Esthcher, contra Aman, qui præceperat occidi ac penitus deleri omnes Iu-

D dæos, qui in Regis Assueri ditionibus ac prouinciis tuti, & securi degebant, vt habes eo libro c. 9. & hoc festum celebrari solitum erat 13. die mensis Februarii. Sunt, & alii dies fęsti Iudęorum à Iudæis instituti, quos longum esset recensere. Proinde hos paucos adduxisse satis erit.

Quod si quęras, quidnā fieri cōsueuerat illis diebus dū eiusmodi solemnitates agebantur Dicas, tunc hoīes nō so-

E lum feriari, & ab omni opere seruili cessare, sed orationibus, sacrificiis, oblationibus, & quandoq; ieiuniis, & aliis carnis macerationibus vacare, & toti intendere. Nec tamen existimes eo tempore prohiberi ea opera, quæ diuina virtute, & auctoritate fieri oportebat, quandoquidem Deus est Dominus etiā Sabbathi. Neque prohiberi poterant

exfieri, quæ spectant ad cultum diuinum; ut accendere luminaria, lampades, & candelabra in templo Dei (quamuis extra templum, & præter hoc genus officii non licebat die Sabbati etiã ignem accendere) quæ etiam ad hominis sanitatem curandam, seù tuendam, aut alicuius infirmitatem subleuandam poterant conferri die Sabbati, tuta conscientia poterant exerceri, quemadmodum legimus Christum Dominum die Sabbati eum, qui triginta, & octo annos in infirmitate habuerat apud probaticam piscinam curasse, eique præcepisse, ut tolleret grabatum suum, & ambularet. Nec ea solum quæ ad hominis sanitatem conducebant fieri licebat in Sabbato, verùm & quę ad ipsa iumenta, & animalia irrationalia subleuanda conducebant, sicut Dñus Luc. 13. demõstrauit d. Vnusquisq. vestrũ sabbato nonnè soluit bouem suum, & ducit adaquare? Et alibi. Cuius vestrum Asinus, aut bos cadit in foueam, [illegible] continuò extrahit illum die sabbati? Tandem ex his omnibus, q̃ sunt a Deo pcepta, velut Circuncisio, sacrificiorũ obseruatio, immolatio pecudũ, & aliorũ aĩalium nihil vnquam impedire poterat, qn die sabbati exerceri potuisset. mõ non forent opera seruilia, quibus non quæcunq. opera externa intelligi debẽt, sed ea duntaxat, quæ labore, & exercitio manuum fiunt, vt sunt opera, & exercitia artium mechanicarum: sic etiam cultus agrorum, negociationes mercimonia, tractatus, conuentiones, & pacta, quę frequenter inter filios huius sæculi, nulla habita vllius temporis ratione, fieri solent. Et denique, quicquid per seruitutem, & ministerium seruorum, & ancillarum fieri solent: hæc n. omnia diebus festis erãt prohibita. Sed præ omnibus aliis, & super oĩa, peccata, & actiones q̃cũq. quibus Deum offendimus, & proximũ, quæ verè opera dici possunt seruilia, iure optimo erant prohibita, qppe quæ non die sabbati solum, sed nullo vnquam tempore fieri permittũtur, iuxta illud Psalmi 105. Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Sed præter ea, quæ hucusq diximus, aduertẽdũ est etiam diebus, qui vocãtur dies profesti, nullũ opus seruile fieri permittebatur. Singulis. n. diebus vesperi, ac mané, sacrificium. & holocaustũ peragere necessum erat, quo peracto, & expleto, quisq ad suum opus exercendum, & ad sua negocia peragenda properabat. Refert aũt Iosephus libro antiquitatum, quòd huiusmodi quotidianum sacrificium, vesperi, & mané conficiendum ex publico sumptu fieri statutum erat. Sed notandum est discrimen inter sacrificia, quoniam aliquod fiebat, quod totũ cedebat in cultum Dei, & hoc vocabatur holocaustum, quasi totum incensum, & dedicatum Deo; quædam verò fiebãt, & cedebant ex parte in cultum Dei, ex parte verò in vsum ministri, sicut hostia pro peccato, vt habes Leuit. 4 quædam verò (inquit D. Thomas) in expositione prioris capituli fiebant de quibus aliqd in cultum Dei, & aliquid in vsum ministri, & aliquid in obsequium, & beneficium ipsius offerentis cedebat quæ vocabantur hostię pacificæ, vel pro gratiarum actione Deo oblatæ, vel pro salute offerẽtium. Et hęc quidem omnia vel pro diuino nummine excolendo, & honorando, vel pro salute ac pace impetrandæ, vel peccatis expiandis, ac delendis, fieri solebant. De numero, qualitate, ac differẽtia sacrificiorum præter ea quæ habentur in sacris Bibliis: vide quę scribit Carolus Sigonius in lib. de repub. Hæbreorum: & de his dictum sit nobis in tantum.

Luc. 13.

Differentia inter sacrificia.

Digressio super primum Cap. Esaiæ Prophetæ.

SVper quo percutiam vos ultra addentes prauaricationem? Esa. c. 1. Qm̃ hoc primo capite Esa. sugillat Iudęos de præuaricatione, & ostendit eos sępius in illud crimen incurrisse, nó erit extra præsens negocium, vt super hac re tantisper digrediamur. Postquàm enim in expositione textus vidimus quid sit esse præuaricatorẽ, & quo nam pacto illi addiderint pręuaricationem, oppor-

opportunum est videre, quot modis cõ ungit hominem prçuaricari. Sed hoc primo repetendum est, quod iuxtà doctrinam Apostoli ad Rom. 4. Vbi non est lex, nec prçuaricatio, quare concludendum est prçuaricationẽ nihil aliud esse, quam transgressionem, & corruptionem legis, & deficere, ac declinare à via mandatorum Dei, vbi per legem (vt bene declarat D. August super psal. 118.) non eam solum intelligas quç data fuit Moysi, quoniam ita sequeretur Etnicos, & Paganos nunquam fuisse preuaricatos quia non habuerunt legem Moysi & ibidem praeuaricantes reputaui omnes peccatores terre cum autem infideles non potuerint dici prçuaricatores, quia non habuerunt legem, sequeretur, numquam fuisse peccatores: sed per legem intelligas legem naturalem, & quæcumque non sit contra rectam rationem.

Dicimus ergo quod contingit, hominem præuaricari primo cum quis adhuc purus, & innocens, & nullius peccati labe corruptus discedit à Domino, & se auertit à Deo salutari suo, & à concupiscentia sua attractus, & illectus ad bona hçc terrena, caduca, & mobilia se conuertit, & rectè quidem qui discedit à Deo preuaricator appellatur, qui grecè à discedendo apostata nuncupatur & nõ potest quis habẽs, vsum rationis cum primũ cæperit deliberare de se ipso nõ peccare mortaliter nisi ordinauerit seipsũ ad debitũ finem D. Tho. 1. 2. q. 89. art. 6: Quod id sçpe numero cõtingit ob concupiscentiam rerum caducarum, patet ex Eccl. 19. vbi legitur Vinum & mulieres faciunt apostatare, proinde cauenda sunt consortia, & commercia seu lęnocinia malorum hominũ, ne in varia scelera nos detrahant: huiusmodi hominum genus conuenienter prçuaricatores nominantur, & apostatç, quoniam (vt inquit D. Ambr. super eundem psal.) Prçuaricator latinè transgressor etiam vocatur, eo quod à lege Domini transit ad errorem, & cœlestia mandata trãsgreditur. Cum itaque semel deliquerit, & præceptum Domini fuerit trans

Eccl. 19.

A gressus, præbens se ingratum Deo à quo recepit esse, & bene esse, & quodcunque bonum, si non statim se correxerit, et ad Deum quẽ grauiter offendit non se conuerterit, facilè inaliud, & aliud peccatum prolabetur, & incidet. Quoniã (ut inquit B. Gregorius) Peccatum, quod per pęnitentiam mox non diluitur in aliud peccatum hominem trahit. Et D. Ambrosius super eundem psalmum supra allegatum inquit. Si

B quid intermissum aduersarius noster Diabolus viderit, statim se immittit in pectus, & cor tuum, ut te laqueo teneat suç fraudis, & hostili vinculo potestatis innixus, à deuotione retraharis Et sic nunc in vnum, nunc in aliud peccatum, & sic deinceps deduceris, quo sanè pacto non solum quempiam præuaricari dicimus uti cũ primũ deliquit, verum prçuaricationem addere, & peccata peccatis annectere: propterea opor

C tet in hanc tui status miseriam & rerum difficultatem prolabi secus autẽ imitare Regiũ prophetam, dicentem. Quoniam dilexi legem tuam domine tota die meditatio mea est. Et alibi benedicam dominum in omni tempore. Qui verò semel atque iterum, & rursus Deum peccatis lacessere non desistit, vti plerique hominum sunt, longè grauius prçuaricãtur quã qui semel à recto deliquerint Nec refert, aut quicquã obstat

D huic veritati si post peccata prius perpetrata quç deinceps sequũtur fuerint ex suo genere leuiora, quandoquidem magis ingrati Dei beneficio redduntur qui tam benignè eos sustinuit, ut non statim (ut mœrebantur) in tartarum deiicerit, de quibus potest conuenienter dici illud Eccle. 8. Quia non profertur cito contra malos sententia absque timore vllo filii hominum perpetrant mala Post modum eius benignitate abusus,

E non erubuisti rursus facinus committere, & Dei legem præuaricari, contra quẽ loquitur Apost. Petrus 2. ca 2. eos esse veluti canẽ qui reuersus ad suum vomitum, & sicut sus lota in volutabro luti, qui nec sic resipiscens & nec ad se reuersus est ex eorum numero de quibus loquebatur Apost. 2. Rõ. videlicet secundum duritiam, suam & impenitens.

Greg.

2. cap 2.

Rom. 2. tur, thesaurizat &c. Multo autem magis quis dicitur peccare, & Dei legem preuaricari, si postquam Deus alicui post pœnitentiam remiserit offensam, illud idem facinus vel alia maiora peccatorum genera perpetrauerimus, quoniam maiori longè beneficio diuinę bonitatis efficimur ingrati quandoquidē postquā Deus simul atq; iterū sustinuit nos, & tolerauit, in multa patiētia ut verè dicere queat, laboraui sustinēs & in peccatis vestris me laborare fecistis rursus ad eadē reuertimur cuius naturę & genii, dubio procul se præbebāt Iudęi, aduersus quos, vti rebelles, & obstinatos, Deus iustus iudex, & iusta indignatione permotus, & tamquam de corū salute, ac resipiscentia diffidens, inquit Super quo percutiam uos vltrà addentes preuaricationem? idest non solum semel atq; iterū delinquētes, sed de die in diē peccata peccatis addentes, & plerumque grauiora flagitia committentes, nec minis, aut terroribus de resipiscentia quicquā cogitantes, ignoro plané quid amplius sim pro vestra salute facturus: Vnde rectissimè patiter, & iustissimè Deus p prophetā ps. 118. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terrę. Et paulò post inquit ipse Dauid

Psal. 118. Vidi preuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Preuaricantes ergo dicūtur omnes hi, quibus Deus elargitur ueniam, aut aliquod singulare beneficium, quo tamen maximè ingrati & vecordes efficimur, hos. D Basilius, non præuaricantes, sed insipientes appellat, & verè insipientes, & mente capti sunt prorsus appellandi, qui hæc magna, & inestimabilia non agnoscūt beneficia aut cognita nō grataanter excipiunt, ac obseruant. Et hos D. Ambrosius rectè præuaricatores, & corruptores legum, & non seruantes pactum voluit appellari. Graue quidem scelus est non aduertere, & secum mente perpendere, & cogitare quàm grande beneficium nobis omnibus Deus cōtulerit, nos inquam creauit, nos redemit, & gratiam qua spiritualiter, & vt filii Dei viuere possemus, sua gratuita benignitate nobis cōmunicauit. At nos miseri, & plusquā fatui, & pacti vio-

A latores, p leuissimis rebus à Deo recedimus, & eius præcepta contemnimus id quod turpis cuiusdam ingratitudinis nos facit reos, sed vtinam hic sisterent homines, nec progrederentur vlterius, sed post primum peccatum reliqua adiicimus, quo fit, vt duplici ratione ingratitudinis nota iure optimo simus notandi, tum ob beneficia prius collata memorię posthabita, aut prorsus neglecta, tùm quia Dei bonitatē, &

B patientiam, quæ nos ad pænitentiam numquam non expectat contempsisse videmur. Vnde non immeritò propheta mirabundus, & graui dolore cō fectus dicebat. Vidi preuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt, & possumus etiā iuxtà sētētiam D. Ambrosij. Vidi preuaricātes & tabescebam, quia pactū tuum non obseruauerunt. At ipse dicit, quia verba tua non custodierunt. Tabescit inquā

C propheta tanquam vir pacificus, dum videt alios pacta rescindere consensuum abolere concordiā, iurgia de pace reparare, tumultus excitare de gratia, quod vtique non facit, qui Domini pręcepta custodit. at qui Christi obedit imperiis pactum seruat. Propheta ergo tabescebat, quia videbat non seruari pactū. Alii tabescunt propter vitiosos effectus & quandoque liquescunt nec possunt sustinere, non talis est qui dicit. Sitiuit

D in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Hic quidem castigabat carnem suam & tabescere faciebat dū indefesso desiderio diuinæ cognitionis anhelabat. Vtinam hunc in modum tabescere nos faciat Deus, & prauos animi affectus omnino abiicere, & longè procul abire faciamus; ne & nos aliquādo inter prętaricatores, & diuinæ legis cōtēptores, ac Dei beneficiorū immemores, & ingrati inueniamur: id qꝫ

E facile fiet, si totis viribus conabimur ne Deum offendamus, quod si quandoq; ob huius carnis fragilitatem offendere nos eum contigerit, statim reuertamur, ne in sordibus sordescere studeamus, & pręuaricationi preuaricationem addere videamur, & funibus peccatorum circumligemur.

Sed quamquam nos dixerimus, quod

& post peccatum primo commissum nō statim resurgamus & in alia peccata incidamus præuaricationem addimus, non ideo tamen quisquam existimet nos innuere, aut potius asserere peccata semel dimissa per sequēs peccatum redire. Verum est quidem quod si peccatum fuerit dimissum, illud nequaquā redit, nec reatus, aut obligatio ad pænam omnimodam illius peccati. At si peccatum nequaquam fuerit dimissū, nec sic per sequens peccatū redit sed eius reatus, & obligatio per illud peccatum contracta, vtique remanet, & sequens peccatum, trahit secum reatum ex priori peccato contractum, qui quidem dicitur esse longè grauior, & periculosior, quia virtualiter continet reatum, & obligationem prioris peccati, propter enormem, & detestabilem ingratitudinem ipsius delinquentis, respectu beneficiorum Dei, que ingratitudo circumstat omnia peccata pluries ab eodem perpetrata. Et nota quod licet peccatum sic perpetratum neq; adhuc remissum non redeat idem numero, quia iam pertransijt, anima tamen ita remanet immunda recedente actu peccati, nisi peniteat, & conuertatur sicut dum actu peccabat. v. g. quis commisit adulterium, & non dum est contritus. aut confessus aut saltem attritus neq; habens propositum reuertendi post vnum, uel alterum diem, licet actus ille nefarius transierit, & recesserit, anima tamen sic remanet immunda, & maculata, & sub reatu pœnæ temporalis, ac æternæ, sicut dum actu peccabat. Et ita per peccatum mortale sequens, idest per adulterium postridie perpetratum, redit peccatum iā antea perpetratum non quidem secundum se, & formaliter, sed secundū quid & virtualiter (vt diximus) omnia quidem peccata mortifera conueniunt in vno, quod est omnibus commune scilicet auerti à Deo, & consequenter gratia destitui, aut priuari & obligari ad pœnam æternam, ac temporalem. At quantum ad id quod est materiale, scilicet conuerti ad bona hæc terrena, & caduca est aliquod discrimen inter ea Ita quod sicut alia est conuersio ad hoc peccatum vel ad illud, ita est alia auersio quandoque differens numero, & quandoque differens specie ab alia auersione. Et similiter alius est reatus pænæ æternæ ob vnum peccatum mortale, & alius est reatus ob aliud peccatū mortale, sed lōge grauior (ut diximus) & periculosior. Peccata igitur per pœnitentiam dimissa redeūt per sequens peccatum non simpliciter, sed secūdum quid

B inquantum scilicet per peccatum vltimo perpetratum aggrauatur reatus ꝓpter peccata prius commissa ratione maioris ingratitudinis, quæ spectatur in hoc sequenti crimine. Vbi nota quod trifariam, seu tribus vicibus reddimur ingrati ipsi Deo, primum quidem cum à principio aliquid mali, scientes, & volentes committimus, quia non persistimus in ea puritate, & innocentia in qua nos Deus creauit, & recreauit per baptismum, & per alia sacramenta. *Trifariam reddimur ingrati Deo.*

C Deinde secunda vice sumus ingrati Deo, & multo magis quā prius dū præter peccatum prius commissum absque vlla resipiscentia alia deinceps peccata committimus, tunc enim parui facimus, & negligimus summam Dei bonitatem, & patientiam.

Postremo ingratissimi sumus, & grauissimo quoque supplicio quam maxime digni, dum per pænitentiam iam

D peractam præteritorum delictorum remissionis gratiam consequuti & rursus vt canes impudentissimi ad vomitum reuertimur. His tribus modis detestabilis ingratitudinis labe inquinati iudicamur, & sumus. Verumtamen non ob id exclusi sumus omnino à gratia, & a participatione donorum Dei, nec ab eo pœnitus amoti, & segregati. Neque ob id peccata iam olim per pænitentiam dimissa redire putandum est.

E Quandoquidem (teste Paulo Apostolo) ad Rom 11. fine pœnitentia sunt dona Dei, & vocatio. Præterea si peccata iam per pœnitentiam dimissa redirent eadem numero, frustra Dominus dixisset interroganti Petro. Quousquam dimittam fratri in me peccanti? vsq; septies? non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies, quasi dixisset. Quousque veniam petierit, ei *Rom. 11.*

dimittere debebis. Verum est tamen quod inter peccata datur latitudo, quoniam quædam sunt grauiora, aliqua leuiora, aliqua leuissima, vti sunt peccata venialia, quibus licet aliquatenus conuertamur ad bona mutabilia, non tamē ita conuertimur vt à Deo recedamus, & si quicquam facimus præter voluntatem Dei, non tamen contra: Inter peccata verò mortalia, & pestifera datur etiam latitudo ex parte conuersionum: quoniam aliqua sunt longe grauiora, vt furtum, adulterium, & homicidium, aliqua vero minus grauia ut peccatum gulę, & peccatum luxurię, hoc est fornicationis, quod vt dicunt Doctores, est minoris culpæ, sed maioris infamię.

Præter hæc sunt peccata omnium grauissima, quippe quę in actuali, & expresso Dei contemptu consistunt. Et quamquam in omni peccato mortali Deus aliquomodo contemnatur, quia scilicet eius præcepta negliguntur, non tamen ex professo, & ex principali intento Deus contemnitur. Vnde Aug. li. de natura & gratia c. 29. sic dicit licet Deus in quicunque peccato contemnatur, non tamen omne peccatum est ex contemptu. Inter huiusmodi peccata quæ fiunt ex contemptu Dei principaliter Doctores annumerant ista quatuor vidilicet, odium fraternum, apostasiā à fide sub qua continetur heresis sed est plusquam hęresis vt. d. Caiet. contēptum confessionis, & inobedientiam, & dolorem de pœnitentia habita. Quot quęso hi sunt quos aliquandò pænitet se perpetrati criminis pænituisse? & quot sunt hi, qui maximè tristantur ac dolent se quod poterant, aliquod

A facinus, & flagitium non egisse. Isti quidem grauissimè peccant, & contra spiritum sanctum. Et qui eiusmodi peccatis sunt irretiti, maximè omniū Dei benignitati sunt ingratissimi, quę quidem ingratitudo in hoc hominum genere reperta, non est velut ea, quę in singulis peccatis modo quodam reperitur sed est speciale quoddam peccatum, ut dicit D. Tho. 3 p. q 88. art. 4. & velut etiā D. Bonauen. 7. dist. quod quędam est in

B gratitudo negatiue, vt omittere quod quis debet: alia est ingratitudo priuatiue, videlicet facere quod non debet ex professo facere contra id quod debet. Contra ea quę dicta sunt posset aliquis obiicere per id quod ait Saluator Lucæ 11. ex sententia Demonis dum inquit. Reuertar in domum meam vnde exiui, quibus verbis, videtur innui peccata prius dimissa, per sequentem maculam in eandem animam reuerti. Sic

C etiam potest instari per id, quod legitur apud Matth. 18. de illo seruo, cui dimissum erat debitum, & postmodum fuit repetitum, quia noluit dimittere conseruo suo Sed his non obstantibus, dicimus (vt supra declaratum est) peccata prius dimissa redire non secundum se sed secundum virtutem, & sic debet intelligi dictum illud. Reuertar in domum meam vnde exiui. Ad illud de seruo apud Math. dicimus istud idem,

D quod seruo illi rudi, & ingrato repetitum fuit debitum iam dimissum propter ingratitudinem, & non quòd verè, & realiter repetitum, & pręterea similitudo non tenet in omnibus. Et hęc pauca de presente, quęsito.

EXPLI-

EXPLICATIO CVIVSDAM LOCI SVPER CAPVT LXI.

VBI DICIT ESAIAS QVOD DEVS ODIO *habet rapinam in holocausto.*



Ropter hęc verba dubitatur a quibusdam nunquid liceat alicui aliquid furari, aut per vim rapere, & illud in holocaustum offerre Deo. Et uidetur quod sic. Quoniam quicquid ab vllo hominum possidetur ipsius Dei est, igitur potest quicquid homo habet auferri ab ipso, & offerri ipsi Deo tanquā id quod Dei est. Antecedens patet ex ps. Domini est terra, & plenitudo eius &c & alibi dicit per Prophetam Deus. Meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & Boues.

Deinde præcepit Deus Moysi, vt habetur. Exod. 12. vt Filij Israel recedentes ab Aegipto secum asportarent vasa aurea, & argentea, vestemq. plurimam, & reliqua bona, quæ mutuo acceperant ab Aegyptijs, igitur multò fortius potest homo rapere bona aliorum, absque peccato, & offerre ipsi Deo.

Tertiò, licèt aliquando furari vt subueniatur proximo necessitatem patienti, igitur multò magis licebit aliquando furari, aut violenter aliquid rapere, vt offeratur Deo, qui est longè maior, & prçstantior incomparabiliter quocunq; homine.

Postremò si de rebus iniustè acquisitis licet quandoq. fieri elemosina vt tenet S. Thom. & alij 2. 2. q. 32. art 7. poterit & de rebus furto, vel rapina susceptis fieri sacrificium Deo; & confirmatur per

Luc. 16. dictum Saluatoris Luc. 16. dicentis. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula; igitur. conuenientius erit offerre sacrificium Deo de rebus iniuste acquisitis.

Contra vero sunt verba Esaiæ præfa- A to loco adducta, vbi dicit; Deum habere odio, ac detestari rapinā in holocausto.

Secundo Exod. 20. Deus aperte prohibet quicquā furari, ubi dicit non furtum facies. Tertiò omnis iniustitia aduersatur Deo, & offendit Deum, sed furari aliquid ab alio est facere iniustitiam igitur non est vllo modo facienda. Postremo omnis dolus, fraus, & iniuria in proximum est peccatum, sed qui furatur cōmittit fraudem, dolum, & iniuriam, in B proximum, igitur est peccatum, & per consequens Deū offendit, & proximum. Quod autem de proprio, & non de alieno debeat fieri oblatio ipsi Deo, patet ex uerbis ipsius, cum inquit, si offers munus tuum ad altare: vbi manifestè innuit oblationem fieri deberem ex eo quod nostrū est, non ex alieno. Sic etiam Tobiæ Matth. 5. 4 dicitur. Honora Dominum de tua substantia, sic etiam dicebat pusillus ille Zaccheus, ecce dimidium bonorum C meorum do pauperibus; vbi ostenditur, & sacrificia, & elemosinas fieri debere de his, quæ nostra sunt, et non alterius, ut sacrificia, et opera nostra sint Deo grata, & accepta.

Pro solutione, & explicatione huius Luca 19. difficultatis prius uidendum est, quæ differentia sit inter furtum, & rapinam, deinde quomodo liceat quādoq. de utroque fieri sacrificium, & elemosinam; sed anteaquam uideamus discrimen inter D utrunq. uidendum est in quo nam conueniunt, cum utrunq. sit detestabile, et odio habitum ab ipso Deo; dicimus ergo quod utrunq. i. tam furtum, q̄ rapina in hoc conueniunt, quod vtrunq. est iniusta alienæ rei possessio, seu acceptio, differunt verò, quia furtum fit absque violentia, rapina vero cum violentia. Aliqui secus distinguunt, quia volunt furtum fieri in occulto, rapi-

nam

nam palam & aperte, sed nonnulli magis accuratè dicunt id non esse vsquequaque verum, quoniam (vt ipsi probat) furtum potest fieri quandoque palam, vt dum quis furans deprehenditur in fragranti crimine, & rapina potest fieri occulte, vti dum quis ingressus domum alienius, rapit quæcunque velit, vel absente Domino, aut etiam præ metu, ac timore conniuente, aut tacente, quemadmodum aliquando Romæ contigisse memini, vbi quidam prædones ingressi domum cuiusdam Prælati, deprædati fuere multa bona illius, ita quod rapina non semper palam, & apertè fieri dicenda est: sed quandoque & ipsa fit occulte.

At ego (vt afferam quod sentio) neutrum istorum dictorum, libere admitterem, sed affirmarem, & sustinerem id quod communiter dicitur, furtum fieri in occulto, rapinā verò palam, & apertè, cum enim dicunt furtum fieri palam dum furans depræhenditur in fragranti crimine, hoc est præter opinionem, & per accidens, quoniam si fur suspicaretur, aut timeret deprçhēdi in furto, non tunc illud committeret, vel ad illud perpetrandum moueretur, sic etiam dum quis ingreditur domum alicuius, nullo reclamante, aut contradicente rapturus bona illius, fortè contingit, vt fiat occultè, sed qui rapturus accedit, putandum est eo animo illuc accessisse, vt vim inferat contradicenti, quod si etiam admittatur illuc eum accessisse, quia nouerat neminem sibi aduersaturum, aut se facile posse defendi, potius furti, quam rapinæ actionem illam nomenclaturam suscepturam esse crederem.

Concludamus ergo, & communem aliorum sententiam admittamus, furtū distingui à rapina, quod hæc fiat manifestè & cum violentia, illud vero clanculum, & absque violentia.

Sed nota, quod licèt omnes istæ actiones dicantur iniustæ, quia fiunt inuito Domino, non tamen fiunt omnes in eodem iniustitiæ gradu constitutæ; sunt quidem aliquæ simpliciter, & omnifariam inuoluntariæ, & cōtra absolutam & liberam voluntatē eius, cui damnum A infertur, aliquæ verò sunt inuoluntariæ secundum quandam rationem, & non simpliciter, & absolutè, verbi gratia, potest quis subtrahere, vel surripere aliquid amico, vel parenti, eo non penitus consentiente, sed potius dissimulante, aut conniuente, & eiusmodi furtum non existimarem inter peccata mortalia debere censeri, sic etiam non quodcunque subtrahitur alicui clanculum, vel etiam apertè, constituit peccatum mortale, sed B considerata qualitate, & quantitate rei, quæ accipitur; vel considerata persona, cui res subtrahitur potest constitui peccatum mortale, & quandoque peccatum veniale, verbi gratia, si quis accipiat à viro multum inope, & egeno, vnde notabile damnum patiatur, dubio procul grauiter peccat, & peccatum mortale incurrit; at si a viro multum diuite surripiat valde parum, nō grauiter peccat, & consequenter est immunis a peccato morta C li, cuius autem valoris, & prætij possit absque peccato mortale subtrahi à viro diuite, non est satis firmum, & constitutum: sed multi multa dicunt, pro qua te vide Michaelem Salon lib. de Iust. & iure quæst. 66. art. 6. Nauarrum in Manuali, c. 17. nu 3. litt. F. Dominicum de Soto, & alios de eadem materia scribentes, quorum omnium opiniones recensere nimis longum esset; sed hoc vnum aduerte, quod potest aliquis rem maximè D leuem, & modici ualoris, & prætij alicui subtrahere, quæ tamen. quoniam gratissima, & acceptissima erit cui subtrahitur, aut surripitur, ob cuius furtum, seu raptum facile potest incurri peccatum mortale, vt verbi gratia, si quis furetur pomum, aut pirum in horto, siue pomerio, quæ fuerint summopere grata ipsi Domino, & præsertim, si qui furatur, sciens, & volens, id contra voluntatem domini fecerit; At ego existimo tutius E fore, nihil esse alicui subtrahendum eo inuito, nisi forte quis maxima, & ineuitabile necessitate prematur. Vide fusius hac de re præfatum Auctorem Michaelem Salon q. 66. art. 5. Quod si quis furetur aliquid paruum, & modici ualoris, ac pretii, animo tamen furandi plura & maiora, si facultas detur, is profectò dicitur peccare mortaliter, vt notat Gaie-

Caietanus in summa. similiter si quis frequenter, & pluries surripiat aliquid leue, & tandem ex his leuibus bonis subtractis aliquod graue damnum illorum bonorum Dominus patiatur, ille fur peccat mortaliter, & tenetur resarcire damnum illatum, aut reconciliari ei, vel aliqua via, & ratione eum reddere quietū, seu quidq̄ aliud ei retribuere. Quod si etiam fuerint plures qui damnum intulerunt, tenētur omnes insolidum illi satisfacere. At si non omnes pro rata satisfecerint, vnus pro omnibus tenetur satisfacere, iuxta opinionē quorundā. Sunt ēt quidam, qui distinguunt de fure diurno, ac nocturno, & volunt longe grauius peccare furem nocturnum, quam diurnum, & longe maiorem pœnam, ac supplicium mereri, quam fur diurnus, quam distinctionem, seu sentētiam accipiunt ex 22. c. Exodi, vbi legitur, si quis furatus fuerit bouem, vel ouem, & effringens domum, siue suffodiens fuerit inuentus, et accepto vulnere fuerit occisus non erit percussor reus sanguinis. Quod si orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur si non habuerit quod pro furto reddat, &c. Hinc eliciunt aliqui vt Scotus in 4. dist. 15. q. 3. art. 2. huiusmodi furem non debere suspendi, sed aliqui obsistunt huic opinioni, vt Michael Salon q. 66. art. 6. qui sustinet utrunq. furē tam diurnum, quam nocturnū grauiter peccare, & cōsequenter utrunq. debere occidi, nisi sit discrimen inter bona, quæ quisquam eorum rapuerit, quoniam si bona subtracta fuerint modici naloris, non erit congruum, aut iustum, ut mortem patiantur. Sed de hac re uide Alexandrum de Ales. 3 parte q. 47. membro 4. art. 3. sed text. ille Exod. 22. est ualde obscurus, uide Lyranum pro eius intellectu, ex quo elicitur, q̄ si fur nocturnus fuerit occisus, percussor non erit reus sanguinis, qui verò occiderit furē diurnum, percussor erit reus sanguinis. Sed his prętermissis ueniamus ad solutionē quæsiti. Nunquid aliquando liceat aliquid furari, uel per uim rapere, ut offeratur Deo in sacrificiū, & quoniam apud Christianos non mactantur boues, aut oues, & quæcunq. alia aīalia, ut offeran-

A tur Deo, uelut antiquitus in ueteri lege fieri solebat: sed nos eorum uice cōstruimus Ecclesias, Oratoria, Confraternitates, Monasteria, Vasa sacra, ut calices, et ornamēta Ecclesiæ, dubitare q̄s poterit, an pro extruenda ecclesia, seu erigendo altari, aut sacello, & aliquo prouentu ea dotando liceat furari, uel usurā committere, aut dolis, & fraudibus aliquid surripere, uel uiolenter rapere? cui dubio facillime, absque ulla controuersia, & B ambiguitate respondendum est nequaquam id licere, quandoquidem Esaias Propheta testatur Deum odio habere rapinam in holocaustum; & quanquam Propheta loquatur hoc loco solū de rapina, non est intelligendum rapinam solum prohiberi, sed omnem iniustam acceptionem rei alienæ, per quā iniustam acceptionem quæcūq. surripiuntur, sub furto cōtinentur, quemadmodum dicit Augustinus, quod Deus, qui in decalogo C furtum prohibuit, rapinam non permisit, nec per consequens ea, quæ concomitantur furtum, & sub eo continentur, ut usura fraus, et huiusmodi, quamuis aliqui enumerant sub hoc genere, hoc est, acceptione iniusta rei alienę præter furtum, & rapinam, latrocinium, raptum, & cętera, quę diximus, ad quę omnia tenemur restituere, si quid unquam acceperimus. Distinguunt autem inter furtum, & latrocinium quanquàm Saluator noster apud Ioannem c. 10. pro eo- D dem uideatur accepisse furtum, et latrocinium, cum inquit, qui non intrat per hostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro, sed re uera iuxta communem, & uulgarem opinionem, latrones distinguuntur a furibus, quia fur ut plurimū appellatur qui clanculum dicitur aliquid surripere, latrones uero, qui publice in uijs, ac etiam domibus, cum uiolentia aliena rapiunt, E qui etiam raptores iure dicuntur, quosq. sicarios, grassatores, ac inuasores hominum, et uiarum solemus nūcupare, quibus item decoctores possunt annumerari. Gaietanus verò in summa distinguit inter rapinam, & raptum; quia rapinam exercent, seu rapientes dicūtur, qui res, & bona externa, vt opes, aīalia diuitias, & pecuniā violenter accipiunt.

Raptus

Raptus autem,& per consequens raptores dicuntur, qui personas iniustè,ac violenter rapiunt, & captiuas ducunt muliereulas, vt qui rapiunt puellam, aut puerum, aut quemuis hominem,vel vt occidant, aut deprædentur, aut quandoque in sui obsequium accipiunt,& velut captiuum ducunt: quanquàm non semper violenter sed quãdoq. parte cõsentiẽte hoc efficiũt, licèt dissentiat qui curam habet eius qui rapitur: pro qua difficultate: vi. D. Tho. 2.2.q.154.art.7. & Caiet. ibi. Et cum loquimur de raptu nõ intelligas de eo, qui raptus est, velut Enoch ne malitia mutaret intellectum eius,nec de eo raptu quo raptus est paulus vsq. ad tertium cęlum,vel de eò,quo spiritus rapuit Philip., sed de raptu,quo maximè Deus offenditur. Et queadmodum inquit Gaietanus hæc species furti, seu rapinæ, quæ appellatur raptus iuxta genus suũ est longe maius crimẽ, quam rapina, quemadmodum persona maior est quibuscunq. rebus exterioribus. Notat etiam Gaietanus ibidem, per rẽ alienam non eam solũ intelligi debere quæ est sub potestate alterius, sed etiam quæ est sub custodia alicuius, & detinetur ab eo vel ratione depositi, vel rõne pignoris, vt si quis nostrum conaretur arripere aliquam partem pecuniarum, quas iuxta nostras Cõstitutiones deponimus apud superiorem,vel in loco ad id muneris deputato diceremur fures, & latrunculi quanquàm pecuniæ illæ fuerint ex elemosinis, vel ex aliquibus laboribus nobis collatæ; sic ergo cauendum est, ne res alienas quo vis modo accepta alienatione surripere vnquam tentemus, inter quas res alienas volũt pariter connumerari quandoq. fortuna, aut casu alicubi inuentas, quæ,quando,& quomodo,& cui debeant assignari, vide doctores in summa hac de re differentes, & præcipue Gaiet. loco iam adducto. Et quod attinet ad furtum,nota non solum id esse peccatum,& maximè offensiuum ratione rei, quę quandoq. aufertur, aut surripitur, verum etiam ratione modi, dum scilicet quis accipit aliquam rem, cuius ablatio displiceat possessori, non ratione rei, sed ratione modi, vt quandoquis non inuito, sed non vidente eo aliquid aufertur; id quod plerunq. accidit inter parentes, & affines, ac etiam inter amicos, & domesticos, quod tamẽ furtum non semper est peccatum mortale, sed quandoque, & vt plurimum est peccatum veniale,vt supra etiam dicebamus de pomo, & piro.

Nunc itaque respondeamus ad argumenta superius adducta. Ad primum, cum dicebamus, quicquid possidetur ab homine, Dei est, igitur possunt omnia auferri,vt Deo offerantur, Respõdetur. quod res temporales possunt bifariam considerari, vel quantum ad eorum naturas, & proprietates, vel quo ad earum vsum; dicimus ergo quod rerum temporalium priori modo cõsideratarum. solus Deus est Dominus,vt Psal.23.dicebatur. Domini est terra,& plenit. eius;quique potest earum naturas, & ꝓprietates (vt velit) immutare,at quo ad earũ vsum homo est Dñs, ac possessor earum iure naturali, & diuino; & propterea non est conueniens, aut necesse, vt homo surripiat quicquam ab alio eo inuito, vt offeratur Deo,quandoquidem Deus bonorũ nostrorũ non indiget, & præterea ipse est Dñus liber, & absolutus omniũ rerum. *Ad 1. Aug* *Psal. 23.*

Ad secundum cum dicebatur, Deum præcipisse Moysi, & filijs Israel Exo. 12. vt recedentes ab Aegypto, secum asportarent vasa aurea, & argentea, & vestem plurimam, & reliqua bona, quæ ab Aegyptijs mutuo acceperant. Respondet Diuus Aug. quæst. super Exod. quęst. 39. Quod Deus iussit hoc, quia nouerat qd quemq. pati oporteret, nec dicendum Israelitas furtum fecisse sed Deo iubenti ministerium præbuerũt, quemadmodum dum minister iudicis occidit eum, quem Iudex iussit occidi, si eum occidat, quem scit occidi debuisse neqnaquam est homicida, etiam si id sponte faciat. Datur alia responsio, quæ sumitur à Magistro sentẽt. 3. dist 36. quòd Israelitæ erant in duplici gradu, seu statu, quidam boni, & iusti, quidam uerò infirmi, et parum boni; iusti quidem ex Dei pręcepto abstulerunt spolia impiorum, ut legitur Sapientiæ 10. cum inquit iusti tulerunt spolia impiorum, & decantauerunt, Domine nomẽ sanctum tuum, & uictricem manum tuam laudauerunt, *Ad 2.* *Exo. 12.* *Aug. supra Exod. q. 39.* *Solutio 2.* *3. Sent. dist. 36.* *Sap. 10.*

dauerunt, reliqui vero parum boni, ex cupiditate Aegyptios deceperunt, qui etiam permissi sunt hoc facere magis quàm iussi facere illis, qui iure talia passi sunt. Dicitur etiam ex sententia Diui Thom. 1. 2. quæst. 100. articulo 8. hoc ideo præcepisse Deum, quia filij Israel seruierant Aegyptijs multis annis in operibus lateris, & luti pro quibus laboribus nullam ab eis mercedem acceperunt, & propterea Deus, vt iustus Iudex præcepit eorum bona, auferri, & Israelitis conferri tanquàm iuste ipsis debita. Sapientiæ 10. itidem insinuatur, cum inquit. Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum, &c.

3. Solutio. *D.Th. 1.2. q.100 art. 8.* *Sap. 10.*

4. Solutio. Posset etiam dici Deum præcepisse Aegyptios puniri, & suis bonis priuari ob innumera eorum delicta, & peccata, quemadmodum plerunq. homines suis bonis priuantur ob crimen hæresis, vel ob crimen læsæ maiestatis, & similia. Dantur & huic argumēto aliæ responsiones, sed oēs in idem coincidunt, quod præcipiēte Dño filij Israel id fecerunt.

Ad 3. Ad tertium cum dicebatur licitum esse quandoque furari, vt subueniatur proximo necessitatem patienti, igitur multo magis licebit, hoc fieri propter Deum. *Solutio.* Facilis est responsio, quoniam vt paulò ante diximus Deus bonorum nostrorum non indiget, & iam id protestatur Esaias dicēs, quod Deus odio habet rapinam in holocausto. *Cap. 61.* De eo autem quod diximus licere aliquando furari vt subueniatur proximo, dicimus id fieri debere in extrema necessitate, & quando quis non potest ex suis bonis illi subuenire, vt clarè declarat Magister Michael de Salon quæst. 66. art. 7. in fine, nec solum furari potest quis aliquando sine peccato (vt diximus) sed etiam possumus quandoque violenter rapere quod iniuste ab aliquo detinetur, quando videlicet nihil prætermissum fuerit, quo vel a iudice, vel ab alio quo vis modo iniustè res nostras detinente repetere non possumus; immo Princeps, & Iudex potest absque vllo peccato per vim rapere. & violentiam inferre aduersus rebelles, & criminosos; sed dum hæc fieri possunt absque scandalo longe tutius, & laudabilius foret,

A vide pro hoc præfatum Michaelē Salon loco iam citato, & Domini. de Soto lib. 5 quæst. 3 articu. 5 Adest quartum argumentum, cui respondendum est, sed antea ad auctoritatem desumptam ex Euangelio respondere libet. Lucæ 16. facite vobis amicos de Mamona iniquitatis. *Ad 4. arg.* *Ad id Luc. 16.* Facile potest responderi, quod licet diuitiæ pro maiori parte inique acquirantur, non tamen vult Deus de illis fieri holocaustum Deo. *Solutio ad confirm.*

B Quidam volunt diuitias dici iniquas, quasi inequales, quia non ab omnibus æquè possidentur. Nunc dicamus ad quartum quod de rebus iniustè acquisitis debet fieri eleemosina; *Sol. 4. arg.* diximus enim toties id non posse, nec debere fieri, videlicet furto, dolis, fraudibus, & vsuris, & turpi lucro plerunque adeptis, neque etiam de bonis, simoniacè acquisitis; verum nonnulli volunt ex eisdem posse fieri quandoque eleemosinam, sicetiam bona, quæ acquirunt meretrices per meretricium,

C possunt distribui in pauperes, quāquàm bona illa fuerint turpia, licitè tamen dicuntur quodammodo acquisita quanquam id, per quod acquiruntur, sit turpe, & illicitum. Possunt ergo aliqua dici licitè acquisita quamuis id merito cuius acquiruntur, sit illicitum, & de his potest fieri elemosyna, & consequenter poterit fieri oblatio. ipsi Deo, neq obstat quod legitur Deut. 23. Non offeres mercedem prostibuli in domo Dei tui, quia hoc prohibetur propter

D scandalum duntaxat, aut propter sacrorum reuerentiam nō autem quod ex se fieri non possit, præsertim in noua lege quæ est magis indulgēs Hinc tamē non abnuimus, quin in articulo extremę necessitatis contingat aliqñ furari absque peccato vt elemosina detur, vt in rñsione ad 3. diximus nō aūt sic fieri ipsum erga Deū. Sic & dicitur ꝙ nunq̄ licet alicui rē suā per furtū, aut rapinā subtrahere, vbi

E pōt auctoritate publica illam recipere, aut sibi restitui, qd si auctoritas publica, seu Iudicis non suffragetur, licebit cuique per vim repetere rē suā dum ab aliquo iniustè detinetur, & in ea nullū quī detinet habet iustū dominium, qm̄ tunc vim vi repellere licet; vt dictū est in prouerbium.

ue-diam. quod vnusquisq. tenetur accipere quod suum est vbicunq. repererit, & multo magis licebit hoc efficere cum alicuius bona fuerint suscepta, aut rapta per vim ab aliquo infideli, vt sunt Turcę, Pagani, & quicunque sunt hostes nominis Christiani. Sed notádum quod huiusmodi hostes nominis Christiani sunt in triplici differentia. Quidá enim subsunt Principibus, aut Iudicibus Christianis de iure, & de facto, cuiusmodi sűt fere omnes Iudæi, hæretici, & quidam ex Mauris. Quidam subsunt Principibus Christianis de iure, & non de facto, veluti sunt omnes Turcæ, qui habitant, ac degunt in terris Christianorum, aut saltem in terris quæ quondam fuere Christianorű, vti est maior pars vniuersi, & hoc nostro sęculo regnum Vngharię, & regnum Cypri. Quidá postremo sunt infideles, qui nec de iure, nec de facto subsunt Christianis Principibus vt plerique Pagani, & Idololatrę qui nunquam agnouerunt Christum, nec sub eius lege vnquàm fuerunt, nec sub eorum dominio vitam duxerunt. His positis dico, quod si quis rem suam in manibus eorum qui sunt subiecti de iure, & de facto Christianis Principibus & ijs qui super eos habent dominium potest via, & actione ordinaria eam repetere siue dolo, siue violentia fuerit ablata, quod si hoc non successerit fiat quod prius dictű est, modo citrà scandalű, & periculum aliquod, & præsertim vitæ discrimẽ fieri possit. Qui verò rem suam ab infidelibus, qui de iure, & non de facto subsunt Christianis Iudicibus ablatam cognouerit, poterit (si ocium aderit) expectare vt bellum aliquod iustum illis inferatur, & tunc poterit & ipse eam quo vis modo repetere, siue per vim, siue etiam dolis ac fraudibus, si secus fieri non poterit; At si res agi debeat cű Paganis, & infidelibus qui nec de iure, nec de facto, subsunt Christiano regimini, atque dominio, neque vllum geratur aduersus eos bellum, nescio plane possit ne bona sua ab eis repetere, nisi furto, aut aliqua alia commodiori via. etsi citra scandalum, & vitæ suæ discrimen poterit per violentiam ea recipere, non video cur hoc non liceat. & quod dixi de rebus, ac bonis siue immobilibus, siue mobilibus ab infidelibus iniusté sublatis itidẽ sentio, & dico de hominibus iniuste ab eisdem detentis, & in captiuitate existentibus: Quoniam si per bellum iustum eripi non possunt, & ab ea captiuitate liberari, licitum erit vnicuiq. viro probo, & ingenuo priuata auctoritate, illum eripere si detur opportunitas. Quoniam scriptum est Psal. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. & D. Ambr. inquit quòd qui non repellit iniuriam à proximo cum potest, tàm est in vitio, quàm qui facit. Nota tamen non esse eandem culpam ipsius furti, & ipsius rapinæ. Quia qui rapit infert damnum cui rapit, & grauem ignominiam, quia non solum agit contra voluntatem eius cui rapit, verű etiam infert eidem iniuriam: idcirco Dauid Psal. 61. Nolite (inquit) rapinas concupiscere: diuitię si affluant, nolite cor apponere. Non ita qui furatur, quia & si agat contra voluntatem eius cui furatur, hoc tamen est ei ignotum, qui si sciret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Quæcunq. ergo offeruntur Deo in holocaustum siue per furtum siue per rapina sunt exosa ipsi Deo, prætet ea quæ diximus.

Hostes Christianæ religionis sunt in triplici gradu, siue statu.

Psal. 81.

Ambrosius.

Vi. fusius Domin. de Soto de iust. et iur. l. 5. q. 3. art. 6.

DISCVS-

DISCVSSIO SVPER QVAED. VER. CAP. VIGESIMITERTII ESAIAE PROPHETAE.

A Super vltimis verbis præsentis c.23. præstaret aliqua fusius differere, & declarare:

Primum quidem circa illud verbum, vbi Propheta prædicit Tyrios post septuaginta annos ad suas negociationes reuersuros, vbi quæritur, an negotiatio, siue mercatura sit homini Christiano licita.

B Secundo expedit quærere, an de rebus illicite acquisitis fieri possint eleemosynæ, & offerri ipsi Dño, & ministris eius, quia dicit textus. Et erunt negociationes eius, & mercedes eius sanctificatæ Domino. & post pauca subdit. His qui habitauerint corām Domino erit negotiatio eius.

C Tertiò videndum est, nunquid liceat thesaurizare, idest res, & pecunias congerere, & accumulare, & alicubi ea reponere, & reseruare, quia habemus in præsenti littera, quod mercedes non condentur, neque reponentur.

Psal. 70. Circa primum quidem videtur negotiationem nullam homini Christiano licere, primum hoc probatur ex ps.70. vbi dicit Propheta. Quia non cognoui negotiationē introibo in potentias Domini: Deinde probatur ex eo quod Dominus semel atq. iterū eiecit de templo ementes, & vendentes, & nummularios sedētes vt patet ex Matth. c.21. & Ioan. cap. 2 Prætereà quod prima facie videtur iniustum, & iniquum nulla ratione homini Christiano debet permitti, sed in ipsis negotiationibus, & mercaturis difficile potest homo euitare peccatum, igitur &c. probatur minor propositio ex *Eccl. 26.* c.26. Ecclesiastici, vbi habetur duæ species difficiles, & periculosæ mihi apparuerunt. Difficile quidem exuitur negocians a negligentia, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

A Insuper in hoc loco Propheta appellat negotiatores fornicarios, & negotiationes fornicationes: inquit .n. quod Tyrus post septuaginta annos redibit ad merces suas, & rursum fornicabitur cū vniuersis regnis terræ super faciem terræ. constat autem fornicationem esse peccatū, & homini Christiano prohibitā ergo.

B Postremo D.Aug. tomo 8. super Psal. 70 hēt hæc verba, quod mercator sine peccato, & periurio vix esse potest. quare videtur mercaturam nullo modo licere homini Christiano. In oppositum verò horum quę adduximus extat præsens textus ipsius Prophetę. Dicendum ergo pro conciliatione dictorum quod negotiatio potest esse duplex vt egregie quidem docet Diuus Thom. ex Arist. I. Polit. vna quidem quæ est quasi naturalis, & necessaria, per quam fit commutatio rei ad rem, vel rei ad pecuniam *Negotiatio duplex est.*

C propter necessarios vsus humanę vitæ, verbi gratia, ego do tibi stadium tritici, quo tu indiges, & tu dabis mihi dolium vini, quo ego indigeo, aut si forte non habebis dolium vini, dabis mihi pecuniam iuxta cōmune prætium huius mensuræ stadij tritici, & hanc negotiationem quę est quędam commutatio dicit ipse Doctor magis ad œconomicos, seu Politicos pertinere, quam ad negotiatores, quæ quidem non est improbanda, sed maximè cōmendanda, quia

D deseruit naturali hominum necessitati. Alia est commutatio siue rerū ad res, siue rerum ad denarios, siue denariorum ad denarios, quæ fit non propter res necessarias ad vitam, sed propter lucrum acquirendum, quæ iuxta hunc modum, seu intētionem, videtur omnino improbanda. Verumtamen eiusmodi etiam commutatio, quæ fit propter lucrum, in qua res solent carius vendi, quàm emantur, aut vilius emi quàm valeant, non est

E omnino improbanda, & hoc contingit quādo lucrum fuerit moderatum, & ordinatum

dinatum ad aliquem finē necessarium, vel etiam honestum, vt cum quis suo labore, aut industria quærit lucrari aliqd pro sustētatione suæ domus, & familiæ, vel ad subueniendum indigentibus, vel cum aliquis laborat ꝑp publicā vtilitatē, quemadmodū contigit hoc anno, in quo ob maximam caritatē annonæ pleriq. mercatores negotiati sunt in diuersis totius Europæ regionibus etiam remotissimis, vt triticum ad publicam huius ciuitatis vtilitatem, seu potius necessitatem conducerent: hi quidem si quid in hac negotiatione fuerint lucrati non est illis vitio dandum. si rem ex longinquis regionibus cum multis periculis, & laboribus huc adductam aliquanto carius vendiderint. Dicimus ergo breuiter quod si quisquàm negotietur, vt aliquid lucretur, & non intendat, neque respiciat ipsum lucrū tanq vltimū finem, & quicquid agit non propter ipsum solum agat, & in illo suum finem, & laborem constituat non est culpandus. Quare consideratis quibusdam conditionibus, & circunstantijs, dicimus iuxta cōmunem sententiam Theologorum negotiationem non esse omnino improbandam, vti rem iniustam; & proinde licitam esse homini Christiano. Conditiones autem vel circunstantiæ, hæ præcipuè videnť, videlicet quod non fiat cum fraude, dolo, vi, aut præcij æqualitate, aut simili deceptione, aut iniustitia, neq. etiam fiat in loco sacro, aut tempore sacro, in quo fieri nequaquàm debet, sed neque etiam ab illis hominibus, quibus est prohibita omnis negotiatio, & eiusmodi genus contractuum, velut sunt hi qui sūt peculiariter deputati ad cultum Dei, iuxta illud Apostoli 2. ad Thim. 2. Nemo militans Deo implicat se negocijs sæcularibus, quibus tamen dicit, D. Thom. 2. 2. quæst. 77. licet vti ea commutationis specie, quæ ordinatur ad necessitatem vitæ emendo, vel vendendo. Si quis autem quærat. quomodo, & quādo liceat rem carius vendere quam fuerit empta a venditore; dico multis ex causis hoc licere. Primo si quis emerit rem aliquam, quæ postmodum fuerit mutata, vt si quis emat equum indomitum, & equitatui non satis idoneum, & fuerit

Cōditiones mercimonia.

Quō liceat carius vendere.

A postea domitus, & redditus idoneus, & facilis ad equitandum, potest vtiq. carius vendi, quam fuerit emptus, & si quis etiam rem non mutatam. carius vendiderit quàm emerit, modo id faciat, vt subueniat indigētibus, vel in aliqua necessitate constitutis, modo nō intendat principaliter lucrari est immunis a peccato. Ita sentit Gaetanus de mente D. Thom. quæst. 77. art. 4 ad 2. si etiam quis rem vili prætio emptam carius vendiderit vti prēmium sui laboris, non peccat.

B Potest etiam contingere quod aliqs vno tēpore vel vno in loco vili aliquid emerit vt triticum, vel vinum, & postmodum (vt sæpè contingit) res maiori prætio sit venalis potest absq. aliqua culpa carius vendi quam primum fuerit empta, verbi gratia emi anno superiore stadium tritici precio sex aureorū, post aliquod tempus illud idem ęstimatur precio duodecim aureorum. Sic etiam potuit quis in

C aliquo Regno, seu Prouincia emere boues, aut arietes modico precio, & tamen alio in loco longe maiori precio solent communiter extimari. & hæc diuersitas preciorum iustè quidem potest admitti vel propter periculum cui se exposuit iste qui vendit carius, qui prius vili emit, vel transferēdo rem de loco ad locum, vel ab alijs ferri, aut fieri faciendo, aut per aliquod temporis spatium eandem rem suis sumptibus tenēdo, alendo, aut

D etiam cōseruando, in quibus omnibus, & similibus casibus, potest quis licitè, & iustè rem vendere carius, quam emerit, & per consequens licitè potest respicere, & intendere aliquid lucrari modo (vt diximus) in ipso lucro non constituat vltimum finem, neque ex affectu auaritiæ moueatur. Potest ergo licitè fieri commutatio rei ad rem vt v.g. tritici ad vinum, vel rerū ad pecuniam dum quis pro dolio vini impendit summam de-

E cem aureorum, & potest etiam fieri commutatio denariorum ad denarios, v. g. præbere alicui decem scuta, vel scurata aurea, & accipere tot scutata argentea, vel ærea, id quod fit sæpenumero pro cōmoditatibus ipsorum negotiantium: At si quis mutuum det alicui cētum aureos, & præter eos velit aliquid recipere ob vsum illorum cētum aureorum, du-

bio

bio procul iste peccat, cum expressè contra Domini nostri præceptum id faciat, quippe qui dixit. Muiuum date, nihil inde sperantes, nisi id fiat ob detrimentum aliquod notabile, quod ob istius pecuniæ mutuatæ carentiam patiatur. His visis operæ prætium est respondere ad rationes in principio adductas aduersus negociatores. & primo quidem cum dicebatur ex ps. 70. Quia

Ad 1. non cognoui negotiationem introibo in potentias Domini. Potest res ponderi, quod alius textus habet. Non cognoui literaturam, vbi ratio sumpta ex isto psalmo potest facile tolli, sed ne videamur fugere difficultatem, dicamus Prophetam loqui non contra quoscunque negociatores, sed contra malos, & peruersos negociatores, qui scilicet auiditate quadam acquirendi, aut sola intentione lucrandi eiusmodi negotiationes exerceant, quique in negotiando periurant, blasphemant, & cum passi fuerint aliquod damnum se totos deiiciunt, & damnant. Allegoricè verò siue moraliter dicit Augustinus super eundem ps. Negociatores dicuntur eo loco, qui ex eo quod agunt, præsumunt, opera sua laudant, & hac ratione non perueniunt ad gratiam Dei. Et propterea rectissimè d. Dauid. Quia non cognoui negociationem, introibo in potentias Domini. Ad illud quod secundo loco adducebatur ex cap. 21. Matth. & Ioan. 2. di-

Ad 2. cimus Dominum iure optimo eiecisse de templo ementes, & vendentes, tum quia ex lucri cupiditate id faciebant, tum quia in loco sacro, hoc est in templo diuino cultui dedicato id faciebant, propterea dixit Christus. Nolite facere domum patris mei domum negotiationis; & alibi fecistis domum meam speluncam latronum: nam quemadmodum spelunca occultat latrones ad spoliandum transeuntes, ita isti sub specie commoditatis exhibendæ diuino cultui expilabant peregrinos, qui illuc accedebant. Cum vero dicebatur ex cap. 26. Ecclesiast. quòd difficile potest

Ad 3. negociator euitare peccatum. Respondeo iuxtá doctrina B. Augustini quòd si quod in negotiatione peccatum occurrit, hoc non arti, sed artificibus, & negociantibus est tribuendum: propterea dicit August. ibidem audiant negociatores, & mutent vitam. Sic etiam intelligitur dictum eius super eundem Psalmum. Quod mercator sine peccato, & periurio vix esse potest, quòd id nō prouenit ex arte, sed ex eorum malitia.

Ad 4. Ad id quod sumitur ex verbis Esaiæ

Ad 5. Prophetæ in præsenti cap. vbi vocat negotiationem fornicationē, dicit D.Tho. quòd Propheta cum dicit. Tyrus rursus fornicabitur, accipit ibi fornicari pro negotiari: sed dices, quam ob causam negotiatio appellatur fornicatio? Potest responderi hoc dici per quandam similitudinem, quòd sicut fornicator contrahit, & negocium agit cum diuersis mulieribus, sic mercatores contrahunt, & negociantur cum diuersis hominibus, & in diuersis partibus vniuersi orbis terrarum. Patet ergo solutio prioris quęsiti q̄ s. negotiatio simpliciter, & sīn se non est prohibita homini Christiano, sed licite potest eam exercere suppositis illis conditionibus, quas mox adduximus.

Negociatio potest dici fornicatio. vt. quomodo

Supereſt nūc examinare quod secundo loco propositum fuit, an s. liceat facere eleemosynā, & offerri sacrificium Deo, & facere oblationem ad altare de rebus illicitè acquisitis, cuiusmodi sunt vt plurimum res, & bona per negotiationem acquisita. Et primo quidem videtur hoc posse fieri per id quod habemus in hoc textu Esaiæ Prophetæ, vbi dicit. Et erunt negotiationes eius, & mercedes, seu merces eius sanctificatæ Dño, & post duo verba subdit. Negotiatio eius erit his, qui habitauerint coram Dño, eritinq̄ in obsequium, vtilitatē, & beneficium eorum, qui ministrauerint coram Dño, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

Solut. 2. quæsit.

1. argum.

Secundo. Hoc idem probatur per verba Saluatoris Lucæ 16. d. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, igitur de rebus, ac diuitiis male acquisitis potest subministrari coram Domino. *2. argum.*

Tertio legitur apud Matth. 15. vbi reprahenduntur Scribę, & Pharisæi, qui ex rebus iniq. perceptis, & patri, & matri sublatis faciebant oblationes in templo, & conferebant eas in obsequium sacerdotum, & ministrorum, id quod *3 argum.*

X non

non fecissent, nisi esset in vsu apud eorum primates, quare &c.

Præterea legitur apud Lucæ 19. vbi legitur Zaccheũ dixisse ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquẽ defraudaui reddo quadruplũ, igitur de rebus male acquisitis pōt fieri eleemosyna indigentibus, cũ pfectim pfatus Zaccheus mercedem, & laudem receperit a Dño, dicente eidem. Hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahæ. *Luc. 19.*

Tertiò si licet in maxima necessitate constituto accipere aliquid de alieno ad sui sustentationem, multo magis licitum erit pro seruitute, & necessitate templi, & ministrorum eius aliquid accipere inuito Domino ergo, &c.

Postremo dicit Saluator. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, quæ verba vt habes Luc. 11. dicta fuere Scribis, & Pharisæis, quorum corda erant plena rapina, & iniquitate, qui si darent eleemosynam omnia munda essent illis, igitur vt prius.

In oppositum extat auctoritas Deuter. 23. vbi dicitur. Non offeres mercedem prostibuli in domo Dei tui.

Deinde B. P. Aug. in tractatu de verbis Domini serm. 35. respondens his, qui dicunt ex verbis Christi male percepti non esse malum rapere res alienas, & ex illis aliquid erogare maximè egentibus sanctis. dicit Augustinus, nolo sic intelligatis, de iustis laboribus facite eleemosynas, ex eo quod rectè habetis, date, non enim corrupturi estis Iudicem Christum, vt vos non audiat cum pauperibus, quibus tollitis. *Primo pro veritate.*

Postremo dicit Saluator Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc offeres munus tuum. quare sequitur non esse offerẽdum aliquod munus seu sacrificium coram Deo ab homine odio habẽte proximum suum, sic a pari nec etiam de rebus iniustè acquisitis esse offerendum; & confirmatur per dictum Ecclesiastici 34. cap. vbi sic dicit. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacitę sub- *Matth. 5.*

A sannationes iniustorum. Et paulo post inquit Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu Patris sui. Huic sententiæ potest adiungi id quod habetur Prouer. 3. vbi dicitur. Honora Dominum Deum tuum de substantia tua, i. de bonis à te possessis; quemadmodum etiam dicebat ille Zacch. de quo sup. Ecce dimidium bonorũ meorum do pauperibus. *Cõfirmatio.*

Pro huius dubii solutione dicendum B est simpliciter, & absolutè non licere, de bonis iniustè acquisitis facere eleemosinam, neq. offerre sacrificium Deo. Verum est tamen quod secundum quandam conditiones, & considerationes potest quis aliquando de rebus illicitè acquisitis facere eleemosynam, nõ autem offerre sacrificiũ Deo, vel offerre quicquàm ad altare, vt expresse docet D. Th. 2. 2. q. 32 art. 7. ad secundum, & breuiter dicendum ꝙ de iis quæ quis tenetur restituere, nõ potest facere elemosynam, C multo minus de iis quæ rapuerit, & per violentiam sustulerit siue diuitibus, siue pauperibus, siue sint Christiani, siue Iudæi, & infideles, siue etiã hæretici vide tomo 10. de diuersis ser. 15. qui est ho 7. inter 50. hom. sed super hac quæstione sumus tantisper digressi super quibusdam verbis cap. 61. vbi videmur nonnihil vberius locuti de hac difficultate. Proinde respondet ad verba Esaiæ Prophetæ, ꝙ per negotiationem non intelli- D git acquisitionem bonorum illicitam, tametsi plerunq. secus cõtingat non ex natura negotiationis, sed ex vitio ipsius negotiantis vt dicit Aug. super Psal. 70. Ad aliud ex Luc. 16. Respõdetur ex sententia eiusdem ꝙ diuitiæ dicuntur iniquę. vel quia iniquis dantur, vel quia inequaliter dantur, dum quidam super abũdant, quidam verò magnopere indigẽt. Ad tertiam difficultatem sumptam ex E Euangelio Matth. 15. quod iuste reprehenduntur a Christo Scribæ, & Pharisęi, ceù transgressores mandatorum Dei propter suam ipsorum traditionẽ, quippe qui surripiebant bona patri, & matri sub hoc prætextu, vt darent templo, & ministris ac sacerdotibus. Ad quartum quod de Zaccheo afferebatur, qui fatebatur se ex rebus male ablatis quadruplũ red-

redditurum. Dicimus hoc non esse inconueniens, & perpetuo fieri debere, quod si quis aliquem detraudabit, reddat quadruplum. Ad vltimum quo adducitur præceptum Saluatoris, his qui rapina, & iniquitate pleni erant, vt darent eleemosynam, & omnia munda essent. Respondetur ex sententia D. Augustini in Enchiridion cap. 75. vbi satis clare, & diffuse declarat hanc propositionem, vt scilicet nemo existimet se in peccatis perseueraturum, & per eleemosynam a peccatis omnibus subleuari, licet ergo ipsi pleni fuissent rapina, & iniquitate, & ex bonis raptum susceptis, vel acquisitis for tassis aliquãdo eleemosynam fecissent, aut altari quicquã obtulissent, non ppea mundi erãt si à peccato non destitissent. Vnde sic dicit Aug. c. 76. Qui vult eleemosynam ordinate dare, a seipso debet incipere, & eam sibi primum dare, est .n. eleemosina opus misericordiæ proinde prius aĩæ nostræ misereri debemus, vt Deo placeamus. Sic ergo dicebat Saluator. Mundate quæ intus sunt, & quæ foris sunt munda erunt. & ne videretur istas eleemosynas quæ fiũt ex fructibus terræ respuere hæc (inquit) oportuit facere, i. iudicium, & charitatem Dei, & illa non ommittere, i. eleemosynas fructuũ terrenorum: ob id dicit Aug. & habetur 45. dist. duę. Duę inq̃ sunt eleemosinæ, vna cordis, alia corporis siue pecuniæ, prior est: dimittere ei a quo læsus es. Altera est subuenire indigenti. vi. to. 10. ho. 6. inter 50. ho. vbi d. quod elemosina cordis est multo maior q̃ elemosina corporis, & cet. q̃ ibi leges: & quãquã nos sustineamus (vt diximus) à principio qđ absolutè loquendo nõ licet facere eleemosynam de rebus illicitè acquisitis, tamen licet mulieri facere eleemosynã de bonis ab ea acquisitis, licet per id qđ meretur sit turpe, & cõtra legẽ Dei, sed in eo quod accipit non iniustè agit, nec contra legem. Veruntamen non potest de eo quod lucrata est, fieri sacrificium vel oblatio ad altare tum propter scandalum, tum ob reuerentiam sacrorum, tum etiam ob contemptum, aut aliquid huiusmodi, ne videatur Ecclesia fauere peccato si de lucro peccati oblationem recipiat; & hoc est quod erat præceptum

A in lege veteri, ne scilicet quis offerret mercedem prostibuli in domo Domini. In noua autem lege dicit D. Thom. fieri posse, nisi obstarent illa impedimenta quæ diximus. Similiter de eo quod est acquisitum per simoniam põt fieri eleemosyna pariter, & oblatio, cum acquisitum per simoniã non debetur ei qui dedit, sed mæretur illud amittere. Nunquid autem ex pecunia per ludum, vel in ludo acquisita possit fieri eleemosyna,

B aut oblatio quæpiam ad altare, est aliqua difficultas, sed in præsenti dicimus quòd si ludus fuerit volũtarius ex vtraque parte, ille qui lucratur potest ex lucro facere eleemosynã, aut quicquã m aliud in obsequium tẽpli, seu ministrorum. Nota tamen quod præter hanc conditionem quod scilicet ludus sit ex vtraque parte voluntarius, & nihil penitus sit admixtum inuoluntarij; oportet etiam lucrum illud non esse factum ex

C ludo cum pueris, & insipientibus, ac ebrijs, & tandem ab his, qui non sunt sui iuris, & sanę mentis, oportet etiam quod in lucro, vt ex eo possit fieri congruenter eleemosina, non interueniat alia actio turpis, & inhonesta, siue iniusta, vt est fraus, dolus, ac deceptio; neque etiã sit ludus aliàs prohibitus vt est ludus alearum; sit etiam ludus moderatus, nõn excessiuus, ita vt per eum negocia maioris momenti prętermittantur;

D nec fiat etiam in locis aut temporibus ad Dei cultum deputatis; neque a personis, quas ludere haud quaquam deceat. Et tandem cauere oportet ne prima, & principalis intentio ludendi sit causa lucri, sed tãtum causa recreationis, animi, quietis, ac honestæ delectationis, & laudabilis conuersationis. Hæc ex D. Tho. 2.2 q. 32 art. 7. ad 2. & q. 108. art. 3. ad 3. & sic patet quomodo de rebus, ac pecunijs iniustè acquisitis, possit fieri eleemo

E syna quod secundo loco propositũ fuit, & D Th. loco iam citato videlicet q. 32. art. 7. 2.2. diffuse declarat. vide ipsũ, &c. Patet etiã, quod negotiationes, & lucra Tyriorum poterant non incongruè sanctificari Domino, & pręberi in obsequium eorum, qui habitauerint corã Domino.

Tertio loco q̃rebat pp verba Esaiæ in præfato capitulo circa finẽ, vbi dicit

qđ mercedes, siue lucra Tyriorum sanctificata Dño, non, condentur neq. reponentur, vbi dubitatur. Nunquid homini Christiano liceat vlla rõne thesaurizare? & primoquidem ex hoc loco videtur, ꝙ non, sed ex eis, i. opibus, & lucris tantum absumi, vt qui habitauerint coram
1. Argum. Dño, manducent in saturitatẽ, & vestiantur vsque ad vetustatem. Quæ sententia conuenit his, quos monet Paul. Apost. 1. ad Thim 6. d. Habentes alimenta, & q. bus tegamur, his contenti simus, & per
B totum illud capitulum inuehit Sanctus Apostolus aduersus cupidos, & eos, qui volunt diuites fieri, & penes finem eiusdem capituli monet Thimoteũ, præcipiat diuitibus huius sæculi nõ sublime sapere, neq. sperare in incerto diuitiarũ.
2. Argum. Deĩn Saluator noster apud Matth. c. 6. expresse prohibet thesaurizationẽ cum inquit. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. &
C c. 10. præcipit Apostolis suis d. Nolite possidere aurum, neque argentũ, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, &c. & conuenienter quidem prohibet non esse thesaurizandum, qm quæcunq. possumus adipisci, aut penes nos diutius retinere, sunt in triplici differẽtia, qm vel à seipsis veterascunt, & consumuntur quemadmodum sunt vestimenta: aut erugine deterũtur; aut ab ipsis dominis luxuriose vi-
D uentibus comeduntur, vel ab extraneis dolo, vel vi, aut calumnijs, vel quouis alio iniquo modo diripiuntur. Et breuius dicunt aliqui (ut refert D. Th.) tria ponit incõmoda Saluator noster iuxta tres diuersitates diuitiarum, videlicet metalla quæ erugine deuastãtur, vestes quæ à tineis demoliũtur siue corroduntur, & qa sunt quædam, quę neq. erugine, neq. tinea absumuntur, vt lapides pretiosi; idcirco posuit generale detrimentũ cum
E inquit vbi fures effodiunt, & furantur, pręter eos, qui omnes diuitias violentia rapere possunt, vñ Luc. 12. hoc idẽ pręcipit dñus dicens. Facite vobis sacculos, qui non veterascũt. Postremo Dauid ps. 38. deridet eos qui thesaurizant dicens. Thesaurizat; & ignorat cui congregabit ea. Super quibus verbis vide. D. August.

A Ser. 50. de tpe, & 14. de Trin. c. 4. vbi digreditur contra eos, qui thesaurizant, & 3. Argum.
pleriq. alii doctores ex sacris litteris dãnant hunc affectũ thesaurizandi, & multas opes cõgerendi. Itidem Saluator noster apud Luc. affert similitudinẽ cuiusdam hoĩs d uitis, cuius ager vberes fructus attulit, & cogitabat intra se dicens. 4. Argum.
quid faciam &c. & cũ sibi ipsi consideret se multis bonis per multos annos potiturũ, dixit illi Deus, stulte hac nocte aĩam tuam repetunt a te, quę autem parasti cuius erunt? & mox infert ipse Saluator. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Sed quid vltra? nonne manifestũ est, & oĩbus vulgatũ dictum 5 Argum.
illud Saluatoris apud Matth. 19 & Marco & Luc. 18. facilius esse camelum per foramen acus ingredi, q̃ diuitem intrare in regnum cęlorũ? Per has, & multas alias sanctarũ scripturarũ, & probatissimorum authorum sñias, palàm ostenditur, nõ esse thesaurizandũ, & pręsertim homini Christiano, qui fidẽ Xpi verè ꝓfitetur. Sed his nõ obstãtibus extãt alię propositiones, & sententię in sacris litteris quibus probatᷣ pecunias & alias opes esse recondendas, & eas licere hõi Christiano secum hẽre. Primò quidẽ legitur apud Ioan. 12. c. ꝙ Iudas hẽbat loculos Ioan. 12.
vbi mittebat quę asportabantur, & emebat ea, q̃ erãt opus Apostolis, vel vt egenis aliquid daret, & apud eundẽ c. 4. legi Ioan. 13. Ioan. 4.
tur discipulos profectos in ciuitatem vt cibos emerent. Igitur oportebat aliquas pecunias secũ haberent, & aliqnid congessisset. Deinde Paul. 2. ad Corint c. 12. Paul. 2. ad Corint. 12.
Non dẽnt inquit filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis, igitur licebit hõi Xpiano thesaurizare. Pręterea Dauid non ꝓhibet diuitias congerere, & in illis abundare eũ inqt diuitię si affluant nolite cor apponere. & Prou. 3. legitur. Honora Dñum de tua substãtia, & de primitijs oĩum frugũ tuarũ da paupibus, & implebunᷣ horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Quare non videᷣ illicitũ diuitias hẽre, & thesauros condere. Postremo legimus de S. Patribus, & hõibus pcipuis in veteri testamẽ. atq. ẽt in nouo multis opibus abũdasse, vt cõstat de Abrahã, de Isaac, & alijs Pribus, q̃ hẽbãt oues & boues, & alias opes.

Diuus

Diuus Augustinus super Ioan. 62. tract. Habebat (inquit) & Dominus loculos, & a fidelibus oblata eā seruans, & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat, & subdit. Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, ut intelligerimus (quamuis alicubi dixerit, non esse cogitandum de crastino,) non ideo tamen præcepisse ut nihil pecuniæ seruaretur a sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur. Vnde legimus Ecclesiam habuisse olim thesauros, quemadmodum & nunc habet: Beatus enim Laurentius ob id fuit in craticula positus, quia thesauros ecclesiæ dedit pauperibus. Preterea Conc Trident. sess. vlt. Can. 3. concedit omnibus Monasteriis, & domibus tam virorū quàm mulierum, & fratrum etiam Mendicantium (exceptis domibus fratrum Sancti Francisci Cappucinorum, & eorum qui Minores de Obseruantia vocātur) etiam quibus olim erat prohibitum, aut ex priuilegio Apostolico non erat concessum, vt deinceps bona immobilia eis possidere liceat. Quid ergo dicemus ad eas authoritates, & sententias, quæ priore loco fuerunt adductæ?

Ad 1. Esa. Et ad primum quidem ex dictis Esaiæ in hoc 23. cap. eum inquit, quòd mercedes Tyriorum non condentur, neque reponentur. Dicimus quòd non est sensus horum verborū, quòd opes eorum, & aliorum negociatorum non debeant vnquàm reponi, aut recondi, sed vult innuere Propheta quod nō condentur ipsis Tyriis, sed erunt sanctificatæ Domino, quemadmodum nos diceremus alicui propinquo, seu familiari nostro. Ego laboraui, ego insudaui, & multa sum negociatus, atque lucratus, sed omnia propter te, hoc est pro tua vtilitate in obsequium tuum, & quo nullum incommodum patiaris, sic dicit Propheta facturos Tyrios, posteaquàm fuerint restituti vt prius, vt scilicet suas conseruent opes nè dissipēt ac diluant quo suę ipsorum familiæ consulant, ac prouideant. Cum vero inquit, quòd eorum opes, & negociatio deseruiēt his, qui habitauerint coram Domino, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem, vult innuere illis eatenus esse prouidendum quatenus eorum quæ sunt summe necessaria cuiusmodi est victus, & vestitus, nihil eis desit, nihil inquam his, qui habitauerint coram Domino, nec aliunde habuerint quo sustententur. Et nota ex his verbis indicari discrimen inter seruos Dei, & ministros templi, qui ei perpetuo assistere, & famulari coguntur, & quoscunque alios homines qui ad varia negocia sunt deputati: nanque illis non adest facultas, & ocium ea comparare, quæ humanæ vitæ sunt necessaria. legimus enim in veteri lege quòd leuitis omnia sibi necessaria ab aliis Tribubus subministrabantur. & memini me legisse apud profanos authores, quòd Sacerdotes Aegyptii nihil operabantur, sed omnia sibi necessaria ab aliis conferebantur. Et præter hæc vult innuere Propheta non debere seruos Dei, & quicunque aliqua Dei cognitione sunt imbuti, lucra hæc terrena studiose nimis, & incessanter quærere, sed ea tantum perquirere, & in his aliquando laborare, quæ sunt humanæ uitæ summopere necessaria, & hoc est quod dicebat Paulus Apostolus ad Thimoth. 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Cum autem dicit Propheta, quod ministri Domini habeant vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem uult innuere, eleemosinas debere fieri non tenuiter, aut exiguè, sed abundanter, ut legitur Tob. 4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue, ita ut abundantia ista sufficienter suppleat indigentiam eius cui largimur, non autem ut eis sit occasio diffluendi, & luxuriandi. Sic etiam eum dicit. Vt uestiantur usque ad uetustatem, sensus est ut nunquàm desit eis uestimentum, sed potius habeant ad manum, quo uestimenta sibi coemant dum necessitas ingruerit, & non ita quod detur eis uestimentum; quod semper duret, quemadmodum contigit Hebreis dum progrederentur per desertum: Cum verò dicit Christus apud Luc. 16. facite sacculos, qui nonquam veterascunt

Discrimen inter laicos, & regulares.

scunt non est sensus, vt mox diceba- A mus, quod seruis Domini dentur vestes quæ nunquam veterascunt, sed statim exprimit de quibus sacculis intelligat cum subdit. Thesaurum non deficientem in cœlis, & hoc est idem enim eo quod legitur Matth. 6. & apud alios Euangelistas, videlicet: nolite thesaurizare, &c. Sup quibus verbis dicit Caiet. quòd per hæc non prohibemur thesaurizare etiam in terra, sed hoc solum, quòd non ita thesaurizemus in terra, B vt ipsa contrariatur cœlo, idest non debemus ita quærere thesauros in terra, vt per ea obliuiscamur Dei, & relinquamus eum, sed prius afficiamur, & affectemus habere cœlum, & ibi cor nostrum collocemus, & subinde possumus thesaurizare qppiam in terra. Hos autem irridet, & spernit Dauid, qui ita afficiuntur, & annituntur, ac laborant, vt thesaurizent in terra, & ignorant cui illas opes, & pecunias congregent; pro C cuius dicti intellectu legas beatũ Aug. super eum psalmum, & hoc est quod dicebat idem Propheta ps. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Sic etiam Dñus noster locutus est apud Lucam 12. de eo, qui reposuerat multa bona, & secum ipse congaudebat, & lętabatur, & vna nocte perdidit animã, & opes. Cum etiam dicit Saluator apud Matth. facilius est camelum per foramen acus ingredi, quam diuitem intrare in regnum D cœlorum, quis non videt hanc sententiam intelligendam esse, & veritatem habere de eo diuite, qui ita amat diuitias, vt pro eis acquirendis, & cumulandis, omne suum studium, prætermisso, & neglecto Deo, impendat, & insumat. Vt autem res hæc clarior fiat ac dilucidior est notandum tres esse status fidelium. Aliqui enim dicuntur laici; Quidam clerici, nonnulli vero regulares; qui scilicet præter eã viuendi normam, E quam sectantur alij, arctiorem viuendi regulam profitentur, vt non solũ Christi, & Ecclesiæ præcepta inuiolabiliter seruare teneantur, verum & consilia ad vnguem exequi pręcipiantur. In principio quidem nascentis Ecclesię fideles omnes in communi viuebant, & nihil

Matth. 6.

An liceat thesaurizare.

Psal. 61.

Status fidelũ triplex.

proprium possidebant, & consequenter non thesaurizabant, imitantes in hoc Christum Dominum, qui nihil habebat proprij; vt habetur Lucæ 9. Filius hominis, non habet vbi reclinet caput suum. & Lucę 14 dicit expresse. Qui non renunciauerit omnibus q̃ possidet non potest meus esse discipulus. Vnde Petrus in persona omnium Apostolorum dixit. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. quid ergo erit nobis. Et in act. Apostolus cap. 4 legitur. Multitudinis credẽtium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquàm eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, neque tamen quisq̃ erat egens inter illos, & quotquot erant possessores agrorum, aut domorum, vendentes afferebãt precia eorũm, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum, diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. In progressu verò temporis, & crescente multitudine, & numero fidelium alia successit, & processit eorum conditio. Et vt multa resecemus, nec plus debito ac pręsenti instituto simus longiores, dicimus hoc factum discrimen inter laicos fideles, & clericos seculares, ac regulares. Prioribus quidem permissum est habere possessiones, emere, & uendere, congerere pecunias, & aliquid pro se, & posteris suis colligere, ac reseruare; saluo tamen iure calculi, i. ut omnia rectè, prudenter, ac modestè fiant. Clericos autem seculares in principio quidem uidebatur parum decere, ut ipsi q̃cquam proprium possiderent, & thesaurizare dicerentur, uerum temporis progressu, & auaritia indies crescente, hominumque natura passim in deterius plabente concessum est, ut & ipsi aliquid proprium possiderent, & aliquid boni sibi ipsis, aut familiaribus suis acquirere tuta conscientia potuissent, sic tamen ut de rebus ecclesiæ nihil distrahere pręsumerent, ut habetur in decretis 12. q. 1. episcopi de rebus propriis, uel acquisitis, & quicquid de proprio habuerint hæredibus suis, si uoluerint derelinquant, quicquid uerò de prouisione suę ecclesię fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus,

Lucæ 9.

Lucæ 14.

Actorũ 4.

ctionibus, omnia in iure Ecclesiæ seruare censuimus. Tertii gradus sunt hi, quos regulares uocamus, qui scilicet longè arctiorem uiuendi formam, sunt aggressi. Hi quidem a principio nihil proprium habere sinebantur, sed postmodum crescente illorum numero, & mirum immodum populorum charitate refrigescente, fuit ab Apostolica sede indultum, ut & ipsi in communi haberent proprias domos, agros, & possessiones, & aliquo modo opes congerere & thesauros recondere pro beneficio totius sodalitatis, & ut egenis etiam aliquando subuenirent, illis quoque liceret. Proprium autem cuiquam priuato habere nequaquàm licuit. Postmodum uerò aut permissione, seu concessione Summorum Pontificum, aut propter inopiam, & egestatem rerum, aut etiam ex quadam tollerantia, siue conniuentia fuit quoque permissum, vt eiusmodi regulares non modo in communi, uerum & in particulari, & priuatim potuerint, non solum in vsum, uerum & in domi-

A nium quoddam, quamuis improprie dictum possidere bona tum mobilia tum quoque immobilia.. At superueniente Conc. Triden. cui non licet refragari, in Sess. vltima, cap. 2. de refor. dicitur quod nemini regularium tam virorum quàm mulierū liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuscunq. qualitatis fuerint etiam quouis modo ab eis acquisita tanq̃ propria, aut etiam nomine Conuentus possidere, vel tenere. Nec licet superioribus
B bona stabilia alicui regulari concedere etiam ad vsumfructum, vel vsum, administratione, aut commendam. Quidam verò canonistę, & iurisdoctores limitãt, & exponunt istud proprium, quando scilicet quisquàm regularis suo arbitrio absque scitu, & licentia superioris aliquid possideat, id quod nulli ex qua vis causa est permittendum. Qua in re doctioribus, & sapientioribus me totaliter subijcio. & hæc sufficiant de tribus
C illis difficultatibus, quas a principio super verba Esaiæ in calce 23. cap. declarare promisi.

DISC. SVP. PRAECIOSISS. SANGVINEM CORPORIS DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Desumpta ex Cap. LXIII. ESAIAE PROPHETAE.

Ropter verba huius Prophetę in cap. 63. & alibi sæpè, quæri oportet, num in Christi corpore fuerit verus sanguis, an sanguis metaphoricè dictus, aut imaginarius, quemadmodum imaginaria fuit visio eiusdem Prophetæ cum dixit sup. in cap. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum &c. & quod quidem fuerit verus sanguis, & non apparens, aut imaginarius, aut etiam metaphoricè dictus, prętet ea quæ fidei sunt, a quibus dissentire, vel eadem nefas est in dubium reuocare, facilè potest ostendi. si prius concesserimus id quod proculdubio verum est, verum corpus eum assumpsisse, & non corpus fantasticum, vt dixerūt quidam hęretici: quandoquidem sanguis pars corporis esse dicatur, aut quoquomodo ad ipsum corpus pertinere, tanquam eiusdem corporis alimentum. Non enim verisimile est corporis veri, ac viui partem vllam esse imaginariam. Quod autem Dei filius verum corpus assumpserit, pro comperto haberi debet, ubi concesserimus ipsum naturam verè humanam assumpsisse: Vnde in libro de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 2. sic legitur. Natus est Dei filius, non putatiue, quasi imaginarium corpus habens (ut quidam hæretici putauerunt) sed corpus verum, alioquin fallax erit, & maximè deceptoria fides nostra. & super ps. 29. d. idem August. Non est dubitandum Christum uerum corpus habuisse, cum multa gesserit secundum corpus: ambulauit, sedit, dormiuit, comprehensus est, flagellatus, colaphizatus, crucifixus est, & mortuus. Tolle corpus, nihil horum fieri potuit, sicut & ipse dixit. Palpa

Conclusio, q in corpore Christi fuerit verus sanguis.

August.

Aug. super Psal. 29.

A te, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et quemadmodum uerum corpus habuit, sic habuit ueram animam, ut ipse postea manifestis signis, & actionibus ostendit.

Verum quanq̃ ita certissimū esse constet, posset nihilominus alicui facere negocium sententia D. Pauli Philipp. 2. ubi dicit. Deum in similitudinē hominum factū; quod autem est simile alicui non est penitus illud. Sic etiā ad Corinth. B 15. inquit. Hoc est discrimen inter primum hominem, & secundū hominē, quòd primus homo fuit de terra terrenus, secundus homo de cęlo cęlestis. Si ergo Christus, quem Apostolus uocat secundum hominem, dicitur fuisse de cælo, non ergo potuit habere corpus terrenum, & sanguinem verum, sicut nos habemus.

Contra conclusionem primam.

Philip. 2. 6.

1. Cor. 15.

Præterea dicet quis. Christus habuit sanguinem uerum uti nos babemus ergo C habuit corpus corruptioni obnoxiū, quod est falsum & absurdū, iux. illud ps. Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. conseq. facile probatur. Quoniam corpora in quibus sunt huiusmodi humores, ut sanguis, flegma, & cętera necessario sunt corruptibilia. Sed fortasse quispiam nō habebit pro ullo inconuenienti corpus Xpi fuisse obnoxiū corruptioni, cum in ps. 29. uerba Christi sic habeant. Quæ utilitas in sanguine meo, D dum descendo in corruptionem.

2. arg.

Psal. 15.

Psal. 29.

Rursum pbatur. Corpus Christi non habuisse uerum sanguinem: quoniā sanguis cum sit alimentum corporis uitam habentis, non pōt dici pars illius. Non ergo potuit esse in corpore Christi tanquā pars illius; sed si ullo ponatur modo, erit tanquam alimentum duntaxat; quod quidē non semper manet, sed semper fluit. Postremo sanguis non est corpori

Tertium.

Quartum.

pori unitus per continuationem, sed per venas, & arterias habet proprium motũ, igitur non potest dici pars corporis, neq. proprie existens in corpore: & potest id confirmari hac ratione, quia (vt communiter dicitur) Christus nõ assumpsit nisi humanitatem, quæ constat ex anima, & corpore: anima autem cum non informet sanguinem, non perficit eum, nec tribuit ei vitam, ergo hac ratione non videtur posse dici in corpore Christi [redacted] fuisse verum sanguinem.

Ad primũ. Sed his nõ obstantibus, manet veritas inconcussa, & facile potest obiectis re- *Ad illud Philip. 2.* spondere. Et primo quidem ad ea verba Apostoli dicentis Christum in similitudinem hominũ factum; dicimus, noluisse Apostolũ innuere ipsum nequaquam fuisse verum hominem, sed voluit innuere eum esse factum, hoc est ex illis partibus constitutum, sicut reliqui homines fiunt, hoc est habere verũ corpus, veram carnem, & verum sanguinem: carnem inquam passibilem & mortalem, & corpus palpabile, & tangibile, similiter & sanguinem, & quæcunq. necessario requirũtur, pro veritate, & integritate naturæ humanæ, non autem fuisse conceptũ ex virili semine, velut alij homines. Et Psalmo (superius citato) dicit D. Aug. Christus, attinet ad integritatẽ naturæ, nihil habuit minusq̃ cæteri homines; sed quantum ad excellentiam personæ aliud quàm cæteri homines.

Ad 2. ex 1. Cor 15. Sic etiam cũ dicitur, primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cęlo cęlestis, vult innuere secundum hominem, idest Christum virtute cęlesti, hoc est virtute Spiritus sancti fuisse conceptum, non autem ita quod non fuerit verus homo: fuit enim conceptio corporis Christi secundum conditionẽ naturę, quia natus est ex femina, & fuit supra conditionẽ naturę, quia natus est ex virgine: vbi videre licet sententiam D. Amb. lib. de Incarnatione c. 6. citatã a D. Th. *D. Thom. 3. par.* q. 31. art. 4. in corpore. Et clarius dici potest, quantũ ad virtutem corporis formatiuam, & quoad ipsam diuinitatẽ secundus homo fuit de cęlo cęlestis, quo verò ad materiam corporis fuit de terra terrenus. Nec obstat quod etiam Adam fuit de cęlo cęlestis, quia fuit formatus

A à Deo de limo terræ, quia saltim differt primus homo a secundo homine, quoad diuinitatem, quia tametsi primus homo fuerit formatus a Deo de limo terrę, nõ tamen habuit in se naturam diuinam, quemadmodum secundus homo videlicet Christus, qui quanquam sibi vniuerit naturam humanam in vnitatem sui suppositi, nõ tñ desijt in ipso esse natura diuina, quemadmodum nec ipse desiit esse in cœlo, quia quod semel assumpsit nunquam dimisit. Iuxtà illud vulgatum dictum Ioan. Dam. & aliorum Doctorum. *Ioan. Dam.*

B potest etiam dici primũ hominem fuisse de terra terrenum, quia initium eius fuit è terra, quam dispositam, & organizatam, Deus animauit, & inspirauit in eo spiraculum vitæ. Secundus autem homo dicitur fuisse de cœlo cœlestis, quia eius initium, & principium fuit è cœlo: suppositum enim diuinũ quod est filius Dei fuit ab æterno, descẽdens in vterum

C virginis virtute cœlesti, hoc est virtute Spiritus sancti assumpsit naturam humanam; & ex his manifestè patet differentia inter primũ hominem, & secundum hominem, qui quanq̃ fuerit verus homo, iure tamen dicitur de cęlo cęlestis.

Ad aliam obiectionem, qua dicitur. Si *Ad 3. rationem.* Xpus habuit verũ sanguinem, habuit & corpus obnoxium corruptioni; quia corpus in quo sunt hũi humores, necessario est corruptibile, hoc aũt est incõueniẽs,

D & absurdum. Igitur &c. Ad hoc põt responderi ex sententia D. August. dicentis. Quòd potuit esse sanguis in corpore Christi absque alii humoribus, qui sunt maxime cã corruptionis; & possumus etiam tuta conscientia fateri ibi fuisse quoscunq. alios humores, quibus natura carnis temperatur. Sed ponat ibi quisque quid velit, modo caueat addere corruptionem, ne suæ fidei sanitatem, castitatemq. corrumpat. Et breuiter ac reso-

E lute dicamus (inquit Aug.) potest diuina potentia in quacunq. visibili, atque tractabili natura corporum, ponere quas voluerit qualitates, & eas inde subtrahere, & auferre, modo absit corruptio, & cętera quæ diuinam maiestatem, ac perfectionem nequaquàm decent.

Ad id quod aliqui dicunt, nullum fo- *Ad 4.* re inconueniens asserere, corpus Christi fuisse

Psal. 29. fuisse quodã pacto corruptibile, propter id quod habetur ps. 29. Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Dicerem hanc propositionem potius arguere oppositum, scilicet Corpus Xpi haud quãq fuisse corruptibile, quàm id, quod intendit objiciens. Sed *Primũ medium.* quoniam Dam. lib. 4. c. vlt. dicit, resurrectio Domini est vnio corporis facti incorrupti, seu incorruptibilis, & animæ; videtur indicari in resurrectione sãctissimum Corpus Domini de corruptione; B in incorruptionem transijsse, quare sequitur prius fuisse corruptibile immo corruptum, præsertim cum Apostolus dicat 1. Corinth. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & Saluator loquens de corpore suo, dixit. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ad hæc obiecta respondetur, per ea verba nequaquam intelligi Christi corpus fuisse corruptibile; quoniam (vt inquit D. Aug. loco iam citato). Si corrupta fuisset caro ipsius Christi, quomodo cęterorum hominum, nulla fuisset vtilitas in sanguine suo. Vnde Christus Dominus iure poterat expostulare dicens Quæ vtilitas foret in sanguine meo dum descendo in corruptionem? idest quorsum effudi sanguinem? nam si non resurgam, nemini annunciabo nomen tuum, non manifestabo gloriam tuam, neminem lucrabor, exurgat ergo caro mea, nõ eat in corruptionem: Verum his non obstantibus dicimus Christi corpus fuisse corruptibile, quia scilicet eius anima fuit in morte separata a corpore, sicut in cęteris hominibus, sed non fuit corrupta quomodo caro cæterorum hominum, hoc est non fuit in puluerem redacta, neq. mansit in sepulchro vsque ad consummationem sæculi, sicut caro cęterorum hominum: fuit itaque corpus Christi corruptibile, idest passibile, & mortale, non tamen corruptibile simpliciter. i. in cineres conuertibile, & putrefactibile; & sic potest responderi ad auctoritatẽ Damasceni; cuius rei occasione quidam distingunt inter corruptionem, & dissolutionem, quemadmodum etiam bifariam esse resurrectionem opinantur. Quædam enim est corruptio, quę est illa

A la separatio corporis & animę. quædam vero est corruptio, quæ est ipsius corporis in diuersas partes dissolutio; quemadmodum dictum fuit ipsi Adæ. Puluis es & in puluerem reuerteris. Prima corruptio fuit in corpore Christi iã de mortuo, quia scilicet anima fuit a corpore separata in illo triduo, quo iacuit in sepulchro, neutro tamen videlicet neque anima, neque corpus fuit vnquam separatum a diuinitate. Corruptio vero secundo modo conuenit cuicunque homini, nisi forte miraculosè, & singulari quodam priuilegio secus contingat alicui, vt dicitur de Beata Virgine, quorum corpora non solum corrumpuntur, idest anima à corpore separatur, verũ etiam putrefiunt, in puluerem rediguntur, & resoluuntur in præiacentem materiam, quem corruptionis modũ & rationem, penitus & omnino secludimus a corpore Christi Sacratissimo. Sic etiam resur- C rectio dupliciter contingit, vel corporis iam corrupti, sed nunquam amplius perituri reparatio, vt fuit præfatum Christi corpus, & multa corpora sanctorum quæ resurrexerunt cum eo, Christus. n. resurgens, a mortuis iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur, sic etiam & nos omnes in fine sęculi resurgemus, sed non omnes immutabimur. Alia est resurrectio corporis iterum casuri sicut fuit in Lazaro quatriduano, & D plerisq. alijs a Domino suscitatis, & hęc impropriè vocatˀ resurrectio, quanquam aliqui secus opinentur. Quod nonnulli arguentes objiciunt, quod quemadmodum Christus pro salute nostra voluit mortem oppetere debuit etiam accipere, vel assumere corpus omnino dissolubile, leuissimum est, & ridiculũ, oblatus est enim quia ipse voluit, neque vlla ratione, aut necessitate cogebatur ad id subeundum; quare passus est quãdo vo- E luit, quantum voluit, & eo modo quo voluit; potestatem nanq. (dicebat ipse) habeo ponendi animã meam, & iterum sumendi eam. Ioan. 19. Præter duplex *Ioan. 19.* illud genus resurrectionis datur alia distinctio de resurrectione, quoniam alia est prima alia secunda, de quibus loqui- *Aug. 20. de* tur B. Ioannes in Apoc. cap. 20 Super cu- *ciuit. Dei,* ius verbis D. Aug. 20. de Ciuit. Dei c. 6. *cap. 6.*

pó-

ponit hanc similitudinem; quod sicut sunt duę regenerationes vna secundum fidem, quę nunc fit per baptismum, alia secundum carnem, quæ fiet in eius incorruptione, atque immortalitate per iudicium magnum, atque nouissimum, ita sunt resurrectiones duæ, vna prima quæ nunc est & animarum est, de qua idem Ioan. dicit. Beati qui resurgent, vel habebunt partē in resurrectione prima, in quibus s. secunda mors nō habet potestatem: alia resurrectio secūda quæ nunc nō est: sed in fine sęculi futura est, nec animarum, sed corporū est, quæ per vltimum iudicium alios mittet in secūdam mortem, alios verò in eam vitam quę non habet mortem. Sed nobis nunc non est vlterius curæ de causa, modo, & tempore resurrectionis loqui satis fuerit vidisse, quomodo sanctissimum Christi corpus tametsi verum sanguinem habuerit, fuerit immune à morte pariter & corruptione qualis est cęterorum hominum.

Ad 5. Propositum fuit aliud argumentum aduersus veritatem, quo dicebatur sanguinem haud quaquàm potuisse reperiri in corpore Iesu Christi Domini nostri, quia cum sanguis sit nutrimentum corporis, fluat, & recidat, non pōt dici pars corporis. Respondetur primum hoc argumentum, non solum de corpore Christi, verum de quocunq. homine, immo de quibuscunq. animalibus habentibus sanguinem posse adduci, quia Christus fuit in similitudinem hominum factus, hoc est eiusdem speciei cum cęteris hominibus, & habitu inuentus vt homo; attamen potest responderi negando sanguinem non esse quoquomodo partem corporis humani; nam partes humani corporis in duplici sunt differentia; Quædam enim sūt partes omnino actu existentes, intrāsmutabiles, nec in alias corporis partes pertransibiles, vt caro, ossa, & nerui, & reliqua hominis membra: Aliæ sunt partes ita in actu, quod sunt etiam in potentia ad alias partes, & in eas trāsmutabiles, cuiusmodi est sanguis, & alij humores in corpore nostro existentes. Sanguis ergo ratione qua est alimentum corporis, non est actu pars corporis, sed potentia tantum, immo non solum pars, sed potētia totum corpus dici potest; at ratione qua humor necessario requisitus ad integritatem, & veritatem naturę, est actu pars corporis. Sāguis enim, & præfati humores in corpore animalis duas habent habitudines ad ipsū corpus; altera est habitudo partis integralis, imperfectè tamen respectu totius, sicut elementa sunt partes integrales respectu totius vniuersi, imperfectè tamen, & sunt partes in potentia respectu mixtorum. Reliqua habitudo est viæ ad terminum. Sanguis .n. qui nondum est conuersus in carnem & ossa, est via & in fieri vt sit caro, & os, & sic non potest dici absolutè pars corporis: sed in ipsis humoribus quatenus sūt viæ ad ipsum terminum datur latitudo, vt egregiè docet D. Tho. 4. sen. d. 44. q. 1. art. 2. q. 3. dicit enim quòd in homine reperitur triplex humiditas, quædam .n. humiditas est per quam receditur a perfectione ipsius indiuidui, vel quia est in via corruptionis, & a natura abiicitur, sicut vrina, sudor, feces, & reliqua huiusmodi; vel qa à natura ordinatur ad conseruationem speciei in alio indiuiduo, siue per actū generationis sicut semen, vel per actum nutrientem, sicut lac, & nulla talium humiditatum resurget, eo quòd non est de perfectione indiuidui resurgentis. Secunda humiditas est quę nōdum peruenit ad vltimam perfectionem, quā natura operatur in indiuiduo, sed à natura ordinata est ad illam perfectionem, & hæc est duplex, quædam est quæ habet aliquam formam determinatam, secundum quam continetur inter partes corporis, sicut est sanguis, & alii tres humores, quos natura ordinauit ad ea membra quæ ex eis generantur, interim tamen habent aliquas formas determinatas sicut & aliæ partes corporis. Quædam verò humiditas est in via transeundi de forma in formam, scilicet de forma sanguinis in formam membri, & talis humiditas nō resurget quia vt sic non est pars corporis: Hæc autem humiditas quę est in via accipiendi aliam formam in duplici statu potest accipi, vel secundum quod est in principio transmutationis, & sic vocatur ros, illa scilicet humiditas quę est in foraminibus

Partes corporis duplices.

D. Tho. 4. sēt. dist. 44.

nibus paruarum venarum: vel secūdum quod est in progressu transmutationis, & incipit iam dealbari, & vocatur cambium: & hæc humiditas in neutro statu quem posuimus resurget, quia in neutro est proprié pars corporis. Tertium genus humiditatis est quod iam peruenit ad vltimam perfectionem, quam natura intendit in corpore indiuidui, quæ iam est dealbata, & incorporata membris, & effecta caro, aut os, & vocatur gluten, & rite potest vocari pars corporis, immo totum corpus: non ergo inconuenit sanguinē quamuis sit alimentum corporis conuerti in veritatem naturæ humanæ, & esse partem corporis, quatenus s. verè accipit speciē corporis, vt carnis, ossium, & cęterarum corporis partium, & hoc est quod dicit August. in lib. de vera religione c. 40. ꝙ s. alimenta carnis corrupta, i. ammittentia formam suam, in membrorum fabricam commigrant, &c. Sed dices, hoc est impossibile ꝙ s. alimenta corrupta in membrorum fabricam transmigrant, vel quod prius in sanguinem crudum, vel concoctum conuertantur, quia secundum dictum Saluatoris Matth. 15. omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur. igitur non potest cibus vel potus conuerti in sanguinem crudum vel decoctum, & multo minus in naturam membrorum, & in veritatem humanæ naturæ, & hoc pacto sanguis verus non verè erit in corpore Christi. Ad hāc obiectionem respondetur, quòd sententia Saluatoris non est intelligenda quòd totum quod intrat in os, per secessum emittat, sed vult innuere quod de quolibet cibo sumpto aliquid impurum, per secessum emittitur, ita respondet Diuus Thomas 1. parte q. 119. art. 1. Vel dicas, vt eruditè satis, & ingeniosè respondet Caiet. in expositione huius euangelij, ꝙ propterea dicit Saluator, omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur quoniam tam parum alimenti conuertitur in substantiam hominis, vt quasi totum videatur emitti per secessum; quia igitur modicum pro nihilo reputatur, ideo Saluator dixit. Quod omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessū emittitur. Potest etiam

Perlege totum illud capitulum quod licèt sit valde obscurū, tamē est valde necessariū.

Argum.

Matth. 15.

Solutio.

D. Tho. 1. q. 119. art. 1.

Caietanus.

Omne quod in os intrat, in secessum emittitur.

A dici quod Saluator non dicit totum, sed omne (vt diximus ex mente D. Thomæ, vt ly. omne distribuat pro partibus subiectiuis, hoc est de omni quod in os intrat, & non pro partibus integralibus. Concludamus ergo ex his quæ hucusq. diximus in Christi corpore verum fuisse sanguinem, non modo antequam pateretur, & dum pateretur, verum & post passionem, i. cum surrexit a mortuis, sicut postea fusius ostendemus. Ad id

B quod postremo loco fuit adductum ꝙ s. sanguis, non possit esse pars corporis, quia non continuatur illi, sed per venas, & arterias diffunditur & consequenter non debeat poni in corpore Christi. Dicendum, quòd licèt sanguis priusquàm conuertatur in substantiam aliti, non continuetur corpori, vt aliæ partes omnino in actu, nihilominus est de integritate naturæ, & inter partes corporis numeratur, vt paulo ante diximus, neque

C obstat ipsum habere proprium motum vt dictum est in argumento. Cum postea dicebatur. Christus non accepit nisi humanitatem, quæ constat ex anima, & corpore, nulla habita mentione de sanguine, facilis est responsio, quia si assumpsit humanitatem, igitur assumpsit corpus, & illud quidem animatum & viuum, quare necessario assumpsit & sanguinem, quem paulatim anima virtute caloris naturalis digerit, & perficit, &

D conuertit in carnem & ossa, & c. Vbi pro absoluta rei intelligentia recolequę supra diximus, sanguinem videlicet & reliquos humores trifariam posse considerari, vel dum sunt adhuc erudi, rudes, & indigesti, & isti non magis sunt de integritate corporis quàm boli dum sunt in ore; vel vt sunt digesti, & concotti, nec dum conuersi, sed conuertendi in substantiam aliti, & isti sunt in corpore hu-

E mano velut partes corporis, & pertinentes ad integritatem, & veritatem naturæ humanæ, & habent suum situm in corpore, suas formas substantiales distinctas, ac determinatas; quia alia est natura, & forma sanguinis, alia flegmatis, &c. & ab anima rationali perficiuntur non tamen eodem modo sicut perfectiores partes, & tertio possunt considerari isti humores vt sunt iam cōuersi in substantiam

Ad vltimū.

Humores in corpore existentes tripliciter considerantur.

stantiam nutriti, & sic absque vlla dubitatione, & difficultate sunt partes corporis perfectæ, & in actu completo. Christus ergo Dominus noster postea quam sua clementia, & pietate dignatus est assumere naturā humanā, assumpsit oīno aīam & corpus, & cū aīa pficeret corpus & daret esse illi, dubio procul oportuit esse corpus viuū, & per consequens habere sanguinem vti partem corporis.

2. pars huius q. His visis, superest nunc videre, nunquid sanguis iste fuerit vnitus diuinitati, Ad quod quæsitum simpliciter & absolute respondetur secundum partem, affirmatiuam; quoniam cum vbique in sacris litteris habeatur, quod per sanguinem Christi saluati sumus: quod sāguis Christi nos emundat ab omni peccato: quod precioso sanguine filii dei sumus redempti; nefas esset, & valde absurdum atque impium asserere contrarium; nihilominus aliq distinguunt de sanguine existente in corpore Christi, vel qui aliquando fuit; quoniam alius fuit sanguis nutrimentalis, quique non erat de integritate humanæ naturæ; alius fuit sanguis, qui fuit effusus in passione Domini. Dicunt ergo non totum sanguinem nutrimentalē fuisse vnitum diuinitati, quia cum Christus toto vitę suę tempore priusq̄ pateretur, comederit & biberit, oportuit aliquando sanguinem emitti, & hic proculdubio non fuit vnitus diuinitati. Sanguis etiam qui fuit emissus dum circumcideretur, neque etiam dicēdus est fuisse vnitus diuinitati. Sic etiam dicemus de sanguine, qui fuit ab eodem emissus paulo ante passionem, qui fuit adeo super abundās, vt quemadmodum legitur apud Lucam decurreret in terram; quod scilicet neque iste erat vnitus diuinitati: Nec mirum quoniam (vt inquiunt aliqui Doctores) sudor ille sanguineus erat humor quidam adhuc crudus, nec adhuc redactus ad sanguinem qui est pars hominis, & huiusmodi crudus humor vocatur sanguis, nutrimentalis. est & alius sanguis qui est de integritate humanę naturę qualis fuit ille, qui fuit effusus in passione Domini, & hic verè dicebatur vnitus diuinitati, & erat pars corporis humani. Si quis autem, aut si qua pars huius sanguinis re-

Num totus sanguis qui fuit in corpore Christi fuerit vnitus diuinitati.

Luc. 22. b.

A periatur, seiuncta à corpore Christi; tametsi fuerit effusa in passione Domini, dicendum est illam esse separatam à verbo personaliter, neque vnitam diuinitati, & consequenter non esse partem corporis, nec de veritate humanę naturæ: & per id facile tolluntur argumenta quorundam qui dicunt, si sanguis effusus à corpore Christi esset vnitus diuinitati, cum in die passionis multus sanguis defluxerit in terram, tunc lutum ex terra

B sanguinosa, vel sanguine diluta compactum, esset Deus. nihil sequitur, quoniam iam dicimus sanguinem existentem in terra, esse seiūctum a verbo personaliter, & propterea non sequitur lutum esse deū. Sed qui dicunt sanguinem effusum, in terra repertum non etiam vnitum verbo personaliter, esse sanguinem nutrimentalem, & non esse vel fuisse partem sanguinis, qui est de veritate humanæ naturæ. Neque etiam sequitur

C id quod aliqui probant. Si sanguis in corpore Christi fuit vnitus diuinitati seque retur quod Deus esset sanguis, & quod proprietatis sanguinis de Deo prędicarentur: neque id facit vnio diuinitatis, quoniam dicimus indubitanter Christi corpus esse vnitum diuinitati pariter & animam, non solum quādo corpus erat coniunctum animę rationali, & ab ea informatū, verum etiam in illo triduo, quo Christi corpus iacuit in sepulchro

D erat vnitum diuinitati, & anima quoque dum ad inferos descendit erat vnita diuinitati. Et quanquam cum vtroq. seorsum esset vnio diuinitatis, non dicimus tamen Christus est corpus, aut econuerso, neque etiam Christus aut Deus est anima, aut anima est Deus, siue Christus. Sic etiam a simili non est dicendū, neq. dicimus Christus est sanguis, & sanguis est passus, aut mortuus vel sepultus sed dicimus Christus habet corpus aut san-

E guinē. q̄ si quęras quisnam sanguis sit nunc in corpore Christi glorioso, & a mortuis suscitato, dicam quod est sanguis ille, qui facit ad integritatem, & ueritatem humanæ naturæ qui s. iam est ad perfectam rationem sanguinis redactus, cuius sedes est in corde, uenis & arteriis, non amplius deseruiens nutritioni, aut uirtuti generatiue, sed solum

ad

ad complementũ, & perfectionem speciei, hoc est naturæ humanæ, quo pacto erit in nobis omnibus cum resurrexerimus: tunc enim & nos non indigebimus alimentis corporalibus, & ita neque etiam sanguine tanquam alimento, sed pro complemento, & perfectione corporis humani. Aug. de ver. rel. & 1. retract. cap. 13. neque etiam quisquàm nostrum dicetur Petrus est sanguis, aut Petrus est caro vel os. quoniam pars nõ prædicatur de toto, neque econuet so in recto, sed fortassis in obliqno, vt putà dicẽdo, Petrus habet sanguinem vel habet carnem & os. Cæterum pro confirmatione dictorum ꝙ s. sanguis fuerit vnitus diuinitati extat decretum Clementis VI in extra. cuius initium est Vnigenitus Dei filius. Extat etiam determinatio Ecclesiæ sub Pontificatu Pij II. vt refert Barth. de Medina. Et oppositum huius veritatis tãquam hæreticum, & veritati Catholicæ contrarium, reiectum, reprobatum, & condemnatum. quare secus dicendum nequaquàm est.

3 particula huius q. Cùm ex supradictis, & ex aliis sanctarum scripturarum locis manifestè constet D. Nostrũ Iesum Christũ pro salute generis humani suum præciosum sanguinem effudisse. nunc præstat quærere, nunquid in eius resurrectione totum illum sanguinem in passione effusum, & quemcunq. alium ab eodem emissum reassumpserit, & per ea quidẽ quæ mox allata sunt, videtur posse dici quod non, quia nulla videbatur esse necessitas ipso resurgẽte sanguinem reassumere. Quoniam cum sanguis nõ ob aliam causam fuerit a natura datus, & præparatus, nisi pro alimento, & in ipsa resurrectione nulla fuerit necessitas alimenti, nõ erat cur in ipsa resurrectione effusum sanguinem reassumeret, qui neque in nobis cum resuscitati fuerimus vlla erit necessitas alimenti, quoniam tunc corpus nõ erit amplius animale, sed spirituale.

An Xpus in resurrectione reassumpserit totum sanguinem effusũ in passione.

Secundo. Qua ratione posuerimus sanguinem effusum fore reassumẽdum in resurrectione, eadem cęteros humores, vt flegma, coleram, & melancoliam oportebit assumere; hoc antem videtur inconueniens, igitur neque sanguinem dicendum est esse reassumendum.

A Tertio. Præputium Christi abscissum in circuncisione non fuit reassumptum, cum Christus resurrexit, sed apud nos permansisse dicitur, quod quidem aliqui dicunt ad Carolum Magnum fuisse ab Angelo allatum, & positũ fuisse Aquisgrani in Eccl. Sanctæ Mariæ, & postmodum Romam trãslatum, & nunc in Ecclesia Aracæli Fratrũ Minorum de Obseruantia fuisse collocatum; ꝙ si præputium nõ fuit reassumptum, multo minus B potest & debuit sanguis esse reassumptus.

Quartò. Indumenta Christi, claui, lancea, & reliqua passionis instrumenta fuerũt sanguine rubricata, & post eius passionem, ac resurrectionem apparent eodem sanguine respersa ac madefacta, igitur non totus sanguis fuit in resurrectione reassumptus.

Quintò. Manifestum est in multis Ecclesiis inueniri sanguinem a Chri- C sti corpore emanatum, qui deuotissimè a populis honoratur & colitur, igitur non est dicendum totum sanguinem in passione effusum fuisse reassumptum.

Contra verò est authoritas & sententia trita, & vulgata Damasceni dicentis quod Christus nunquàm dimisit quod semel assumpsit, igitur neque sangnis, neque præputium, neque pars vlla corporis, Christo resurgente potest dici D apud nos remansisse: quoniam si secus esset, oporteret dicere non perfectam & integram fuisse Christi resurrectionem.

Item Corpus Christi postquàm resurrexit fuit eiusdem naturæ cuius antea, sed alterius glorię, igitur si prius habuit sanguinẽ ergo posteaq̃ resurrexit, eum habuisse fatẽdum est. Tertio Xpus dum resurrexit vna cum cicatricibus resurrexit, quanquàm non sint partes cor- E poris, igitur & sanguis quamuis non sit pars corporis potuit reassumi.

Postremo extat sententia, & promissio Saluatoris nostri apud Lucã 21. Vbi pollicetur suis Apostolis, & fidelibus dicens, capillus de capite vestro non peribit, ex his ergo dicendum est, & concludendum sanguinem in Christi passione effusum in eius resurrectione fuisse *Luc. cap. 21*

se integraliter, & absque vlla diminutione reassumptum.

Solutio. Pro huius difficultatis resolutione ac decisione notãdum est inter sacros Doctores: non nihil discriminis esse penes hanc materiam, quoniam aliqui volunt non necessario totum sanguinem effusũ in passione Domini ex corpore eius Sanctissimo in eius resurrectione fuisse reassumptũ tũ quia aliqua pars vel particula sanguinis nutrimentalis, aut proprii, & naturalis potuit ad nos remansisse, sicut opinione ac testimonio multorum potest demõstrari, tum etiam quia non erat necesse ob eas rationes quas adduximus totum sanguinem illum reassumi. Sed D. Tho. 3 par. q. 54. art. 2. sic apertè loquitur in hac materia quòd non solum omnia quæ ad naturam humani corporis pertinẽt velut carnes, ossa, manus, & pedes, & sanguis, & reliqua corporis membra siue partes vult in corpore Christi resurgẽtis fuisse reassumpta, sed ẽt integraliter absq. omni diminutione, alioquin (inquit ipse) non fuisset perfecta resurrectio, si quid eorũ ex quibus antea cõstabat totum corpus, deesset. In quolibet. pariter 5. q. 3. art. 5. dicit ꝙ in resurrectione tã Christi quàm nostra totum quod fuit de veritate humanæ naturæ reparabitur, non autem ea quæ de veritate humanæ naturę non fuerunt; & quia non totus sanguis qui effluxit de corpore D. N. fuit de veritate humanæ naturæ, erit inconueniens apud eum, quòd aliquid sanguinis non fuerit in resurrectione reassumptũ: sed visus est velle totum sanguinem effusum in passione fuisse de veritate humanæ naturæ, & propterea dicit ille, & sustinet totum sanguinem effusum in eius passione resurrexisse cum eo.

D. Thomas quodlibet 5. q. 3.

Et si forte in quibusdam locis reperitur aliqua particula sanguinis, qui sub titulo & nomine sanguinis Christi summa veneratione colatur (dicit ipse) aut est sanguis miraculosè effluxus ex aliqua imagine percussa, aut aliàs ex eodẽ corpore D. N. effluxus, sed non in passione eiusdem; sic enim distinctè loquitur loco iam citato. videlicet totus sanguis in passione effusus pro redemptione generis humani ad corpus rediit in

A ipsa Christi D. Resurrectione. Difficultas ergo, & cõtrouersia consistit in hoc, quoniam ipse dicit totum sanguinem in passione effusum fuisse reassumptũ, alii verò nullum existimant inconueniens ex illo sanguine effuso in passione aliquam particulam diuina dispensatione ac ordinatione fuisse apud nos relictam in perpetuam memoriam tanti beneficij.

Opiniones de sanguine, qui sub titulo sanguinis Christi a nobis colitur.

B Conueniunt ergo hæ duæ opiniones in hoc ꝙ vtraque admittit aliquem sanguinem, vel partem sanguinis a corpore D. N. emanatum, non fuisse necessario reassumptum, vt puta sanguinem in circisione emissum, dum scilicet post octauum diem fuit circuncisus atque etiam sudorem illum sanguineum, quem tempore pro passionis, factus in agonia emisit, vsq. adeo superabundantem, ꝙ guttæ sanguinis, non sanguis, decurrebant in terram; quoniam sanguis ille non erat

C de veritate humanæ naturæ, quia absq. illo potuit & constitit humana natura, quæ erat in Christo: erat enim corpus Iesu exhaustum, & magnitudo passionũ expellens violentè sudorem, expulit simul aliquid sanguinis deficiente materia sudoris: neque etiam admittunt totum sanguinem qui ex cibis generatur, in resurrectione reparari, quia non totus pertinet ad veritatem humanę naturæ, cum nunquàm fuerit pars actu corporis, fuit quidẽ actu hoc est verè & rea-

D liter pars in potentia, sed non pars actu: & propterea non fuit necesse totum illum in resurrectione reassumi. Differũt autem, quoniam aliqui volunt non solum de sanguine effuso in circũcisione, & de eo qui tempore propassionis fuit effusus in horto, atque etiam de sanguine nutrimentali aliquam partem apud nos mansisse; verum etiam de sanguine illo preciosissimo, qui fuit effusus in ip-

E sa Sanctissima passione aliquam particulam fuisse nobis relictam: Diuus autem Tho. in locis prąallegatis vult omnino, & palam fatetur totum sanguinem in ea passione effusum integraliter reassumptum, & suo loco restitutum; quia secus, non fuisset perfecta resurrectio, si quod per mortem ceciderat non fuisset integraliter & absque omni diminutione

nere.

ne reparatum, motus illis rationibus, & authoritatibus, quas paulo ante adduximus. Verum si quis velit tueri hanc opinionem respondeat oportet rationibus supra in contrarium adductis quarum prima fuit, quòd sanguis, cum pro alimento fuerit à natura cõparatus non erat necesse in resurrectione, vbi nulla est necessitas alimenti ipsum reassumi, respondet ipse idem Tho. quod sanguis non reparatur, vt alat, & nutriat, qui iam sunt resuscitati, sed vt compleat veritatem humanæ naturæ, & conferat quicquid spectat ad integritatem corporis humani.

Ad primam rationẽ cõ. opi. D. Tho.

Ad 2. Ad secundam rationem cum dicitur quòd si sanguis reparetur in resurrectione, oportebit etiam reliquos humores reparari; quod videtur inconueniens, potest responderi, nullum esse inconueniens, modo cęteri humores faciant ad veritatem & integritatem humanæ naturę: ꝙ si quis existimet hoc esse inconueniens, dicat cum Beato August. quòd Deus potest in corpore humano adimittere quas voluerit qualitates, & similiter auferre & subtrahere quęcunque voluerit, modo absit labes, corruptionis.

Ad 3. Ad tertium de pręputio. Varię dantur responsiones; sed ego motus testimonio, & fama eorum, qui dicunt illud esse reseruatum, quia cum Christus, qui venerat non soluere legem, sed adimplere, voluerit circuncidi, congruum erat, vt resurgens maneret circuncisus; & propterea nõ erat necesse ipsum pręputium reassumi, quia non erat pars essentialis corporis humani, nec faciebat ad integritatem naturæ humanæ, nisi secundum materiam, non secundum speciem.

Ad 4. Ad quartam cum dicebatur, indumẽta Christi, clauos, & reliqua passionis instrumẽta fuisse sanguine respersa, & madefacta; quare totus sanguis non fuit in resurrectione reassumptus; dicendum iuxtà sententiam Diui Tho. sanguinem illum non fuisse de integritate corporis humani, & proinde non fuit necesse ipsum reassumi in resurrectione, quare argumentum nullum.

Ad 5. Ad vltimam, & postremam obiectionem, qua dicitur, in multis Ecclesiis inueniri sanguinẽ a Christi corpore emanatum, qui deuotissimè a populis honoratur, &c. Respondet Diuus Thom. ꝙ sanguis ille non est effusus a Christi corpore, sed miraculosè dicitur effluxisse de quadam imagine Christi percussa, vel alias de corpore Christi, sed non de latere Christi; quòd autem in multis locis eiusmodi miracula contigerint, scilicet quòd ex imagine aliqua percussa emanauerit sanguis, testis est Germania in Ciuitate Treueri, vbi quædam imago lignea ipsius Christi a quodam sagittario percussa statim sanguinem eduxit, & imago pariter & sagitta sanguinę conspersę vsque in hunc diem summa veneratione coluntur; Deinde anno Salutis 290. supra mille, Parisiis quidã Iudęus acceptam hostiam a quadam muliercula, cum prius voluisset in sartagine assare, atque id perficere nequiuisset, gladio eam pupugit, & statim ex eadem hostia sanguis emanauit; quo miraculo detecto, hostia fuit in loco celebri collocata, & domus Iudęi in templum conuersa, vbi hostia gladiusq. sanguine conspersus etiam nunc ostenditur. Insuper tempore quo Carolus VIII. Gallorum Rex aduersus Annam Brittaniæ Reginam bellum gerebat, linteolum, quo Sacerdotes in sacrificio pro abstergendo calice vtuntur a militibus surreptum sacro sanguine conspersum fuit repertum. Non absimile contigit Leoni I. Pontifici, qui pręscindendo partem illius mappę, quæ corporale dicitur, vidit ex ea sanguinem emanare. Pręterea extat sudarium sanguine aspersum apud Serenissimum Ducem Sabaudię, quod facile est vnicuiq. videre. Item spina rubricata sanguine asseruatur Vicentię in Monasterio Pędicatorum; altera Recaneti pariter, & firmi in Monasterio fratrum hęremitarum; & in Oppido Aufidę in Picena Prouincia, in monasterio quoque eorundem fratrum extat hostia cooperta & super induta carne, & sanguine, quę magna cum veneratione, & populi frequentia, singulo quoque anno statutis temporibus pręmonstratur. In vrbe quoque veteri extat ingens miraculum huiusce rei, vt verè dixerit Diuus Tho. sanguinem illum in Ecclesiis reseruatum

Miracula quæ in diuersis mundi partibus contigerunt de sanguine Christi.

seruatum

seruatū ex quibusdam imaginibus, aut aliis quibusdā huiusmodi rebus ad rem sacram pertinentibus prodesse. Verum, quamq; hæc ita sint, & negari nulla queat ratione: sed obuiis manibus sint cōplectenda, non tñ plenè satisfit ipsi difficultati, q scilicet ex imagine solū aut hostia percussa, vel quacunq alia re fluxerit ille sanguis, & non ex vero, & sacratissimo corpore Dñi nostri, dum ipse pateretur, ꝓpterea q fertur Mantuæ in Ecclesia D Andreæ repositam esse particulā quandā sanguinis ex corpore Xpi emanatam, vbi ipe Leonis III. maxima feruntur fuisse edita miracula, quibus Pontifex ille summus permotus approbauit sanguinem illum ex eo quē Christus in passione effuderat extitisse; & Pius II. in quadam epistola ad Abbatem Monasterii S. Mariæ Ecclesiæ Xitonensis, asserit non esse contra fidem dicere, & substinere aliquam particulam sāguinis in passione effusi apud nos remansisse ad perpetuam memoriam tanti beneficii, & plerique viri huius temporis grauissimi atque doctissimi haud quaquam existimant fore inconueniens, multo minus impossibile ex illo sacratissimo filii Dei corpore aliquam sanguinis particulam in die passionis super terram effusi apud nos remansisse, quam tamen non asserunt esse vnitam diuinitati, posteaq̄ est separata à corpore Xpi vnito Verbo diuino, & eiusdem essentię cum patre, vt Caiet. & Barth. de Medina sup. quæst. 54. 3. par. & ipsemet Diuus Tho. in quolibetis, tandem fatetur aliquam sanguinis particulam ex corpore Christi effusam, apud nos mansisse (vt supradictum est.) At quoniam in summa ipse dicit totum sanguinem in passione effusum in resurrectione fuisse reassumptum, quia quod semel assumpsit nunq̄ dimisit. Iuxta sententiam Damasceni, oportet eos qui dicunt aliquam sanguinis effusi in passione particulā apud nos reseruari, respondere huic sententię Damasceni, cui innititur Diuus Thom. qui quidem dicunt verba Damasceni intelligi debere de partibus præcipuis, & essentialibus ipsius corporis humani, & non de quibuscūq; partibus indiuiduis, ad integritatem humanæ naturæ non

A pertinentibus, sed hoc potest cōfirmari per sententiam D. Aug. qui dicit Christum resurrexisse cum cicatricibus, quæ tamen non sunt de integritate humanæ naturæ, sic & sanguis licèt non faciat ad integritatem humanæ naturæ potuit reassumi in resurrectione: sed potest responderi vt d. D. Tho. 3. par. q. 54. art. 4. ad 1. non esse eandem rationē de sanguine, & cicatricibus, quia cicatrices remāserunt ob maiorem cumulum glorię, &
B tanquam virtutis insignia, non sic erat necesse totum sanguinem reassumi, similiter cum dicebat Saluator noster, Lucæ 21. capillus de capite vestro nō peribit, id esse dictum ad demonstrandam summam, & singularem curam, quam Deus habet de suis fidelibus. Vbi etiam dicimus quod Christus in resurrectione non solum de sacrosancto eius corpore, verum de vno quoque nostrum cum resurrexerimus verè dici poterit, quod
C capillus de capite nostro non peribit, qa scilicet quæcunque faciunt non solum ad corporis integritatem, verum etiam ad corporis ornatum, atque decentiam cum nobis resurgent, & erunt, & sic capilli capitis, & barbæ, & partes vnguium in eo statu resurgent; dicit Aug. hom. 14. hęc verba dixisse Dominum nostrum, quo demonstraret, quam maxima cura sit illi de anima nostra, qa si sic custodiuntᵉ superflua nostra, in quā-
D ta securitate est anima nostra? Non perit capillus, qui cum tondetur, non sentis & peribit anima per quam sētis? vide in ro 10. inter quinquaginta homilias.

Cætera quibus nititur D. Tho. fundamenta, facile tolluntur, nam cum dicit resurrectionem minus fore perfectam, si totus sanguis in passione effusus non reassumatur; dici potest, non oportere ad perfectam resurrectionem statuendam, totum simpliciter, & absolutè sau-
E guinem reassumi; nam quod parum distat, pro nihilo distare videtur. Eodem modo potest responderi ad aliud fundamentum, cū dicebatur, corpus Christi in resurrectione est eiusdem naturæ vt prius, licèt alterius gloriæ; concedimus: non enim subtractio modici sanguinis diuersificat, & variat naturam eiusdem corporis. Propterea ex his po-

test facile inferri opinionem D.Th. non esse penitus in hac parte admittendam: Immo quidam illius doctrinæ sectatores, ac patroni dicunt, quòd licèt ipse fuerit huius sententiæ quòd totus sanguis in passione effusus fuerit reassumptus, non tamen in totum asseruit esse reassumptum, sic etiam dicunt alij, quod modicum sanguinis reseruatum non minuit, aut tollit, quin tuto dicere possimus totum sanguinem fuisse reassumptum. Sic etiam D.Thom potest vtrunque cōcedere, videlicet, quod totus sanguis qui effluxit de latere Christi fuit reassumptus, & potest etiam secundum verba eius admitti, aliquam particulam sāguinis effusi ex corpore Christi, etiam dum pateretur, reseruari apud nos, & pro reliquijs honorari, & adorari, sed non qui effluxit de latere eius aut forte poterit dici D. Thom. cum in quolibet, quinto videtur admittere aliquē sanguinē Christi apud nos repertum & cōseruatum fluxisse ex corpore, obiter, & non ex propria sententia dixisse. Potest etiam dici, quemadmodum dicebat Saluator Matth. 15 oē quod intrat in os, in ventrem vadit: eum tamen aliquid de cibo conuertatur in substantiam nutriti, & quia illud est valde modicū, non tollit, quin verum fuerit dictum Saluatoris, cum dix. omne quod in os intrat, in ventrem vadit, sic & hæc verba Diui Tho. intelligi possunt; quàmuis enim dixerit, totum sanguinem in passione effusum reassumptum, non sequitur, tamen aliquam particulā sanguinis vel modicam non fuisse apud nos Dei beneficio reseruatam, vt supra diximus. Postremo dicunt quidam non esse mirum; Diuum Tho. fuisse huius opinionis, & sententiæ, quandoquidem opinio contraria, siue communis & probata multorum sententia, suo tempore non erat ita certa, & communiter recepta, quemadmodum postea; videlicet temporibus Pii II. fuit roborata. Possumus ergo absque vllo eius doctrinæ præiudicio fateri non totum sanguinem in passione effusum, fuisse reassumptum in resurrectione, eum posterioribus sæculis fuerit secus visum, & comprobatum.

Hoc vi. sup. quolibet q. iā supra citata in vltimis verbis.

Posteaquàm ex nunc dictis apparet,

A & manifestum est, in quibusdam Ecclesijs reperiri, & summa cum diligentia custodiri, & conseruari sanguinem ex Christi corpore in eius passione effusū, aut etiam aliàs, uel ex aliqua imagine depicta, seu fabrefacta miraculosè promanatum, ut dicit D. Thomas, opere precium est quærere, & plurimum quippe decet inuestigare, quo cultu & qua ueneratione sit excolendus; constat .n. sanguinem illum separatum esse a supB posito uerbi, & consequenter non unitum diuinitati, & eadem difficultas haberi potest de sanguine illo, quo claui, lancea, & spina, & reliqua passionis instrumenta fuere conspersa, & rubricata, quæ omnia facer cruor perunxit, fusus agni corpore. Propterea dicunt aliqui, sanguinem illum sacratissimum vndecunque emanauerit, siue a corpore Christi D.N. ante passionem uel in ipsa passione; aut ex aliqua eius imagine perC cussa, colendum, & adorandum esse eo cultu, qui uocatur latria, quo cultu non solum sanguis ille, uerum etiam claui, lancea, & reliqua passionis instrumenta, quæ ad manus nostras peruenere, modo fuerint ex illis quæ Christi corpus tetigere, cultu latriæ sunt honoranda: sed non quæcunq. tetigerunt corpus Christi, sunt ullo pacto excolenda, & ueneranda, uelut manus crucifigentium, & impiè, seu quouis modo flagellantium, D sic etiam de sanguine miraculosè effluxo de aliqua imagine, aut statua ipsius D N. crucifixi, aut alio modo uel situ se habentis, in eius iniuriam & contumeliam percussa; quoniam talis fluxus sanguinis est miraculosus, referens, & repræsentans Christi passiouem, aut ipsum Christum passum, uel quouis alio modo se habentem; hoc est siue de cruce depositum, siue in sepulcro iacentē, aut etiam a mortuis suscitatum huE iusmodi inquam sanguis adorari debet adoratione latriæ, non propter se, sed propter ipsum Christum, quem repræsentat; quemadmodum Crux Christi lignea uel ænea, tametsi ea non sit in qua Christus pependit, pari cultu est adoranda: at ea in qua Christus pependit, pluribus causis, & nominibus est adoranda, tum quia nobis repræsentat figuram

4 particula huius q.

Quo cultu Christi sanguis miraculosus sit excolendus.

figuram Christi in ea extensi, tum propter contactum ad membra Christi, & postremo quia est eius sanguine perfusa & madefacta, hæc opinio est cuiusdam Ioannis de Poliaco, quã refert, & approbare videtur Io. de Turrecremata in, de consecratione, distinctione 2. cap. inuitat, &c. D. Bonau. in 3. sententiarum distinct. 9 q. 4. videtur aliud sentire, sed quia ipse loquitur de Cruce quomòdo & qua ratione sit honoranda, vel adoranda, & nunc nos loquimur de honore, & veneratione sanguinis non est opus de illa quicquàm disserere. Diuus Thom. videtur & ipse huius opinionis extitisse, videlicet sanguinem illum, qui vel ex corpore Christi, vel ex aliqua imagine percussa, ad nos dimanauit cultu latriæ fore excolendum, quia licet non sit vnitus verbo personaliter, ratione tamen contactus, & quia repræsentat sanguinem ex vero Christi corpore effusum, debet ea adoratione a nobis honorari, sed multo minor reuerentia ei debetur, quàm sanguini consecrato in calice, ab ipso Sacerdote dum sacra fiunt; & nota, ne forte fallaris, dicimus enim sanguinem qui effluxit ex corpore Christi ratione contactus esse latria honorãdum; sanguis autem ex imagine aliqua mira culose effluxus latria debet honorari, non ratione contactus, sed solum quia repræsentat Christi sanguinem verum, & Christi corpus pro nobis cruci affixum. Nec mirum, aut rationi dissonum; eiusmodi sanguinem ex imagine effluxum latriæ cultu excolendum, cum teste Diuo Aug. 22. de Ciuit. Dei c. 8. Pulŭis exigua terræ, ex Christi sepulcro desumpta, quæ paraliticum quendam, ad eum locum vbi recondita fuerat, accedentem sanauit, summo honore colebatur, quanto magis sanguis ex imagine Christi effluxus diuina virtute, ac potentia, debet summa veneratione coli, & summo in honore a Christi fidelibus haberi, vide pro hoc quæstione Antonium Cordubensem, in quæstionario suo, lib. 1. q. 5. dub. 5. in 3. puncto.

A Et quia posset quis hærere; cur iste sanguis, qui summo Dei beneficio apud nos reseruatur, ac detinetur, & tanta veneratione colitur, non dicatur vnitus diuinitati, quando sanguis ille in triduo mortis Xpi separatus a corpore Iesu Christi Domini nostri dicatur etiam tum vnitus diuinitati. Dicendum, non esse eandem rationem huius, & illius, quandoquidem sanguis in triduo existens, actu, vel potentia habebat ordinem, vel relationem B ad ipsam Christi humanitatem, cui mox erat coniungendus: At hic sanguis, qui apud nos est, nullum habet ordinem, aut relationem ad Christi humanitatem velut rursus ei coniungendus: Quòd si dixeris, quod semel assumpsit, nunquàm dimisit. Dicendum. Hoc intelligi de partibus, quæ requiruntur ad perficiendum aliquod totum. vel dicas. quòd assumpsit totum quod dimisit, sed non in totum.

C Sed hoc vnum mihi nunc superest declarandum; cum hactenus loquti fuerimus de precioso sanguine Christi, & de eius singulari merito ac prętio; frequenterq. dixerimus per sanguinem Christi nos esse redẽptos; cur si Christus a principio suæ conceptionis meruit nobis salutem æternã; cur inquàm huiusmodi munus, & tam singulare beneficium, cuiusmodi est æterna salus, ipsi passioni, & sanguini potius q̃ cęteris Christi D actionibus, & meritis tribuatur? Dicendum, ꝙ licèt Christus a principio suæ conceptionis meruerit nobis hanc salutem, quantum fuit ex parte sui; quia tamen ex parte nostra multa erant impedimenta pro consequenda ipsa salute qualia erant culpa, & pœna, ideo quia per passionem Christi, & per eius sanguinem ablata sunt ista impedimenta, idcireo nostræ salutis præmium attribuitur ipsi sanguini, non propter maio- E rem charitatem quàm habuerint pręcedentia Christi merita, sed propter genus operis. Et hæc de præsenti quæstione, ac difficultate dicta sufficiant, me semper submittendo S. Matri Ecclesiæ.

DISC. SVP. ILLVD DICTVM ESAIÆ CAP. VIGESIMISECVNDI

videlicet. Cuncti Principes tui fugerunt simul.





Vper his verbis mihi videtur rationabiliter inquirendum, nunquid fugere, vel fuga sit perpetuò, & semper dedecus, & ignominia: an quandoque sit laudabilis, & commendanda.

An fugasse res ignominiosa. Videtur quidē prima facie magnum dedecus, vt quis fugiat, eos qui eum persequuntur, & odio habent, & vim tentant inferre, aut etiam eundem aggrediuntur.

In hoc enim loco Esaias apertè videtur damnare eos qui audito, aut eminus perspecto futuri belli euentu mox fugerunt, qui deinde durè ligati sunt, igitur &c. Deinde Psal. 141. dicit Dauid. *Psal. 141.* Periit fuga a me, & non est qui requirat animam meam, perijt (inquam) idest procul recessit a me, ego detestor fugam volo fortis, constans, & immobilis contra hostes meos existere, & non est qui requirat animam meam, igitur fuga non est appetenda, sed vtres ignominiosa procul fugienda, & euitanda. Ab illo enim perit fuga, qui non fugit.

Matth. 26. Postremo Matth. 26. cap. legitur, q̄ cum turba multa cum gladiis, & fustibus venissent, vt appræhenderent Christum Dominum, tunc discipuli omnes relicto eo fugierunt, immo, vt habetur *Mar. 14.* Marci 14. Adolescens quidam qui sequebatur Christum amictus syndone super nudo, reiecta syndone, nudus profugit ab his, qui tenuerunt eum. Id autem non fuit absque dedecore, & ignominia discipulorum, igitur fuga est semper fugienda.

Oppositum. Contra verò extant multæ auctoritates, & exempla quibus apertè potest A ostendi fugam, haud esse vsquequaque detestabilem, & repræhendendam.

Primo quidem hoc efficaciter monstratur, p verba Saluatoris nostri Matth. 10. dum inquit, & præcipit discipulis suis dicens. Cum inimici vestri (quicunque fuerint illi) persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam, amen dico vobis non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. *Matth. 10.*

Præterea legitur de Dauide 1. Reg. *1. Reg. 21.* B cap. 21. qui fugit a facie Saulis, & perrexit in aliam regionem ad Regem Achis. & secundo Regum cap. 15. legitur *2. Reg. 15.* de eodem quòd fugit a facie Absalon, dicens seruis suis, qui erant cum eo in Hierusalem. Surgite fugiamus, neque enim erit effugium a facie Absalon.

Tertiò legimus de Paulo Apostolo, vase electionis, ac doctore gentium, quem dū Iudæi, qui erant Damasci consilium fecerint, vt eum interficerent, C discipuli eius nocte per murum dimiserunt, submittentes in sporta: & rursus cum perductus esset in Hierusalem, similiter *Act. apost. 9.* Iudæi quærebant eum occidere, quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tharsum. Act. Apost. cap. 9.

Postremo (ne sim nimiū molestus) legitur de sanctissimo viro Athanasio Episcopo Alexandrino, qui cedens iræ, & furori Constantii Imperatoris, & Arianorum D secessit in locum quendam abditissimum, *Aug. epist. 180.* vbi latuit per sex annos integros, quousq. mortuo Constantio Imperatore tutus rediit ad suā Ecclesiam. Sic etiam plerique viri serui, & ministri Dei fecisse leguntur, qui (vt refert Paulus Apostolus) ad Hæbreos 11. Circuierunt *Heb. 11.* in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus di-

gnus

gnus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in speluncis, & cauernis terræ; & hi omnes quamuis aut fugerint, aut sese abdiderint, aut errantes iram, & furorem persequentis euaserint, testimonio fidei probati inuenti sunt, non vecordes aut ignaui, aut tanquam pusillanimes, & parum constantes habiti sunt, & condemnati.

Quid ergo dicemus ad eiusmodi difficultates? Nunquid ambæ partes sunt æqualiter veræ, & indifferenter admittendæ? minime quidem omnium, nanque si quis arripiat fugam absque legitima, & rationabili causa, ille profectò est quam maximè turpis, & ignominiosus, & ab omnibus indistinctim reprobandus, & explodendus; secus autem si iusta, & rationabili causa quis effugiat, primum quidem qui ob ingentem pauorem, ac timiditatem temerè animo cōceptam fugam arripiat, dubio procul iste veniet culpandus: id quod frequenter hoc nostro seculo contingere percipitur. Sunt enim quandoque Principes, ac magnates, & hi præsertim, qui in Republica volunt ac videntur velle aliis præesse, dum ciuitas opprimitur, & in aliquo rerum discrimine versatur, vt puta rei frumentariæ inopia, aut aliquo belli euentu, vel graui ciuium dissidio mox recedunt, vertūt terga, & suis tantum priuatis rebus, & commodis posthabita Reipublicę salute, & conuersatione student totis viribus consulere, & velut patrio more dici solet. *Chi ha mal', suo danno*, De horum Principum statu, & conditione opinor Prophetam fuisse locutum cum inquit: Cuncti Principes tui o Hierusalem fugerunt simul, dureq. ligati sunt. Et eo grauior est eorum culpa, ac detestabilior, dum eiusmodi Principes, ac Magnates aliis præsunt, & rerum publicarum cura fuerit eis demandata. Nec quicquam minus, sed multi magis sunt arguendi rectores Ecclesiarum, dum ecclesia ferente, aut subeunte aliquod incommodū, aut sui gręgis ouibus aliquo morbo, siue corporali, siue spirituali laborantibus confestim abscedunt, & procul fugiunt modo suæ saluti tantū prospiciant Nō ita legimus egisse diuum Thomam Episcopum Cantuariensem, cuius hodie memoriam colimus, qui dum Rex Henricus nonnulla Ecclesiasticę dignitati contraria statuere moliebatur, firmiter, & cōstanter obstitit, nec veritus est ob id in exilium mitti. Nec dubiū indicium durissimum fieri debere iuxta sententiam Salomonis Sap. 6. his qui aliis præsunt, si ob irrationabiles causas ab officio, & cura eis commissa recesserint, præter quòd notabili, infamia erunt perpetuò sugillati.

Causa turpitudinis, fugæ.

A

B

Si res (vt diximus) ita se habet, cur ergo Dominus, & magister noster præcepit Apostolis, vt cum eos tyranni persecuti fuerint in vna ciuitate, fugiant in aliam? quid dicemus de Dauide, qui fugit primum a Saule, deinde ab ipso Absalon filio? quid item de Paulo Apostolo, quem superius legimus fugisse persecutionem Iudęorum, qui tentabant ipsum interficere? quid? nonne & Christi parentes, moniti ab angelo vt fugerent in Aegyptum quo seruarent puerum Iesum? non ergo est adeò dedecus, & ignominia aliquando fugere, cum quis patitur aliquam persecutionem: quæ fuga, qua nam ratione, & quo prætextu sit admittenda, & nequaquam improbanda mox dicemus.

Sap. 6.

C

Primum quidem est aduertendum quod non præcipitur a Christo, vt quacunque ex causa serui Christi, ministri verbi, & sacramēti eius fugiant de ciuitate in ciuitatem, sed ita hoc præcipitur, aut permittitur, quando eorum quisquam specialiter a persecutoribus quæritur, sed ita fuga ei cōceditur vt ab aliis qui non ita requiruntur non deseratur Ecclesia, sed prębeant cibaria cōseruis suis, quos aliter viuere non posse nouerunt. Si aūt omnium idest Episcoporum, & clericorum, aut etiam aliorum religiosorū sit commune periculum, ii, qui aliis indigent nō deserant ab his quibus indigēt. Aut igitur ad loca munita oēs se conferant, aut qui habent permanēdi necessitatem non relinquantur ab eis, per quos illorū Ecclesiastica necessitas est supplēda vt, vel pariter viuant, aut pariter sufferant, quod eos paterfamilias perpeti decreuerit. Quod si contigerit vt alii minus, alii magis, aut omnes ęqualiter patiantur,

Causæ quibus fuga cōmentatur.

D

E

 tur,

tur, qui eorum sint, qui pro alijs patiuntur facilè apparet, illi (inquam) qui cum se possent talibus malis eripere fugiendo, ne aliorum necessitatem desererent, manere maluerunt, huic maximè probatur illa charitas, quam Ioannes Apostolus commendat dicens Ioan. cap. 3. sicut Christus animam suam pro nobis posuit sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Qui enim sic patiuntur, quia fratres in his, quæ spectant ad Christianam salutē deserere noluerunt, sine dubio suas animas pro fratribus ponunt, hoc est consilium peroptimum, & sanctissimum Diui Augustini in Epistola 180. Præcipit ergo Christus premēte persecutione fugiendum esse Ecclesiæ ministris, quando ibi aut plebs Christi non fuerit, cui ministrari oporteat, aut etiam fuerit, & potest per alios, quibus non est eadem causa fugiendi, ministerium necessarium impleri, sicut dicere possumus, & respondere ad obiectiones adductas de Paulo Apostolo, qui dum quæreretur à Iudæis qui volebant eum occidere, in sporta submissus per murum aufugit: tunc enim non defuit Ecclesiæ conueniens ministeriū ab aliis non eandem necessitatem habentibus, neque talem persecutionē patientibus, sic etiam dicere possumus de Beato Athanasio, qui etsi fugeret persecutionem Constantii Imperatoris, nequaquam tamen ecclesia Alexandrina deserta fuit, & destituta plebe Catholica, & cæteris ministris illi deseruientibus. Et profectò fuit summè necessaria illius Præsulis euasio, & fuga, cum per eum fides Catholica fuit aduersus Arianos mirabiliter defensa, & sustentata. Summa igitur est præfatæ solutionis vt liceat absque vitio, & culpa ignominiæ persecutores fugere, quando non desint plebi & populo, dum qui præest, & ministrat aufugit, alii, qui eius vices gerant. Sed aduersus hanc decisionem extant aliquę rationes necessariò afferendę. Primum quidem est sententia, & determinatio Saluatoris Ioan. cap. 10. dum inquit Ego sum Pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues proprię videt

Cap. 3.

Conseruatio Athan. maxime necessaria ecclesiæ.

Ioan. 10

A lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues, quare non videtur ita facile posse, concedi, vt qui præsunt Ecclesiæ premente persecutione fugere permittantur. Præterea quid faciendum quando adest commune periculum, vt tam plebs, quàm ministri plebis, & Ecclesiæ eandem persecutionem patiantur, & in eodem vitæ discrimine sint cōstituti? Tertio quæritur quid sit faciendum, quę ratio

B euitandi periculi sit inuenienda cum in eadem Ecclesia (vt frequenter contingit) sint plures ministri, qui eandem, vel quasi eandem curam habētes, ab hostibus impetantur.

Ad proposita dubia facilè potest responderi, iuxta sententiam Diui Patris Aug. loco supracitato. Non enim putandum est (inquit ipse,) has duas Domini sententias, alteram qua finitur, aut iubetur dū fuerit persecutio ipsum

C ministrum fugere, alterā qua arguitur, & culpatur ipsa fuga, esse inter se contrarias, aut posse vtranque indifferenter admitti; propterea dicimus Dominum Iesum arguere habentes curam de ouibus, dum videntes lupum fugiunt, & dimittunt oues, dum scilicet absque rationabili causa fugiunt, neque aliquem substituunt qui eius loco ouium curam habeat, quemadmodum sunt illi qui ob torporem, & ignauiam, aut ob prauam

D aliquam cupiditatē, honoris aut opum, vel ob timorem alicuius mali fugiunt, hi profectò sunt velut mercenarii. Sed re vera huiusmodi homines longè falluntur, & tota aberrant via. quandoquidem omnem suum timorem Domino miserante atque adiuuāte deponere deberent, ne mala, sine cōparatione multò grauiora, quæ multò amplius sunt timenda, eos aliquando pati cōtingat: sed hoc fieri non potest nisi vbi Dei charitas

E flagrat, nō vbi mundi cupiditas fumat, charitas enim dicit. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Sed charitas ex Deo est. Orandus est ergo Deus, vt ab eo detur a quo iubetur. Sed aliqui dicent ego non fugio quo velim deserere oues, neque earum curam omnino reiicere, sed vt data tranquillitate, & cessante persecutione

Ministris & Prælatis Ecclesiæ licet quādoq. fugere instante persecutione, quādoq vero minime.

tione possim easdem inuisere, & gubernare. Illorum excusatio nullo pacto admittenda, cum tempore persecutionis non sint alij qui administrant, at quando per aliquos potest suppleri Ecclesiasticũ ministerium, ne penitus deseratur, hoc facile pōt admitti, id quod fecisse Athanasium supra diximus. Fortè dicent alii, nos fugimus hostium persecutionem, & inuasionem non solum ob timorem, quo nos concutimur, sed quia rationabiliter agnoscimus nos eo tempore parum nobis, vel populo profuturos, ac etiam ne ante oculos nostros viri cadãt feminæ constuprentur, incendantur Ecclesię, nos ipsi tormẽtis deficiamus, cum de nobis quæritur quod non habemus, vti proximis diebus cõtigit quibusdam seruis, ac Dei ministris, qui fuerũt inuasi a prædonibus, & sicariis, quibus respondere possumus Deum posse audire præces familiæ suæ, & quæcunque formidantur procul auertere, nec ideo tamen C propter ista, quæ sunt incerta debet nostri officii esse certa desertio, sine quo est plebi certa pernities, non in rebus vitæ huius, sed alterius incomparabiliter diligentius, solicitiusque curandæ, nam si certa essent ista mala quæ timentur, locis in quibus sumus, prius inde fugerent omnes, & ministri a manendi ibi necessitate liberi essent. Et verè multo magis timendum est ne oues Christi spiritalis neqtiæ gladio in corde, quàm D ne ferro in corpore trucidentur, qui tamen aliquando quocunq. mortis genere sunt morituri. Magisque timendum est, ne sensu interiori corrupto pereat castitas fidei, quàm ne fęmine violenter constuprentur in carne, quia per violentiam non violatur pudicitia, vt per optimè dixit Beata Lucia virgo, & martir, si ea mente seruetur, vide etiam de Beata Agnete virgine, quæ ingressa turpitudinis locum, angelum Domini præparatum ad sui defensionem inuenit. Sic E quoque magis timendum est, ne lapides viui extinguantur, deserentibus nobis qui eorum curam gerimus, quàm ne lapides, & ligna terrenorum ædificiorum incendantur præsentibus nobis. Magis denique timendum est ne membra corporis Christi destituta spiritali vita perimantur, quàm membra corporis nostri oppræssa hostili impetu torqueantur, quanquam & ista sunt vitanda cum possunt. Sed cum sine impietate non possunt vitari, potius sunt ferenda, quàm quicquam aliud aduersus animam perpetrandũ. Dicimus ergo pastores ouiũ, idest curatores animarum nusquam debere fugam capere, dum eorum absẽtia animæ periclitantur. Quod si secus fieri potest, non sunt culpandi dum ab hostibus præmuntur.

Pudicitia non tollitur violentia.

Sed dices quo pacto potest excusari aut a culpa liberari. Paulus Apostolus, cum ob timorem Iudęorũ per murum in sporta submissus euasit manus persequentium cum nulla fuisset ei cura de ouibus, quas lupo veniente deserebat? Diuus August. super Ioan. tract. 46. d. vtiq fuit illi cura de ouibus sed eas pastori in cęlo sedenti, orationibus commendauit, se autem vtilitate earũ, quas erat habiturus fugiendo seruauit, sicut Philipp. 1. ait. Manere in carne necessarium duxi propter vos, qui autem est verè mercenarius cum videt lupum venientem fugit, fugere autem bifariam contingit vel corpore, vel animo qui .n. videt, & nouit aliquem peccantem, & nõ reprehendit, dicitur fugere, non corpore, sed animo, venit enim lupus, idest diabolus persuadet alicui adulterium, seu furtum, qui autem est mercenarius tacet, non increpat, fugit quia scilicet tacuit, tacuit quia timuit, fuga enim animi timor est, corpore stetit, spiritu fugit, quòd quidem non faciebat ille videlicet Paulus Apostolus, qui dicebat, & si corpore absens sum, spiritu vobiscum sum, affectiones enim nostræ motus animorum sunt. Lætitia, animi diffusio, tristitia, animi contractio, cupiditas, animi progressio, timor, animi fuga est. Non ergo dicendum Paulum Apostolum simpliciter, & absolute fugisse, dum per murum submissus in sporta euasit manus impiorum.

Philip. 1.

Ad secundam obiectionem qua quęrebatur quid faciẽdum quando est commune periculum, vt scilicet tam clerici, quàm laici sint in eodem discrimine, dicendum, tñc Deum esse rogandum qui in eiusmodi periculorum discrimine suam

Dum adest commune periculum, quid agendum.

suam virtutē exarat, & potentiam suam in populum suum demonstrare non dedignetur: Melius enim Deus in huiuscemodi difficultatibus nouerit qd sit agendum, quam homines possint efficere, seu iudicare, siue dignetur Deus ad passionis fructum vocare quoslibet, aut aliquos tanquam meliores eligere, & parcere infirmis, siue istos ad mala ferenda facere fortiores, & huic vitæ subtrahere D.Tho. 2.2.q.185.art.5.ex sententia Augustini in præfata epistola breuiter sic habet. Fugiant de ciuitate in ciuitatem serui Christi, quādo eorum quisque specialiter a persecutoribus quæritur, ita vt ab aliis, qui non ita quæruntur Ecclesia non deseratur. Cum autem omnium est commune periculum, hi qui aliis indigent non deserantur ab his quibus indigent, verbi gratia laici, qui indigent clericis, & religiosis non deserant eosdem clericos, & religiosos, neque deserantur ab eis. In maximis.n. periculis operam & virtutem, necessarium est ostendere Si enim periculosum est, & maximè damnandum, nautam in tranquillitate nauem deserere, quanto magis in fluctibus? vt dicit Nicolaus Papa, & est similitudo D. Aug. & habetur 7.q.1 d. Et D.Th. conformiter, præsenti dicto, q̄ si instāte persecutione solus minister & Prelatus quærat̄ debet fugere, & curam gregis aliis committere. Si aūt quæratur totus grex, debet salutem, & vtilitatem totius gregis ꝓpriæ saluti, & vtilitati præponere 2.ad Cor.cap. 11.

D.Th. 2.2. q.185.art.5.

Quid autem dicemus (quòd erat tertium quæsitum) quando scilicet in aliqua ciuitate, vel Ecclesia plures erunt ministri, qui communiter eandem, persecutionem patiantur, & eandē vel quasi eandem laicorum curam habere dicantur? nanq. si omnes fugiunt grex a lupis totus deuorabitur, si vero deceat quosdam fugere quosdam verò in ministerio Ecclesiæ persistere, difficile profectò erit eorum certamen, qui nam eorum maneant qui verò aufugiant, ne fuga omnium, aut etiam morte omnium deseratur Ecclesia. Si quidem omnes feruent charitate, & omnes studeant charitati, nulla videtur esse ratio huius certaminis componēdi, nisi vt sorte extrahantur qui manere, & q fugere deant. Quòd si non placeat ita facere, cuius facti non occurrit exemplum, nullius fuga fit in causa vt ecclesiæ ministerium in tantis periculis necessarium deseratur. Ita D. Aug. Dicamus ergo pro solutione absoluta, & perfecta istius discussionis quòd quicunq. fugit ita vt Ecclesiæ necessarium ministerium eo fugiente non desit, facit (inquit August.) quod Dominus præcepit, siue permisit. Qui autem sic fugit, vt gregi Christi alimenta spiritualia subtrahantur, mercenarius ille est, qui videt lupum uenientem, & fugit, quoniam non est ei cura de ouibus. Si quis autem velit plura, & pulchriora in hac materia pcipere, legat totam hanc epist. D. Aug. ad Honoratū. & opusculū quoddam uup excusum a D. Episc. Lauret. Sed reuertamur ad soluendas eas rōnes, quas a principio adduximus. Quod attinet ad ea, quæ sunt Matth 10. Satis dictum est quando scilicet liceat in persecutionibus fugere, quando verò nequaquàm. Quod verò dicebatur de Dauide, quòd fugit a Saule pariter, & a filio Absalon dicimus hoc eum fecisse (vt inquit Aug.) ne se committeret periculis præliorum, & fortassis extingueretur lucerna Israel, vnde a suis hoc petentibus sumpsit, non ipse præsumpsit, alioquin multos habuisset imitatores ignauiæ, qui cum crederent hoc fecisse, non consideratione vtilitatis aliorum, sed suæ perturbatione formidinis. Hoc ipsum dicimus de Paulo (vt paulò ante dictum est) ipse fugit vtilitati aliorum seruiendo, non ob timorem, & formidinem, quæ illum inuaserit. Sic etiam dicimus de Athanasio q̄ ipse fugit persecutiones impiorum fugiendo, non tamen penitus Ecclesiā deserendo, immo vt pro ea tuenda, & defendenda aliquandiu persisteret, se saluum, & incolumen reddidit, Deo tamen illum iuuante, & suam opem ferente. Sic etiam fecerunt de quibus loquitur Apostolus ad Heb. 11. quòd circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti &c. Hoc ergo pacto, & his rationibus interdum an fugere non est culpa, nec dedecus, aut ignominia. Culpa autem est & quàm grauis

ac detestanda fuga, quę committitur ob torporem, & ignauiam, ob formidinem, ac pusillanimitatē: qua fuga fugisse putandum est illos Principes de quibus loquitur Esaias. Sic etiam dicendum esse arbitror de ea fuga, qua imbecilles Apostoli, & prorsus imbelles fugerunt dum ministri Scribarum, & Pharisæorum appræhenderūt Dominum Iesum. Verum si ita res habet, quòd fuga scilicet non semper est culpanda, cur Dauid ps 141. videtur quodāmodo gloriari de seipso dicens. Perijt fuga a me, & non est qui requirat animam meam (vt retigimus a principio.) Ab illo enim fuga periit, qui nunquam fugit. Qui ergo illi sunt, qui nunquam fugiunt? a quibus fuga periit? Dicit Aug. super hunc psalmum, a duplici hominum genere fuga periit, vel ab his qui iam sunt capti, carceribus inclusi, seu vinculis detenti. Alii sunt immunes a fuga, qui sunt fortes, cōstantes, intrepidi, ac bene animati; qualis erat Christus Dominus, quales fuerunt plerique serui, ministri, & sectatores eius, qui fuerunt membra viua huius capitis quod est Christus, qualis etiam fuit quādoque ipse Dauid. Cum autem dicit non est qui requirat animam meam, potest duobus modis intelligi, vel non est qui requirat, vt eam capiat, & amplectatur, vel non est qui requirat animam meam qui velit perdere eam. Quanquam ergo Dauid protulerit hæc verba, nō ideo tamen reiicit omnem fugam, cum & ipsum viderimus aliquando fugisse, sed ob iustam, & rationabilem causam. Potest etiam quis fugere absque vlla reprehensione ad euitandum maius malum, vt de ipso Dauide supius testati sumus. Multi etiam fugiunt persecutores, vt cedant iræ, & furori eorum, sic profectò legimus fugisse frequenter Christū Dominum, qui audiēs quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire, & admonitus in somnis secessit in partes Galileę Matth. 2. & Lucæ 9. agnoscens iram, & odium Pharisæorum aduersus ipsum secessit in desertum locum, & Ioan. 10. Dum quærerent appræhendere eum Iudæi, exiit è manibus eorum, sic etiam Ioan. 7. habetur quod ambulabat Iesus in Galilæam. Non

A enim volebat in Iudeam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere, & cum Iudæi tulissent lapides, vt iacerent in eum, ipse abscondit se & exiuit de templo. De Christo autem quòd fugerit aliquando turbam, & se absconderit, dici potest pręter alias causas quia nondum venerat hora eius. *Ioan. 8.*

Quidam etiam fugiunt hostes, eos persequētes quoniam efficacibus signis præuident Deum illis obsistere, & aduer-

B sari, quemadmodum prudenter admodum fecerunt Aegyptii, qui dum persequentes Israelitas, & submergerētur in mari rubro, dixerunt ad inuicem, fugiamus Israelem, quia Dominus pugnat pro eis contra nos Exo. 14 Sic etiā dum Iosue pugnaret contra Amalech, fugerunt Amalechitæ, quia manus Domini erat cum Iosue Exo. 12. Non secus contigit Madianitis q̄ oppressi a gladio Domini, & Gedeonis, vlulantes, & vocife- *Exod. 14.*

C rantes fugerunt, vt habetur Iud. cap. 7. Nonnè & Petrus vsque adeo dilectus a Deo dum loqueretur cum Iesu præceptore suo agnoscens, & perpēdens ignobilitatem suam dixit. Exi a me Domine quia homo peccator sum, vt qui non audebat loqui, neque sistere vbi erat Iesus. Fugiunt etiam nonnulli ne maculentur & coinquinentur quorum fuga est perpetuis laudibus celebranda, quemadmodum Ioseph Patriarcha ab vxore Farao- *Luc. 5.*

D nis, rogatus vt dormitet cum ea appræhensa lascinia vestimenti eius relicto pallio fugit, & egressus est foras, sic etiam de plerisq. aliis viris, & mulieribus loqui poterimus, quæ pro tuenda pudicitia, & castitate euitarunt eiusmodi concubitus, & quascunque occasiones illos adeundi, vt de Beata Lucia virgine, & Martire, quę cum iussu Paschasii in Lupanar Duci iuberetur, adeo fuit constans, & firma vt nunquam e lo- *Gen. 39.*

E co dimoueri potuerit. Vnde non absq. causa monens sapiens Eccl. 21. d. quasi a facie Colubri fuge peccatū, sic & Susanna vt effugeret mortē æternā, non curauit effugere manus impiorū Dan. 13. sic & multi, vt eādem mortem effugiant, & iram Dei, mox fugiunt quęcunq. trahūt ad peccatum: quorum fuga est summe cōmendabilis. Sed est aliud genus fuge.

Pau-

bat Paulus 1. Corinth. 6. fugite fornicationem, nam oportet fugere, quæ nos persequuntur. Persequuntur enim, nos peccatorum illecebræ, persequitur libido, sed tu eam fuge tanquam furiosam Dominam. Quæ si te comprahenderit, nec die, nec nocte requiescere sinit, exagitat, vrit, incendit: fuge auaritiam, ne te interius comprahendat. Fuge inuidiã, quæ non solum alienos, verum multo magis, quem possederit, lacerare consueuit. fuge perfidiã ne te suis inuoluat

Matth. 10. hæresibus, vnde, & D̃nus ait Matth. 10. cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliã. quod si in alia persequentur in aliam fugite. Amen dico vobis non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. Nec solum peccata; sed occasiones peccandi fugere necessum est. Quamuis. n. propter cupid tatem, carnis fuga nobis suadeatur, tamen melius fugit (inquit Ambrosius libro de fuga seculi cap. 4) qui fugit illecebras seculares, vt nemo teneatur diuitiarum suarũ sollicitudine, non thesauri cupiditate, non vitæ istius desiderio, sed directa animi intentione festinet ad gloriam regni cœlestis, properet ad coronam, &c. Oportet etiam euitare pericula, quoniam (vt ait sapiens) qui amat periculum, peribit in illo: hoc modo Rebecca consuluit filium suum Iacob vt recederet a fratre suo ne illum occideret, dicens, nunc fili mi consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haram, & habitabis cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius Genesis 27. Sic etiam & Dauid fugit a facie Saul & Absalon, sic & Moyses a facie Regis Pharaonis ne eum aula regia coinquinaret, sic populus Hebræorum ab Aegyptiis non solum, vt eorum vitam tutarentur, sed ne eorum consortio coinquinarentur, vnde nobis suadetur, ne peccata solum, & occasiones peccandi sedulo eiutemus, verum, & consortia, ac societates malignorum spirituum, & eorum consilia, vt habetur Tob. 1. fugiamus consortia hominum qui adorãt vitulos aureos, &c. ob quam causam fugit Loth è Sodomis, nec fugiens respexit eos, quorum conuersationes haud qua-

Tob. 1.

A quam desiderabat. bene ergo & prudenter quis effugiet, si cor suum non imitetur peccatorum consilia, & cogitationes eorum; Bene fugiet si oculus suus fugiat calices, & phialas, ne fiat libidinosus dum moratur in vino, bene fugies & tu, si oculus tuus aliena declinet, & lingua tua veritatem custodiat, bene fugies, si non respondeas imprudenti ad imprudentiam suam, & auferas gressum pedum tuorum ex ore insipientium,

B sic Dauid gloriabatur d. odiui ecclesiã malignantium, & cum impiis non sedebo: sunt. n. quidam, qui fugiunt increpationes, & correctiones bonorum, vt ps. Ab increpatione tua fugient a voce tonitrui tui formidabunt, quorum fuga est perniciosa, & abhominabilis: de quibus etiam loquit̃ Dauid ps. 30. Qui videbant me foras fugerunt a me: fugiamus malos vt ille. Iniquos odio habui & legem tuam dilexi. Sed dices, quo

C pacto, & qua ratione fugere, possimus, ac debeamus ex hoc sæculo? Dicit Ambrosius vbi supra c. 8. Qui habent vxores sint tanquam non habentes, & qui flent, tanquam non flentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur Præterit. n. figura huius mundi. Oportet ẽt expoliari veterem hominem, & 1. Cor. 7.

indui eum, qui secundum Deum creatus est: sic ille qui relicta Syndone nudus profugit ab hominibus huius seculi.

D Iterum dices, si nos fugimus, quo quæso fugere, & proficisci debemus ne in foueam cadamus? Respond. Dauid. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine, & volauit inquã sic vt nicticorax in domicilio, & volemus ad cœlum, & qui non potest ad cœlum, uolet ad montes, & fugiat ad Vallestria. Sic segor transiuit ad montem, & saluus factus est. Gen. 19. sic Dominus Lucæ 21 consulebat d. qui in Iudæa sunt, fugiant ad Luca 21.

E montes, vbi mons Sion, & ciuitas pacis Hyerusalem erit locus quietis, & requietionis: fugiamus ad Deum, & ad ecclesiam sponsam eius, & ad donum gratiç eius, q̃ est turris illa fortissima, ad quam fugit iustus, & saluabitur Prou. 18. denique nos monet Deus per Esaiam nos fugere ab hoc seculo, & eleuare mẽtem ad cælestia. Hoc est enim fugere a seculo,

lo, mori huic mundo. Sed orandum est, A & cauendum ne dum volumus fugere ab hoc sæculo, & mori huic mundo, sit fuga nostra (vt inquit Christus apud Matth.24.) in hieme, vel in sabbato, ne videlicet vsq. adeo differamus, quò impedimēto aliquo detineamur, quemadmodum in hieme imbribus, vel frigore, & sabbato in quo proficisci nō licet detineamur ab itinere, hoc est. Ne tristitia, aut lætitia rerum temporalium fugam prorogemus; sic exponit Aug. in B quæst. euāgelicis, lib 1. & lib. 2. de consensu euangelistarum, vbi per hiemem intelligit curam huius vitę & rerū temporalium, per Sabbatū verò crapulam, & ebrietatem. Cauendum est etiam ne dum venerit tempus, aut occasio fugæ faciamus, vt illi, qui (vt inquit Esaias) fugiunt ad equos, quippe qui pręsumūt sub vmbra, ac fauore dominorum, ac Principum huius seculi euadere quodcunque malum. Hi quidem absque vl- C la dubitatione maxime falluntur, ac decipiuntur, nemo enim est, qui possit effugere manum Dei, & eius resistere voluntati. D. autem Hier. per istos, qui fugiunt ad equos Aegyptiios. sensū anagogicum, interpræatur eos, qui confidunt in falsis magistris, & dogmatibus, & iu incerto seculi, quales sunt heretici, qui Dei verba audire nolentes ad equos Aegyptios hoc est ad vmbras, & phātasmata confugiunt. Caueamus igitur ne D vnq̄ eiusmodi homines vafros, & mendaces imitemur. Fugiamus ab hoc sæculo & moriamur huic mundo, (vt monet D. Ambrosius in libro de fuga seculi.) Sed est aliud genus fugę nequaquam prætereundum; sed magnopere commendandū, dum scilicet aliqui fugiunt, et spernunt honores, dignitates et commoda huius seculi, quemadmodum fecisse legimus dominum nostrum quem cum turbæ satiatę ex quinque panibus, & duobus piscibus voluissent rapere, & facere regem ipse fugit in montem vt habetur Ioan. 6. Sic etiam D. Ambrosius *Ioan. 6.* cum populus Mediolanensis maximè optaret, ac eniteretur eum eligere Episcopum, viriliter, & strenue obstitit, et reuuit, quanquàm postea diuino spiritui fuit coactus obtemperare, sic etiam de multis aliis uiris præcipuis, ac mulieribus admirandæ virtutis & sanctitatis, qui gradus, honores, ac dignitates, vel nunq̄ uoluerunt recipere, nel quandoq. etiam acceptas prorsus abrenunciare, & huic sęculo se abdicare, uoluerunt, ut testantur historiæ.

Deniq. quid ultra quærimus de modis, et actionibus, aut causis quibus pleriq. fugiunt cum non desint per multi, qui non ob aliam certè causam nisi quia conscii suæ ipsorum prauitatis, et malitię perpetuò timent suorum scelerum tādem pęnas luere procul fugiunt, et hoc est quod d. Sal. Prouer. 28. Impius *Prou 28 & Leuit. 26.* fugit nemine persequente.

DISCVSSIO

DISCVSS. DE VISITAT. SVP. TEXTV CAP. VIGESIMIQVARTI ESAIAE PROPHETAE.

ET erit in die illa. Visitabit Dominus super militiam cœli in excelso, & super Reges terræ, qui sunt super terram.

POsteaquam Propheta loquitur hoc loco, & alibi sæpe in hoc eodem opere, seu libro de Visitatione, qua nos aliquando visitat Deus, operæpretium duxi de ea vberius aliqd loqui, & vt in hac tractatione iuxtà ordinem doctrinæ pcedamus videbimus primum. Quid sit visitatio, & vnde dicatur. Secundo quotuplex sit visitatio, B Tertio,& vltimo qñ, & qẽo, & a quibus fieri debeat ista visitatio, & quā ob causam fiat ista visitatio ; & præsertim pænes ipsum Deum videre necessum erit, qñ & quā ob cām Deus nos visitet:Circa primū dicimus iuxta cōem sententiam, quòd visitare, seu visito, cum sit verbum frequentatiuum iuxta vim verbi, nihil aliud significat nisi frequenter aliquid inuisere, seu videre, & communiter loquendo, solet accipi hoc nomen visitare, pro actu quodam amicabili, & officioso, dum scilicet quis ratione officii, ac humanitatis,& obsequii procedit, vel accedit ad videndum quempiam amicum, aut familiarem, seu potius consanguineum, aut affinē. Et quanquàm quis semel tantum perrexerit ad videndum aliquem ob eam causam, quam diximus, aut propter valetudinem, aut quicquam aliud expediens, seu necessarium, dicitur tamen visitauisse ab vsu propria significatione huius vocabuli, adeo quòd visitare dicitur nō solum de ea actione, qua frequenter, & sæpe aliquem videmus, sed de ea qua peculiari quadam ratione dicimus aliquem videre : & veluti mox videbimus, ipsa visitatio non solum dicitur quando visitamus aliquem amicū, aut propinquum,

A verum etiam in malam partem, vt puta quando quis ob aliquod facinus perpetratum corrigitur, aut afficitur supplicio:vnde solet diuidi hoc nomen visitationis quòd quandoque sumitur in bonam partem, quandoque in malam ;& ita possumus examinare alterum huius quæstionis articulum, quòd videlicet visitatio priori sua diuisione est duplex ; altera bona, altera mala. Visitatio autem bona, laudabilis,& commendanda, *Visitatio duplex.* dicitur esse triplex, vna quæ fit gratia cousolationis, beneficij, & humanitatis. Altera dicitur fieri gratia correctionis. Postrema quæ fit causa supplicij,& condemnationis. Visitatio autem mala potest, & ipsa diuidi quoniam aliqua est mala ex se, turpis, & execranda ; vt cum quis procedit ad visitandū aliqnem non gratia humanitatis, & officii, sed potius vt ei paret insidias, & aliquid mali moliatur, aut si fieri pōt, vt aliquid ab C eo extorqueat, vel quod sit in proprium sui ipsius commodū, vel quod sit in eius qui visitatur perniciem, aut si contigerit, eidem sit mortem allaturus ; vt legitur de Ado, qui clanculum occidit Eglon Regem Moab, vt habetur Iud. cap. 3. & quemadmodum etiam contigit temporibus nostris de Henrico III. Gallorum Rege, qui fuit occisus a quodam religioso Ordinis Prædicatorum, sub prætextu litteras deferendi,& D multis aliis idipsum contigisse facilè potest demonstrari. Quam multi itidem sunt, qui sub prætextu alicuius boni honesti, vel vtilis pergunt visitatū aliquam mulierem speciosam, vt cum ea possint vllam familiaritatem contrahere, quo temporis progressu detur opportunitas & occasio ea quandoque abuti. Eiusmodi visitatio est omnino damnanda, & reproban-

probanda tanquam secundum se mala. A De hoc genere visitationis loqr Pio 19. videlicet timor Domini ad vitā, absque visitatione pessimi: est quidem aliud genus visitationis, quod re vera secundum se, & ex sui natura non est malum, veruntamen est malum huic, vel illi, v.g. Si quis verberibus corrigatur, aut iniuriis impetatur quòd male, & perperam se gesserit in officio ei demandato, aut si quis ob sua flagitia fuerit capitali supplicio damnatus, huic, dubio procul ta- B lis correctio, aut visitatio erit mala. At ex se sic exigente iustitia & bona intentione corrigentis, aut condemnantis, eiusmodi visitatio nunquam existimabitur mala, præcipuè si cedat in bonum eius qui corrigitur, aut reipublicæ: Cum .n. visitatio sit actus quidam, siue actio, & huiusmodi actiones denominationes sumant a fine, si finis (inquā) est bonus, actio est bona; si finis malus, actio pariter est mala, & dum medicus C visitat aliquem ægrotum, vt restituat ei sanitatem absque dubio visitatio illa est bona, & laudabilis quia finis est bonus. Nec refert eiusmodi actiones fore personales, ita vt quis per seipsum visitet quempiam, aut per internuncios, seu per Epistolas quocunque istorum modorum fiat, bona, vel mala dicetur habita ratione finis. Alii distinguunt visitationem in diuinam, & humanam, & de vtraque nos sumus locuturi, quan- D do vtraq. conficit ex iis tribus partibus.

Cum ergo viderimus quid sit visitatio, & quotuplex sit iuxta vtranq. diuisionem, examinemus nunc singulas species, aut modos visitationis, laudabilis, & in bonam partem acceptæ. Dicebamus enim tres esse, videlicet. Consolationis, correctionis, & condemnationis. Sic eas ad verbum exponit D Tho. & alii. visitatio consolationis est & ipsa multiplex, cum scilicet quispiam visita- E tur, ratione humanitatis, vel vrbanitatis, aut officii, quo quidem modo Beata Virgo Maria visitauit Elisabeth, nam vt habetur Lucæ primo. Cū primum ipsa conceperit filium virtute Spiritus sancti, abiit in mōtana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth, quæ cum

Species visitationis tres.

Luc. 1.

prius esset sterilis, sexto iam mense concepit filium in senectute sua. & ad eam inuisendam festinauit Virgo Maria non quasi incredula de miraculo, vel dubia de exemplo, sed vt læta pro voto, religiosa pro officio, & vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, hoc est Ionanes Baptista, qui nondum erat natus. Visitauit etiam Dominus Deus Sarram, quæ & ipsa cum esset sterilis, cum primum fuit visitata a Domino ob iustitiā Deus ei promiserat, vt habetur Gen cap. 21. Visitauit etiam Deus Annam matrem Samuelis cuius vuluam Dominus concluserat, quæ postmodum visitata a Deo post circulum dierum concepit, & peperit filium, vocauitq nomē eius Samuel, eo quod a Domino postulasset eū. Quid plura? nonne Dominus Deus nos quoque visitauit, cuius benignitatem, & munificentiam admiratus Dauid Psal. 8. dixit. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? vbi D. Ambrosius inquit particulam istam. Quid est homo, cum despectu, et indignatione pronunciauit Dauid, ac si diceret. Fragilis, et caducus Adæ sequax qui in veteri sit peccato genitus hunc, visitare dignatus es, cuius memor Dominus ei peccata dimittit, et misericordiæ sua dona largitur. Cum verò dicit filius hominis, huic voci assurgendum est, qui Dominum significat Saluatorem qui non vt cæteri mortales ex duobus hominibus natus est. Sed ex Spiritu Sancto, et Beatæ Mariæ semper Virginis vtero tanquam sponsus gloriosus de thalamo suo processit. De ipso homine memor fuit cū Patriarchis de cœlo misertus est. Visitauit cum verbum caro factum est, et habitauit in nobis. Antea quidem visitauit hominem per inter nuncios, hoc est Prophetas, quibus de cœlo reuelauit misteria, quæ facturus erat, postmodum in persona sua nos visitauit oriens ex alto, dum venit ad illuminandos eos qui in tenebris, et in vmbra mortis sedebāt. Diuus Augustinus super eundem Psalmum loquitur de misericordia Dei erga hominem, vbi distinguit inter hominem, et filium hominis, vt per hominem intel-

Gen. c. 21.

1. Reg. c. 1. & 2.

Psal. 8.

Sup. cap. 2. Hab.

Aug. super Psal. 8.

ligamus Adam, qui fuit homo, sed non filius hominis; Christus autem Deus, & homo, & filius hominis. Deus itaque fuit memor hominis per multiplicationem misericordiæ suæ. Visitauit verò filium hominis, cui sub protectione alarum suarum posito protendit misericordiam. Vbi aduerte quod misticè intelligit Aug. per hominem, qui portat imaginem terreni hominis. Per filium autem hominis intelligit eum qui portat imaginem cęlestis hominis, hoc est ipsius Christi. Memor est ergo ipse Deus ipsius hominis, sicut etiam, & iumentorum, quia in vtroque exercet misericordiam suam, iuxta illud ps. 35. Homines, & iumenta, saluabis Domine, quęadmodum multiplicasti misericordiam tuam? Visitat autem filios hominis speciali munere gratiæ suæ, quemadmodum in eodem ps subdit Propheta dicens. Filij autem hominum, idest qui portant imaginem filii hominis, i. Christi, in tegmine alarum tuarum sperabunt, & Iob conformiter dicit Quid est homo quia reputas eum, & ponis erga eum cor tuum? Cap. 7. Visitauit ergo nos Deus primum per Prophetas vt diximus, & per sanctos Angelos, tanquā suos ministros, & quandoque etiam per actiones, & ministeria secundarum causarum, atque etiam per tribulationes, & angustias, vt paulo post dicemus in altero membro visitationis diuinæ, pariter & humanæ laudabilis, & commendandæ. Visitat etiam nos Deus sæpe numero per internas inspirationes. Eiusmodi visitationes magnopere exoptabant Sancti patres, propterea supplices rogabant ipsum Deum dicentes. Memento nostri Domine in beneplacito, populi tui, visita nos in salutari tuo. Porrò quàm sit vtilis, & proficua hæc Dei visitatio de qua nunc loquimur testis est ipse Iob, cū d. visitatio tua custodiuit spiritum meum. & Psalmo: visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Denique Esaias cap. 60. inquit. Ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam. Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vastitas, & contritio in terminis tuis & cætera quæ sequuntur in eodem loco. Visitat nos Deus in prosperis, & in aduersis; in prosperis quidem ostendit Iob d. visitas eum diluculo, i. summo mane antequam oriatur dies. In aduersis verò ostendit Propheta cum inquit Psal. Probasti cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas, quanquam hęc sententia potest conuenientius adduci, qua Deus visitat inquirendo, & examinando mores, & vitam cuiusque, quàm si loquamur de visitatione, qua nos consolatione replet, & iucunditate. Pręter istas visitationes, quas nouimus Deum agere erga suas creaturas, quas etiam diximus fecisse beatam Virginem dum visitauit Elisabeth, & quosdam alios viros Deo gratos, & acceptos, dicimus eiusmodi visitationem fieri debere ab vnoquoque habente speciem, humanitatis, vel humanæ societatis: vt scilicet quisque debeat visitare fratrem suum, tanquam proximum, quia nobis præceptum est vt diligamus proximum, sicut nos ipsos, & primo Regum cap. 17. dixit Isai ad Dauid filium suum, postea quā iussit illi: vt deferret aliqua cibaria fratribus suis, visitabis, subdit. Fratres tuos si rectè agāt, & cum quibus ordinati sunt disce. Sed præter hoc humanitatis officium, debemus etiam visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, sicut phibet Iacobus Apostolus in epist. sua d. Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem hæc est visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo Expedit etiam frequenter visitare infirmos cuius rei exemplum habemus ex amicis Iob, qui vt habetur cap. 2. venerunt singuli de loco suo audientes ipsum ægrotare condixerant enim vt pariter venientes visitarent eū, & consolarentur. & Ecclesiastici 7. d. sapiens, non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis, & paulo supra inquit. Mortuo non prohibeas gratiam Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula, quæ omnia conferunt ad rem nostram, quemadmodum etiam dixit Saluator noster: infirmus eram, & visitastis me: Matth 25. est aliud genus visitationis

Psal. 35. Psal. 105. Cap. 10. Psal. 64. Esa. c. 60. Cap. 7. Psal. 16. 1. Reg. 17. Iac cap. 1. Iob cap 2. Eccl. cap. 7.

nis vbique locorum satis commendatum, cuiusmodi est visitare pauperes, in carcere detentos, in captiuitate existentes, & denique in necessitatibus aliquod subsidium eis præbere. Sic enim præcepit Deus in lege veteri, vt habetur Deut. 15. ego (inquit) præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra. Deinde Psal 9. d. ipse Propheta, siue alloquens ipsum Deum, siue quemcunque habentem facultatem vnde possit alios iuuare. d. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor; & alibi. Beatus vir, qui intelligit super egenum & pauperum, in die mala liberabit eum Dominus. Denique nulla est pagina, quecunque sit illa, vbi non sint crebræ admonitiones, præcepta, & consilia quibus homines prouocantur, excitantur, & quodammodo impelluntur ad subleuandos homines in necessitate constitutos. Quòd si omnia alia veterū, & modernorum testimonia deessent, verba Saluatoris sint satis, ad confirmandam, & roborandam hanc doctrinam; dum ipse æterna præmia pollicetur his qui ægentis, & in necessitate constitutis attulerint suppetias dum inquit. Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, infirmus fui, & in carcere. & venistis ad me. Contra verò his qui secus egerint, cum inquit. Nudus fui, & non operuistis me, infirmus, & in carcere fui, & non visitastis me. Est & alia visitatio quæ non erat postremo loco referenda, qualis est visitatio templorum, & quecunque sunt loca pietatem redolentia, vt d. ipse Dauid ps. 26. Vnam petij a Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitę meæ, vt videam voluntatem Domini, & visitem templum eius. Hęc quidem visitatio templorum, quanquam ex deuotione, & cultu hominis religioso prodire videatur ad illud tamen visitationis genus facile potest reduci quod nos uocamus visitationem consolationis, ad quod genus etiam nolumus reduci uisitationem, qua solent Medici visitare infirmos, et ęgros, et malè se habentes; dum enim illi valetudinarios, & aliquo morbo laborantes adeunt, &

Psal. 9. *Psal 40.* *Visitatio templorum* *Psal. 26.*

A eosdem inuisunt, & quicquid opis, aut remedii eisdem necessarium fore iudicauerint, vel pro sanitate recuperanda, aut etiam pręseruanda adhiberi curauerint, dicimus eos visitare infirmos, & eosdem consolari.

Dicuntur etiam Pręlati, & Pastores animarum ratione officii, & muneris eisdem crediti, crebro suas dioceses inuisere, & oues sibi commissas percunctari, & inquirere, si quo ęgent remedio, aut subsidio. vt contineantur in officio, & si quid fuerit labefactatum, illud
B amouere, & in integrum cuncta restituere, quo animę eorum fidei concreditę salutem consequantur ęternam. Cuius rei causam pręter vetustos canones nuper in Concilio Tridentino, 21. Sess. cap. 8. de Refor. fuit decretum vt Episcopi tanquam Sedis Apostolicę delegati singulis annis visitent beneficia tam curata, quàm non curata, secularia, &
C regularia qualitercunq. commendata, etiam exempta, curentq. iidem Episcopi cōgruentibus remediis, omnibus incommodis congruentia adhibere remedia, & quęcunque fuerint impedimenta summouere. Et nos quoque nostris in Comitijs Generalibus statuimus, & ordinauimus quod Reuerendissimus Generalis semel in singulo sexennio, nisi ipse personaliter visitare voluerit, aut potuerit instituat viros probos. & egre-
D gios, diuini honoris iustitię, & religionis pręcipuos zelatores, ac in sacris literis sufficienter eruditos, per quos vniuersum ordinem uisitare faciat, &c Ter. par. cap 6.

Hoc idem uisitandi munus obierunt Apostoli, ut habetur 15. cap. Act. Apost. ubi legitur quòd Paulus. & Barnabas demorati Antiochię docentes, & euangelizantes cum alijs pluribus uerbum Domini, post aliquot dies dixit Paulus
E ad Barnabam. Reuertentes uisitemus fratres per uniuersas Ciuitates in quibus prędicamus uerbum Domini, quomodo se habeant, ubi uides hunc uisitandi morem fuisse apud Apostolos, & uerbi Dei ministros. Non secus fecisse legimus Dominum Deū nostrum cum humano genere. Primum quidem uisitauit nos (ut a principio diximus) tan-

quam

quam pater, frater, & amicus noster integerrimus, dum voluit humanam carnem assumere, & fieri nobis similis. Vnde legimus apud Mathæum cap. 12. eum dixisse hæc verba. Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, hic meus frater, & soror, & mater est. & alibi. Nolite vobis vocare patrem super terram, vnus enim est pater vester qui in cælis est. & apud Dauidem psal. 21. Nunciabo (inquit) nomen tuum fratribus meis. vbi dubio procul loquebatur Christus de suis fidelibus, ac ministris, & priori loco de cunctis apostolis. & alibi dicit ad eosdem. Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis. Voluit etiam nos visitare, & nobiscum esse tanquam medicus, vt habetur Math. 9. Non est opus valentibus medico, sed male habētibus Non enim (inquit) veni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Vide Aug. Ser. 9. de uerbis Apostoli. Tolle morbos, tolle uulnera, & nulla est causa medicinæ. Si uenit de cælo magnus medicus, magnus per totum orbem terræ iacebat ægrotus. & alibi dicit. Visitauit nos apparens Dominus quasi longius à se recedentes, in peccatis positos querens iustificare curauit. Hinc Esaias repræhendit Iudæos, d. & operatorem eius de longè non uidistis cap. 22. quia scilicet longè ab eo recesserant.

Math. 12. *Psal. 21.* *Math. 9.* *Aug. Ser. 9. de ver. Apo.* *Isa. cap. 22*

Subdit Aug. eodem loco d. Visitauit quasi medicus ægrotos, qui ut inueteratum superbiæ nostræ languorem sanaret, nouum suæ humilitatis exemplum adhibuit. Visitauit etiam nos Deus, tanquam prælatus, & pastor, dum apud Ezechielem cap. 34. habet hæc uerba. ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas, sicut uisitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouiū suarum dissipatarū, sic uisitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersę fuerant in die nubis, & caliginis. & educam eas de populis. & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel in riuis, & in cunctis sedibus terræ. In pascuis uberrimis pascam eas & c. Hæc quidem subditorum perscrutatio & paterna inquisitio omnium

A rē nocari potest, & debet uisitatio consolationis, uisitatio referens gaudium, & exultationem his qui fuerint uisitati, & omni præsidio corporis & animæ adiuti, & subleuati.

Sequitur modò uideamus aliqua de altera specie uisitationis, quæ appellatur correctio, siue castigatio quæ etiam fertur in bonum, & fieri solet à patribus apud filios, à præceptoribus erga discipulos illorum curę concreditos, & denique à pastoribus, & prælatis, & quocunque genere Principum, ac dominantiū erga suos subditos, & iuxta præceptum saluatoris tenetur etiam quisque corrigere, uel corripere fratrem suum si in aliquo deliquisse constiterit iuxta illud Match. cap. 18. Si peccauerit in te frater tuus, uade, corripe eum inter te, & ipsum solum & c. Sed aduerte quòd correctio est duplex (vt notat Richardus in 4. sent. dist. 19. ar. 2. quest. p. nam quędā est actus iustitiæ uindicatiuæ, quæ est correctio à malo per inflictionem iustę pœnæ, quæ si fuerit extrema, & ultima non erit correctio, sed condemnatio, et hæc non pertinet nisi ad superiores, et dominos respectu inferiorum, et subditorum, quorum habent curam ex officio, quę dicitur correctio iudicialis, seù potestatiua. Alia correctio est actus dilectionis, quæ est et fit per amicabilem instructionem, boni exhortationem, et mali repræhensionem, et quo fieri potest reprensionem. et hæc respicit curam Zeli ad quam tenetur quilibet, respectu cuiuslibet, sicut quisque respectu cuiuscūque debet habere dilectionem, ut mox diximus. Circa qd genus correctionis, ad quod tenetur quilibet tria sunt consideranda, et adnotanda, ut eiusmodi uisitatio sit utilis, et proficua. Primum quidem cōsiderare oportet qualis debet esse correctio, deinde quales correctores, tertio et ultimo qui, et quales debent esse qui corriguntur, uel possunt corrigi. Correctio quidem debet esse seuera, pia, et discreta, iuxta illud psal. 100. Misericordiam, et iudicium cantabo tibi domine: seuera quidem ut non blandiendo, siuè corridendo fiat ista reprehensio, et (ut uulgo dicitur) non oportet delinire caudam, sed cum seueritate, et cum

B C D E

Math. c. 18 Correct 1 06 *Psal. 100.*

cum aliqua vultus indignatione fieri debet iuxta illud Psalm. 140. corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Increpare enim est cum acrimonia, & asperitate verborum quempiam arguere. Et sequitur Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Et re vera qui sic corripit hominem, gratiam magis inueniet, apud eum, quàm qui blandè decipit. & Diuus Augustinus ad Marcellum d. quòd magis amat obiurgator sanans, quàm adulator dissimulans. Debet etiam ipsa correctio esse pia, & quadam quasi compassione humanę fragilitatis punire delinquentem. Vnde Prouer. 15. scriptum est. Quem diligit corripit, & quasi in filio complacet tibi. Vnde Prouer. 19. legitur, quòd virga, & correctio tribuit sapientiam. Expedit etiam eiusmodi correctionem fieri cum prudentia, & sagacitate, ne videlicet temere, & inconsultò fiat, sed prius consti. to de errore, & transgressione corrigendi, fieri debet, quoniam si fiat absque causa, & absque moderamine destruit potius quàm ædificet, & ipse delinquens potius exardescit, & commouetur, quàm emendetur, iuxta documentum Ecclesiastici 11. Priusquam interroges ne vituperes quenquam, sed cum interrogaueris corripe iustè, iuxtà illud Deuteronomij 16. Iustè quod iustum est exequaris. Iustè (inquam) debet fieri correctio, vt scilicet iusta sit causa corrigendi, vt verbi gratia, ille qui est corrigendus prius deliquerit, aut sit rationabilis suspitio, vel coniectura, q̃ sit breui delicturus aut iam deliquerit. Hæc autem correctio debet fieri si peccauerit in te, idest te sciente, aut rationabiliter suspicante. Conuenit etiam in ea correctione haberi rationem finis, vt scilicet ad rectum finem consequendum fiat ista correctio, vt scilicet ille corrigatur & non confundatur. Id quod nequaquam continget si ex charitate fiat, & non ex odio, vel quauis alia animi perturbatione, aut palam, & coram omnibus, nisi publicè peccauerit: Sed dices, Christus Dominus publicè redarguit Iudam, qui quærebat illum tradere Sic etiam pu-

Increpare quid sit.

August. ad Marcellum

Prou. 15.

Prou. 19.

Eccl. 11.

Deut. 16.

A blicè Paul. reprehendit Petrum, dum in faciem ei restitit. Sic & ipse Ananiam & Saphiram repræhendisse legitur. Et mortis sententiam in eos protulisse, sed his obiectis respondet. Diuus Tho m. 2. 2. quæst 33. articulo septimo, omnia hæc iusta, & rationabiliter facta: Iudas nanque grauiter peccabat, & velut mox damnandus, sub oscurè poterat reprehendi, non autem corrigi, sic & Petrus palam videbatur deliquisse: & ipse

B Petrus velut executor diuinæ iustitiæ condemnauit illos mendaces Ananiam, & Saphiram. Amots ergo hũi causis, & rationibus correctio debet esse secreta. Plures aliæ conditiones sacris a doctoribus solent afferri ad veram, vtilem, & summè necessariam correctionẽ conficiendã, sed quia non est nostri principalis instituti de natura, & qualitate correctionis hic tractare, propterea satis fore putamus quæ hucusq. diximus. Neque

C nos curauimus ponere discrimen inter corrigere, & corripere, sed velut verba Omonima hæc posuimus. Cum per hęc pauca monstrauerimus qualis debet esse correctio, facilè potest coniici, vel palàm dignosci qui, & quales debent esse correctores. Constat enim eos debere esse prudentes, sagaces, & pios; viros iustitiam, & misericordiam præseferentes; præsertim si de patrefamilias respectu filiorum, & de Iudice,

D & Prælato respectu subditorum, sensus habeatur, ita vt quandoque una istarum virtutum, quandoque altera, quandoque verò utraque utantur. hoc est iustitia, & seueritate in puniendo, misericordia uerò, & pietate in debitis terminis, & limitibus sistendo, & eosdem non excedendo. Debet denique qui uult correctoris officium pro dignitate, & utilitate delinquentium exercere, & hoc salutiferum munus obire, debet

E (inquam) esse prudens ad inquirendum, pius, & misericors ad ignoscendum, & iustus ad puniendum.

Diximus qualis debet esse correctio, pariter, & quorum munus est corrigere. Nunc breuiter uideamus quales debent esse qui corriguntur, & quales fieri solent postquam fuerint correcti. Dicimus enim prius eos de-

Qui, et quales debebant esse correctores, & corrigendi.

DISC. SVP. ILLVD DICTVM ESAIÆ CAP. VIGESIMISECVNDI videlicet. Cuncti Principes tui fugerunt simul.





Vper his verbis mihi videtur rationabiliter inquirendum; nunquid fugere, vel fuga sit perpetuò, & semper dedecus, & ignominia: an quandoque sit laudabilis, & commendanda.

An fugasit res ignominiosa. Videtur quidē prima facie magnum dedecus, vt quis fugiat, eos qui eum persequuntur, & odio habent, & vim tentant inferre, aut etiam eundem aggrediuntur.

In hoc enim loco Esaias apertè videtur damnare eos qui audito, aut eminus perspecto futuri belli euentu mox fugerunt, qui deinde durè ligati sunt, igitur &c. Deinde Psal. 141. dicit Dauid. *Psal. 141.* Periit fuga a me, & non est qui requirat animam meam, perijt (inquam) idest procul recessit a me, ego detestor fugam volo fortis, constans, & immobilis contra hostes meos existere, & non est qui requirat animam meam, igitur fuga non est appetenda, sed veres ignominiosa procul fugienda, & euitanda. Ab illo enim perit fuga, qui non fugit.

Matth. 26. Postremo Matth. 26. cap. legitur, ꝙ cum turba multa cum gladiis, & fustibus venissent, vt apprehenderent Christum Dominum, tunc discipuli omnes relicto eo fugierunt, immo, vt habetur *Mar. 14.* Marci 14. Adolescens quidam qui sequebatur Christum amictus syndone super nudo, reiecta syndone, nudus profugit ab his, qui tenuerunt eum. Id autem non fuit absque dedecore, & ignominia discipulorum, igitur fuga est semper fugienda.

Oppositum. Contra verò extant multæ auctoritates, & exempla quibus apertè potest A ostendi fugam, haud esse vsquequaque detestabilem, & reprehendendam.

Primo quidem hoc efficaciter monstratur, p verba Saluatoris nostri Matth. 10. dum inquit, & præcipit discipulis suis dicens. Cum inimici vestri (quicunque fuerint illi) persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam, amen dico vobis non consummabitis ciuitates, Israel, donec veniat filius hominis. *Matth. 10.*

Præterea legitur de Dauide 1. Reg. B cap. 21. qui fugit a facie Saulis, & perrexit in aliam regionem ad Regem Achis. & secundo Regum cap. 15. legitur de eodem quòd fugit a facie Absalon, dicens seruis suis, qui erant cum eo in Hierusalem. Surgite fugiamus, neque enim erit effugium a facie Absalon. *1. Reg. 21.* *2. Reg. 15.*

Tertiò legimus de Paulo Apostolo, vase electionis, ac doctore gentium, quem dū Iudæi, qui erant Damasci consilium fecerint, vt eum interficerent, C discipuli eius nocte per murum dimiserunt, submittentes in sporta: & rursus eum perductus esset in Hierusalem; similiter Iudæi quærebant eum occidere, quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tharsum. Act. Apost. cap. 9. *Act. apost. 9.*

Postremo (ne sim nimiū molestus) legitur de sanctissimo viro Athanasio Episcopo Alexandrino, qui cedens iræ, & furori Constantii Imperatoris, & Aria D norum secessit in locum quendam abditissimum, vbi latuit per sex annos integros, quousq. mortuo Constantio Imperatore tutus rediit ad suā Ecclesiam. Sic etiam plerique viri serui, & ministri Dei fecisse leguntur, qui (vt refert Paulus Apostolus) ad Hæbreos 11. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus di- *Aug. epist. 180.* *Heb. 11.*

gnus

gnus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in speluncis, & cauernis terræ; & hi omnes quamuis aut fugerint, aut sese abdiderint, aut errantes iram, & furorem persequentis euaserint, testimonio fidei probati inuenti sunt, non vecordes aut ignaui, aut tanquam pusillanimes, & parum constantes habiti sunt, & condemnati.

Quid ergo dicemus ad eiusmodi difficultates? Nunquid ambæ partes sunt æqualiter veræ, & indifferenter admittendæ? minime quidem omnium, nanque si quis arripiat fugam absque legitima, & rationabili causa, ille profectò est quam maximè turpis, & ignominiosus, & ab omnibus indistinctim reprobandus, & explodendus; secus autem si iusta, & rationabili causa quis effugiat, primum quidem qui ob ingentem pauorem, ac timiditatem temerè animo cõceptam fugam arripiat, dubio procul iste veniet culpandus: id quod frequenter hoc nostro seculo contingere percipitur. Sunt enim quandoque Principes, ac magnates, & hi præsertim, qui in Republica volunt ac videntur velle aliis præesse, dum ciuitas opprimitur, & in aliquo rerum discrimine versatur, vt puta rei frumentariç inopia, aut aliquo belli euentu, vel graui ciuium dissidio mox recedunt, vertũt terga, & suis tantum priuatis rebus, & commodis posthabita Reipublicç salute, & conuersatione student totis viribus consulere, & velut patrio more dici solet. *Chi ha mal', suo danno*, De horum Principum statu, & conditione opinor Prophetam fuisse locutum cum inquit: Cuncti Principes tui o Hierusalem fugerunt simul, dureq. ligati sunt. Et eo grauior est eorum culpa, ac detestabilior, dum eiusmodi Principes, ac Magnates aliis præsunt, & rerum publicarum cura fuerit eis demandata. Nec quicquam minus, sed multi magis sunt arguendi rectores Ecclesiarum, dum ecclesia ferente, aut subeunte aliquod incommodũ, aut sui gregis ouibus aliquo morbo, siue corporali, siue spirituali laborantibus confestim abscedunt, & procul fugiunt modo suæ saluti tantũ prospiciant Nõ ita legimus egisse diuum Thomam Episcopum Cantuariensem, cuius hodie memoriam colimus, qui dum Rex Henricus nonnulla Ecclesiasticç dignitati contraria statuere moliebatur, firmiter, & cõstanter obstitit, nec veritus est ob id in exilium mitti. Nec dubiũ iudicium durissimum fieri debere iuxta sententiam Salomonis Sap. 6. his qui aliis præsunt, si ob irrationabiles causas ab officio, & cura eis commissa recesserint, præter quòd notabili, infamia erunt perpetuò sugillati.

Causa turpitudinis, fugæ.

A B C D E

Si res (vt diximus) ita se habet, cur ergo Dominus, & magister noster præcepit Apostolis, vt cum eos tyranni persecuti fuerint in vna ciuitate, fugiant in aliam? quid dicemus de Dauide, qui fugit primum a Saule, deinde ab ipso Absalon filio? quid item de Paulo Apostolo, quem superius legimus fugisse persecutionem Iudæorum, qui tentabant ipsum interficere? quid? nonne & Christi parentes, moniti ab angelo vt fugerent in Aegyptum quo seruarent puerum Iesum? non ergo est adeò dedecus, & ignominia aliquando fugere, cum quis patitur aliquam persecutionem: quæ fuga, qua nam ratione, & quo prætextu sit admittenda, & nequaquam improbanda mox dicemus.

Sap. 6.

Primum quidem est aduertendum quod non præcipitur a Christo, vt quacunque ex causa serui Christi, ministri verbi, & sacramẽti eius fugiant de ciuitate in ciuitatem, sed ita hoc præcipitur, aut permittitur, quando eorum quisquam specialiter a persecutoribus quæritur, sed ita fuga ei cõceditur vt ab aliis qui non ita requiruntur non deseratur Ecclesia, sed prębeant cibaria cõseruis suis, quos aliter viuere non posse nouerunt. Si aũt omnium idest Episcoporum, & clericorum, aut etiam aliorum religiosorũ fit commune periculum, ii, qui aliis indigent nõ deserant ab his quibus indigẽt. Aut igitur ad loca munita oẽs se conferant, aut qui habent permanẽdi necessitatem non relinquantur ab eis, per quos illorũ Ecclesiastica necessitas est supplẽda vt, vel pariter viuant, aut pariter sufferant, quod eos paterfamilias perpeti decreuerit. Quod si contigerit vt alii minus, alii magis, aut omnes ęqualiter patiantur,

Causę quibus fuga cõmentatur.

tur, qui eorum sint, qui pro alijs patiuntur facilè apparet, illi (inquam) qui cum se possent talibus malis eripere fugiendo, ne aliorum necessitatem desererent, manere maluerunt, hinc maximè probatur illa charitas, quam Ioannes Apostolus commendat dicens Ioan. cap. 3. sicut Christus animam suam pro nobis posuit sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Qui enim sic patiuntur, quia fratres in his, quæ spectant ad Christianam salutē deserere noluerunt, sine dubio suas animas pro fratribus ponunt, hoc est consilium peroptimum, & sanctissimum Diui Augustini in Epistola 180. Præcipit ergo Christus premēte persecutione fugiendum esse Ecclesiæ ministris, quando ibi aut plebs Christi non fuerit, cui ministrari oporteat, aut etiam fuerit, & potest per alios, quibus non est eadem causa fugiendi, ministerium necessarium impleri, sicut dicere possumus, & respondere ad obiectiones adductas de Paulo Apostolo, qui dum quæreretur a Iudæis qui volebant eum occidere, in sporta submissus per murum aufugit: tunc enim non defuit Ecclesiæ conueniens ministeriū ab aliis non eandem necessitatem habentibus, neque talem persecutionē patientibus, sic etiam dicere possumus de Beato Athanasio, qui etsi fugeret pſecutionem Constantii Imperatoris, nequaquam tamen ecclesia Alexandrina deserta fuit, & destituta plebe Catholica, & cęteris ministris illi deseruientibus. Et profectò fuit summè necessaria illius Presulis euasio, & fuga, cum per eum fides Catholica fuit aduersus Arianos mirabiliter defensa, & sustentata. Summa igitur est præfatæ solutionis vt liceat absque vitio, & culpa ignominiæ persecutores fugere, quando non desint plebi & populo, dum qui præest, & ministrat aufugit, alii, qui eius vices gerant. Sed aduersus hanc decisionem extant aliquę rationes necessariò afferendę. Primum quidem est sententia, & determinatio Saluatoris Ioan. cap. 10. dum inquit Ego sum Pastor bonus, bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues proprię videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues, quare non videtur ita facile posse, concedi, vt qui præsunt Ecclesiæ prementе persecutione fugere permittantur. Præterea quid faciendum quando adest commune periculum, vt tam plebs, quā m ministri plebis, & Ecclesiæ eandem persecutionem patiantur, & in eodem vitæ discrimine sint cōstituti? Tertio quæritur quid sit faciendum, quę ratio euitandi periculi sit inuenienda cum in eadem Ecclesia (vt frequenter contingit) sint plures ministri, qui eandem, vel quasi eandem curam habētes, ab hostibus impetantur.

Cap. 3.

Conseruatio Athan. maxime necessaria ecclesiæ.

Ioan. 10

A

B

C

D

E

Ad proposita dubia facilè potest responderi, iuxta sententiam Diui Patris Aug. loco supracitato. Non enim putandum est (inquit ipse,) has duas Domini sententias, alteram qua finitur, aut iubetur dū fuerit persecutio ipsum ministrum fugere, alterā qua arguitur, & culpatur ipsa fuga, esse inter se contrarias, aut posse vtranque indifferenter admitti; propterea dicimus Dominum Iesum arguere habentes curam de ouibus, dum videntes lupum fugiunt, & dimittunt oues, dum scilicet absque rationabili causa fugiunt, neque aliquem substituunt qui eius loco ouium curam habeat, quemadmodum sunt illi qui ob torporem, & ignauiam, aut ob prauam aliquam cupiditatē, honoris aut opum, vel ob timorem alicuius mali fugiunt, hi profectò sunt velut mercenarii. Sed re vera huiusmodi homines longè falluntur, & tota aberrant via, quandoquidem omnem suum timorem Domino miserante atque adiuuāte deponere deberent, ne mala, sine cōparatione multò grauiora, quæ multò amplius sunt timenda, eos aliquando pati cōtingat; sed hoc fieri non potest nisi vbi Dei charitas flagrat, nō vbi mundi cupiditas fumat, charitas enim dicit. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Sed charitas ex Deo est. Orandus est ergo Deus, vt ab eo detur a quo iubetur. Sed aliqui dicent ego non fugio quo velim deserere oues, neque earum curam omnino reiicere, sed vt data tranquillitate, & cessante persecutione

Ministris & Prælatis Ecclesiæ licet quādoq. fugere instante persecutione, quādoq vero minime.

tione posśim easdem inuisere, & gubernare. Illorum excusatio nullo pacto admittenda, cum tempore persecutionis non sint alij qui administrant, at quando per aliquos potest suppleri Ecclesiasticũ ministerium, ne penitus deseratur, hoc facile pôt' admitti, id quod fecisse Athanasium supra diximus. Fortè dicent alii, nos fugimus hostium persecutionem, & inuasionem non solum ob timorem, quo nos concutimur, sed quia rationabiliter agnoscimus nos eo tempore parum nobis, vel populo profuturos, ac etiam ne ante oculos nostros viri cadãt feminæ constuprentur, incendantur Ecclesię, nos ipsi tormẽtis deficiamus, cum de nobis quæritur quod non habemus, vti proximis diebus cõtigit quibusdam seruis, ac Dei ministris, qui fuerũt inuasi a prædonibus, & sicariis, quibus respondere possumus Deum posse audire preces familiæ suæ, & quæcunque formidantur procul auertere, nec ideo tamen propter ista, quæ sunt incerta debet nostri officii esse certa desertio, sine quo est plebi certa pernities, non in rebus vitæ huius, sed alterius incomparabiliter diligentius, solicitiusque curandæ, nam si certa essent ista mala quæ timentur, locis in quibus sumus, prius inde fugerent omnes, & ministri a manendi ibi necessitate liberi essent. Et verè multo magis timendum est ne oues Christi spiritalis neqtiæ gladio in corde, quàm ne ferro in corpore trucidentur, qui tamen aliquando quocunq. mortis genere sunt morituri. Magisque timendum est, ne sensu interiori corrupto pereat castitas fidei, quàm ne fęmine violenter constuprentur in carne, quia per violentiam non violatur pudicitia, vt per optimè dixit Beata Lucia virgo, & martir, si ea mente seruetur, vide etiam de Beata Agnete virgine, quæ ingressa turpitudinis locum, angelum Domini præparatum ad sui defensionem inuenit. Sic quoque magis timendum est, ne lapides viui extinguantur, deferentibus nobis qui eorum curam gerimus, quàm ne lapides, & ligna terrenorum ædificiorum incendantur præsentibus nobis. Magis denique timendum est ne membra corporis Christi destituta spiritali vita perimantur, quàm membra corporis nostri oppræssa hostili impetu torqueantur, quanquam & ista sunt vitanda cum possunt. Sed cum sine impietate non possunt vitari, potius sunt ferenda, quam quicquam aliud aduersus animam perpetrandũ. Dicimus ergo pastores ouiũ, idest curatores animarum nusquam debere fugam capere, dum eorum absẽtia animæ periclitantur. Quod si secus fieri potest, non sunt culpandi dum ab hostibus præmuntur.

Pudicitia non tollitur violentia.

Sed dices quo pacto potest excusari aut a culpa liberari. Paulus Apostolus, cum ob timorem Iudęorũ per murum in sporta submissus euasit manus persequentium cum nulla fuisset ei cura de ouibus, quas lupo veniente deserebat? Diuus August. super Ioan. tract. 46. d. quod vtiq. fuit illi cura de ouibus sed eas pastori in cęlo sedenti, orationibus commendauit, se autem vtilitate earũ, quas erat habiturus fugiendo seruauit, sicut Philipp. 1. ait. Manere in carne necessarium duxi propter vos, qui autem est verè mercenarius cum videt lupum venientem fugit, fugere autem bifariam contingit vel corpore, vel animo qui .n. videt, & nouit aliquem peccantem, & nõ reprehendit, dicitur fugere, non corpore, sed animo, venit enim lupus, idest diabolus persuadet alicui adulterium, seu furtum, qui autem est mercenarius tacet, non increpat, fugit quia scilicet tacuit, tacuit quia timuit, fuga enim animi timor est, corpore stetit, spiritu fugit, quòd quidem non faciebat ille videlicet Paulus Apostolus, qui dicebat, & si corpore absens sum, spiritu vobiscum sum, affectiones enim nostræ motus animorum sunt. Lætitia, animi diffusio, tristitia, animi contractio, cupiditas, animi progressio, timor, animi fuga est. Non ergo dicendum Paulum Apostolum simpliciter, & absolute fugisse, dum per murum submissus in sporta euasit manus impiorum.

Philip. 1.

Ad secundam obiectionem qua quęrebatur quid faciẽdum quando est commune periculum, vt scilicet tam clerici, quàm laici sint in eodem discrimine, dicendum, tũc Deum esse rogandum qui in eiusmodi periculorum discrimine suam

Dum adest commune periculum, quid agendum.

suam virtutē exarat, & potentiam suam in populum suum demonstrare non dedignetur: Melius enim deus in huiuscemodi difficultatibus nouerit qd sit agendum, quam homines possint efficere, seu iudicare, siue dignetur Deus ad passionis fructum vocare quoslibet, aut aliquos tanquam meliores eligere, & parcere infirmis, siue istos ad mala ferenda facere fortiores, & huic vitæ subtrahere D.Tho. 2.2.q.185.art.5. ex sententia Augustini in præfata epistola breuiter sic habet. Fugiant de ciuitate in ciuitatem serui Christi, quādo eorum quisque specialiter a persecutoribus quæritur, ita vt ab aliis, qui non ita quæruntur Ecclesia non deseratur. Cum autem omnium est commune periculum, hi qui aliis indigent non deserantur ab his quibus indigent, verbi gratia laici, qui indigent clericis, & religiosis non deserant eosdem clericos, & religiosos, neque deserantur ab eis. In maximis.n. periculis operam & virtutem, necessarium est ostendere Si enim periculosum est, & maximè damnandum, nautam in tranquillitate nauem deserere, quanto magis in fluctibus? vt dicit Nicolaus Papa, & est similitudo D. Aug. & habetur 7.q.1 d.c. & D.Th. conformiter, præsenti dicto, ꝙ si instāte persecutione solus minister & Prelatus quęrat́ debet fugere, & curam gregis aliis committere. Si aūt quæratur totus grex, debet salutem, & vtilitatem totius gregis ꝓpriæ saluti, & vtilitati præponere 2. ad Cor. cap. 11.

D.Th. 2.2. q.185.art.5.

Quid autem dicemus (quòd erat tertium quæsitum) quando scilicet in aliqua ciuitate, vel Ecclesia plures erunt ministri, qui communiter eandem, persecutionem patiantur, & eandē vel quasi eandem laicorum curam habere dicantur? nanq. si omnes fugiunt grex a lupis totus deuorabitur, si vero deceat quosdam fugere quosdam verò in ministerio Ecclesiæ persistere, difficile profectò erit eorum certamen, qui nam eorum maneant qui verò aufugiant, ne fuga omnium, aut etiam morte omnium deseratur Ecclesia. Si quidem omnes ferueant charitate, & omnes studeant charitati, nulla videtur esse ratio huius certaminis componēdi, nisi vt sorte extra- A hantur qui manere, & q fugere dēant. Quòd si non placeat ita facere, cuius facti non occurrit exemplum, nullius fuga sit in causa vt ecclesiæ ministerium in tantis periculis necessarium deseratur. Ita D. Aug. Dicamus ergo pro solutione absoluta, & perfecta istius discussionis quòd quicunq fugit ita vt Ecclesiæ necessarium ministerium eo fugiente non desit, facit (inquit August.) quod Dominus præcepit, siue permisit. B Qui autem sic fugit, vt gregi Christi alimenta spiritualia subtrahantur, mercenarius ille est, qui videt lupum uenientem, & fugit, quoniam non est ei cura de ouibus. Si quis autem velit plura, & pulchriora in hac materia percipere, legat totam hanc epist. D. Aug. ad Honoratū. & opusculū quoddam nup excussit a D. Episc. Lauret. Sed reuertamur ad solvendas eas rōnes, quas a principio adduximus. Quod attinet ad ea, quæ sunt C Matth 10. Satis dictum est quando scilicet liceat in persecutionibus fugere, quando verò nequaquàm. Quod verò dicebatur de Dauide, quòd fugit a Saulē pariter, & a filio Absalon dicimus hoc eum fecisse (vt inquit Aug.) ne se committeret periculis prælior um, & fortassis extingueretur lucerna Israel, vnde a suis hoc petentibus sumpsit, non ipse præsumpsit, alioquin multos habuisset imitatores ignauiæ, qui cum crederent D hoc fecisse, non consideratione vtilitatis aliorum, sed suæ perturbatione formidinis. Hoc ipsum dicimus de Paulo (vt paulò ante dictum est) ipse fugit vtilitati aliorum seruiendo, non ob timorem, & formidinem, quæ illum inuaserit. Sic etiam dicimus de Athanasio ꝙ ipse fugit persecutiones impiorum fugiendo, non tamen penitus Ecclesiā deserendo, immo vt pro ea tuenda, & defendenda aliquandiu persisteret, se salE uum, & incolumen reddidit, Deo tamen illum iuuante, & suam opem ferente. Sic etiam fecerunt de quibus loquitur Apostolus ad Heb. 11. quòd circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti &c. Hoc ergo pacto, & his rationibus interdum aufugere non est culpa, nec dedecus, aut ignominia. Culpa autem est & quàm grauis

ac

ac detestanda fuga, quę committitur ob torporem, & ignauiam, ob formidinem, ac pusillanimitatē: qua fuga fugisse putandum est illos Principes de quibus loquitur Esaias. Sic etiam dicendum esse arbitror de ea fuga, qua imbecilles Apostoli, & prorsus imbelles fugerunt dum ministri Scribarum, & Pharisęorum appræhenderūt Dominum Iesum. Verum si ita res habet, quòd fuga scilicet non semper est culpanda, cur Dauid ps 141. videtur quodāmodo gloriari de seipso dicens. Perijt fuga a me, & non est qui requirat animam meam (vt tetigimus a principio.) Ab illo enim fuga periit, qui nunquam fugit. Qui ergo illi sunt, qui nunquam fugiunt? a quibus fuga periit? Dicit Aug. super hunc psalmum, a duplici hominum genere fuga periit, vel ab his qui iam sunt capti, carceribus inclusi, seu vinculis detenti Alii sunt immunes a fuga, qui sunt fortes, cōstantes, intrepidi, ac bene animati; qualis erat Christus Dominus, quales fuerunt plerique serui, ministri, & sectatores eius, qui fuerunt membra viua huius capitis quod est Christus, qualis etiam fuit quādoque ipse Dauid. Cum autem dicit non est qui requirat animam meam, potest duobus modis intelligi, vel non est qui requirat, vt eam capiat, & amplectatur, vel non est qui requirat animam meam qui velit perdere eam. Quanquam ergo Dauid protulerit hæc verba, nō ideo tamen reiicit omnem fugam, cum & ipsum viderimus aliquando fugisse, sed ob iustam, & rationabilem causam. Potest etiam quis fugere absque vlla repręhensione ad euitandum maius malum, vt de ipso Dauide supius testati sumus. Multi etiam fugiunt persecutores, vt cedant iræ, & furori eorum, sic profectò legimus fugisse frequenter Christū Dominum, qui audiēs quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire, & admonitus in somnis secessit in partes Galileę Math. 2. & Lucæ 9. agnoscens iram, & odium Pharisæorum aduersus ipsum secessit in desertum locum, & Ioan. 10. Dum quærerent appræhendere eum Iudæi, exiit è manibus eorum, sic etiam Ioan. 7. habetur quod ambulabat Iesus in Galilæam. Non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi inter fidem, & cum Iudæi tulissent lapides, vt iacerent in eum, ipse abscondit se & exiuit de templo. De Christo autem quòd fugerit aliquando turbam, & se absconderit, dici potest pręter alias causas quia nondum venerat hora eius. *Ioan. 8.*

Quidam etiam fugiunt hostes, eos persequētes quoniam efficacibus signis præuident Deum illis obsistere, & aduersari, quemadmodum prudenter admodum fecerunt Aegyptii, qui dum persequentes Israelitas, & submergerētur in mari rubro, dixerunt ad inuicem, fugiamus Israelem, quia Dominus pugnat pro eis contra nos Exo. 14 Sic etiā dum Iosue pugnaret contra Amalech, fugerunt Amalechitæ, quia manus Domini erat cum Iosue Exo. 12. Non secus contigit Madianitis q oppressū a gladio Domini, & Gedeonis, vlulantes, & vociferantes fugerunt, vt habetur Iud. cap. 7. Nonnè & Petrus vsque adeo dilectus a Deo dum loqueretur cum Iesu præceptore suo agnoscens, & perpēdens ignobilitatem suam dixit. Exi a me Domine quia homo peccator sum, vt qui non audebat loqui, neque sistere vbi erat Iesus. Fugiunt etiam nonnulli ne maculentur & coinquinentur quorum fuga est perpetuis laudibus celebranda, quemadmodum Ioseph Patriarcha ab vxore Faraonis, rogatus vt dormiret cum ea appræhensa lascinia vestimenti eius relicto pallio fugit, & egressus est foras, sic etiam de plerisq. aliis viris, & mulieribus loqui poterimus, quæ pro tuenda pudicitia, & castitate euitarunt eiusmodi concubitus, & quascunque occasiones illos adeundi, vt de Beata Lucia virgine, & Martire, quę cum iussu Paschasii in Lupanar Duci iuberetur, adeo fuit constans, & firma vt nunquam e loco dimoueri potuerit. Vnde non absq. causa monens sapiens Eccl. 21. d. quasi a facie Colubri fuge peccatū, sic & Susanna vt effugeret mortē æternā, non curauit effugere manus impiorū Dan. 13. sic & multi, vt eādem mortem effugiant, & iram Dei, mox fugiunt quęcunq. trahūt ad peccatum: quorum fuga est summe cōmendabilis. Sed est aliud genus fugę. *Exod. 14.* *Luc. 5.* *Gen. 39.*

Pau-

bat Paulus 1. Corinth. 6. fugite fornicationem, nam oportet fugere, quæ nos persequuntur. Persequuntur enim, nos peccatorum illecebræ, persequitur libido, sed tu eam fuge tanquam furiosam Dominam. Quæ si te compræhenderit, nec die, nec nocte requiescere sinit, exagitat, vrit, incendit: fuge auaritiam, ne te interius compræhendat. Fuge inuidiã, quæ non solum alienos, verum multo magis, quem possederit, lacerare consueuit. fuge perfidiã ne te suis inuoluat
Matth. 10. hæresibus, vnde, & Dñus ait Matth. 10. cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliã. quod si in alia persequentur in aliam fugite. Amen dico vobis non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. Nec solum peccata; sed occasiones peccandi fugere necessum est. Quamuis. n. propter cupiditatem, carnis fuga nobis suadeatur, tamen melius fugit (inquit Ambrosius libro de fuga seculi cap. 4) qui fugit illecebras seculares, vt nemo teneatur diuitiarum suarũ sollicitudine, non thesauri cupiditate, non vitæ istius desiderio, sed directa animi intentione festinet ad gloriam regni cœlestis, properet ad coronam, &c. Oportet etiam euitare pericula, quoniam (vt ait sapiens) qui amat periculum, peribit in illo: hoc modo Rebecca consuluit filium suum Iacob vt recederet a fratre suo ne illum occideret, dicens, nunc fili mi consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haram, & habitabis cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius Genesis 27. Sic etiam & Dauid fugit a facie Saul & Absalon, sic & Moyses a facie Regis Pharaonis ne eum aula regia coinquinaret, sic populus Hebræorum ab Aegyptiis non solum, vt eorum vitam tutarentur, sed ne eorum consortio coinquinarentur, vnde nobis suadetur, ne peccata solum, & occasiones peccandi sedulo eiutemus, verum, & consortia, ac societates malignorum spirituum, & eo-
Tob. 1. rum consilia, vt habetur Tob. 1. fugiamus consortia hominum qui adorãt vitulos aureos, &c. ob quam causam fugit Loth è Sodomis, nec fugiens respexit eos, quorum conuersationes haud qua-

A quam desiderabat. bene ergo & prudenter quis effugiet, si cor suum non imitetur peccatorum consilia, & cogitationes eorum; Bene fugiet si oculus suus fugiat calices, & phialas, ne fiat libidinosus dum moratur in vino, bene fugies & tu, si oculus tuus aliena declinet, & lingua tua veritatem custodiat, bene fugies, si non respondeas imprudenti ad imprudentiam suam, & auferas gressum pedum tuorum ex ore insipiẽtium,
B sic Dauid gloriabatur d. odiui ecclesiã malignantium, & cum impiis non sedebo: sunt. n. quidam, qui fugiunt increpationes, & correctiones bonorum, vt ps. Ab increpatione tua fugient a voce tonitrui tui formidabunt, quorum fuga est perniciosa, & abhominabilis: de quibus etiam loquit Dauid ps. 30. Qui videbant me foras fugerunt a me: fugiamus malos vt ille. Iniquos odio habui & legem tuam dilexi. Sed dices, quo
C pacto, & qua ratione fugere, possimus, ac debeamus ex hoc sæculo? Dicit Ambrosius vbi supra c. 8. Qui habent vxores sint tanquam non habentes, & qui flent, tanquam non flentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur Præterit. n. figura huius mundi. Opor- 1. Cor. 7.
tet et expoliari veterem hominem, & indui eum, qui secundum Deum creatus est: sic ille qui relicta Syndone nudus profugit ab hominibus huius secu-
D li. Iterum dices, si nos fugimus, quo quæso fugere, & proficisci debemus ne in foueam cadamus? Respond. Dauid. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine, & volauit inquã sic vt nicticorax in domicilio, & volemus ad cœlum, & qui non potest ad cœlum, uolet ad montes, & fugiat ad Vallestria. Sic segor transiuit ad montem, & saluus factus est. Gen. 19. sic Dominus Lucæ 21 consu- Luca 21.
lebat d. qui in Iudæa sunt, fugiant ad
E montes, vbi mons Sion, & ciuitas pacis Hyerusalem erit locus quietis, & requietionis: fugiamus ad Deum, & ad ecclesiam sponsam eius, & ad donum gratię eius, q̃ est turris illa fortissima, ad quam fugit iustus, & saluabitur Prou. 18. denique nos monet Deus per Esaiam nos fugere ab hoc seculo, & eleuare mẽtem ad cælestia. Hoc est enim fugere a seculo,

lo, mori huic mundo. Sed orandum est, A & cauendum ne dum volumus fugere ab hoc sæculo, & mori huic mundo, sit fuga nostra (vt inquit Christus apud Matth. 24.) in hieme, vel in sabbato, ne videlicet vsq. adeo differamus, quò impedimēto aliquo detineamur, quemadmodum in hieme imbribus, vel frigore, & sabbato in quo proficisci nō licet detineamur ab itinere, hoc est. Ne tristitia, aut lætitia rerum temporalium fugam prorogemus; sic exponit Aug. in B quæst. euāgelicis, lib 1. & lib. 2. de consensu euangelistarum, vbi per hiemem intelligit curam huius vitę & rerū temporalium, per Sabbatū verò crapulam, & ebrietatem. Cauendum est etiam ne dum venerit tempus, aut occasio fugæ faciamus, vt illi, qui (vt inquit Esaias) fugiunt ad equos, quippe qui pręsumūt sub vmbra, ac fauore dominorum, ac Principum huius seculi euadere quodcunque malum. Hi quidem absque vl- C la dubitatione maxime falluntur, ac decipiuntur, nemo enim est, qui possit effugere manum Dei, & eius resistere voluntati. D. autem Hier. per istos, qui fugiunt ad equos Aegyptiux. sensū anagogicum, interpræatur eos, qui confidunt in falsis magistris, & dogmatibus, & in incerto seculi, quales sunt heretici, qui Dei verba audire nolentes ad equos Aegyptios hoc est ad vmbras, & phātasmata confugiunt. Caueamus igitur ne D vnq̄ eiusmodi homines vafros, & mendaces imitemur. Fugiamus ab hoc sæculo & moriamur huic mundo, (vt monet D. Ambrosius in libro de fuga seculi.) Sed est aliud genus fugę nequaquam prætereundum; sed magnopere commendandū, dum scilicet aliqui fugiunt, et spernunt honores, dignitates et commoda huius seculi, quemadmodum fecisse legimus dominum nostrum quem cum turbæ satiatę ex quinque panibus, & duobus piscibus voluissent rapere, & facere regem ipse fugit in montem vt habetur Ioan. 6. Sic etiam D. Ambrosius cum populus Mediolanensis maximè optaret, ac eniteretur eum eligere Episcopum, viriliter, & strenue obstitit, et renuit, quanquàm postea diuino spiritui fuit coactus obtemperare, sic etiam de multis aliis uiris præcipuis, ac mulieribus admirandæ virtutis & sanctitatis, qui gradus, honores, ac dignitates, vel nunq̄ uoluerunt recipere, uel quandoq. etiam acceptas prorsus abrenunciare, & huic sęculo se abdicare, uoluerunt, ut testantur historiæ. *Ioan. 6.*

Denique quid ultra quærimus de modis, et actionibus, aut causis quibus pleriq. fugiunt cum non desint per multi, qui non ob aliam certè causam nisi quia conscii suæ ipsorum prauitatis, et malitię perpetuò timent suorum scelerum tādem pęnas luere procul fugiunt, et hoc est quod d. Sal. Prouer. 28. Impius fugit nemine persequente. *Prou 28 & Leuit. 26.*



DISCVSSIO

DISCVSS. DE VISITAT. SVP. TEXTV CAP. VIGESIMIQVARTI ESAIAE PROPHETAE.

ET erit in die illa. Visitabit Dominus super militiam cœli in excelso, & super Reges terræ, qui sunt super terram.

POsteaquam Propheta loquitur hoc loco, & alibi sepe in hoc eodem opere, seu libro de Visitatione, qua nos aliquando visitat Deus, operæ pretium duxi de ea vberius aliqd loqui, & vt in hac tractatione iuxta ordinem doctrinæ pcedamus videbimus primum. Quid sit visitatio, & vnde dicatur. Secundo quotuplex sit visitatio, Tertio, & vltimo qñ, & quo, & a quibus fieri debeat ista visitatio, & quā ob causam fiat ista visitatio; & præsertim pœnes ipsum Deum videre necessum erit, qñ & quā ob cām Deus nos visitet: Circa primū dicimus iuxta cōem sententiam, quòd visitare, seu visito, cum sit verbum frequentatiuum iuxta vim verbi; nihil aliud significat nisi frequenter aliquid inuisere, seu videre, & communiter loquendo, solet accipi hoc nomen visitare, pro actu quodam amicabili, & officioso, dum scilicet quis ratione officii, ac humanitatis, & obsequii procedit, vel accedit ad videndum quempiam amicum, aut familiarem, seu potius consanguineum, aut affinē. Et quanquàm quis semel tantum perrexerit ad videndum aliquem ob eam causam, quam diximus, aut propter valetudinem, aut quicquam aliud expediens, seu necessarium, dicitur tamen visitauisse ab vsu propria significatione huius vocabuli, adeo quòd visitare dicitur nō solum de ea actione, qua frequenter, & sepe aliquem videmus, sed de ea qua peculiari quadam ratione dicimus aliquem videre: & veluti mox videbimus, ipsa visitatio non solum dicitur quando visitamus aliquem amicū, aut propinquum,

A verum etiam in malam partem, vt puta quando quis ob aliquod facinus perpetratum corrigitur, aut afficitur supplicio: vnde solet diuidi hoc nomen visitationis quòd quandoque sumitur in bonam partem, quandoque in malam; & ita possumus examinare alterum huius quæstionis articulum, quòd videlicet visitatio priori sua diuisione est duplex, altera bona, altera mala. Visitatio autem bona, laudabilis, & commendanda, *Visitatio duplex.*

B dicitur esse triplex, vna quæ fit gratia consolationis, beneficij, & humanitatis. Altera dicitur fieri gratia correctionis. Postrema quæ fit causa supplicij, & condemnationis. Visitatio autem mala potest, & ipsa diuidi quoniam aliqua est mala ex se, turpis, & execranda; vt cum quis procedit ad visitandū aliquem non gratia humanitatis, & officii, sed potius vt ei paret insidias, & aliquid mali moliatur, aut si fieri pōt, vt aliquid ab

C eo extorqueat, vel quod sit in proprium sui ipsius commodū, vel quod sit in eius qui visitatur perniciem, aut si contigerit, eidem sit mortem allaturus; vt legitur de Ado, qui clanculum occidit Eglon Regem Moab, vt habetur Iud. cap. 3. & quemadmodum etiam contigit temporibus nostris de Henrico III. Gallorum Rege, qui fuit occisus a quodam religioso Ordinis Prædicatorum, sub prætextu litteras deferendi, &

D multis aliis idipsum contigisse facilè potest demonstrari. Quam multi itidem sunt, qui sub prætextu alicuius boni honesti, vel vtilis pergunt visitatū aliquam mulierem speciosam, vt cum ea possint vllam familiaritatem contrahere, quo temporis progressu detur opportunitas & occasio ea quandoque abuti. Eiusmodi visitatio est omnino damnanda, & reproban-

probanda tanquam secundum se mala, De hoc genere visitationis loqr Pio 19. videlicet timor Domini ad vitã, absque visitatione pessimi: est quidem aliud genus visitationis, quod re vera secundum se, & ex sui natura non est malum, veruntamen est malum huic, vel illi, v.g. Si quis verberibus corrigatur, aut iniuriis impetatur quòd male, & perperam se gesserit in officio ei demandato, aut si quis ob sua flagitia fuerit capitali supplicio damnatus, huic, dubio procul talis correctio, aut visitatio erit mala. At ex se sic exigente iustitia & bona intentione corrigentis, aut condemnantis, eiusmodi visitatio nunquam existimabitur mala, præcipuè si cedat in bonum eius qui corrigitur, aut reipublicæ: Cum .n. visitatio sit actus quidam, siue actio, & huiusmodi actiones denominationes sumant a fine, si finis (inquã) est bonus, actio est bona; si finis malus, actio pariter est mala, & dum medicus visitat aliquem ægrotum, vt restituat ei sanitatem absque dubio visitatio illa, est bona, & laudabilis quia finis est bonus. Nec refert eiusmodi actiones fore personales, ita vt quis per seipsum visitet quempiam, aut per internuncios, sed per Epistolas quocunque istorum modorum fiat, bona, vel mala dicetur habita ratione finis. Alii distingunt visitationem in diuinam, & humanam, & de vtraque nos sumus locuturi, quando vtraq. conficit ex iis tribus partibus.

Cum ergo viderimus quid sit visitatio, & quotuplex sit iuxta vtranq. diuisionem, examinemus nunc singulas species, aut modos visitationis, laudabilis, & in bonam partem acceptæ. Dicebamus enim tres esse, videlicet. Consolationis, correctionis, & condemnationis. Sic eas ad verbum exponit D Tho. & alii visitatio consolationis est & ipsa multiplex, cum scilicet quispiam visitatur, ratione humanitatis, vel vrbanitatis, aut officij, quo quidem modo Beata Virgo Maria visitante Elisabeth, nam vt habetur Lucæ primo. Cũ primum ipsa conceperit filium virtute Spiritus sancti, abiit in mõtana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth, quæ cum

Species visitationis tres.

Luc. 1.

A prius esset sterilis, sexto iam mense concepit filium in senectute sua, & ad eam inuisendam festinauit Virgo Maria non quasi incredula de miraculo, vel dubia de exemplo, sed vt læta pro voto, religiosa pro officio, & vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, hoc est Ioannes Baptista, qui nondum erat natus. Visitauit etiam Dominus Deus Sarram, quæ & ipsa cum esset sterilis, cum primum fuit

B visitata a Domino ob inuit[?]nq; Deus ei promiserat, vt habetur Gen cap. 21. Visitauit etiam Deus Annam matrem Samuelis cuius vuluam Dominus concluserat, quæ postmodum visitata a Deo post circulum dierum concepit, & peperit filium, vocauitq nomẽ eius Samuel, eo quod a Domino postulasset eũ. Quid plura? nonne Dominus Deus nos quoque visitauit, cuius benignitatem, & munificentiam admiratus Dauid Psal. 8. di-

C xit. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? vbi D. Ambrosius inquit particulam istam. Quid est homo, cum despectu, et indignatione pronunciauit Dauid, ac si diceret. Fragilis, et caducus Adæ sequax qui in veteri sit peccato genitus hunc, visitare dignatus es, cuius memor Dominus ei peccata dimittit, et misericordiæ sua dona largitur. Cum verò dicit filius hominis, huic voci assur-

D gendum est, qui Dominum significat Saluatorem qui non vt cęteri mortales ex duobus hominibus natus est. Sed ex Spiritu Sancto, et Beatæ Marię semper Virginis vtero tanquam sponsus gloriosus de thalamo suo processit. De ipso homine memor fuit cũ Patriarchis de cœlo misertus est. Visitauit eum verbum caro factum est, et habitauit in nobis. Antea quidem visitauit hominem per inter nuncios, hoc est Prophetas,

E quibus de cœlo reuelauit misteria, quæ facturus erat, postmodum in persona sua nos visitauit oriens ex alto, dum venit ad illuminandos eos qui in tenebris, et in vmbra mortis sedebãt. Diuus Augustinus super eundem Psalmum loquitur de misericordia Dei erga hominem, vbi distinguit inter hominem, et filium hominis, vt per hominem intel-

Gen. c. 21.

1. Reg. c. 1. & 2.

Psal. 8.

Sup. cap. 2. Hab.

Aug. super Psal. 8.

ligamus

ligamus Adam, qui fuit homo, sed non filius hominis; Christus autem Deus, & homo, & filius hominis. Deus itaque fuit memor hominis per multiplicationem misericordiæ suæ. Visitauit verò filium hominis, cui sub protectione alarum suarum posito protendit misericordiam. Vbi aduerte ꝙ mistice intelligit Aug. per hominem, qui portat imaginem terreni hominis. Per filium autem hominis intelligit eum qui portat imaginem cælestis hominis, hoc est ipsius Christi. Memor est ergo ipse Deus ipsius hominis, sicut etiam, & iumentorum, quia in vtrosque exercet misericordiam suam, iuxta illud ps. 35. Homines, & iumenta, saluabis Domine, quẽadmodum multiplicasti misericordiam tuam? Visitat autem filios hominis speciali munere gratiæ suæ, quemadmodum in eodem ps subdit Propheta dicens. Filij autem hominum, idest qui portant imaginem filii hominis, i. Christi, in tegmine alarum tuarum sperabunt, & Iob conformiter dicit. Quid est homo quia reputas eum, & ponis erga eum cor tuum? Cap. 7. Visitauit ergo nos Deus primum per Prophetas vt diximus, & per sanctos Angelos, tanquã suos ministros, & quandoque etiam per actiones, & ministeria secundarum causarum, atque etiam per tribulationes, & angustias, vt paulo post dicemus in altero membro visitationis diuinæ, pariter & humanæ laudabilis, & commendandæ. Visitat etiam nos Deus sæpenumero p internas inspirationes. Eiusmodi visitationes magnopere exoptabant Sancti patres, propterea supplices rogabant ipsum Deum dicentes. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo. Porrò quàm sit vtilis, & proficua hæc Dei visitatio de qua nunc loquimur testis est ipse Iob, cũ d. visitatio tua custodiuit spiritum meum. & Psalmo: visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Denique Esaias cap. 60. inquit. Ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam. Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vastitas, & contritio in terminis tuis & cætera quæ sequuntur in eo-

Psal. 35.

Psal. 105.

Cap. 10.
Psal. 64.

Esa. c. 60.

A dem loco. Visitat nos Deus in prosperis, & in aduersis; in prosperis quidem ostendit Iob d. visitas eum diluculo, i. summo mane antequam oriatur dies. In aduersis verò ostendit Propheta cum inquit Psal. Probasti cor meum, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas, quanquam hęc sententia potest conuenientius adduci, qua Deus visitat inquirendo, & examinando mores, & vitam cuiusque, quàm

Cap. 7.
Psal. 16.

B si loquamur de visitatione, qua nos consolatione replet, & iucunditate. Pręter istas visitationes, quas nouimus Deum agere erga suas creaturas, quas etiam diximus fecisse beatam Virginem dum visitauit Elisabeth, & quosdam alios viros Deo gratos, & acceptos, dicimus eiusmodi visitationem fieri debere ab vnoquoque habente speciem, humanitatis, vel humanæ societatis: vt scilicet quisque debeat visitare fratrem suum,

C tanquam proximum, quia nobis præceptum est vt diligamus proximum, sicut nos ipsos, & primo Regum cap. 17. dixit Isai ad Dauid filium suum, postea quã iussit illi: vt deferret aliqua cibaria fratribus suis, visitabis, subdit. Fratres tuos si rectè agãt, & cum quibus ordinati sunt disce. Sed præter hoc humanitatis officium, debemus etiam visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, sicut ꝓhibet Iacobus Apostolus in epist.

1. Reg. 17.

Iac. cap. 1.

D sua d. Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem hæc est visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Expedit etiam frequenter visitare infirmos cuius rei exemplum habemus ex amicis Iob, qui vt habetur cap. 2. venerunt singuli de loco suo audientes ipsum ægrotare condixerant enim vt pariter venientes visitarent eũ, & consolarentur. & Ecclesiastici 7. d. sapiens, non te pigeat visitare infirmum,

Iob cap. 2.

Eccl. cap. 7.

E ex his enim in dilectione firmaberis, & paulo supra inquit. Mortuo non prohibeas gratiam. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula, quæ omnia confaciunt ad rem nostram, quemadmodum etiam dixit Saluator noster: infirmus eram, & visitastis me: Matth 25. est aliud genus visitationis

ais vbique locorùm satis commendatum, cuiusmodi est visitare pauperes, in carcere detentos, in captiuitate existentes, & denique in necessitatibus aliquod subsidium eis præbere. Sic enim præcepit Deus in lege veteri, vt habetur Deut. 15. ego (inquit) præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra. Deinde Psal. 9.d. ipse Propheta, siue alloquens ipsum Deum, siue quemcunque habentem facultatem vnde possit alios iuuare, d. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor; & alibi. Beatus vir, qui intelligit super ægenum & pauperum, in die mala liberabit eum Dominus. Denique nulla est pagina, quæcunque sit illa, vbi non sint crebræ admonitiones, præcepta, & consilia quibus homines prouocantur, excitantur, & quodammodo impelluntur ad subleuandos hoïes in necessitate constitutos. Quòd si et multa alia veterû, & modernorum testimonia deessent, verba Saluatoris sint satis, ad confirmandam, & roborandam hanc doctrinam; dum ipse æterna præmia pollicetur his qui ægenis, & in necessitate constitutis attulerint suppetias dum inquit. Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, infirmus fui, & in carcere & venistis ad me. Contra verò his qui secus egerint, cum inquit. Nudus fui, & non operuistis me, infirmus, & in carcere fui, & non visitastis me. Est & alia visitatio quæ non erat postremo loco referenda, qualis est visitatio templorum, & quæcunque sunt loca pietatem redolentia, vt d. ipse Dauid ps. 26. Vnam petij a Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem Domini, & visitem templum eius. Hęc quidem visitatio templorum, quanquam ex deuotione, & cultu hominis religioso prodire videatur ad illud tamen visitationis genus facile potest reduci quod nos uocamus visitationem consolationis, ad quod genus etiam uolumus reduci uisitationem, qua solent Medici visitare infirmos, et ęgros, et malè se habentes; dum enim hi valetudinarios, & aliquo morbo laborantes adeunt, & eosdem inuisunt, & quicquid opis, aut remedii eisdem necessarium fore indicauerint, vel pro sanitate recuperanda, aut etiam pręseruanda adhiberi curauerint, dicimus eos visitare infirmos, & eosdem consolari.

Psal. 9. *Psal. 40.* *Visitatio templorum* *Psal. 26.*

A B C D E

Dicuntur etiam Pręlati, & Pastores animarum ratione officii, & muneris eisdem crediti, crebro suas dioceses inuisere, & oues sibi commissas percunctari, & inquirere, si quo ęgent remedio, aut subsidio. vt contineantur in officio, & si quid fuerit labefactatum, illud amouere, & in integrum cuncta restituere, quo animę eorum fidei concreditę salutem consequantur ęternam. Cuius rei causam pręter vetustos canones nuper in Concilio Tridentino, 21. Sess. cap. 8. de Refor. fuit decretum vt Episcopi tanquam Sedis Apostolicę delegati singulis annis visitent beneficia iam curata, quàm non curata, secularia, & regularia qualitercunq. commendata, etiam exempta, curentq. iidem Episcopi cõgruentibus remediis, omnibus incommodis congruentia adhibere remedia, & quęcunque fuerint impedimenta summouere. Et nos quoque nostris in Comitijs Generalibus statuimus, & ordinauimus q̃ Reuerendissimus Generalis semel in singulo sexennio, nisi ipse personaliter visitare voluerit, aut potuerit instituat viros probos, & egregios, diuini honoris iustitię, & religionis pręcipuos zelatores, ac in sacris litteris sufficienter eruditos, per quos vniuersum ordinem uisitare faciat, &c. Ter. par. cap 6.

Hoc idem uisitandi munus obierunt Apostoli, ut habetur 15. cap. Act. Apost. ubi legitur quòd Paulus, & Barnabas demorati Antiochię docentes, & euangelizantes cum alijs pluribus uerbum Domini, post aliquot dies dixit Paulus ad Barnabam. Reuertentes uisitemus fratres per uniuersas Ciuitates in quibus prędicauimus uerbum Domini, quomodo se habeant, ubi uides hunc uisitandi morem fuisse apud Apostolos, & uerbi Dei ministros. Non secus fecisse legimus Dominum Deû nostrum cum humano genere. Primum quidem uisitauit nos (ut a principio diximus) tanquam

A cum aliqua vultus indignatione fieri debet iuxta illud Psalm. 140. corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me Increpare enim est cum acrimonia, & asperitate verborum quempiam arguere. Et sequitur Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Et re vera qui sic corripit hominem, gratiam magis inueniet, apud eum; quàm qui blandè decipit. & Diuus Augustinus ad Marcellum d. quòd

Increpare quid sit.

August. ad Marcellum

B magis amat obiurgator sanans, quàm adulator dissimulans. Debet etiam ipsa correctio esse pia, & quadam quasi compassione humanę fragilitatis punire delinquentem. Vnde Prouer. 15. scriptum est. Quem diligit corripit, & quasi in filio complacet sibi. Vnde Prouer. 19. legitur, quòd virga, & correctio tribuit sapientiam. Expedit etiam eiusmodi correctionem fieri cum prudentia, & sagacitate, ne videlicet teme-

Prou. 15.

Prou. 19.

C re, & inconsultò fiat, sed prius constito de errore, & transgressione corrigendi, fieri debet, quoniam si fiat absque causa, & absque moderamine destruit potius quàm ædificet, & ipse delinquens potius exardescit, & commouetur, quàm emendetur, iuxta documentum Ecclesiastici 11. Priusquam interroges ne vituperes quenquam. sed cum interrogaueris corripe iustè, iuxtà illud Deuteronomij 16. Iustè quod

Eccl. 11.

Deut. 16.

D iustum est exequaris. Iustè (inquàm) debet fieri correctio, vt scilicet iusta sit causa corrigendi, vt verbi gratia, ille qui est corrigendus prius deliquerit, aut sit rationabilis suspitio, vel coniectura, quod sit breui delicturus aut iam deliquerit. Hæc autem correctio debet fieri si peccauerit in te, idest te sciente, aut rationabiliter suspicante. Conuenit etiam in ea correctione haberi rationem finis, vt scilicet ad rectum finem

E consequendum fiat ista correctio, vt scilicet ille corrigatur & non confundatur. Id quod nequaquam continget si ex charitate fiat, & non ex odio, vel quauis alia animi perturbatione, aut palam, & coram omnibus, nisi publicè peccauerit: Sed dices, Christus Dominus publicè redarguit Iudam, qui quærebat illum tradere Sic etiam pu-

A blicè Paul. reprehendit Petrum, dum in faciem ei restitit. Sic & ipse Ananiam & Saphiram repræhendisse legitur. Et mortis sententiam in eos protulisse, sed his obiectis respondet. Diuus Thom. 2. 2. quæst 33. articulo septimo, omnia hæc iusta, & rationabiliter facta: Iudas namque grauiter peccabat, & velut mox damnandus, sub oscurè poterat repræhendi, non autem corrigi, sic & Petrus palam videbatur deliquisse: & ipse

B Petrus velut executor diuinæ iustitiæ condemnauit illos mendaces Ananiam, & Saphiram. Amors ergo hui causis, & rationibus correctio debet esse secreta. Plures aliæ conditiones sacris a doctoribus solent afferri ad veram, vtilem, & summè necessariam correctionẽ conficiendã, sed quia non est nostri principalis instituti de natura, & qualitate correctionis hic tractare, propterea satis fore putamus quæ hucusq. diximus. Neque

C nos curauimus ponere discrimen inter corrigere, & corripere, sed velut verba Omonima hæc posuimus. Cum per hęc pauca monstrauerimus qualis debet esse correctio, facilè potest coniici, vel palàm dignosci qui, & quales debent esse correctores. Constat enim eos debere esse prudentes, sagaces, & pios; viros iustitiam, & misericordiam præseferentes; præsertim si de patrefamilias respectu filiorum, & de Iudice,

D & Prælato respectu subditorum, sensus habeatur, ita vt quandoque una istarum virtutum, quandoque altera, quandoque verò utraque utantur. hoc est iustitia, & seueritate in puniendo, misericordia uerò, & pietate in debitis terminis, & limitibus sistendo, & eosdem non excedendo. Debet denique qui uult correctoris officium pro dignitate, & utilitate delinquentium exercere, & hoc salutiferum munus obire, debet

E (inquam) esse prudens ad inquirendum, pius, & misericors ad ignoscendum, & austus ad puniendum.

Diximus qualis debet esse correctio, pariter, & quorum munus est corrigere. Nunc breuiter uideamus quales debent esse qui corriguntur, & quales fieri solent postquam fuerint correcti. Dicimus enim prius eos de-

Qui, et quales debebant esse correctores, & corrigendi.

bere esse dociles, patientes, ac obedientes, & admodum gratos erga eos, a quibus corriguntur, iuxta illud Prouer. 28. ubi dicit. Qui corripit hominem, gratiam magis inueniet apud eum, qui corrigitur, quàm qui blanda locutione decipit. Et Prouerb. 21. scriptum est. Qui rectus est corrigit uiam suam. Et Ecclesiastici 10. Vir prudens, & disciplinatus non murmurabit correctus. Et profectò plurimum refert imitari Regem Ezechiam, qui (vt habetur apud Esaiam 38.) cum morbo quodam esset correctus a Deo, & postea sanitati restitutus in hæc uerba prorupit. Domine si sic uiuitur, & in talibus uita spiritus mei corripies me, & uiuificabis me; ecce in pace amaritudo mea amarissima. Contra uerò sunt multi qui nolunt corrigi contra quos loquitur Sapiens Prouerb. 12. cap. d. Qui diligit disciplinam diligit scientiam, qui autem odit increpationes, insipiens est. Et cap. 13. d. Filius sapiens doctrina Patris, qui autem illusor est, non audit cum arguitur. Et cap. 15. d. idem sapiens. Stultus irridet disciplinam patris, qui autem custodit increpationes astutior fit. Propterea Prouerb. 3. monet quemcunque indigentem correctione d. Disciplinam Domini fili mi, ne abiicias, nec deficias cum ab eo corriperis, quem enim diligit Dominus corripit, & quasi Pater in Filio complacet sibi. Quæ verba accepit Diuus Paulus in eundem finem d. Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Et alibi scriptum est. Quos amo corrigo, & castigo.

Prou. 21. Eccl. 10. Esa. 38. Prou. 12. Prou. 13. Prou. 15.

Sed nunquid quisque tenetur ex præcepto corrigere quemlibet deuium, & a recto itinere recedentem. Dico primum quòd cum præceptum sit affirmatiuum non tenemur quacunque hora hoc Domini præceptum exequi, & exercere, sed (vt diximus supra) habita ratione loci, & temporis, & cum opportunitas adest. Et primum quidem sunt quidam, qui adeo sunt pertinaces, & in malo obstinati, quòd non oportet eos corrigere, quoniam frustra esset omnis labor, & omnis operatio; quia scriptum est Ecclesiastes 7. Considera

A (inquit) opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit. Super his verbis dicit Gregorius non esse mirum si a corde reprobo prædicator minimè auditur, dum quandoque ipse quoque Deus in his quæ loquitur resistentium moribus impugnatur 11. moral. cap. 5. Verum aduertendum est, quosdam reperiri qui non secus ac frenetici respuunt, & resistunt corrigenti. Vnde Augustinus ad Bonifacium inquit. Mo-
B lestus est medicus currenti frenetico, pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cędendo, vterque tamen diligendo. Ipse tamen freneticus, & graui morbo laborans, non ideo medicum diligit, neque filius patrem, sed vterque mordendo, & blasphemando insurgunt aduersus corrigentem. Sic multi peccatores, ac delinquentes, dum ex charitate corriguntur a Prælatis, & suis superioribus, detestantur, & contra eos
C insurgere, & eos mordere & diffamare nituntur, vt rectè Prouerb. 15. d. Sapiens. Non amat pestilens eum, qui corripit se. Veruntamen non ob id, debet desistere Prælatus, aut pater, vel etiam frater rursus adire freneticum, & data leui quadam occasione, et opportunitate cum quadam lenitate, et mansuetudine rursus ipsum delinquentem corrigere, quovsque reuertatur ad semitam. Si qui tamen fuerint, qui nul-
D lo pacto velint corrigi sed terga vertant corrigenti, et eundem abhomineutur, ac effugiant omittendi sunt, et sinere eos abire in viam suam. Contra quos dicitur Prouer. 29. Qui corripientem se dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus. Sunt tamen ex his, qui possunt corripi, et sunt utique corripiendi, sed data quadam temporis dilatione, dum scilicet quis hoc agens officium probabilibus quibus-
E dam signis agnoscit se frustra tunc illud attentare, at si post illam temporis dilationem rationabiliter poterit conijci, illum prius aberrantem ad se tantisper redisse, poterit tunc ille moneri corripi, & redargui, quòd si per hunc non potest, fortè per alium poterit. Quod si quisquã facinus aliquod palàm commisisset, quo plures iure scandalizarentur

Prou. 15. Prou. 29.

tur potest, & debet vnusquisque ex debito charitatis illum corrigere, non propter eius vtilitatem, sed propter alios, ne scilicet videntes illud scelus tollerari sumerent occasionem quãdoque eadem, & fortè maiora cõmittendi, quo casu negligendum est odium eius, qui corrigitur, quandoquidem teste Chrysostomo melius est odiũ propter Deum, quam amor propter eum. Cum enim propter Deum diligimus, sibi debitores sumus, cum autem propter eum odio habemur, ipsum nobis debitorem constituimus; cuius rei exemplum habemus de Ioanne Baptista qui publicè arguebat Herodem, quòd ei non licebat habere vxorem fratris sui. Et Esaias qui vehementer dolebat, ac tristabatur cum diceret, væ mihi quia tacui, & maledictus ille perhibetur, qui prohibet gladium suum a sanguine. Et Ezechiel si non annunciaueris fratri tuo peccatum suum, sanguinem eius de manu tua requiram. Sed re vera difficile est rem habere cum his, qui sunt incircuncisi corde, & duræ ceruicis, quoniam (vt inquit sapiens) Prouer. cap. 9. Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit, & qui arguit impium sibi maculam generat propterea subdit. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. Sed dubium est nunquid oporteat, aut deceat eum, qui minor est arguere superiorem, & Prælatum, & videtur omnino decere maiorem, siue superiorem corrigendum esse, ne malo eius exemplo cœteri sumant occasionem peccandi: verum cum debito moderamine ista correctio fieri debet, præsertim si in his, quæ fidei sunt superiores errarent, cuius rei exemplum habemus in Diuo Petro, qui cum esset Princeps Apostolorum, & quadam tenus in his quæ fidei sunt errare videretur D. Paulus qui erat minor in faciem ei restitit, quia repræhensibilis erat, vt manifestè habetur ad Galatas cap. 2. Nec solum in his, quæ fidei sunt, verùm & quo ad mores si palàm deliquerint a minoribus sunt corrigendi, quoniam (vt habetur Prou. 17.) plus proficit correctio apud prudẽtem, quàm centum plagæ apud stultum, &

Prou. c. 9.

A prima ad Thim. 5. cap. d. Apostolus. Peccantes coram omnibus argue, vt & cœteri timorem habeant, vbi illa particula (coram omnibus) iuxta sententiam D. Thomæ in expositione huius loci debet iungi cum præcedẽti dictione, vt hic sit sensus, peccantes coram omnibus, idest publicè peccantes, argue; & non debet iungi cum ista dictione (argue) quoniam præceptum Apostoli esset contra præceptum Christi.

B Attamen est habẽda ratio personarum, non ita acriter, & audacter sunt arguendi maiores, & superiores, aut etiam Prælati, velut alii inferioris gradus, & ętatis cęteris paribus. Propterea monet Apostolus in principio eiusdẽ cap. d. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, vbi Caetanus d. Seniores potius hortari, quàm obsecrare debemus, vt rectè viuant, nec sint alicuĩ offendiculo. Sunt postmodum plerique

C quos corrigi oporteret, & facilè se correctoribus subijcerent, & correctiones libenter exciperent, sed desunt qui eorum curam, & tutelam suscipiant, quorum quærelam, & lamentationem Ieremias Propheta Trenorum 5. cap. manifestat cum in persona eorum dicit. Pupilli facti sumus absque patre. Matres nostræ quasi viduæ: hi quidem sunt malæ fortunati, sed longè peius qui cum habeant patrem, & matrem per-

D mittuntur pro arbitrio viuere, & suis voluptatibus indulgere, & vbi non timetur repræhensor iniquitas licentius perpetratur. Debent ergo Prælati superiores ordinum, & patres familias visitare frequenter sub eorum cura degentes non solum eo visitationis genere, quo humanitatis, & beneuolentiæ gratia fieri solet, sed hoc peculiari genere, & forma scilicet, vt corrigãtur, & emendentur delinquentes, & quæ fuerant labefactata purgentur, & in integrum in-

Verba Aug.

E staurentur.

Hoc genus visitationis Deus, & Dñus noster tanquã pater, & pastor Dominus, & conseruator omnium, crebro exercet erga hominum genus qui (vt inquit Apostolus) tanquã filijs nobis se offert. Quis .n. filius (inquit ipse) quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis

cuius participes facti sunt omnes, i. Si nō vultis a Deo corrigi, & eius visitationem renuitis, ergo adulteri, & non filij, estis. Deinde, si patres carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos, non multo magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus? & illi quidem in tempore paucorū dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos, hic autem, i. Deus, erudit nos ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationem. Et licèt hęc disciplina, seù visitatio correctiua in pręsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris, postea verò fructum pacatissimum exercitatis, per eam reddet iustitiæ. Hæc quidem Paulus ad Hæbreos 12.

Nec perturberis inquit Augustinus lib. de pastoribus cap. quinto, si quandoque Deus te flagellat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Flagellauit etiam vnicum filium suum, qui cum esset de eius substantia natus, ęqualis ei, in forma Dei, verbum per quod facta sunt omnia, cum non haberet vnde flagellaretur, factus est homo, & carnem induit, vt sine flagello non esset. Qui ergo non pepercit vnico eius filio vnigenito, parcet adoptiuo? Nec solum corrigit, & flagellat ipse Deus quoscunque homines inferioris ordinis, & conditionis, verum etiam Pastores, & Principes, & quoscunq. Reges terræ, vt ex cap. 34. ipsius Ezechielis, & ex multis locis, quæ habuimus apud Esaiam, & præsertim c. 13. vbi inquit in persona Dei visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam humiliabo. Verùm aliquos flagellat, vt corrigantur, quemadmodum legitur de Nabuchodonosor apud Danielem; & multos flagellat ad perpetuum interitum, vt mox dicemus de illa castigatione, seù visitationeque est ad condemnationem. De priori castigatione habemus verba satis clara, & manifesta apud Dauidem ps. 88. vbi d. Si dereliquerint filij mei legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, &c. visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. postea subdit. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Et alibi dicit ipse Propheta castigans castigauit me, & morti non tradidit me. Et iterum. Disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. Ita vt verè admodum dixerit ipse Salomon Prouerb. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. Quæ verba profectò longe conuenientius aptari possunt, ac debent ipsis hominibus, & creaturis rationalibus, quàm ipsi Deo. cui nullatenus, nec adulatio, neque odium pōt attribui. Visitat ergo nos Deus quandoq. per flagella, & hoc quidem multipliciter. primum quidem per subtractionem gratiæ suæ, quo quidem flagello qd maius, & periculosius esse possit ego re vera non video, quandoquidem eius gratia destitutus, non pōt non peccare. Quandoq. verò concedit, aut permittit quibusdam hominibus quicquid petunt, aut exoptant vt rōnabilius videatur aduersus eos irā suam exercere, & quibusdam etiam, vt corū patientiā, fidē, & constantiā testetur ac probet, denegat quos postulāt fauores, & auxilia, quemadmodum de Paulo Apostolo, & plerisque alijs sāctis martiribus pōt facilè demonstrari. Visitat etiā nos Deus obsidione bellorum, varietate cōtentionum, multitudine seditionum, & variis persecutionibus, & impugnationibus infidelium, hæreticorum, Pseudo Christianorum, & plerunq. falsorum hominum qui sub prætextu pietatis, & amicitiæ plerunq. nobis officiunt, & multas tendunt insidias; hoc. n. sępenumero fit volente, aut permittente Deo, vt hac visitatione nos corrigat, emendet, ac puniat. Sed non solū exercitiis istis, & præsliis corporalibus nos exercet, fame, etiam, & peste, aliisue calamitatibus nos tētat, ac vexat, verum étiā 5 modis, ac damnis spiritualibus, vt postea dicemus. quod enim fame, & peste nos visitet aliquādo ipse Deus nulla indiget probatione: scimus enim, & sumus experti quāta fuerit annonæ caritas sub anno 1590. & sub eodem tempore, & paulo ante qnæ fuerit mortalitas, & contagiū in vniuersa pęne Italia, & fortasśis in ipsa Europa nos ꝓpriis auribus audiuim⁹, & aliqua ex parte, experti sumus,

Psal. 88.

Prouerb. 27

fumus, & manu contrectauimus: ita vt fuerit satis impletũ quod prædixit ipse Deus, Leuitici 16. cum inquit. Visitabo vos in ægestate, & frustra feretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur, vbi non solum nos punimur ob ęgestatem, & inopiam rei frumentariæ, verum & obsidione vrbium, & congressu hostium, & latronum. Vnde dicebat Aug. Propter te hostis irruit, inimicus obsedit, aduersarius tua pabula deuorauit, tu esuris, & ille pinguescit. Tu famẽ horridam pateris, & ille de tuis pabulis suis vacat æpulis. Quid ergo facto opus est? nil profecto aliud nisi vt auertamur a culpa, & ab offensa diuinę maiestatis. Vnde nos arguit Diuus Augustinus sub his verbis d. Cur famem o miserrime pateris? cur inopiam teterrimam sentis? cur tanta pecunia laceraris? crescit famis quotidie pœna, quia quotidie crescit & culpa, perseuerant flagella, quia in populo perseuerant delicta. Propterea inquit, callida deinceps vita, damna peccata, delicta compesce, ad deum conuertere, tunc poteris hostes diuino adiutorio vincere, & cęlesti prælio superare. Hęc profectò, hæc (inquam) est ratio, modus, & via, qua flagella, vel deuitemus, vel superemus. Nec tristemur quia flagellamur, & percutimur, sed tristemur, doleamus, ac nos vehementer peniteat, sceleris perpetrati. Vnde idem Aug. flagella sua dolent homines, & causa qua flagellantur non dolent. Nullus fit de vulnere, ac flagello dolor, ac fletus, quandoquidem flagellum est medicina, & remedium contra peccata & quanquam nos hac ratione flagellemur, & videatur Deus nobiscum vehementer iratus, non ideo tamen hanc eius iram estimemus ad perditionem futuram. Facit enim hoc Deus (vt inquit Aug. super Psal. 73) quod plerunque facit homo; aliquando quidem iratus homo appræhendit virgam iacentem in medio, & fortasse quaecunque sarmentum, cedit inde filium suum, ac deinde proiicit sarmentum in ignem, & filio seruat vitam, & hęreditatem. Sic aliquando Deus per malos erudit bonos, & per temporalem potentiam damnandorum exercet disci-

Leuit. 26.

A plinam liberandorum. Et D. Hieron. super cap. 26. Esaiæ dicit quasi eadem verba, quod scilicet Deus quandoq. immittit flagella, vt quem per beneficia non sentimus, per tormenta discamus. Nota etiam, & memorię diligenter cõmenda quę supra ex Psalmo Dauid 78. adduximus, cum videlicet in persona Dei locutus est Propheta. Si dereliquerint filii eius legem meam, &c. visitabo in virga iniquitates eorum, & in verbe-
B ribus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Vbi vide quæso quę conformitas, & connexio est in his verbis: prius enim loquitur Propheta in numero plurali dicens filii mei, & postea dicit: Misericordiam autẽ meam non dispergam abeo. Hinc dicit Augustinus in quibusdam codicibus legi (non dispergam ab eis) sed emendaciores codices habent ab eo: at per hoc nihil est
C discriminis, aut difficultatis, quoniam per hunc, vel per eum in numero singulari intelligitur Christus filius Dauid, qui nunquam, neque in terra, neque in cœlo peccauit, qui quidem sedet ad dexteram patris, & interpellat pro nobis. Dixit igitur Dauid in persona Dei, si peccauerint filij mei, visitabo in virga iniquitates eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo, hoc est a Christo filio meo, quod periade est ad si
D dixisset a filiis meis, quorum tanquam membrorum Christus est caput. Sed nota posteaquã loquimur de flagellis, quibus nos visitat Deus, multos esse Christianos qui tollerabiliter peccant, multi flagello a peccato corriguntur, emendantur, & sanantur, multi omnino aduersi dura ceruice obnitentes aduersus disciplinã patris, & ipsam omnino Dei hæreditatem recusantes, vt non possint vllo pacto recitari nisi inter eos, quicum
E talia agant, regnum Dei non possidebunt, non tamen propter hoc remanebit Christus absque hæreditate. Non enim propter paleam frumenta interibunt, neque propter pisces malos nihil ex sagena mittetur in vascula; nouit Dominus qui sunt eius. Dicit enim Esaias cap. 15. secundum magnitudinem operis erit visitatio eorum. Qui enim ita

Verba Aug.

fuerint pertinaces in peccando, & difficile admodum à peccato se auerterint non visitabuntur a Deo, nisi visitatione condemnationis, vt d. ipse Deus Oseę 4. Non visitabo filias vestras cum fuerint fornicatæ. Diximus supra, Deum nos visitare inuasione militum, impetu bellorum, & congressione prædonum, latronum, & sicariorum; deinde fame, & peste, & alijs morborum generibus, quibus frequenter vexamur, & impedimur, vt re ipsa quotidie videmus. Sed præter istas visitationes corporales, quibus vehementer premimur, & affligimur, sunt etiam visitationes quibus anima, & spiritus magnopere angitur, & perturbatur. Primum quidem bello spirituali, quo nemo ferè est hominum, qui nõ assiduè vexetur, & commoueatur, dum scilicet caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Quot enim sunt, qui aut superbia, aut auaritia, aut concupiscentia carnis non maximè stimulentur, & vrgeantur? quo quidem stimulo vexabatur D. Paulus, neque poterat ex seipso ab eo liberari; propterea 2. ad Corinth 12. Ne magnitudo inquit reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet a me, cui tandem ipse respondit d. sufficit tibi gratia mea. Vexamur etiam & visitamur a Deo peste spirituali, quo morbo multis ab hinc annis vniuersus Christianus orbis contaminatus fuisse palàm perspicitur, & omnes fatemur, & ingemiscimus: quæ quidem pestis est ipsa hæresis, & falsa dogmata, quæ occuparũt mentes, & corda plurimorum; quæ quidem pestis, & spiritale contagium est longè perniciosius, quàm corporale, quemadmodum, & anima est longè præstantior, & nobilior corpore. Visitat etiam nos Deus inopia, & ægestate spirituali dum scilicet famus destituti cibo spirituali, & viuifico, iuxta illud Amos Prophetæ per quem Deus comminatur dicens. Non mittam vobis famem panis, & viui, sed esuriem verbi Dei, neque debet vlli hoc videri dubium, quandoquidem teste Saluatore. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod pcedit de ore Dei. Propterea qui destituitur hoc cibo, non potest nisi vita destitui; vita inquam non corporali, sed spirituali quæ est multo desiderabilior, & præciosior, quàm sit vita corporalis. His ergo, & pluribus aliis modis nos visitare dignatur, si loquamur de eo genere visitationis, cuius finis est correctio, & emendatio interioris hominis; propterea hoc genus visitationis multis, & variis appellationibus in sacris litteris explicatur. Aliquando quidem vocatur plaga, seu contritio, vt Hieremiæ 10. Væ mihi super contritione mea, & pessima plaga mea: quandoque verò vocatur tribulatio, vt Dauid ps. 65. dicens. Imposuisti tribulationes in dorso nostro, & ps. 70. quantas (inquit) ostendisti mihi tribulationes multas, & malas, & conuersus viuificasti me. Quandoque vocatur ira, & indignatio, vt habet Hierem. cap. 30. Non auertet iram indignationis suæ Dominus, donec faciat, & compleat cogitationem cordis sui, & illud ps. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. *Psal. 6.* Vocatur item gladius iuxta illud ps. 7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit. *Psal. 7.* Eiusmodi visitatio correctiónis nonnunquam aqua nuncupatur, quemadmodum ait Hierem. Trenorum 3. Inundauerunt aquæ super caput meum; vbi satis diligenter, & accuratè aduertit quidam satis eruditus, quod quemadmodum aquæ præsertim inundantes, & cum impetu defluentes, non diù durant ita propemodum tribulationes quas Deus immittit, vt corrigamur, propterea dicebat Dauid ps. 17. de ipso Deo. Assumpsit me de aquis multis. *Psal. 17.* Postremo, ne sim nimis tediosus in re tam nota, & perspicua diximus eiuscemodi visitationes nuncupari disciplinam, virgam, & baculum; disciplina quidem vt dicit Dauid ps. 17. Disciplina tua correxit me in finem, disciplina tua ipsa me docebit. Hanc disciplinam suscepit etiam Christus in suis humeris, & in corpore suo super lignum sanctæ Crucis pro remissione peccatorum nostrorum, ideo dicit Esaias cap. 53 Disciplina pacis nostræ super eum. *Esa. c. 53.* Dicit item Dauid. Vir-

Psal. 22 ga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Sed nota & conclude omnia hęc flagella, quę multo sunt plura, quàm
Psal. 31. ego enarrauerim iuxta illud ps. 31. Multa flagella peccatoris: attamen hęc omnia sunt præparata, & instituta a Deo ad nostram correctionem, ad quæ ferenda, & sustinenda nequaquam nos debemus reddi duri, ac pertinaces, sed prompti, & præparati ad quæcunque decreuerit Deus de nobis, peragenda
Psal. 37. ac perficienda vt Psal. 37. dicebat Dauid. Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper, quandoquidem hæc flagella ad salutem nostram nobis afferuntur, vt To-
Tob. 13. biæ 13. scriptum est. Tu Domine flagellas, & saluas. Sed cauendum est, & rogandus est Deus, ne visitet nos tertio genere, siue specie visitationis, dum scilicet visitat nos cōdemnando, & ad perpetuas pęnas subeũdas nos destinando. De qua visitatione loquitur Esa. cap. 26. cum inquit. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltra interfectos suos. & in principio cap. 27. d. Propheta. In die illa, hoc est in extremo die iudicii visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan, serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cętum qui est in mari. Quid per Leuiathan intelligat Propheta facile est videre. Verùm pro maiori, & securiori notitia, multum præstabit videre Gregorium 4. Moral. cap. 11. & sequentibus, loquitur .n. Propheta de visitatione condemnationis, qua Deus cōdemnat, immò potius corroborat, & confirmat condemnationem malorum spirituum. Dicit etiam Esaias cap. 10. visitabo inquit Deus super fructum magnifici cordis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Item cap. 13. inquit. Visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Plurimæ sunt huius rei apud hunc Prophetam, & alios sententiæ, & explicationes huius visitationis, quam

A Deus prædicit, ac minatur se facturum super impios, per duelles, ac obstinatos, propterea Esaias quasi compatiens conuersus ad eos, qui ita se gerunt aduersus Deum, & sanctos eius. Dicit inquam. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? Propterea Saluator noster omnes monet, vt sibi caueant, & prædicit causam qua tot calamitates sint nobis superuenturæ, nisi eius visitationem fuerimus amplexati. Dicit
B enim. multas calamitates obuenturas Ciuitati Hierusalem, & consequenter his, qui fuerint eã imitati, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Idcirco nos monet Princeps Apostolorum dicens. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Vt autem deueniamus ad finem huius rei dicimus hæc tria visitationum genera vnico huius Prophetę vaticinio fore compręhensa dum sci-
C licet in fine cap. 24. dicit hæc verba ex persona Dei. In die illa, idest vltima præsētis sæculi visitabo super militiam cœli in excelso, & super Reges terræ qui sunt in terra. Vbi si per militiam cœli intelligamus Angelos, & cœlestes spiritus, de quibus loquebatur Iob 25. cum d. Nunquid est numerus militum eius: visitabit eos Deus visitatione gaudij, & exultationis, conferens illis maiorem gloriam, & abundantiorē scien-
D tiam, & notitiam misteriorum eius. Et ita habemus primum genus visitationis. Si verò per militiam cœli intelligamus, (vt inquit Gregorius) Sanctos Doctores, qui sunt velut Angeli Dei in cœlo, quorum militiæ arma non sunt carnalia, sed spiritualia, potētia Deo ad destructionem munitionum, nulli dubium eos etiam in terra esse velut Angelos, qui sunt in cœlo, sicut per Prophetam Malachiam dicitur cap. 2. labia
E Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Qui quidem quantalibet virtute fulgeant, esse tamen omnino sine culpa nequeũt, quia dum in hac vita degunt, aut luto illiciti operis, aut puluere cogitationis inquinantur: & hi proculdubio visitatione indigent correctionis. Qui tamen

sunt longè superiores Regibus, & Principibus, qui sunt in terra. Proinde Propheta præfert illos Regibus terræ.

Rursus per militiam cœli intelliguntur etiam ministri Ecclesię, & qui curam habent animarum, & seruiũt Deo: Nam sicut Angeli in cœlo ipsi Deo seruiunt, & ministrant, ita clerici, & qui seruiunt Ecclesiæ militanti dicuntur angeli in theatro Ecclesiæ, & assistere coram Deo, & ingredi militiam Christi, & fieri milites Christi: vnde & Paulus 2. ad Thim. cap. 2. monet ipsum dicens Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus, quæ verius debent intelligi de militibus primi ordinis, idest de iis qui verè, & toti se exponunt militiæ Christi, vel regulares, & qui relictis omnibus, sequuntur Christum, & prima ad Thimotheum cap. primo hortatur eum, vt militet bonam militiam, habens fidem, & bonã conscientiam, vbi vides Diuum Paulum appellare milites qui ministrant Ecclesiæ Christi, immo existimo verè posse dici milites Christi non solum qui ministraut Ecclesię, sed quicunque fidem Christi appræhendunt, & eius iugo colla submittunt; & hac ratione puto congregationem hominum sub fide Christi degentium appellari Ecclesiam militantem. Addo quod Ecclesia militans appellatur, quia semper in ea est colluctatio, & pugna.

At si per militiam cœli in excelso intelligamus, vt plerique, ipsos dæmones, & malignos spiritus, de quibus legitur Esa. 34. Tabescet omnis militia cœlorum: & ibidem. Indignatio Dñi super vniuersam militiã cęli. Proculdubio isti visitantur tertio genere visitationis, quod est per condemnationem, quia scilicet condemnãtur ad perpetuos carceres vbi sempiterno igne cruciabuntur. Supplices rogemus omnipotentem Deum, qui sua benignitate, & clementia visitare nos dignetur visitatione correctionis, & castigationis, non autem condemnationis. & hæc pauca de triplici genere visitationis diuinæ pariter, & humanæ dicta sufficiant. Amen.

DISCVSSIO

DISCVSSIO DE LIBRO DOMINI SVPER CAP. XXXIIII. ESAIAE PROPHETAE.



A Voniam Esaias propheta in cap. 34. monet vnūquéque dili gēter requirat in libro domini, & legat quæcunque mandauit Dominus, & spiritus eius congregauit, neque satis constat quis & qualis sit iste liber domini: consentaneum duxi super hac rē paulisper disentere, & in medium aliquid afferre.

Primum itaque, vt rem ab ouo inchoemus, videndum est quid sit liber in cōmuni, & vnde dicatur, & quot modis accipiatur, ne per æquiuocationem quis aliquando fallatur. Sciendum ergo librum de quo loqui intendimus nihil aliud esse, nisi corpusculum quoddam, confectum, & compactum ex pluribus folijs; seù pagellis in quibus, vel in quo mens nostra, & conceptus noster, prius in mente formatus, per quosdam caractheres, seù per quædam signa exprimitur, & manifestatur, & hoc ideo quia quicquid concipimus, & in mente formamus, vel aliunde excipimus facilè perit, ac deletur, cum memoria nostra sit suapte natura, valde labilis; idcirco oportuit quæ concipimus, aut ab alijs percipimus memoria tenere, aut alijs patefacere literis vtamur. Librum autem sic acceptum dicunt, olim fuisse genus corticis, satis tenue, quod in plures phyliras, seù membranas diuidi poterat, cuiusmodi erant quæ papiris in Aegypto detrahebantur chartæque vsum præbebant. Vnde Cicero. 2. de natura Deorū d Trunci obducuntur libro, aut corticæ, quo sint a caloribus, & frigoribus tutiores. & Plinius libro 13. de naturali historia, cap. 12. Palmarū folijs (inquit) primo scriptitatum; deinde quarundam arborum libris; indifferenter tamen, pro quouis cortice, positum inuenitur & quoniam libri, hoc est tenuiores, arborum cortices, cætæ olim vsum præbebant; codices quoque, qui ex his compaginari solēt, libri dicti sunt, obtinuitq. vsus, vt quamuis mutata re, alijsq. inuentis chartarum generibus. pristinum tamen nomen remanserit. librique dicantur, qui ex pluribus concinati sunt chartis, ex quacunque materia præparatis.

Cic. 2. de nat. Deorū.

Alias habet significationes hoc nomen, pro quibus vide Calepinum, & alios authores, à quibus ille desumpsit. Quis B porrò fuerit inuentor litterarum non facilè potest sciri. Plinius in 7. naturalis historiæ cap. 56. refert multorū sententias, quamuis ipse senserit ab Assirijs fuisse inuentas. Sed alij putant à Mercurio, alij, à Cadmo, & alij alios putant fuisse inuētores, quos refert ibi Plinius. Eusebius de preparatione Euangelica libro 10. cap. 2. videtur sentire Moisem primum Hæbreis litteras dedisse. Philo vnà cum quibusdam sensit fuisse Abra- C ham, qui est longe antiquior Moise Nōnulli à filijs Seth inuentas fuisse litteras putauerunt. Sed de inuentoribus litterarum siuis aliquid copiosius ediscere, lege Polidorum libro primo, cap. 6. vbi etiam reperies apud Aegyptios loco litterarum seù caractherum desumptas fuisse imagines aliquorum animantium, quibus quicquid mente conceperant exterius prodebant. Verùm vt scitè magis, & verè de inuentoribus litte- D rarū aliquid noscas, lege librū de bibliotheca vaticana iā pridem æditū Romę per Reuerendiss. patrem ac Dominū, in sacris, prophanisq. litteris optimè versatum Magistrum Angelum, à Rocca Cameriem nuper sacrario Domini nostri Papæ, & Palatij Apostolici, incredibili omnium lætitia prefectum sed vt cūque, vel vndecunq. dicatur liber, nos in presenti accipimus hanc vocem, pro eo quod cōmuniter accipi consueuit pro fasciculo multarum chartarum, seù foliorum, in quo aliquid scribitur, seù notatur:

tur: & liber sic acceptus multiplex est & varius, ac diuersus secundum varias ac diuersas rerum, & materierum, quę scribi solet tractationes. Nõnulli multò latius accipiũt huiusmodi significatione, vt videlicet quoquũq. nos possumus doceri, & aliquid addiscere, appelletur liber, & sic aliqui distinguũt librũ in librum naturæ seù creaturæ, in librum scripturæ, in librum diuinum, qui quandoque appellatur liber domini seù liber vitæ, & in librum humanum, qui est liber conscientiæ, qui est pecularis, & particularis cuiuscunque hominis; & penes istas huius nominis acceptiones dicemus, quòd solus liber scripturæ dicitur ꝓpriè liber, reliqui verò dicuntur libri methaporiceè & similitudinariè. Liber naturæ seù creaturę dicitur qui potest nos reducere in cognitionem Dei, & mirabilium operum eius vti Paulus ad Rom. cap. 1. inquit Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quę facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas ita vt sint inexcusabiles quicunque, supple, non cognouerunt Deum. & Sap. 13. cap hoc idem habetur, videlicet; A, magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri. Quarè nisi simus omnino vecordes, & mente capti per hęc creata, & per vniuersum ipsum, cognoscere possumus potentiam, sapientiam, & bonitatem Dei, & admirabilem eius prudentiam, ac prouidentiam de rebus ab eo productis. & D. Gregorius 26. mor. cap. 8. clarius hoc dicit. Suspice cœlum, & intuere, & contemplare æthera, quòd altior te sit, ipsis enim rebus creatis, atque corporeis agnoscimus, quantum à creatoris nostri sublimitate distamus vt quasi quędã sit lectio mentis nostrę, species considerata creaturę. De libro autem scripturæ, & eius præsertim de quo nostra est principalis intentio multa habemus testimonia, in sacris litteris, & primùm quidem occurrit ille locus, cuius caussa suscepimus hoc negocium, quando Esaias cap. 34. d. Requirite diligenter in libro domini & legite vnum ex eis non defuit, alter alterum non quæsiuit, & quod ex ore meo pro- cedit ille mandauit &c.

De lib. natura.

Paulus Ro. 1.

Sap. 13.

Gregorius 26. mor. 8.

A

B

C

D

E

Nulli dubium per hunc librum intellexisse prophetam hunc librum ab eo editum, quo protulit hoc suum vaticinium, & reliqua de Christo Dei filio, misteria, & Sacramenta, de quo libro locutus est etiam Moises Deut. 31. cum dixit Leuitis Tollite librum, & ponite eum in latere arcę fœderis domini, De hoc libro etiam locutus est cap: 8. cum ei præceptum fuit à, domino d. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. Cum in hoc libro fuerit vaticinaturus magnum illud, & ineffabile misterium incarnationis dominicę quod virgo sit conceptura, & paritura filiũ Dei quodque hic filius ex ea nasciturus sit futurus maximè fortis & necessariò grandem oportebat esse eum librum, in quo talia erat scripturus. Alij vt Epithanius, per librum grandem intelligunt vterum B. Virginis, qui ideo dicitur grandis, quia concepit & comprehendit incomphrensibilẽ lib 1 tom. 2. Hunc enim librum profectò quo ad litteram nihil aliud fore existimo nisi sacram scripturam, de quo libro dicitur Baruch 4 cap. Hic liber mandatorum Dei, & lex, quę est in æternum, omnes qui tenent eam peruenient ad vitam, qui autem dereliquerunt eam in mortem superuenient. Cum etiam dicit Dauid in persona Christi ps. 39 in capite libri scriptum est de me absque dubio loquitur de libro psalm. in cuius principio loquitur de Christo filio Dei vt notum est aut per librum intelligit vniuersam sacram scripturam, quæ merito appellatur vnus liber, quia ab vno tantum authore videlicet Spiritu sancto est dictata, vt rectè d. D. Hyeronymus. Hieremias etiam meminit cuiusdam libri, in quo scribentur agri empti pecunia, & imprimetur signum. Qui liber secundum D. Hieronymum, dicitur esse ille liber, qui in sacris litteris appellatur liber viuentium, & hic est ille idem de quo loquitur dauid ps. 68. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur vbi d. D. Augustinus quòd aliqui dicuntur scripti in hoc libro non secundum rei veritatẽ & firmo, & stabili atramento sed secundum

psal. 68.

dum opinionem, & spem, seu inanem fiduciam eorum. Non enim inquit. Credendum est, qui verè sunt scripti, debeant deleri, quandoquidem Deus non est minus immutabilis, & inuariabilis, quàm fuerit Pilatus qui dixit. Quod scripsi, scripsi, imo longè verius constans & firmus, & fidelis in omnibus verbis suis & sanctus in omnibus operibus suis. Hieremias in eodem quoque capite loquitur de quodam libro signato, & posito in vase fictili; qui liber facilè potest intelligi verbum Dei repositum in vase fictili ratione humanitatis assumptę, idest conceptum in vtero Beatæ Virginis, ex purissimis eius sanguinibus, vt possit permanere diebus multis, idest in æternum. Præter hos libros, qui nuncupantur libri domini, quemadmodum Dei, de quo nunc sumus locutui; quique appellantur libri sanctarum scripturarum, puta vetus, & nouum testamentum, datur alius liber, qui peculiariter uocatur liber Dei, de quo
Exod. 32. scriptum est Exodi 32. vbi habetur Moisem dixisse ipsi Deo. Si non peperceris populo meo, peccatum ab eo perpetratum, dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui Deus respondit. Qui peccauerit mihi delebo eũ de libro meo, ubi librum illum, in quo scriptus erat Moises, & quidam de populo suo appellat suum librum. Ne autem credas Deũ, aut Christum eius filium librum vllum vnquam scripsisse, vt ostendit D. Aug. lib. primo de consensu Euangelistarũ capite 7. necessario dicendum est per librum, qui appellatur Dei, quicquam aliud intelligere, quàm librum scriptũ, & signatum manu Dei, litteris, & caracteribus. Dicebat enim Aug. aduersus Paganos, qui dicebant se libenter in Christum credituros, si quæ dicuntur de eo ipsemet scripsisset, & nõ Apostoli Dicit (inquam) Aug. non fuisse minoris authoritatis, aut excellentiæ Christum Dominum, quem ipsi fatebantur sapiẽtissimũ, & sanctissimũ, quam fuerit Pithagoras, Socrates, & qdã alij qui quãuis nihil ipsi scripserint, eorum tamen dictis indubitata fides fuit adhibita. Quarè si Christus, aut Deus nihil propriè scripsisse dicuntur, quid igitur per librũ

A Dei intelligendum est? Cui quæsito respondetur, hunc modum loquendi sano modo capiendum, vt dicatur aliquis liber, liber Dei, quia nutu, virtute, vel iussu Dei fuit in lucẽ editus & nobis. i. in nostrã vtilitatẽ propositus ac destinatus. Aut dicas neũ aliquid scripsisse, quia. s. i mẽte sua aliquid firmiter, & irreuocabiliter dr̃ ab æterno statuisse. Hic ẽt liber in sacris litteris appellat liber vitæ, quẽ diuinam prædestinationem seu mentẽ
B diuinam, in qua sunt conscripti seu designati quicunque sunt re vera saluandi nuncupari solent. Notitia etiam, quam Deus habet de prædestinandis potest dici liber vitæ. & hec notitia prædestinãdorum differt ab ipsa predestinatione, solum secundum rationem. Alij volũt librum vitæ dici notitiam, vel potius instructionem eorum, quæ fieri oportet, vt consequamur vitam æternam, quæ notitia, & instructio communiter habe
C tur per doctrinam traditam in vtroque testamento iuxtà illud Apostoli omnis scriptura diuinitus inspirata & c. 2. Timo. 3. Ex quecunque scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt. Quidam putarunt librum vitæ nuncupari librum illum, seu vitam illam gloriosam, qua Deus semper viuit. Sed hoc non est bene dictum, quia vita illa, qua Deus uiuit cum sit ei naturalis, & per essentiam, non oportebat scribi in aliquo libro, si-
D cut vita aliorum, & notitia, quã Deus habet de alijs predestinatis ad vitam. Aduertendum tamen aliquos dici scriptos in libro vitæ, dum sunt in gratia constituti, & quatenus habent ordinem ad ipsam gloriam: at si cadant à gratia, non possunt dici absolutè scripti in libro vitæ, quia iste liber propriè respicit vitam gloriæ. Cum ergo dicebat Moises Exodi 32. ipsi Deo. Dele me de libro, quem scripsisti; & ipse Deus pari-
E ter dicebat. Qui mihi peccauerit, delebo eum de libro meo, loquebatur de libro, in quo qui scripti erant, erant quandoque participes gratiæ, non tamen ordinati ad gloriam, & vitam æternam; nam qui ex diuina predestinatione sunt ordinati ad vitam æternam non possunt ex eo libro deleri, vt docet D. Tho. p. parte. q. 24. art 3. Sed nota quòd huiusmodi

modi deletio nō importat scripturæ cessationē, sed mutationē de scriptis ī nō scriptos, vt q̃ heri numeratus erat inter scriptos, lapsus hodie in peccatum, mutatus est, de scripto in non scriptum. Et, hac ratione dicitur deleri de libro vitæ non ex parte Dei, sed ex parte sui, vt qui erat scriptus non amplius est scriptus.

Sed quoniam hæc responsio est difficilis multùm, & non facilè potest capi, propterea Aug. (vt refert Nicol. de Lira) alio pacto exponit ea verba Moisis, quod ex quadam confidentia, & familiaritate diuina, dixerit ea verba, tanquā certus Deum nunquam eum deleturum de libro suo. Liranus dat alias responsiones, alteram quòd Moises à sensu potius, quam à ratione ductus protulerit ea verba coram Deo: aut dicendum ea verba fuisse dicta ab eo secundum Hyperbolem, non autem quòd ita vellet, aut sentiret. Quisque accipiat eam solutionem, quæ magis satisfacit.

Danielis cap. 12. d. In tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. & multi de his, qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium vt semper uideant. & quamquam psal. 138 scriptum sit. In libro tuo omnes scribentur, non ob id existimandum est eodem atramento omnes fore scribendos; verū dicit. Aug. super eundem psal. quòd in eo libro, qui nihil aliud est, quàm mens diuina omnes scribentur, tam perfecti, quàm imperfecti: perfecti quidem, vt persistant, & perseuerent in gratia supple, quā acceperunt, imperfecti verò vt proficiant, adeo quod quorumcunque Deus habet perfectam notitiam. Et nota optime dictum mentem diuinam esse librum illū in quo omnes scribuntur, quoniam prędestinatio propriè loquendo non potest dici liber, sed id quod scriptum est in libro; virtus autem diuina dicitur manus auxilium, præsidium, quo prædestinati deducuntur ad vitam et saluantur; sed quoniam mens diuina, virtus diuina prędestinatio diuina, & essentia diuina sunt idem realiter potest vnumquodque vocari liber vitæ, seu liber Domini, quo

A etiam nomine vocantur quæcūque scripta sunt de Deo, de filio Dei, de Sanctis omnibus, de prędestinatione bonorum, & reprobatione malorum, & quęcunque sunt ad nostram, eruditionem literis demandata. In libro Apoc. cap. 5. dicitur quòd Ioannes vidit in dextera sedentis super thronum, librum scriptum intus, & foris, signatum sigillis septem. Dico per hunc librum nihil melius posse intelligi, quàm sacram scripturam, quæ B habet litteram, & spiritum, & sic dicitur scripta intus, & foris. Alij dicunt hunc librum esse verbum Dei, seu Christum eius filium, habens diuinitatem, & humanitatem, & sic potest dici scriptus intus, & foris, quando diuinitas a nullo potest apertè videri, iuxta illud Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam. Dicunt alij sacram scripturam scriptam intus, & foris, quia continet, & recenset præterita, præsentia, & futura. dicitur habere sigilla sep- C tem, quia videlicet septem sunt Christi misteria, circa quæ versatur vtraque scriptura, vetus, & noua, scilicet incarnatio, passio, resurrectio, ascensio, dona spiritus sancti data discipulis in die Penthecostes, vocatio gentium, aduentus Christi ad iudicandum. Sunt quędam alia Christi misteria, & alia opera eius mirabilia, vt predicatio, miraculorum operatio, & alia quædam, sed illa septem sunt præcipua.

D Legitur in sacris voluminibus de quibusdam alijs libris, ut libro fęderis, de libro clauso, & īuoluto, de libro iustorū, & de libro bellorū, qui de oēs libri facilè pñt referri ad librū Dñi: Volumē. n. fęderis illud est in quo Deus iniuit fœd. cū humano genere; liber clausus, & innolutus, seu cōplicatus dubio procul alius nullus potest intelligi, præter uetus testamentum, quod absque lumine fidei, ac ductu Spiritus sancti non potest intel- E ligi, aut explicari abullo intellectu, & hoc est quod prædixit Deus se facturum apud hunc prophetam cap: 34. ut uidentes non uideant, & intelligentes non intelligāt, quales fuerūt Iudæi pertinaces, & increduli philosophantes, & Heretici.

Per librum bellorum Domini quidā intelligunt librum numerorum De hoc libro fit mentio Numeri 21. de hoc libro

A bro etiam locutus est Moyses Exodi 17. vbi aperte bellum domini contra Amalech vocat bellum Domini: quidam vt D. Aug. habet hunc librum bellorum apud Aegyptios siue Chaldeos reperiri: alij dicũt hũc librum ad manus nostras nondum peruenisse, aut nondum fore translatum. Dicitur autem liber bellorum domini, quia scilicet iussu, & virtute Dei fuerunt peracta.

B Secundo Regum cap. 1. fit mentio de quodam alio libro, qui vocatur liber iustorum, neque hic fortasse ad nos hucusque peruenit; sed aliqui dicunt hunc esse librum Geneseos, vbi pertractatur, & habetur sermo de iustis hominibus, & de rebus ab eis supra fidẽ omnium mirabiliter gestis, vt Abraham, Isaac, & Iacob, Ioseph, & quidam alij. Alij dicunt hũc esse librũ Regũ, vbi fit mẽtio de Prophetis, q verè iusti, & sãcti fuere, vt Samuel, Natan, Dauid, & quidã alij.

C Preterea apud Ezechielem cap. 2. datur quidã alius liber, qui erat & ipse scriptus intus, & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ: super quibus verbis D. Greg. libro 26. mor. c. 11. sic dicit. Quid enim hoc libro nisi diuina eloquia figurantur? quæ quia nobis lachrimas, luctusque præcipiunt, lamẽtationes in eo scriptæ referuntur. Carmen quoque, & væ continent, quia sic de spe gaudium prædicant, vt in præsenti tamen pressuras, atque angustias indi-

D cent: Carmen, & væ continet, quia etsi illic dulcia appetimus, prius necesse est, vt hic amara toleremus. Carmen, & væ discipulis prædicabat dominus, vt dicebat Ioãnes 16. Hęc locutus sũ vobis, ut

Ioan. 16. in me pacẽ habeatis, in mũdo p̃surã habebitis. Deinde super Ezechielem Hom. 9. dicit idem Greg. quòd liber iste datus Ezechieli erat scriptus intus, & foris intus quidem per allegoriam: foris per historiam. Intus per spiritualem intelle-

E ctum, foris autẽ per sensum litteræ simplicem, adhuc infirmantibus congruẽtẽ. Intus quia inuisibilia promittit, foris quia visibilia præceptorum suorum rectitudine disponit. Intus quia cælestia pollicetur, foris autem quia terrena cõtemptibilia qualiter sint, vel in vsu habenda, vel ex desiderio fugienda præcipit. Alia namque de secretis cælestibus loquitur, alia verò in exterioribus actionibus iubet. In hoc libro scripto intus, & foris erant scriptę lamentationes, carmen, & væ. Lamẽtationes (inquam) quia in eo scripta est pœnitentia peccatorum. Carmen uerò quia ibi pronunciantur gaudia iustorum. Væ autem quia illic habetur expressè damnatio reproborũ. Vt ergo peccata punias, lege (inquit) quæ in hoc volumine scripta sunt lamẽta, ut Ioelis 2. cap. Scindite corda uestra, & non uestimenta vestra. Vt de promissione gaudij consequaris lætitiam lege quæ in libro psalmorum reperies ut ps. 83. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Vis in hoc volumine cognoscere uę quod in eo scriptum est? lege quòd habes Math. 22. ubi ueritas dicit. ligatis pedibus eius, & manibus mittite eum in tenebras exteriores, ubi erit fletus, & stridor dentium. & Math 25. Discedite a me maledicti in ignem æternũ qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. & Esaias. ultimo. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. In hoc itaque uolumine reperies cuncta que ædificant, omnia quæ erudiunt, & cuncta, quæ ad peccata uitanda nos admonent. Rupertus etiam super Apoc. cap. 18. fere idem dicit, quòd carmen sempiternum sanctis, & electis promittitur, uæ omnibus impijs prædicitur, lamentationes uerò pœnitentes admittũt, vt in præsenti peccata sua confiteantur, ne perueniant ad illud uæ sempiternũ.

Ioel. 2.

Matt. 25.

Notanda quidem sunt uerba Ezechielis, neque sicco pede pertranseunda, dum inquit. & uidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum corã me, qui erat scriptus intus, & foris, & scripta erant ea quæ nos scripsimus. Hunc quidem librum inuolutũ ueritas expandit, quando discipulis aperuit sensum ut intelligerent scripturas, quem & nobis singulis quoque diebus expandit, modo aures præbeamus.

Hęc pauca dicta sint de libro scripto intus, & foris, & de alijs libris sanctarũ scripturarum, in quibus nobis indicuntur, & indicantur, quæcunque nos facere debemus, ut aliquando Dei gratia suffulti

ti perueniamus ad vitam æternam, neque vllam ob causam deleri vnquã possimus de libro viuentium.

Post hos libros, de quibus hucusque sumus locuti, datur apud Ioann. Apoc. 10. alius liber, qui datus fuit ei ab Angelo, vt illum deuoraret & cum deuorasset illum dicit quod erat in ore suo tanquam mel dulce, & amaricatus est venter suus, vbi D. Aug. super psal. 43. d. Quid est hoc? quod cum deuorasset librum erat dulcis in ore suo, & amarus in ventre? nisi quia præcepta summa, q̃ accipiunt spirituales non accipiunt carnales, & de quibus gaudent spirituales, cõtristantur carnales. Liber iste, in quo scriptum est. Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, quàm dulcis est in ore Ecclesiæ, & ab omnibus spiritualibus factum est, omni verò carnali nequaquã.

Aut dicas eloquia Domini cum audiũtur, & percipiuntur sunt valde dulcia, cũ autem in opus eã volumus deducere, incipiunt esse amara propter repugnantiã spiritus, & carnis.

Diximus a principio huius digressionis quòd de pluribus librorum generibus in sacris scripturis frequẽter fit mẽtio, idest de libro creaturarum. de libro scripturæ, qui propriè dicitur liber. de libro Domini, seu diuino, qui appellatur quandoque liber vitæ, quo nomine appellanẽtur etiam quandoq. libri sanctorum scripturarum. Postremò diximus reperiri librum quendam humanum, vnicuique proprium & peculiarẽ, qui quidem liber humanus, dicitur esse liber cõscientiæ, de quo Dan. 7. & Apoc. 20. fit mentio. qui apud Zach. cap. 5. vocatur volumen volans, & apud Malachiã cap. 3. hic liber appellatur liber monumenti, sic enim d. & attendit Dominus, & audiuit, & scriptus est liber monumẽti coram eo, timentibus Dominum & cogitantibus nomen eius. Per volumẽ volans, & per librum monumenti D. Hieronymus intelligit librum cõscientiæ, vt est videre in locis præallegatis, sicut etiam per libros apertos, de quibus loquitur Daniel cap. 7 & Ioann. Apoc. 20. cum inquit. & vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt & alius liber apertus est, qui est vitæ i. secũdum Aug. vitæ vniuscuiusq. & iudicati sunt mortui, ex his quæ scripta erant in libris secundũ opera ipsorum; qui libri dicit Aug. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 14. nihil aliud sunt, nisi quædam vis diuina, qua fit vt cuique opera sua bona, & mala in memoriam cuncta reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset, vel excuset scientia, conscientiam, atque ita simul omnes, & singuli iudicentur, & hæc vis diuina accepit nomen libri, quia in ea quodammodo legitur quicquid à faciente recolitur. Sed nota quòd hi libri cum fuerint aperti coram Deo, non erũt omnes eiusdem caractheris, sed aliqui habebunt caractherem bestiæ, vt habetur Apoc. cap. 16. aliqui verò libri caractherem hominis, sed longè varium, ac diuersum; quidam enim libri habebunt caractherem ita lacerum, & obscurum, vt vix legi possit, quidam verò habebunt caractherem & litteras adeo corruptas & laceratas, vt neque etiam commodè legi possint. Erunt postea quidã alij libri, qui licet prius fuerint aliquibus erroribus, & mendis conspersi, vt & ipsi difficilè admodum potuerint legi, sed post modum adeò fuerunt excussi, & expurgati, vt purissimi, & pulcherrimi appareant. Postremo libri quidam coram iustissimo iudice videbuntur in illo extremo die Iudicij vsq; adeo diligẽter, & fideliter impressi, vt nulla omnino macula appareat, ac videatur. Priores libri, qui vix, aut nullatenus legi poterunt, sunt libri, in quibus nihil fidei, neque vllius legis est inscriptũ, quales sunt libri infidelium, quos non oportet penes eos discutiendos, & examinandos quicquam laborare, quoniam qui nõ credit, iam iudicatus est Ioan. 3. & Paulus ad Rom. 2 qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Alius liber est eorum qui quamuis fidem fuerint professi, opera tamen fidei, pietatis, & misericordiæ nequaquam habuerunt, & hos libros oportebit discutere, & secundum opera eorum eosdem iudicare.

Tertij generis libros, qui etsi quandoque fuerint corrupti, & varijs erroribus inquinati, quia tamẽ fuerunt expurgati, & emundati, non oportebit iudicare &

Malach. 3.

Ioan. 3.

re & censuris corrigere & emendare, sed velnt optimè correctos approbare, & iuxta illorũ puritatem & excellẽtiã cõuenientem eis locum præbere. Libri vltimo loco à nobis adducti, in quibus ne iota vnum, aut apex perperam fuerit inscriptus, nequaquam discutientur, & examinabuntur, quia sunt absque vlla macula, & tuto, ac securè sunt ante thronum Dei, libri autem primæ, vel secundæ classis, vtputa libri infideliũ, Iudæorum, & Hereticorum, atque etiam libri secundæ classis, quales sunt libri, & cõscientiæ malorum christianorum, ligati erunt ad lapidem, & proiecti in medio euphratrem, quò ibi penitus demergantur vt habetur Hierem. 52. & hoc est qd d. Ioann. in Apoc. quòd mors, et infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Reliqui verò libri tertij, et quarti generis, recondentur, et seruabuntur in bibliotheca, auro, et lapidibus preciosis exculpta, et exornata, quanquàm aliqui in gradu quodam superiori, alij verò in loco inferiori: vnum quidem et eundem locum habebunt in perpetuum, sed aliqui præter primum, et essentialem locum, habebunt aliquid magis, quidam uerò aliquid minus. Hoc est quod dicebat Saluator noster. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Id quòd diximus pænes distinctionem, et diuersitatem, horum librorum desumpsimus ex D. Greg. 26. moral. c. 24. et 25. et ex alijs doctoribus, quòd scilicet in extremo iudicio omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore suo siuè bonum, siuè malum: sed aliqui sistent non vt iudicentur, sed vt pereant, aut condemnentur, et hi sunt infideles vt diximus. Alii verò sistent ut iudicentur, et pereant, velut mali Christiani, quibus dicit ipse Christus. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, et Angelis eius, esuriui enim, et non dedistis mihi manducare et c. vtrique peribunt, tam primi, quàm secundi, sed isti Iudicis verba audient, quia eius fidei saltem verba tenerunt, illi vero in damnatione sua

A æterni Iudicis, nec verba percipient, quia eius reuerentiam, nec verbotenus seruare voluerunt. Tertii generis sunt qui iudicantur, et regnant, quia scilicet vitæ maculas, lachrimis tergere studuerunt iudicantur quidem, non vt condẽnentur, sed vt approbentur, et admittuntur: sic.n. ait Xp̃s Ioann. 5. qui verbum meum audit, et credit ei, qui misit me habet vitam æternam, et in iudicium non ueniet, sed transiet à morte Ioan. 5.
B in vitam. Reliqui non iudicantur, et regnant, quales sunt Apostoli, et viri vndequaque perfecti, vt qui reliquerunt omnia propter Christum, et ipsi cum eo Iudices erunt.

Sed dices non videtur homines damnatos, et peccatores resurrecturos in iudicio, cum Dauid psal. primo dicat Psal. 1.
Non resurgent impii in iudicio neque peccatores in consilio iustorum. Dicimus impios esse resurrecturos, vt iudi-
C centur iudicio condemnationis, non iudiciò discussionis. Nec solum peccatores adulti, verum etiam infantes, qui cum peccato originali discesserunt resurgent in iudicio, nec solum hi, verum et infantes, qui in maternis vteris moriuntur, et etiam qui in abortiuis fætibus ex hac luce transferuntur, quod probatur per verba Ioann. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei et Paulus prima ad Corint. 15.
D ait. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in christo omnes viuificabuntur, vel uita corporali, uel spirituali. 1. Cor. 15.

Sed iterũ dices. Quid causæ est quod in illo extremo die Iudicii homines sint, rursus iudicandi, cum unusquisque post mortem iudicetur, et deputetur ad uitam æternam, uel ad ignem Inferni? et per prophetam Naum scriptum sit. Deus non iudicat bis in idipsum. Dicendum, quòd post mortem vniuscu-
E iusque fit iudicium quoad ea, quæ sunt animæ, vt vel condemnetur ad pœnas æternas, vel ordinetur ad uitam æternam, & sic non oportet facere aliud iudicium, quia tunc anima sortita est quẽdam immutabilem statum, quamquam anima, quę ordinatur ad vitam æternam non semper vt separatur a corpore frui-

tur

tur illo statu immutabili, quia quandoque impeditur ista fruitio per purgationem aliquorum delictorum in loco purgatorii. Quæ fruitio non differtur, vt tollatur, sed ut securius possideatur. Quantum autem ad ea, quæ sunt corporis oportet iterum facere iudicium, ut perfectè, & completè reddatur unicuique secundum opus suum, uel bene, uel male. Et hec sufficiant.

FINIS.

DE

ERRATA SECVNDI TOMI
Esaiæ Prophetæ sic corrige.

fol.96.b.Defectis	lege	defestis
f.458.b.Sit	lege	esse
f.494.c.Scriuulem		seruilem
f.495.a.Letram		lętitiam
f.496 c.Perperruam		perpetuam
f.519.b Punirenmi		punientur
f 510.c.bibilijs		Biblijs
f 256.a Paupes		pauperes
f 287 d.Impiunt		impediunt
f 325 d.Preterit		poterit
f 315.d.Basilius		Basiliseus
f.316.e.ereiat		exeitat
f.731.d.Seruitiam		seuitiam
f 343.a.da		secundum
f 348.e.Plaontati		plantatio
f 348 e.lubruscha		labruscha
f 356.a inter aggredi		iter aggredi
f 156.e.Sauulum,		saeculum
f 357.b.Apostoli		Apostolis
f.365.d Milius		melius
f 366.d erunt		erit
f.366 e,flaueentia		flacientia
f 367 d Aegipti		Aegyptij
f 368 b.Diuiis		dicens
f 372 d.Sübreptu		subrepat
f 374 c Chanaan		Chanaam
f 375 a.Ereptum		erectum
f.376.e.propugnatoem		ꝓpugnatorē
f.378 a coacta		redacta
f.380 a.Aetiopinm		Aethyopum
f.390 a.Eomiilerit		commiserit

f 408.d.Popolorum	lege	Populorum
f.410.a.Animo	lege	anima
f 416 a.Oppoiturumi		opportunum
f.415 a Vrbs		vrbis
f.416.a.Nterprętati		Interpraetari
f.412.b.esto		est
f 412.a.Synominis		Synonimis
f.420.c.Moniiuros		moriturus
f 422.b.Domum		domus
f 433.c.Ciuitas		Ciuitates
f.672.e.Præcatio		Prædicatio
f 704.a Ezechiam		Esaiam
f.427.d.Ereta		creata
f.362.c.Bareuch		Baruch
f 365.e.parua		pauca
f.381.e.2 quidem		quidam

f.383.b. ibis legitur in duobus versiculis præsertim secundo loco leg. cum primis.

f.73. vbi ponitur intentio Authoris apponitur ibi expositis dematur, sunt multi præterea alij errores. quos corrigere neglex imus, propterea quod non eius generis sunt, vt intelligentiam lectoris retardare possint, & vnusquisque per se eos corrigere poterit. Sed inter omnes tres sunt præcipui in hoc secundo Tomo, qui nulla ratione possunt dissimulari, qui quidem cuius, aut quorum culpa cōtigerint planè ignoro.

Primus error est, quòd tractatus quidam factus super librum Domini, seù de libro Domini, & in primo & in hoc secundo Tomo impressus fuit.

Secundus error est quod in eo tractatu in quo agitur de Triplici Conuiuio in foliorum initio ea verba sunt impressa, videlicet Authoris Intentio, quæ in principio tantum ipsius opusculi ponenda fuerunt.

Tertius error in hoc tractatu de conuiuio est penes numerum foliorum. Nam per sex, aut octo folia vsque ad numerum decimumseptimum impressor sequutus est numerum foliorum secundi tomi. Non potuit tolli hic error, ne index rerum, & verborum vanus, & irritus redderetur, quem quidem ingenti studio, & labore magna ex parte confecit Admodum Reuerendus Pater Magister Io. Maria Fulginas Sacræ Theologiæ doctor, mei, & vniuersi ordinis amantissimus.

Cœterum est alius error in secundo tomo in expos cap.63.fol 224.vbi in ipso fine deest integer versus qui sic haberi debet Bosra verò dicebatur esse sita in regione Moabitarum, qui versiculus ab impræssore fuit omissus.

PRAEFATIO AD LECTOREM IN SEQVENS OPVSCVLVM DE CONVIVIO.



ROPOSVERAM (amantissime lector) quosdam alios Tractatus ex varijs eiusdem Esaiæ locis desumptos, his paucis, quos post vniuersi Operis expositionem confecimus annectere: sed cum horum quos edidimus, & expositionis in eundem Prophetam impressio fuerit in longum adeò tempus producta, vt mihi primùm, & vobis deinde certò sciam fastidium attulisse, & quasi spem omnem eos fore vnquam finem habituros abiecerim, destiti, à, consilio, quanquam nonnulli opinantur labores iam confectos non satis properè in lucem emittendos esse. Nam sicut semen sparsum terræ, ibiquè inclusum, quo tardiùs enascitur, eo altiores agit radices, & vberius propagatur, sic & in his operibus edendis propemodum contingit, vt rectè consuluerit, qui dixit. Nonum præmantur in annum. Prætereo quod ex his, quos edere cæperam, quidam longè accuratiorem poscebant indagationem. Huc accedit ratio longè grauior, & potentior, qua ab his laboribus auertere me cogitaui. Incideram enim in verba quædam Salomonis, Ecclesiastes cap. 1. vbi inquit, quod in multa sapientia multa sit indignatio, & qui addit scientiam, addit & dolorem. Non parum quoquè me deterruit dictum illud Apostoli 1. Cor. 8. scientia inflat. & idem Paulus ad Hæbreos 12. dicens. Omnis disciplina ad præsens videtur non esse gaudij, sed mæroris, & tristitiæ. Et apud eundem Salomonem habentur hæc verba. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Et alibi dicit. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Vnde & Esaias velut temerarios, & nimis audaces arguit quosdam Hebræos, qui scire vias Dei præsumebant: sic enim legitur cap. 58. in persona Dei. Me de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit. Postremo Diuus August. in serm. 178. de temp. habet hæc verba. Qui videtur sibi nihil scire, si sciat hoc quod nesciat, plus alijs videbitur scire: Frustra ergo nitimur, & studemus, ac laboramus multa scire, & ea præsertim, quæ nostri intellectus capacitatem excedunt, veluti misterium Trinitatis, Do-

Eccl. c. 1. · 1. Cor. 8. · Prou. 28. · Eccl. 3. · Esa. c. 58. · Aug. ser. 178

minicæ Incarnationis, & diuinæ prædestinationis: vnde Aug. eò loci alloquitur hominem sic insanum, & temerarium, & inquit. Lutum es, & vas figuli, & disputas de Creatore tuo? & ad naturæ tuæ rationem, seu cognitionem non potes peruenire, & curiosè quæris ea scire, quæ nec Angeli scire potuerunt? Non ergò sine caussa perplexus & anceps extiti pluribus rebus pertractandis, & alijs quæstionibus discutiendis, & enodandis, cum in multa sapientia multa sit indignatio, & qui addit

Ecclel. 1. *scientiam, addit & dolorem. Sed vide, quia fortè à sententia poteris dimoueri, & ab incepto nequaquam desistere, quandoquidem Biblia nuper correcta non sic legunt, sed ita. Qui addit scientiam, addit laborem, & reuera hoc est verissimum, neque vllam præseferre videtur difficultatem, quandoquidem multus in perscrutandis naturis rerum, & præsertim spiritualium, ac diuinarum occurrit labor: & quandoquè propter ipsius rei altitudinem, et profunditatem, vel propter varias opiniones, & sententias, quæ in ea interpretanda, & percipienda, seù possidenda frequenter occurrunt, in multos pleriq; labuntur errores. Et tunc dubio procul, non solum laborem, verum et dolorem sufferre coguntur ipsi perscrutatores vt quãdoq; oporteat eos dicere illud peruulgatũ, Non vis intelligi: non intelligaris, D. autem Greg. exponit hunc textum, videlicet. Qui addit scientiam addit laborem. ꝙ .s. cum scire incipimus quæ sint cęlestia gaudia, eo magis vt errorum nostrorum laqueos possimus euadere, flendo laboramus. In multa ergo sapientia, multa est indignatio, quia si æterna iam sapimus, concupiscere temporalia dedignamur. Sed reuertamur ad expositionem verborum, quæ communiter leguntur, videlicet Qui addit scientiam, addit & dolorem, eundem sensum videtur habuiße D. Hieronymus*

Ho. 10. su. ꝑ Ezech. *in expositione huius loci. Dicit ergo D. Gregorius quòd scientia addit dolorem, non quidem omnibus, sed ijs, quibus displicet ea peregisse,*

Vi. q̃ dicit D. Hier. super ijs verbis. *quæ displicent ei, qui creauit omnia, dum scilicet illi placere studebant, vti debebant. Gignit etiam dolorem in ijs, quos pęnitet ea fecisse, quæ displicent Deo, & sunt contra omnem rationem, & iustitiam; sed ita displicent, vt vereantur amittere bona temporalia, sicut legimus de*

3 Reg. 21. *Achab Rege Samariæ qui (vt legitur tertio Regum 21.) cum esset repræhensus ab Elia Propheta, quòd fecisset malum in conspectu Domini, & propterea perditurus esset Regnum, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitquè, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite: tunc dixit Deus ad Eliam. Nonne vidisti, humiliatum Achab coram me? & ideo quia humiliatus est mei caussa (dicit Deus) non inducam malum in diebus eius. Vbi notat D. Gregorius quòd si Deus est adeò misericors, quòd mæror amaritudinis, & pænitentia eorum, qui timent amittere temporalia placuit ei quantò magis placebit Deo pænitentia eorum, qui timent ammittere ipsum Deum? velut ipse Ezechias,*

Esa. c. 38. *qui dicebat. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ & Dauid. Lauabo per singulas noctes lectum meum; & lachrimis*

Psal. 6. *meis stratum meum rigabo. Sunt ergo aliqui, quibus scientia, & notitia legis affert dolorem, quia cum Dei præcepta contempsissent, do-*

lent

lent se ea commisisse, non propter Deum, sed propter pœnam, quam timent se aliquandò subituros. Sunt quidam alij, in quibus scientia, & cognitio cœlestium bonorum affert dolorem, quòd cum se à cœlesti patria nimium distare, vel abesse videant, vehementer dolent, & contristantur; nimisquè graue illis videtur, in huius vitæ exilio tandiù permanere, nequè cessant continuò flere, & se lamentis afficere vel affligere, nihilquè eis plus placet, quàm hæc sua amaritudo. Vnde Dauid plorabat, ac tristabatur. d. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. D. Aug. 4. de Trinitate cap. 14. idem fermè sentire videtur, cum ait; quòd habens scientiam infirmitatis suæ, apposuit dolorem. Dolorem inquam peregrinationis ob ingens desiderium patriæ suæ, & conditoris eius Beati Dei sui. In tract. verò de spiritu, & litera, cap. 14. sic habet. Qui apponit scientiam, apponit dolorem, non quia lex, & scientia legis sit malum, sed quia mandatum nouum habet in littera demostrante, non in spiritu adiuuante, idcirco, Qui addit scientiam; idest qui vult arripere mandatum scriptum in lege, addit dolorem, quia sine spiritu adiuuante nequaquam potest illud implere. Mandatum enim, quod exequimur, si fit timore pœnæ, non amore iustitiæ, fit seruiliter, non liberaliter. Non enim est fructus bonus qui de charitatis radice non surgit. Hæc August. D. Tho. 1. 2. art. 4. quæst. 38. dicit. Qui addit scientiam, addit dolorem, verum esse, non propter ipsam scientiam, sed propter difficultatem inueniendæ veritatis, presertim cum ingens adest desiderium illam attingendi, aut etiam quia per scientiam multa proponuntur, & afferuntur, quæ voluntati, & appetitui humano contrariantur: & sic non ex parte scientiæ, sed ex parte rerum cognitarum scientia affert dolorem. Et memini me audiuisse à quodam Theologo satis erudito, dum Paduæ studijs incumberem, quòd si alicui latrunculo, aut homicidę indicetur ab vllo hominum, quod erit suspendendus, aut decapitandus, notitia illa non displicebit ipsi, sed res illi denunciata, aut manifestata summopere displicebit. Scientia enim & notitia quęlibet perficit intellectum, sed res obiectæ intellectui quandoquè displicent. Ego autem (pace omnium) dixerim, quòd hęc propositio. Qui addit scientiam, addit dolorem, veritatem habet cum quis vult plus sapere, quàm oportet sapere, & ea curiosius exquirere, quæ scire non multum refert. Non ergo scientia est fugienda, aut euitanda propter verba Salomonis, quanquam ipse fuerit omnium sapientissimus. Propositionem autem illam Pauli Apost. 1. ad Cor. 8. Quòd scientia inflat, Aug. vbi supra idest 4. de Trin. cap. 4. sic exponit. Quòd si quis apponat scientiam scientiæ, idest præponat scientiam & considerationem proprię infirmitatis, & imbecillitatis magisquam scientia materialium, & cœlestium rerum, eiusmodi scientia non inflabit, & in Epist. 119. ad Ianuarium declarat eandem propositionem, quomodo scilicet scientia inflat, & charitas ædificat. Sic enim inquit. Scientia debet adhiberi velut quædam machina, per quam structura charitatis assurgat, quę manet in æternum, etiam cum scientia destruetur, quę scientia ad finem Charitatis adhibita multù est vtilis, per se autem

Ps. 119.
Aug. 4. de Tri. c. 14.
De spiritu & littera cap. 14.
D. Th. 1. 2. q. 38. ar. 4.
1. Cor. 8.
Aug. 4. de Tri. cap. 4.
Epist. 119. ad Ian.

12. de Tri. cap. 14. *sine tali fine non solum est superflua, sed etiam perniciosa. Et 12. de Trin. cap. 14. d. quòd scientia habet modum suum bonum, nisi quod in ea inflat, vel inflare solet, ęternorum charitate vincatur, quæ non inflabit, sed quam maximè ędificabit. Dicebamus autem, quòd prohibemur quandoquè altiora quærere, & velle scrutari diuinæ maiestatis celsitudinem, quia revera, vt paulò ante dicebamus non oportet sapere, plusquàm oportet sapere. Quod etiam dicit Aug. serm. de temp. 178. quòd multò laudabilius est profiteri se nihil scire, quàm secus. Facilè potest responderi hòc fieri debere propter humilitatem, tum etiam propter veritatem, quia auctore Themistio, ea quę scimus sunt minima pars eorum, quę ignoramus, non tamen ob id intendit August. damnare eos qui quęrunt & dicunt se aliquid scire. Et loco mox adducto D. August. alloquitur hominem insanum, & temerarium & inquit. Lutum es, & vas figuli, disputas de Creatore tuo, & ad naturæ suæ rationem non potes peruenire, & quæris curiosè scire, quod nec Angeli scire potuerunt. Quæ omnia confirmant, quæ iam diximus.*

Serm. 178.

Quod autem dicebamus de Paulo Apostolo, qui dicit ad Hebræos 12. Omnem disciplinam in præsenti non esse gaudij, sed, mæroris, nihil est aduersus eos, qui tuentur scientiæ adeptionem esse gaudij, non mæroris præsertim cum Iacobus, dicat. Omne gaudium existimate fratres cum in tentationes varias incideritis, scientes q. probatio fidei vestræ patientiam operatur. Quoniam revera si scientia quælibet, aut disciplina conferatur ad notitiam, quam habebimus in patria, est potius mæroris, quàm gaudij; propterea subdit Apostolus, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Non ergo per has auctoritates, aut consimiles euitanda est scientia, cum Propheta Dauid supplex, & magno cum affectu rogat Deum dicens. Psal. 118. Bonitatem, disciplinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. Et post pauca. Bonum mihi lex oris tui, super millia auri, & argenti. Non ergo est malum scientiam expetere & desiderare. Sed dices cur Propheta iungit hæc duo. Disciplinam & scientiam doce me, nonnè satis erat alterum horum expetiuisse, & postulasse? nequaquam (inquit Aug.) quoniam disciplina, & scientia non sunt pœnitus idem sed vnum fouet alterum. Ne quidem scientia magnitudine sua præcedat magnitudinem Charitatis, vt scilicet homo potius infletur, quàm ædificetur, apposuit disciplinam idest eruditionem, vt scilicet pro Deo libenter sufferat omnes passiones. & tristitias, & cum tanta fuerit Charitas in homine, & dilectio, vel amor erga Deum, & proximum, vt tribulationibus non possit extingui, quas adhibet disciplina, tunc vtilis erit scientia, qua nobis innotescet, quid mæreamur, & quæ a Deo donata sunt nobis, cuius beneficio scimus nos ea posse, quæ nequaquam poteramus. Quamuis ergo multæ propositiones, præter eas, quas adduximus, ex sacris litteris desumantur, quæ videntur damnare, & repellere eos qui scientiæ indagandæ operam nauant, nihilominus multò plures, & propè innumeras facilè est reperire, quibus contrarium demonstratur, & suadetur: Et primo

quidem

quidem se offert illud Esaiæ verbum cap. 5. vbi dicit. Populus meus, captiuus ductus est, quia non habuit scientiam. Et Oseæ 4. habetur. Conticuit populus meus, eo quòd non habuerit scientiam, & tu (inquit Deus) quia scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, & quia oblitus es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum, & ego. Item Prou. 19. legitur. Vbi non est scientia animæ, non est bonum. Et cap. 27. idem inquit. Cor rectum, inquirit scientiam. & 29. habet. Impius ignorat scientiam. & Sap. 13. dicit idem Sapiens. Vani sunt sensus hominis, in quibus non subest scientia Dei: & Ecclesiastici 4. In lingua sapientiæ dignoscuntur omnes: & præterea nonnè primò Regum legitur. cap. 2. scientiarum Dominus Deus est? & ab eo præparantur cogitationes, & ab eo datur alicui sermo sapientiæ, alicui sermo scientiæ, & alijs alia dona conferuntur, quæ nisi bona forent, atquè peroptima, non darentur a Deo, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum; & vsquè adeò præcellit hoc scientiæ donum, alia dona, quæ passim nobis ab optimo Deo conferuntur, quòd Ieremias cap. 9. vel Deus per Ieremiam protulit hæc verba. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, neque diues in diuitijs suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire, & nosse me. Et Saluator noster Ioan. 5. monebat Scribas, & Pharisæos dicens. Scrutamini scripturas, quoniam ipsæ testimonium perhibent de me. Nequè te moueant, verba Esaiæ quibus repræhendit Hebręos, qui volebant scire vias suas, & opera sua scrutari cap. 58. quoniam vt subdit id ipsi faciebant, quasi gens quę iustitiam fecerit, ita vt illi præsumerent se tutò posse Dei secreta, & Dei ordinationes. & consilia perscrutari. Non igitur malum est, nequè repræhendendum expetere scientiam, quoniam vt inquit Diuus Augustinus 12. de Trin. cap. 14. sine scientia nec virtutes ipsæ, quibus rectè viuitur possunt haberi, per quas hæc vita misera sic gubernatur, vt ad illam, quæ verè beata est perueniatur æternam. Ponit tamen Aug. discrimen inter eam scientiam, qua contemplamur ipsum Deum, & qua benè vtimur temporalibus rebus, quoniam illa sapientia, hæc verò scientia nominatur, quanquam aliquando confundantur ista duo nomina. His ergò rationibus, & sententijs permotus decreui reuocare sententiam, & acquisitioni scientię omnem conatum & operam adhibere: nec timeo, vt labor, & dolor ab hoc opere me deterreat. Sed si volumus ritè eam capessere, & obtinere, opere pręcium est imitemur Dauid Regem, qui ob id Deum supplex rogabat dicens. Bonitatem, disciplinam, & scientiam doce me; nam quid est aliud docere (vt inquit Aug.) quàm scientiam dare? Vide Psal. 118. Conc. 17. Et hæc duo, idest disciplina, & scientia ita sunt connexa, vt alterum sine altero esse non possit. Nemo enim docetur nisi discat, & nemo discit, nisi doceatur. Sed aduerte, quòd aliud est Pręceptorem docere, & aliud est eundem dicere. Si enim pręceptor dicat, & ostendat discipulo, quę oporteat scire, & ille non didicerit, quia scilicet non percepit, non compræhendit, non intelligit, quod præcepit Doctor, non dicitur iste didicisse, nec ille docuisse; sed vt hic verè doceat, &

Marginal notes: Esa. cap. 5. — Oseę c. 4. — Prou. 19. — c. 27. 29. — Sap. c. 13. — Eccl. 4. — 1. Reg. c. 2. — Iacob 1. — Hiere. c. 9. — Ioan. 5. — Aug. 12. Tri. c. 14.

ceat, & ille verè addiscat, oportet doctorem alia actione intellectum discipuli excitare, & mouere: & propterea dicebat Dauid eodem ps. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. Et custodiam illam in toto corde meo. Rogemus ergo Deum, vt nos doceat, & ita doceat, (inspirando scilicet, & mouendo intellectum nostrum) vt possimus addiscere, & appræhendere, quæ ille nos docet. Docet (inquam) nos Deus (inquit Aug.) inspirando bonitatem, & dilectionem Charitatis: docet disciplinam temperando tribulationes, & angustias, docet scientiam insinuando cognitionem. Sic ergò poterimus aliquid addiscere absque multo labore, & dolore. Itaquè Dei bonitate, & auxilio confisus si vita erit superstes, & incolumis, & suppetias habuero ad hoc meum consilium exequendum, non deero meorum studiorum (qualiacunquè sint) alios facere participes. Nunc verò Opusculum quoddam de Conuiuio post vniuersi Operis expositionem in Esaiam adiecimus: Quod quidem in tres tractatus partiri visum fuit, quemadmodum tria in vniuersum Conuiuiorum genera solent reperiri: De quibus haud rarò apud varios auctores non modica, nec obscura, aut parum iucunda sit pertractatio. Horum quædam non iniuria, iurè meritò appellari solent ac debent Conuiuia prophana. Et hæc non eadem ratione, nec penès eundem sensum ac modum fieri contingit. Quædam verò sunt Conuiuia, quippè quæ honesta, laudabilia, ac Religiosa possunt nuncupari. Postremum idest, quod postremo loco explanandum sumpsimus, quodquè verè, & propriè potest appellari primum, & præcipuum Conuiuium, illud inquam est, quod Deus parat, & conficit Angelis, & hominibus tum in hac via, tum in Cælesti Patria.

Itaquè Deo iuuante, & nostrum intellectum excitante, & inspirante aggrediemur præfatum Opus, de Conuiuio, quod Illustriss., & Reuerendiss. Archiepiscopo Braccarensi Domino August. de Castro nunc Nostri Ordinis professo D. Fratri Augustino de Iesu omni virtutum genere ornatissimo, meiquè imprimis amantissimo donare, ac dicare decreui. & in hoc opere prosequendo conabor imitari apes, quæ solent singulis insidere floribus, atquè inde quicquid ad rem suam conducit excipere; sic propemodum ego sum facturus, ex probatis quidem auctoribus, quæ mihi ad rem facere videbuntur. Accedas ergo benignè lector, & quæ tibi grata videbuntur libenti animo, & alacri vultu non dedigneris accipere. Bene in Domino Vale.

ILLVSTRISSIMO

ILLVS.^{MO} ET REVER.^{MO} D. AVGVSTINO DE IESV ARCHIEPIS. ET D. BRACHARENSI HISPANIARVMQVE PRIMATI DOMINO MEO COLENDISSIMO.

F. THADDAEVS PERVSINVS. F.P.

Mmortales habeo, agoquè Deo Opt. Max. gratias cum alijs m:ltis de causſis, tum etiam quòd ſenectutem meam eousque produxit, donec aliquã ſingularis meæ in te beneuolentiæ atque obſeruantiæ teſtificandæ occaſio data eſt. amare te cœpi non vulgariter iam inde ab eo die, quo mihi in Hiſpaniam profecto videre te atque alloqui contigit, ſenſiq; magnam quandam in vultu verbisq; tuis ad amorem conciliandum vim ineſſe, magnus deinde cumulus amori additus eſt, cum tuam in Deum pietatem, animi candorem, in omnibus tum dictis. tum factis prudentiam animaduerti. Progreſſu temporis, vt tantis virtutibus ornatum virum decebat, factus es Archiepiſcopus, quo circa ad veterem meam beneuolentiam obſeruantia acceſſit,

accesſit, qua te ſemper proſecutus ex animo ſum. ſed magis magisque in dies angebar animo, cum propter locorum interuallum fortunæque meæ tenuitatem nullo me tecum officio fungi poſſe intelligerem. fauit tamen Deus meis votis. nam cum haud ita pridem commentarium in Iſaiam abſoluiſſem, ſanctiſſimoquè Domino noſtro Clementi VIII. (vt par eſſe videbatur) dicaſſem, cumquè commentariolum, de Triplici Conuiuio, quod appendicis loco adderem, inchoaſſem iamquè ſummi Dei ope ad exitum produxiſſem, arripui per optatam occaſionem, idquè ſub tuo nomine in publicum exire volui, vt ex tenui quidem argumento omnes intelligant, me tui memoriam ſumma cum beneuolentia atque obſeruantia colere. Certòquè ſcio te Chriſtum Saluatorem noſtrum imitaturum, qui haud quaquàm neglexit, ſed
Lucæ 21. *potius magnopere commendauit viduam illam, quæ miſit duo minuta ærea non aurea vel argentea in Gazophylacium. Lege igitur, cum quid vacui temporis ab occupationibus nactus eris, quod nos ocij vitandi cauſa commentamur, tibiq. legendum offerimus, veteremquè tuum amicum ac ſeruum amare, ac fouere ne deſiſtas. Vale. Peruſiæ 1598.*

AVTHORES QVORVM DOCTRINA HOC CONSTAT OPVS.

SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI.

A

AElianus.
Alexander
Alexander de Ales
Amos
Angelus à Rocca Camers
Antonius Cordubensis
Augustinus
Augustinus Steucus.

B

Bartolomeus de Medina.
Basilius.
Bonauentura.

C

Caietanus.
Calepinus.
Cardinalis de Cusis.
Card. de Toleto.
Carolus Sigonius.
Cassiodorus.
Cœlius.
Celsus.
Cicero.
Cornelius Tacitus.

D

Damascenus.
Dominicus Soto.

E

Eborensis.
Epiphanius.
Eusebius.

F

Festus.
Flauius Vopiscus
Fuluius Vrsinus.

G

Galenus.
Gregorius Nissenus.
Gymnosophistæ.

H

Hieronymus.
Homerus.
Horatius.
Hugo de Sancto Victore.

I

IOãnes de Poliaco.
Ioannes de Turre Cremata.
Ioannes Gõzales de Mendozza Episcopus Lipparensis.
Iosephus.
Isidorus.

L

Lactantius.
Lucius Verus.
Lyranus.

M

Macrobius.
Magister Sententiarum.
Marsilius.
Marulus.
Michael Salon.

INDEX INCOMPLEXORVM QVARVNDAM ADDITIONVM SVPER ISAIAM PROPHETAM.

EIVSDEM AVTHORIS F. THADDAEI PERVSINI.

A

Thalamus

INDEX COMPLEXORVM QVARVNDAM ADDITIONVM SVPER ISAIAM PROPHETAM.

REVERENDISSIMI D. THADDAEI PERVSINI.

A

Consilium

Cur

E.

Facultas

F

G

H

I

N

O

P

Quidam

R

T

V

Vita

Z

Finis Indicis Incomplexorum, & Complexorum.

ERRATA

ERRATA IN TRACTATV
de Conuiuio ſic corrige.

Epulabant	legi	epnlabantur	21.c.1	Diſceptatic		diſceptatus	100.d.2
Lactuas	legi	lactucas	22.c 2	Ionentu	legi	inuentus	101.d.2
Inferioriores		inferiores	58.a.2	Intigit	legi	intingit	102.a.2
Preto		Prælato	62 d.2	Diligitiſime		diligit me	104.b.2
Lange		longe	62.d.2	Inbgnitæ		inſignitæ	109.b 2
Diuiuium		Diluuium	66.b.1	Qoi		qui	112 b.1
Progroſſus		progreſſas	87 a.2	Conuiuim		conuiuium	113.a.2
Dificiant		deficiant	90.e.1	Bonum		bouum	113.a.2
Mandacem		mendacem	91.e.2	Aug:iſtuſtinus		Auguſtinus	114.c.2
Erat		erat	92.e.2	Vccati		vocati	118 c.2
Perſiciens		perficiens	94.b.2	Cœterom		æternum	119.b 1
Peçbere		præbere	94.b.2	Sanguines		ſanguinis	121,d 1
Aeceſſerunt		acceſſerunt	94.b 2	Petera		petra	121.b.2
Dixipulis		diſcipulis	97.a 2	Admirabili		admirabile	121.c.2
Saluotoris		Saluatoris	97.b 2	Nillibi		nullibi	123.b.1
Arinam		aſinam	97.d.2	Priuates		priuatis	123.c.2
Itunum		iturum	98.d 1	Cor ferri		conferri	127.c,2
Sd		ſed	98.e.1	Qaod		quod	138 a.1
Hui		huic	99.a.1	Sauitas		ſuauitas	140.c.2
Apinatus		opinatur	100.d 1	Faſtidum		faſtidium	141.c.1
Leuas		lauas	100.d.1	Soluendo		ſoluendi	142.b.1
Expediat		expediat	100.a.2	PRIVSQVE		PRIVSQVAM	89.

REGISTRVM

DE TRIPLICI CONVIVIO OPVSCVLVM

INTENTIO AVTHORIS.

QVONIAM sanctissimus hic noster propheta in capite quinto & vigesimoquinto, et alibi sæpè loquitur de cõuiuio, idcircò pro uberiore huius rei notitia paulò fusius, quam ferat pręsens tractatio, de eo sermonem habere constitui. Neque existimo, de re me satis leui, aut abiecta, nul liusuè pendi, aut existimationis tracta- turum, quando de ea tam sacri, quàm prophani, veteres, et moderni locuti sunt doctores. Scimus enim (vt refert Marsilius Platonẽ Xenophontem) varronem, Iulianum quoque et Apuleium, et plerosque alios permultos illius meminisse, eaque frequentasse.

Primum capitulum primi tractatus.

CVmq. de conuiuio simus locuturi, ne quis nos tanquam in foribus delinquentes valeat arguere, prænotanda sunt paucula quędam, quamuis satis nota de hac dictione, conuiuium, videlicet. Quid sit, et vnde dicatur. Deinde videbimus quotuplex sit, et in sua membra diuidemus. Conuiuium igitur, qđ grecè vocatur sympofion, dicitur a cõuictu, vel à communi plurium victu, aut vita et quemadmodum ex probatis authoribus elicitur, conuiuium dicitur à conuiuere, vel conuiuare. De priore huius nominis deriuatione habet exẽplum præ aliis ex Quintiliano, qui libro primo cap. 12. vsus est hoc modo loquendi. lauamur, et tondemur, et conuiuimus ex consuetudine, de secundo

Vnde dicatur conuiuium.

Pudicitia

Quidam

T

V

Xpus

Finis Indicis Incomplexorum, & Complexorum.

ERRATA

ERRATA IN TRACTATV de Conuiuio sic corrige.

Epulabant	legi	epulabantur	21.c.1	Diseeptatie		disceptatus	100.d.2
Lactuas	legi	lactueas	22.e 2	Iouentu	legi	inueotus	101.d.2
Inferiorioores		inferiores	58.2.2	Intigit	legi	intingit	102.2.2
Preto		Prælato	62 d.2	Diligirisime		diligit me	104.b.2
Lange		longe	62.d.2	Inbgnitæ		insignitæ	109.b 2
Diuiuiom		Diluuium	66.b.1	Qoi		qui	112 b.1
Progroffus		progreſſas	87 2.2	Conoiuim		conuiuium	113.2.2
Dificiant		deficiant	90.e.1	Bonum		bouum	113.2.2
Mandacem		mendaeem	91.e.2	Aug:ıftuſtinus		Auguſtinus	114.e.2
Etat		erat	92.e.2	Vceati		voeati	118 e.2
Perficiens		perfieiens	94.b.2	Cœterom		æteroum	119.b 1
Pecbere		præbere	94.b.2	Sanguines		ſanguinis	121.d.2
Aceeſſerunt		aceeſſerunt	94.b 2	Petera		petra	121.b 2
Dixipulis		diſeipulis	97.2 2	Admirabili		admirabile	121.c.2
Saluotoris		Saluatoris	97.b 2	Nilliti		nullibi	123.b.1
Annam		aſinam	97 d.2	Priuates		priuatis	123.c.2
Ituoum		iturum	98.d 1	Cor ferri		eonferri	127.e.2
Sd		ſed	98.e.1	Qaod		quod	138 2.1
Hui		huie	99.2.1	Sauitas		ſuauitas	140.e.2
Apinatus		opinatur	100.d 1	Faſtidum		faſtidium	141.c.1
Ltuas		lauas	100.d.1	Soluendo		ſoluendi	142.b.1
Expediat		expediat	100.2.2	PRIVSQVE		PRIVSQVAM	89.

REGISTRVM

DE TRIPLICI CONVIVIO OPVSCVLVM

INTENTIO AVTHORIS.

QVONIAM sanctissimus hic noster propheta in capite quinto & vigesimo quinto, et alibi sæpè loquitur de cõuiuio, idcircò pro vberiore huius rei notitia paulò fusius, quam ferat pręsens tractatio, de eo sermonem habere constitui Neque existimo, de re me satis leui, aut abiecta, nullius[ve] pensi, aut existimationis tractaturum, quando de ea tàm sacri, quàm prophani, veteres, et moderni locuti sunt doctores Scimus enim (vt refert Marsilius Platonẽ Xenophontem) varronem, Iulianum quoque et Apuleium, et plerosque alios permultos illius meminisse, eaque frequentasse.

A

Primum capitulum primi tractatus.

CVmq. de conuiuio simus locuturi, ne quis nos tanquam in foribus delinquentes valeat arguere, prænotanda sunt paucula quędam, quamuis satis nota de hac dictione, conuiuium, videlicet. Quid sit, et vnde dicatur. Deinde videbimus quotuplex sit, et in sua membra diuidemus. Conuiuium igitur, qd̃ grecè vocatur symposion, dicitur a cõuictu, vel à communi plurium victu, aut vita et quemadmodum ex probatis authoribus colligitur, conuiuium dicitur à conuiuere, vel conuiuare. De priore huius nominis deriuatione habet exẽplum præ aliis ex Quintiliano, qui libro primo cap 12. vsus est hoc modo loquendi. lauamur, et tondemur, et conuiuimus ex consuetudine. de secundo

B

Vnde dicatur conuiuium.

 Cicero

Cicero in verrem lib. 5. quotidie solitum esse non solum in publico, sed etiam de publico conuiuare, id quod faciunt pleriq. ex nostris, vnde deducitur hoc nomen conuiuator, qui dicitur de eo, qui parat, et instruit conuiuium, et conuiuæ appellantur qui fuerint inuitati. quamobrem Cicero in lib. de senectute describens conuiuium dicit, nil aliud esse nisi accubationẽ epularem amicorũ et hoc ideo, quia vitæ coniunctionem habent. Et M. Cato dicebat esse parentem præcipuam, et primariam procreatricem amicorum, cui aliqua ex parte astipulatur sententia Danidis Psal. 133. dicentis. Ecce quam bonum, et quam iocundum habitare fratres in vnũ. Quod sicubi est magna et ingens iucunditas, et hilaritas, est in conuiuio rectè, nec citrà modum instructo et preparato, vt demonstrat Cælius lib. 26. cap. penultimo vt fortè alibi ostendemus. Cicero quoque damnat qui conuiuium vocant symposion, idest compotationem, ac si tota satio victus consistat in potu, quia, vt ipse inquit, minimum, quod in hoc genere consideratur, est compotatio, quandoquidem, conuiuia potius propter sermonis delectationem, quam propter poculum, et escam fieri debeat. ut quemadmodum in eo cõi vescimur corporis alimento, ita eodẽ mẽtis, uitęq. bone, & cõi volũtate fruamur vt fit in nobis aĩa vna & cor vnũ ĩ Deo, & li. 9. Epist fam. ad Papirium petum vbi pulchra admodum refert de vtilitate conuiuij, sic etiã Marsilius inquit finẽ conuiuij non compotationem, sed dulcis vitæ communionem fo:e, et Cœlius .d. communio vitæ rectius honestiusque statuitur conuiuij finis, quam poculorum licentior inuitatio. Ex his apparet cur fuerit institutum, vel introductum conuiuium, ad societatem, inquam, & communicationem inter homines ineundam, quando ad hoc bonum seu beneficium consequendum non est satis alterutrum communicare in sensu, vel intellectu, sed oportet etiam cõmunicare in bonis corporis, cum homo non solum sensu, & intellectu, verum etiam corporeis membris, & qualitatibus constet, quare hæc omnia necesse est quandoq. reficiantur, ac corroborentur. Conuiuium itaque humores instaurat, spiritum recreat, oblectat sensum, & excitat intellectum, quare sic deffinitur à Marsilio. Conuiuium est laborum requies, remissio curarum, ingenij pabulum, amoris, & obseruantię argumentum. Esca beneuolentiæ, amicitiæ condimentum, fomentum gratiæ, & vitæ solatium. Et Cicero loco iam adducto, nihil inquit, est aptius vitæ, nihil ad beatæ viuendum accommodatius, quam cum viris bonis iucundis, amantibus tui viuas, neque id ad voluptatem refero; sed ad communitatem vitæ, atque victus remissionẽq. animorũ, quę maxime efficitur sermone familiari, qui est ĩ cõuiuijs dulcissimus.

Psal. 133

His breuiter adductis de significato, & ratione huius nominis, consequenter videndum est. quotuplex sit conuiuiũ. Vtrum vnius generis, siue rationis tantum, vel plurium. Dicendum igitur, vti iam à principio indicauimus, & declarare constituimus. quoddam quidem dicitur prophanum, quoddam verò ex opposito dicitur sacrum, & religiosum, reliquum verò, vti nostra refert, dicitur conuiuiũ diuinũ At in primis notandũ, ne quis fortè fallatur, conuiuium nullũ ex se, & propria ratione sui posse nuncupari prohanum, sed ex parte modi aut finis & circunstantiæ potest aliquod appellari prophanum, dum scilicet vel ratione rei, quæ, vel de qua, vel ob quam, seu propter quam instruitur cõuiuium, vel ratione temporis, aut loci, quo paratur, aut ratione personarum, quæ conuitant, aut conuitantur, quæ omnia sigillatim sumus declaraturi. Non enim quod ad ineũdam societatem, amicitiã, & concordiam à natura institutum est, ex se, prophanum, impium, & iniquum haberi & existimari potest; cum enim homo sit animal politicum & sociale, cõuenit aliquando vt plures simul sint, vnà cohabitent, & recreentur; ex causis tamen exteriis & longe remotis potest se eos accidere, ut dictum est.

Deinde notandum; ne laboremus in æquiuoco, prophanum dici aliquid bifariam, vel priuatiue, vel negatiuè; Nam cum prophanum dicatur quod procul'à fano idest a templo. fanum enim templum

Aliquid dicitur prophanum dupliciter.

plum appellatur, & quod est procul a téplo, videtur esse procul à re Sacra; quare quæ sunt prophana dicuntur esse semota, & abiuncta à rebus sacris. Hoc autem dupliciter contingit quia scilicet ali qua ideò dicuntur prophana, quia sunt è diametro cōtraria rebus sacris, & hęc dicuntur prophana simpliciter, & absolutè, & verè prophana, seu priuatiue talia, aliqua verò dicuntur prophana, quia non sunt sacra, non ideo tamen sunt cōtraria rebus sacris. Dicuntur enim prophana, idest non sacra negatiuè tantum, quia scilicet non sunt res sacræ, non autem ideo quia sint contraria rebus sacris Dicitur ergo aliquid prophanum negatiue tantum, quia scilicet non est quid sacrum & dr̃ tale ẽt priuatiuè seu cōtrariè quia est quid impurum, & contaminatū, sic. D. Tho. 2.2. q. 10. art. 1. distinguens, de infidelitate. sic etiam. D. Bonauentura. 2. sent. dist. 5. q. 1. art. 1. ad 2. distinguit de ingratitudine qd aliqua dicitur negatiue, quando .s. quis omittit facere quod debet, aliqua priuatiue, quando facit quis quod non debet, sic aliquid dr̃ prophanū priuatiue, quoddam verò negatiue & in eadem dist. art. 3. q. 1. distinguit de iniusto, qd dicitur dupliciter vz. negatiue . & priuatiue, quo modo, & qua significatione accepit hoc nomen Plinius lib. 15. naturalis historiæ, eum inquit. In profanis ritibus pollui laurum, & oleam fas non est, ita vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria, aræuè debeant. & de profano hac ratione sumpto loquebat̃ Christus cum dixit Petro. quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris? sunt ergo aliqua profana, quæ sunt omnino contraria rebus sacris, & apud oẽs gentes, & nationes, quæ ratione utuntur explodũtur, & reijciuntur. Quædam uerò dicuntur profana respectu unius cultus, aut nationis, non autem apud quascunque. u. g. Aegyptij ut habetur Gen. 43. existimabant illicitum, & profanū manducare cum hæbreis, contra uerò hæbrei habebant tanquam profanum manducare cum Aegyptijs: similiter Iudæi, ut dicitur Ioan. 4. uelut profanum habebant inire consortium cum Samaritanis. non enim (inquit tex.) coutuntur

Act. 10.

Gen. 43.

Ioan. 4.

A iudæi Samaritanis & D. Petrus. Abhominatum est uiro iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam: et non erat ideo prohibitum inire conuiuium seu consortium cum alijs: et Iudicum 19. Quidam leuites renuit declinare ad urbem iebuseorum. d. Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filijs Israel. Cæterum vt de nobis ipsis exempla proferamus, prohibitum est viris religiosis loqui seorsum cum mulieribus;
B layeis vero & secularibus non ita. Vnde D. Augustinus euitabat consuetudinem, & familiaritatem sororis, & propinquarum non solum propter eas, sed propter alias, quæ comitabantur illas. D. quoque Hyero. apertè hoc prohibet viris religiosis, vt est videre epistola ad Rusticum monachum: eiusmodi ergo colloquia existimantur profana non simpliciter, sed apud quosdam, & respectu quorumdam, non autem simpliciter &
C apud omnes; cum mulieribus vero impudicis non licet vlli viro bono habere cōsortium, & nota quod ait August. serm. de tempore ser. 250. quòd ab omnibus Christianis præcipue tamen clericis & monachis indigna & inhonesta familiaritas fugiēda est: quia sine vlla dubitatione qui familiaritatẽ non vult vitare suspectā, cito dilabitur ĩ ruinā, cap. 1. & 3. pōt ẽt contingere aliquod fieri cōuiuiū aliqua ex parte sanctum, pium, & impol
D lutum, & respectu huius, vel illius polui deturpari, & impiū, aut profanū effici, vt suo loco demonstrabimus. Postremò notādum, conuiuiū quocunque modo acceptum siue profanum, siue sacrū dici etiam bifariam, videlicet propriè & transumptiuè, siue methaphoricè; neque id præter rem; quoniam quemadmodū cibus, & potus, & reliqua huiusmodi bifariam sumuntur, idest corporaliter, & spiritualiter, & sicut homo con-
E stat ex anima, & corpore, ita etiam conuiuia. duplieiter sumuntur. Non. n. in solo pane viuit homo, sed de omni verbo quod procedit de ore Dei. Et apud Ioannem dicebat Christus. Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei, qui in cælis est. De vtroq. igitur genere cōuiuij, proprio videlicet, & metaphorico, Deo opitulante verba faciemus.

Act. 10.

D. Aug.

D. Hyero.

Conuiuium siue prophanum, dicitur dupliciter.

Matth. 4.

Ioan. 4.

Aa 2 Caput

Caput Secundum.

INcohantes ergo a conuiuio prophano proprie sumpto, ab eo.s.quod cõficitur ex epulis carnalibus, & materialibus, dicimus conuiuium illud simpliciter, & omnino prophanum, ac detestandum, & longè procul ab omni re sacra prorsus alienum, cum in eo mors intentatur, & infertur alicui, vel in eum finẽ paratur, & instruitur vt quis felle, veneno, aut aceonito perimatur, quemadmodum plerumq. vsu venit ob insignem, & detestabilem hominis perfidiam. Scribit enim Plinius li. 25 cap. Lucullum Imperatorem clarissimum amatorio proculo perijsse. Refert idem lib. 35. c. 12. quodam conuiuio 130. Couiuas veneno interijsse. Et Cornelius tacitus lib. 12 refert in quodam conuiuio domestico, Claudium Imperatorem ab Agrippina vxore fuisse veneno peremptum: legitur apud senecam controuersia. 25. de Mallio Prætore, qui in conuiuio hominem quendam quamuis Reum, & nociũ feriri iussit. Legitur etiã apud Titũ Liuium lib. 39. de L. Quintio Flaminio, quod in gratiam cuiusdam scorti, cuius amore deperibat in conuiuium accersiti, quendam capitis damnatum in eodem conuiuio securi percussit, quodquidem facinus sæuum, & atrox vehementer Liuius detestatur, quod s. inter epulas, & pocula hominem mactaret, & mensam cruore respergeret, & foedaret. Cicero etiam refert se quendam Nobilem Romanum è senatu eiecisse, quod exoratus à quodam scorto non erubuerit quendam in conuiuio feriri præcepisse. Valeriusquoq. Max. lib. 1. cap. 8. narrat de quodam Simonide qui fuit mirabiliter erectus ab interitu cum Scopa, apud quem conuitatum venerat, epulante, triclinium ipsum collapsum conuiuantem, & omnes conuiuas vno temporis momento oppressit. Hęc pauca desumpsimus ab ethnicis scriptoribus. Sed afferamus exempla, si quę sunt ex sacris Authoribus. Primũ quidem legimus de Absalon 2. Reg: 13. qui vt occideret Amon fratrem suum, parauit illi Conuiuium, quasi conuiuiũ Regis, & cum iam esset temulentus, præcepit eum necari: Sic etiam legimus de lauto illo & sollemni conuiuio, quod fecit Ptholomeus filius Abobi Simoni, & filijs eius, quos cum fuissent inebriati, iussit interfici, & quosdam pueros eius Macha: 16. Conuiuium etiam factum ab Herode Antipa in die Natalis sui, fuit valde prophanum, & execrandum, vbi ad petitionem puellæ saltantis præcepit afferri caput Ioannis in disco: vbi diuus Ambrosius, hoc crudelitati ferculum dicebatur, quo insatiata epulis feritas vesceretur. D. Augustinus, inter delitias, inquit, & lasciuias conuiuantium temere iuratur, & impiè quod iuratur impletur. Dat etiam Diuus Ambrosius, exemplũ de Holopherne, qui per epulas, & conuiuia putauit se sanctam Iudith posse decipere, at fuit ipse post cænã deceptus, & capite abtruncatus. Hoc idem contingit frequenter apud varia loca, & varios hominum cętus dum plerique prępostero amore attracti, & illecti seducunt multas mulierculas, atque ad sua praua desideria per epulas, & conuiuia traducere nituntur, legitur etiam Iudic. 16 quod epulantibus Philisteis imò cunctis Principibus Philistinorum & domo satis oppleta viris, & mulieribus, & detecto solario circiter tribus millibus vtriusque sexus spectantibus, sudentem Sansonem ad eius preces, & diuini nominis inuocationem apprehensis duabus colomnis, quibus nitebatur domus, & fortiter excussis, cecidit domus super omnes Principes, & reliquã multitudinem, quæ ibi erat statim interfecit. Non secus legitur in sacris literis de Pharaone Rege Aegypti, qui cum faceret grande conuiuium tertio die Natalitio pueris suis, iussit pistorum principem iam incarcerem coniectum suspendi in patibulo. Hoc idem legitur fecisse Rex Assuerus, qui cum venerit ad conuiuium quod fecit Regina hester, pręcepit in patibulo quod parauerat Aman Mardocheo, suspendi ipsum Aman, ob id illud vnum reor maxime cuique conseruandũ quod monet Salomon, dum inquit, prou 23. qñ sederis, quo comedas cum Principe, diligenter attende, que apposita sunt ante

Plin. lib. 25 c. 3. l. 35. c. 12. — Corn Tacitur lib. 12. — Seneca — Liuius l. 39 — Valerius max. c. 1. c. 8. — 2. reg. 13. — 1 Machab. cap. 16. — Iudic. 16. — Hester. c. 7. — Prou. 23.

ante faciem tuam: sed his veterum exem-
plis pretermissis ad posteriora secula
transeundum est. Nonne lotharius Rex
galliorum ludouici tertij filius, decessit
ex ueneno ab adultera vxore eidē sub-
ministrato? sic etiam Ludouico Quinto
eius filio obuenisse legitur. Quod si
volumus ad propinquiora secula deue-
nire, nonne plus satis notum est, & ma-
nifestum scelestum illud, & verè pro-
phanum conuiuium, quòd fuit instru-
ctum, & preparatum sub Alexandro
Sexto Pont. Max. in quodam prædio
propè vaticanum, vbi ipse idem Pon-
tifex veneno necatus, diem obiuit vl-
timum? Multa profectò ea de re pos-
sent afferri exempla, seù testimonia, sed
aliqua non libet, aliqua non licet, sa-
tius est ea silentio preterire. Sed præ-
ter hos non est preterēūdum indignum
facinus, quod perpetrarunt milites,
qui comprehenderunt Christum Domi-
num, qui quidem eidem propè crucem
deducto, & ex itinere fatigato, pro-
indeq. sitienti vinum cum felle mixtum
Matth. 27. porrexerunt, quod cum gustasset noluit
Mar. 15. bibere, cui paulo post, dum in cruce
penderet, & dixisset, sitio, ijdem mili-
tes implentes spongiam aceto, circum-
ponentesq. calamo dabant ei bibere. di-
centes. Sinite videamus, an veniat E-
lias ad deponendum eum. Porrò quid
dicemus de Iuda proditore, quj dum
conuiuaret cum Domino, & precepto-
re suo cogitabat eum tradere Iudæis?
quod sciens Iesus manifestauit prius
verbis aliquanto subobscuris cum di-
xit: Amen dico vobis quia vnus vestrum
me traditurus est. Postmodum verò,
aliquanto clarius cum dixit, qui intin-
Matth. 26. git mecum manum in paropside, hic
me tradet, ac etiam dixit ecce manus
tradentis me, mecum est in mensa. Po-
stremo satis clarè, & apertè hoc insigne
facinus detexit, cum dixit. Cui intin-
Luc. 22. ctum panem porrexero, hic me tradet,
Ioan. 13. cumq; intinctum panem ipsi Iudæ por-
rexisset post acceptam, & comestam
buccellam introiuit in eum Sathanas,
& continuo exiuit ad perficiendum fa-
cinus iam designatum, & constitutum.
Vbi nota secundum Augustinum lib. 3.
de consensu euāgelistarum cap. 1. quod

A non semel dicitur apud Ioan. Diabolum
misisse in cor Iudę, vt traderet Christū
Iudæis, quoniam prius misit in cor eius
cogitationes malas, id quod fuit dum
in domo Simonis leprosi vidit vnguen-
tum illud pretiosum effusum super ca-
put ipsius Christi, quod ipse dicebat po-
tuisse venundari trecentis denarijs, &
dari egenis. Rursus fuit tentatus a dia-
bolo, & intrauit in cor eius vt traderet
cum Iudæis, cum primum comedit buc-
B cellam panis sibi à domino porrectam.
Nec tamen inde putes cōuiuium illud.
fuisse prophanatum, vt inferius osten-
demus id quod per eum non stetit, qui
quamuis vnà cum cæteris discipulis cū
Christo conuiuaret, & fuisset ab eo lo-
tus pedes, nihil minus moliretur necem
illius, & obscurare niteretur suauitatem
illius cōuiuij. Præter hæc, q̄ enumeraui-
mus conuiuiorum genera, dicitur etiā,
& annumerantur inter profana ea con-
C uiuia, in quibus verba profana, scurri-
lia, murmurationes, blasphemiæ, de-
tractiones, conspirationes, & insidiæ
aduersum Deum, & proximum pertra-
ctantur; cuius rei exemplum habemus
Iudicum 9. quando habitatores Sichen
inter epulas, & pocula maledicebant
Abimelech clamante Gaad filio obeht, Iudi 9.
qui est Abimelech, & quæ est Sichen, vt
seruiamus ei, & irridebant, & spernebāt
eum. Et quosdam ex ethnicis præter
D verba obscęna, murmurationes, & lu-
dibria solitos fuisse quandoq. in con-
uiuijs inuicem dimicare: & ò vtinam
hæc eadem mala, hic morbus, ij mo-
res, & turpia facta non palam, ac pas-
sim nostris in conuiuijs, & conturbenijs
efficerentur. vbi frequenter de proxi-
mo nostro conquerimur, detrahimus,
obloquimur, ac maledicimus, aduer-
sus & contra expressum diui Pauli præ-
ceptum. d. Neq murmuraueritis si-
cut quidam eorum murmurauerunt, &
perierunt ab exterminatore: & diuus 1. Cor. 10.
Iacobus hoc idem precipit dicens. No- Iac. 3. & 4.
lite detrahere alterutrum fratres mei,
nam qui detrahit fratri, aut qui iudicat
fratrem suum, detrahit legi, & iudicat
legem. Vt dicit Dauid Detrahentem se
cretò proximo suo hunc persequebar,
superbo oculo, & insatiabili corde cum

Psal. 100. hoc non edebam, si seorsum, & priuatim detrahere non licet, multo minus in conuiuijs licitum erit : Vnde Isaias. *Isa. 58.* si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest, orietur in tenebris lux tua: *D. Aug. in possidonio* & diuus Augustinus aduersus detractores hanc pœnam indixit his duobus versiculis. Quisquis amat dictis absentũ rodere vitam Hanc mensam indignam nouerit esse sibi, non enim vult suum in conuiuium detractores ad mitti: immò cum optime perspiceret ex litibus, & contentionibus vniuersa hęc mala prouenire, scriptum reliquit. *Eph 4.* lites autem aut nullas habeatis, aut quã celerrime finiatis, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam. *Greg. lib. 2. Jus reg. 37.* & diuus Paulus sol, inquit, non occidat super iracundiam vestram. & diuus Gregorius sic ait. Illa conuiuia rectè commendantur, & laudantur, cum in eis nulla absentum vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec inanes sæcularium negociorum fabulæ recitantur & si quandoque libeat per iocum aliquid in mensa fabulari, ita tamen fiat, vt sint sine dente sales; *Calius lib. 14. c. 25.* & referunt quidam Persas hunc ritum habuisse, quod se inuicem iucundè interrogantes, nec nõ scõmata non negligentes, voluptatem, gratiamq. vel ijs comparabant, in quos stringi morsus videbatur. Cic. etiam ad Papirium scribens lib 9. Epist. d. de se ipso Non multi cibi hospitem accipies. sed multi ioci. Item illa conuiuia iure merito profana sunt existimanda, quæ cum hominibus lasciuis, impuris, & fornicarijs parãtur, *1. Corint. 5.* quæ prohibet Apostolus, dicens. Ne commisceamini fornicarijs, non vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exisse, quibus delictorum generibus continentur quæcunque nos, vel in Deum, vel in proximum, & quæ in nos ipsos & animã propriã cõmittimus: Sed hęc documenta potius ad conuiuiũ sequens quã ad hoc referri debuerant. Et inter hæc conuiuia, quæ præcipit Apostolus tamquam profana eminus euitanda, ea præcipuè referuntur, quę sunt cõ-

A uiuia gulosorum, luxuriosorum, & perditorum hominum, de quorum conuiuio loquitur diuus Ambr. ad Ireneum, & alibi sæpe, vbi dicit. Conuiuia Gentiles adornant, festa annumerant, dulcibus capiuntur epulis, & saltaurium choris plus debito occupantur. & de conuiuio proditorum dicit idẽ Ambr. quod plærique dolo vocantur ad conuiuium, vt perimantur. vt supradiximus, horum etiam gulosorum, & æpulonum longè *D. Amb. l. 1. epist. epist. 4.* *Amb. c 22. ad Rom.* *Isa. 32.*

B manifestius describit morem Isaias, dicens, horum studium, & conatus in eo consistere, videlicet, occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, bibere vinum, & dicere comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Sed idẽ comminatur huic hominum generi dicens. Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, ita vt vino æstuetis: cythara inquit, & lyra, tympanum, & *Isa. 32.* *Isa. 5.*

C tibia, & vinum in conuiuijs vestris. Beatus Gregorius sic ait. Nonnulla sunt vitia, quæ à conuiuijs aut separari vix possunt, aut certè nequaquam, penè.n. semper epulas comitatur volupias, & loquacitas, adeo quod dictũ est in prouerbium, Mensam tormentum exiorquendæ veritatis: & quidam rectè dicebat. Linguam semper certe, sed in conuiuio præcipuè retinendam, & reprimendam esse, ob id legimus, quod *Greg. 1. mor. cap. 5.*

D Iob expletis conuiuijs, quæ faciebant filij eius per domos, & familias, veritus ne quicquam in illis deliquissent, mittebat ad eos, & sanctificabat illos, & diluculo offerebat holocausta pro illis. Sed inter hæc lasciua, & profana conuiuia maximè sunt euitanda, quę à contubernalibus solent exhiberi, vt neminẽ hic pudeat aliquid inhonestè dicere, aut facere, quia quisque præsumit suum esse cõuiuium, vt dicit B. Ambr. super episto- *Iob. c. 1.*

E lam ad Rom. cap. 13. Deniq. conuiuia omnia, quæ cum facinorosis, & scelestis hominibus peraguntur, iure optimo veniunt damnanda, & maxime sunt abhorrenda. Quare scribæ, & Pharisei velut ignorantes causã rei murmurabant aduersus Christum Dominum, quod cũ publicanis, & peccatoribus manducabat, & bibebat. Videntes iudei, quòd *Math 9. & Luc. 5.*

Christus introisset in domum Zachei, A murmurabant omnes, quòd ad hominem peccarorem diuertisset. Similiter cum introisset in domum cuiusdā principis phariseorum Sabbato manducare panem obseruabant eum. Sed quamobrem id Christus egerit, infra dicemus. Verè igitur & oportunè aduersus huiusmodi conuiuia, quę simpliciter, & absolutè profana poterunt nuncupari imprecatur Dauid.d.fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum in retributionē, B & in scandalum.

Marc. 2. & Luc. 19. Luc. 15 in prin. cap. Luc. 14 Psal. 68.

Caput Tertium.

POst hæc sunt alia conuiuia, quæ & ipsa iure optimo profana existunt, sed non apud omnes, & vbiquè locorum, verbi gratia conuiuare in loco sacro, vel tempore sacro, aut sacris vsibus dedicato, vt si quis in Ecclesia aut oratorio, & vbi diuina officia celebrantur vellet instruere, & parare conuiuium, is profectò profanus haberetur, & sacrilegus, & conuiuium illud diceretur profanum, quia quod est sacris vsibus dicatum, in communem vsum traducitur. D Paulus reprehendit eos, qui in Ecclesia præsumebant manducare, dum inquit. Nonnè habetis domos ad manducandum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? & hoc quidem est profanum nobis, qui Ecclesiam veluti rem sacram colimus, ac veneramur, at infidelibus, & hæreticis haudquaquam profanum haberetur.

1. Cor. 11.

Sed fortasse etiam & ipsi tanquam illicitum, et profanum haberent, si quis in eorum templis aut synagogis id ipsum facere præsumpsisset. Neque etiam nos Christi fideles tanquam profani haberemur, si in quodam rerum discrimine, aut necessitatis articulo in Ecclesia & loco sacris vsibus dedicato sumeremus cibum, aut conuiuium instrueremus. Item si quis nostrum diebus ieiuniorum, et præsertim sacris quadragesimalis ieiunij hebdomadibus nulla, aut modica existente necessitate vellet habere conuiuium, aut epulis et ebrietatibus operam dare, non ita videretur alijs diebus, neque alijs diuersi cultus, & religionis hominibus.

Dicitur etiam conuiuium profanum, & fidelibus maximè damnandum, quod cum hominibus alterius religionis, & sectæ, & à christiana fide, & religione abhorrentibus, vel dissentientibus, quales sunt Iudæi, infideles, hæretici pariter, & scismatici, & quicunq per latam sententiam sunt ab Ecclesia precisi, sunt euitandi. xi. q. 3. cap. sicut Apostoli, quemadmodum etiam monet Ioannes epistola 2. dicens. Ioan. 2.

Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recepere eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim dicit illi aue communicat operibus eius malignis. Vnde Beatus C Antonius magnopere commendatur, quòd ab hereticorum & scysmaticorum hominum, & maximè Arrianorū cōgressu, & colloquio sic abhorrebat, vt ne ad eos quidem cuiquam accedendum esse diceret.

Sed neque ea duntaxat profana dicenda sunt conuiuia, dum quis cum huiusmodi profano hominū genere conuiuat. Verum vt quicunq. vtitur cibis eorum D profanis, hoc est idolis immolatis, sicut etiam idem Apostolus asserit, dicens. Non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum. Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ demoniorū, & in capit. 8. dicit idem Apostolus, quidam cum conscientia huc vsque nunc idoli, quasi Idolotitum mādncant, & conscientia ipsorum, cum sit infirma polluitur; & paulò post hoc idē repetit. & D Ioannes reprehendit eos, E qui seducunt seruos Dei, & docent fornicari, & manducare de Idolotitis. Vnde non parum commendantur quatuor illi adolescentes, qui nolebant vesci cibo regio, Thobias quoq. vt lægitur Tho. 1 cū esset in captiuitate in ciuitate Niniue, & omnes ederent ex cibus gentilium, ipse custodiuit animam, & numquam cōtamina-

1. Cor. 10. Cap 8. Apoc. 2. Dan. 1.

1. Mach. cap. 1. minatus est in escis eorum. & Machabæi, qui elegerunt magis mori, quam cibis immūdis coinquinari Quicunque etiam vasis, & alijs rebus sacro ministerio dicatis, & in eius vsum expositis vteretur, & profanus esse diceretur & conuiuium illud multis nominibus pro fanum esset habendum. Vt conuiuium illud grande, quod fecit Balthasar rex optimatibus suis, cut rex & optimates sui, vxoresque eius, & concubinæ vtebantur vasis aureis, & argenteis, quæ asportauit Rex Nabuchodonosor de templo, quod erat in Hierusalem: & Deus per Isaiam reprehendit populum suum, qui comedebat carnem suillam, & ius profanum in vasis eorum habebant, quæ quidem propterea quod in eis faciebant oblationes altari, inter sacra, vel sacris vsibus dedicata haberi debebant. Non ab re prohibet Deus carnem suillam ipsis Iudæis, ne videlicet vitam porcorum imitarentur quippe qui ad solam mortem nutriuntur, ne ventri, ac voluptatibus seruirent, ad faciendam iustitiam inutiles essent, ac muti efficerentur. Item, ne se foedis libidinibus immergerent sicut sus, qui se ingurgitat cœno, vel ne terrenis seruiant simulachris, & se luto inquinent. Eodem ferè crimine delinquimus & nos, dum inimus conuiuia diebus, quibus abstinire præcipimur, vel vtimur cibis ex lege, vel ab ecclesia quouis iure prohibitis; de qua re in ferius fortassis aliquod dicemus, sed Reuera nullo genere ciborum vti prohibemur cōsiderata natura & qualitate ciborum, quia omnia munda mundis: sed aliqui sunt reijciendi, quia prohibiti à Deo, vel ab ecclesia, vel à communi hominum consuetudine, vel propter scandalum proximi, vel propter nimiam ingluuiem, vt filij Israel: vel propter vitium Gulæ, vt Esau.

Cur habreis prohibita fuit cedere carnem suillam vt Lactantiu l. 4. c. 17.

Dan. 6.

Isa. 65.

Verum, vt diximus, eiusce modi conuiuia non sunt veluti priora absolute profana, sed quadam tenus; quæ enim nos christicolæ profana existimamus, & quandoque interdicimus, plerisque alijs nationibus licita existunt, & condecentia. Diximus enim paulo ante,

A quod Aegyptij renuebant cum Hebræis manducare, quia illicitum, & profanum existimabant manducare cum illis.

At nequis ob ea, quæ diximus arbitretur, & autumet homines illustrisque sexus, & plerosque viros regulares diuersorū ordinum vitæ sanctitate, & doctrina insignes profanitatis notam incurrisse, qui ad Indos, & postremò ad regionem illam amplissimam nominatissimam & opulentissimam quæ B regio vocatur China, vel sina superioribus annis profecti, cum hominibus illis conuiuarint, & de cibis eorum Idolis immolatis manducauerint, quia necessitas eos compellebat, & tuebatur, & vt inquit Apostolus oportet quandoque necessitati subditos esse. Vnde & Dauid necessitate cōpulsus non dubitauit edere panes propositionis, quos nō licebat nisi Sacerdotibus manducare: *Rom. 13.* *1 Reg. c. 21*

C sed neque existimandum est profanos fuisse, qui vna cum Christo comederunt in domo Pharisei, quia nondum facta erat discretio, & segregatio Iudæorum ab ijs, qui in Christo credebant. Neque putandum est conuiuium illud inter profana reponendum, quod qui inuitauerat illum videns obsequium, quod faciebat illi mulier eidem Christo, quæ erat in ciuitate peccatrix dixit intra se. Hic si esset propheta sciret vtique, quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Multò minus est vlla ratione de profanitate notandum, vbi discipuli indignati murmurarunt aduersus eandem dicentes: Vt quid perditio ista? poterat enim vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus. Sic etiam illud, in quo diabolus iam miserat in cor Iudæ, vt traderet Christum Iudæis, vbi & ipse mendax, & temerarius aliquando detectus ab eo, impudentissime respondit. Nunquid ego sum domine. Sed hoc negare non poterat, uenerat enim inquit Augustinus ad conuiuium explorator pastoris, insidiator saluatoris, venditor sui redemptoris; iam talis venerat, & videbatur et tollerabatur. Et se ignorari arbitrabatur. D E

quam-

quanquàm .n. diximus profana esse A ea conuiuia, in quibus murmura, detractiones, & insidiæ perpetrantur; id tamen non est simpliciter, & vndequaque verum: dum enim vel Dominus conuiuij eo fine, vt aduersus quenquàm quicquàm moliatur parat conuiuium, vel dũ maior, & potior conuiuantium pars sit horum scelerum author, & particeps, & in eum finem illò conuenerit, dubio procul eiusmodi conuiuium est reprobandum, & igni, & aquæ interdicen- B dum: At si secus, nequaquàm demptis pariter alijs generibus conuiuiorum, quæ iam reprobanda esse duximus. id autem ratione firmatur. quoniam vt dixit Arist. Denominatio fit a superabundanti, & ab eo, quod excedit. Cicero quoq. ex maiore parte (inquit) plerasq. res nominari. Quare tametsi Phariseus, Iudas, & quidam alij murmurassent aduersus Iesum, quia tamẽ non omnes ad vnum, neque ob eandem causam indi- C gnati fuere, conuiuium illud non est simpliciter, & absolutè culpandum, culpa enim vnius non poterat inficere, aut maculare tam sanctum, tam celebre, & diuinum conuiuium, & de cõuiuijs simpliciter, & omni ex parte profanis dictum sit in tantum, quorum .n. exempla adduximus, vt scilicet profana dicantur, quæ in loco sacro, vel tempore sacro habentur omnibus, ferè possunt aptari, licèt loca, & tempora sa- D cra non sint eadem apud omnes, vt diximus. Nec solum eadem loca, & tempora sacra, vel quæ extimantur sacra, eadem sunt apud omnes, sed neque etiam ab omnibus eadem habetur reuerentia locis sacris, & temporibus sacris, quoniã legitur apud Priscos Authores, Ethnicos consueuisse in locis sacris aliquãdo conuiuari; sicut etiam asserit Tertullianus lib. de cor. militis, vbi reprahen- E dit Christianum quendam, quem verebatur excubaturum, & cœnaturum in templis: id quod Apostolo non placet. Et quandoq. etiam Christiani inter initia nascentis Ecclesiæ consueuerunt in Ecclesijs capere cibum, ab Ethnicis hoc more recepto. Vnde scribitur de Pontio Paulino in libello de Gazzophilario, quòd mensam in Ecclesia poni solitam

Tertul. de corona militis.

A pro pauperibus cibo reficiẽdis decebat, adhortãs ditiores, vt pauperibus de suo libenter impartirẽt. Idem Pontius Paulinus asserit populum qui ad Natalem D. Felicis Nolam confluebat, epulari solitum in Aede Sacra. Proinde parietes templi picturis, & imaginibus ex veteri instrumento desumptis, ornãdos ipse curauit, vt accũbentes in communi mensa, spectandis illis occupati, temperantius conuiuium exciperent. Vnde B probatur morem fuisse apud antiquos in dedicationibus templorum & natalibus diuorum comedere in ecclesijs. Nec fuit omnino indecẽs, & absurdum, quia oportebat eo tempore multa Christianis indulgere, qui plerunq. iam senes effecti de paganismo ad nostram religionem conuersi, difficile admodum ea relinquebant, quibus per omnem vitam fuerant assueti. At secus est hodie, nisi vt supra dicebamus, alicuius necessitatis C articulus cohibeat, & quẽadmodum olim in die Natalis indulgebant genio, postmodum Christiani præsules rectè, & piè ordinarunt eas res in eleemosynas pauperum conferri, cum ipsi Ethnici ad nostram religionem transissent. Hæc quidem de conuiuijs simpliciter, & per omnem modum profanis iam dicta sufficiant. Sequitur nunc nonnulla de conuiuijs etiam profanis non ita proprie sumptis in medium afferamus.

D

Cap. Quartum.

Diximus à principio aliqua fore cõuiuia non vsquequaq. profana, neque penitus improbanda, quæ scilicet non sunt absolutè contraria conuiuijs sacris, honestis, atque religiosis, sed neque etiam sunt sacra, & cuiquàm religioni addicta, sed sunt indifferentia, hoc est, neque bona, neque mala: Mala E quidem non sunt, quia non manifestam præseferrent impietatem; sed neq. etiam bona, vt inter sacra, & religiosa debeant annumerari. Et hæc conuiuia sic accepta visum est nobis appellare profana negatiue, ita scilicet negatiuè, quia sunt non sacra. Hæc locutio negat tantum sacrarium, vel sacrationem quandam, sed non ponit, neque notat aliquid

quid

quid contrarium. Sunt quidem non sacra, quia non sunt velut ea, de quibus posteriori loco dicemus: neque etiam sunt prophana, hoc est impia, impudica, & abhominabilia, vti priora. Hanc distinctionem non ex proprio cerebro desumpsimus, sed ex doctrina Alexandri de Ales 3. p. q. 66. mem. 2. propè finem vbi habet. Quod non amare potest intelligi bifariam, vel odio habere quod non est diligere positiue, siue priuatiue, quia videlicet includit oppositum eius, quod est diligere; ita scilicet dicitur quis non diligere Petrum, quia odio habet, & detestatur eum; aut dicitur quis non amare Petrum negatiue, quia scilicet negat ab eo amorem erga Petrum; non sic tamen vt odio habeat, & ipsum detestetur. Sic profectò experimento comprobatur quod ego nō diligo quempiam, non afficior dilectione erga illum, non ideo tamen odio habeo. Sic dicit Alexāder de Ales de affectibus humanis erga Deum, & huic simile dicit Bonauent. vt supra diximus 2 dist 5. quæst. 1. art. 1. & art 3. quæst. 1. vbi distinguit ininstum dupliciter negatiue, & priuatiuè, quidam enim sunt non diligentes Deum, quem tamen minimè oderunt, non blasphemant, neque maledicunt. Quidam verò non modo non diligunt Deum, sed maximo odio prosequuntur, detestantur, & maledicunt, vt Diabolus, & omnes damnati, & plerique etiam viatores impij, & scelerati, vt dixit Sapiens, impius eum in profundum venerit contemnit. Sic ergo dicuntur aliqua conuiuia profana, id est non sacra positiuè, siue priuatiuè, quia scilicet continent in se, & includunt suum contrarium vt scelus, & impietatem; aliqua verò sunt profana, id est non sacra negatiuè solum, quia scilicet non sunt sacra, non ideo tamen sunt impia, & scelerata, quæ fortassis poterunt dici bona moraliter, quæ fieri solent sæpissime inter amicos, domesticos, & familiares, sed præcipue inter cōsanguineos, & affines, societatis, & vrbanitatis causa, & quandoque ad contrahendam, & conciliandam aliorum amicitiam, seu beneuolentiam, vel ob aliam honestam, & laudabilem causam. Refert enim Cęlius

A lib. 16. cap. 63. ex sententia quorundam, conuiuium esse cōdimentum amicitię, & vitæ solatia inde satis abunde progerminant. Huius generis conuiuium fuit quod fecit Rex Assuerus tertio anno Imperij sui, vt habet lib. Hest. c. 1. cunctis Principibus, & optimatibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, & magnitudinem, ac potentiam exercitus sui. Id idem quoque fecit Re-
B gina Vasti cōuiuis scilicet fœminarum, sic etiam Dauid gratitudinis ergo fecit conuiuium Abner, & viris qui venerant cum eo. 2. Reg. 3. d. Sic item Salomon vniuersis famulis suis, vt habet 3. Reg. 3. Hoc etiam genus conuiuij fecit Laban ipsi Iacob dum pro Rachele in vxorem obtinenda seruiuit ei septem annis; tamen si fuerit ab eo deceptus. Nabal Carmelitanus fecit huius generis conuiuiū vt habetur 1. Reg. 25. Sic etiam filij Iob
C p domos, et familias, vt supra diximus. De hoc genere cōuinij loquebatur Val Max lib. 2 c. 1. dum inquit Conuiuium solemne maiores nostri instituerunt, idque charistia appellauerunt, cui præter cognatos, & affines nemo interponebatur, nisi forte si aliqua querela esset orta adhibitis fautoribus tolleretur, id quod crebro apud nos quoque fieri conspicimus. Deo que singulis quibusque diebus eiusmodi conuiuia Politica a
D quonis statu, & conditione hominum fieri solent, modo habeant vnde possint. *Val. Max. lib. 2. cap. 1.*

Vt autem de huiusmodi cōuiuijs abunde quippiam pertractemus tria sunt videnda, quæ ex variis auctoribus excerpsimus, videlicet. Quid ante conuiuia veteres, & antiqui facere consueuerunt. Quid dum actu conuiuarent. Quidque postquàm fuerant epulati: de horum singulo sumus seorsum aliqua dicturi.
E

Caput Quintum.

SCribunt quidam, veteres consueuisse priusquam ad cōuiuium accederent leuiter per aliquod modicum temporis spatium deambulauisse. quo corpus aliquātulum exerceretur, scribit .n. Cicero 5. tusc quæst. Socratē cum vsque

ad

ad vesperam deambulasset quæsitumq; esset ex eo quare id faceres, respondisse se id fecisse quò melius cenaret obsonare ambulando famem. Legitur etiam de Dionisio Tyranno, qui cum cœnauisset, negauit se iure illo nigro quod cœne caput erat delectatum, at is qui illa coxit, minimè mirum inquit, condimenta enim defuerunt, & explicans quę sint, labores inquit in venatu, sudor, cursus ab Eurota fames sitis. his enim rebus Lacedemoniorum epulæ condiuntur; quin potius, vt ex Aeliano lib. 2. de variæ historia habetur, Lacedemonij nolebant suos iuuenes inertia detineri; sed in opere, & laboribus exerceri, vt huiusmodi corporis exercitio, bonam valetudinem sibi ipsis pararent. Quod quidem non putamus fore damnandum: quamuis non ea sit habenda corporis cura, vt insolescat tandem. Plato enim dum corporis habitudine nimium prospera vteretur, quæ veluti vitis luxurians foret resecanda, achademiam insalubrem Atticæ locum delegit, qua quod redūdans nimiumq; præualere videbatur, loci intemperie supprimeretur: adeoque tantum corpori indulgendum esse asserebat, vt Philosophiæ studio ministerium præstare possit. D. August. epist. 121. c. 3. dicit, integram corporis valetudinem non esse contemnēdam, pp necessarios vsus huius vitæ, antequam mortale hoc induatur immortalitatem, &c. Si verò eiusmodi corporis exercitio pro explendo ventre in cibis, & potibus quispiam vtatur, meminerit quod si escæ ventri, & venter escis, Deus & hunc, & illas destruet, vt testatur Paul. 1. ad Corinth. 6. quippe qui etiam docuit non oportere eam corporis prouidentiam habere, vt inde voluptates capiantur. Castigo inquit ipse corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Qui in curiosius, intensiusq; illi vacant, & animam, cuius est imperare habent contemptui, nihil admodum sunt diuersi ab ijs, qui vt organa quàm optima habeant, summo studio conquirunt, artem vero, cuius gratia comparantur, negligunt: & D. Basilius conformiter ipsi Paulo dicit. castigare corpus, & compescere illius impetus, vt immanem quandam belluam oportet, & eiusdem aduersus animam temerarios motus, rationis habenis compescere, nec voluptatibus frena remittere, &c. Obid Cretenses filios suos ab ineunte ætate assiduis laboribus firmabant, ne postea senes effecti ocio torpescere honestū ducerent. Legitur de Cyro Persarum Rege, qui non prius ad prandium, aut cœnam se conferebat, nisi ex multo labore, & exercitatione corporis desudasset. Strob. ser. 7. Et hoc quidem ratione efficitur, labor nanque teste Galeno cibum præcedere debet. Sed multo maior erat labor, & defatigatio, qua solebant Aegyptii ante prandium exerceri; quippe qui non permittebant iuuenes, priusq̃ 180. stadia percurrerint, cibum capere; vt refert Isid. lib. 2. c. 1. & Rauigius, & fortassis non abre id faciebant, quoniam vt ait Gale primo, de sanitate tuenda. postremo cap. & lib. 2. cap. 2. Exercitatio non est quis motus, sed solum qui valentior est. Longè probabilior est Persarum consuetudo, qui priusquàm cibum caperent, de modestia, & de reliquis virtutibus, quæ reddunt hominem moraliter bonum disceptabant. Gymnosophistæ paratis, instructisq; conuiuiis, priusquàm epule, mensis apponerentur, iubebant adolescentes coràm senioribus referre si quid didicerint, si quid boni fuerint operati, aut lucrati, quòd si nihil boni egisse fuerint comperti, manebant impransi. Itidem apud nostros fieri aliquando contingit; & vtinam id perpetuo fieret; quoniam educandæ iuuentuti in bonis moribus, & honestis facultatibus plurimum expedire crediderim. Denique non improbamus corporis exercit uim, modo sit moderatū, atque ita ne vires animę postponantur. Dicit enim Gal. labor, cibus, potio, venus, omnia mediocria.

Cęterum commune est omnibus, qui volunt inire conuiuia tauros occidere, & altilia, mensas struere, & quæcunque sunt necessaria ad honorabile, & sumptuosum conuiuium studiose, ac diligenter præparare; & priusquàm recumbant, manus lauari, ea propter discipuli Christi Domini Saluatoris nostri, non iniuste

Ælian. de varia histo-ria.

1. Corin. 6.

Basil. ws-

iniuria penitus, fuere grauiter a Pharisæis, qui hunc morem fortassis didicerant a Romanis, quibus erant subditi, repræhensi, qui non lauabant manus suas
Matth. 15. dum panem manducarent. Sed forte pro eorũ tutela quis dixerit, perperam, quòd non lauarent manus suas fuisse
Ioan. 13. repræhensos; cum Ioan 13. dixerit ipse Christus de eisdem, qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. At pro Iudæis responderi poterit, quòd eo tempore, quo fuerunt re- B præhensi non erant loti. Verum de hoc aliàs. Certum est quidem vsum fuisse Priscorum ante conuiuia non solas manus, sed & pedes lauari, deinde seipsos vngebant, aut vngebantur a seruis præ-
Dan. 10. & 2. Reg. 14. terquàm dum erant in luctu. Dan. c. 10. & 2. Reg. 14. de muliere Thecuita, tunc enim non vngebantur, id quod facere debuissent, teste D. Aug. ad pellendam ex animo anxietatem, sed alii putant huiusmodi vnctionem solitam fieri ad C obstruenda corporis spiramenta, quæ vt plurimum accidunt, dum quis vel in balneo, vel in gymnasio, vel alio exercitationis genere sudauisset. Alicubi vsus, & consuetudo erat eiusmodi lotionem fieri, non solum manuum, & pedum: sed etiam brachia, & crura lauabantur, vt sordes quas opere collegerant abstergerent, & quandoque etiam totum corpus lauari iubebant, quemadmodum, & nos facimus ad abstergendas, & extruendas ipsius maculas, & tur- D pitudines; & hic vsus lauandi corpus totum, erat ferè quotidianus: Vnde quidam asserunt Commodũ Imperatorem septies, uel octies per diem se lauasse. Quidam uerò admodum raro huiusmodi lauacro utebantur. Et certè uereor ne hunc usum crebro se lauandi Iudæi quoque acceperint, ut elicitur ex Diuo
Marc. 7. Marco cap 7. ubi dicit: Pharisæi, & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus, E non manducant, & a foro uenientes non comedunt, nisi baptizentur. Vnde quidã Pharisęus qui inuitauerat Iesum ad prandium, mirabatur quod uocatus au-
Luc. 11. te prandiũ non esset baptizatus Luc. 11. ubi d. Caietanus ꝙ sermo erat de lotione manuum: Nõn erat (inquit) baptizatus, idest non lauerat manus priusquàm recumberet. Et is ut plurimum apud ueteres perpetuus ordo seruabatur, ut priusquã cęnarent seipsos aliquo exercitationis genere (ut diximus) fatigarent, mox lauabantur, deinde ungebantur, postremo recumbebant hora, quæ uidebatur eis opportuna. Nec solum ante prandium, sed & post lauabantur manus, ut ex Macrob. lib. 3. cap. 6 quidam eliciunt, id quod frequentissimum est etiam apud nos postquàm comedimus. Et in Gallia ego ipse uidi, quòd post prandium eisdem manipulis quibus in mensa uti solent, pro tergendis manibus, & ore, utuntur etiam ad eluendas, & extergendas manus. Aduertendum est etiam postea͂ locuti sumus de usu balneorum, quædam fuisse publica, ubi communiter, & indistinctim lauabantur cuiusque conditionis homines, quædam priuata, pro nobilibus duntaxat, qui ut plurimum a seruis lauabantur, & pariter ungebantur. Nec uolo occasione horum uerborum subticere iocundum quoddam, & memorabile factum, quod referunt quidam de Adriano Imperatore (pareat mihi quæso benignus, & patiens lector) legitur enim quòd cum præfatus Imperator uidisset quondam militem quędam ueteranum sibi notum dorsum, & reliquam partem corporis atterere, percunctatus cur se marmoribus, & lapidibus distringẽdum daret, & respondisset id fieri, propterea quod seruum non haberet, cõfestim seruis eum donauit, & sumptibus. Verum cum alia quadam die, quidam senes ad prouocandam eius liberalitatem etiam, & ipsi se attererent, euocari eos iussit Imperator, cui cum dixissent se non habere seruos, respondit Imperator, & consuluit alium ab alio debere inuicem defricari. Ex quibus patet seruorum munus fuisse ungere, & lauare dominos suos, quandoque tamen prius ungebantur quàm lauarentur. & quandoq. nulla post exercitationes usi lauatione ungebantur, ut colligitur ex Persio sat 3. Hæ autem unctiones fiebant ex unguentis præciosissimis, quorum odore magnopere oblectabantur: lauabantur autem (ut referũt præfati scriptores) aqua tum calida, tum frigida; & quidam aqua marina

rica vbi scelsias aderat primitus lauabantur, vt ea lotione sudorem, & sordes detergerent (vt iam dictum est) Deinde aqua dulci hoc est calida, qua animi tantisper recrearentur. Et referunt ex Homero Odissea 8. de Vlixe, quod ipse huiusmodi lotione calida vtebatur, vt animi hilaritatē reuocaret, tristitiamq. depelleret. Nulli igitur debet mirum videri, cum fuerit apud veteres hic visus, ante prandium vel cęna lauari; & vngi, si & Maria Magdalena accedēs, ad conuiuium in quo Christus Saluator, & magister ac Dominus conuiuabar, lauit pede suos lacrymis, & capillis suis tersit. Et deinde vnxit pedes eius, quia sic fieri nouerat in conuiuijs. Vnde Simon ille qui inuitauerat Christum fuit ab eodem reprehensus, quod ingressus in domum suam, caput suum oleo non vnxisset. Luc. 7 Sed mirum est quo pacto, & qua ratione discipuli huius veteris consuetudinis conscij videntes Magdalenam vnxisse pedes, & caput Iesu, vt habetur Ioan 13. Indignati sunt aduersus eam dicentes. Vt quid perditio ista. poterat enim vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus. Nam si is erat mos accedentes ad conuiuium, vt vngerentur, cur scandalizabantur? Dicitur discipulos scandalū accepisse non quod Maria Magdalena vngeret Iesum, sed quia videbatur nimis importunum, & præter omnem rationem tam pręcio sum vnguentum effundi super caput, & pedes Iesu Christi, qui videbatur vsque adeo ignobilis, & despectus. & qui tanquam nouissimus virorum habebatur, non agnoscentes adhuc perfecte eius diuinitatem, & excellentiam, quippe qui excelsus est super omnes gētes, & super

Psal. 112. cœlos gloria eius Vnde non immerito fuerunt reprehensi a Christo, & Magdalena magnopere commendata, atque defensa. His itaq. patet quis fuerit vsus antiquorū priusquam ad conuiuia properarent. Quo loco etiam aduotare libet pro ampliori huius rei notitia, ne quædam huic tractationi prorsus intacta relinquantur, quę aliquo modo congruere videntur; fuisse scilicet aliquando balnea mixta, in quibus viri, pariter ac mulieres lauabantur, præter ea, quibus viri tantum vtebantur; At cum res ista valde detestabilis, & pudenda videretur, Adrianus Imperator primus omnium edixit, & statuit viros seorsum a mulieribus lauari debere, & insigni: Hoc idem fecere M Aurelius, & Alexander Seuerus, Romani Imperatores, qui balnea mixta exhiberi prohibuerunt, quod quidem commendat Val Max. lib. 2. c. 1. vbi inquit, quanta erat inter coniuges verecundia, ac inter cęteras necessitudines, quod aliquādo nec pater cum filio pubere, nec socer cum genero lauabatur, tantum erat religionis, sanguini, & affinitati, quantum ipsis dijs immortalibus tributum. Hunc eundem morem, seu potius legem inuiolabiliter apud nos quoq. seruari manifestum est; ita vt qui secus facere præsumpsisset, capitali supplicio damnaretur.

Caput Sextum

DEinde videre, & inuestigare ducimus opportunum quis fuerit eorundem vsus dū fuerint in mensa. Nam præter commestionem, & potationem, quam satis affluēter, & plusquàm ad satietatem facere consueuerunt, legimus de Spartanis, qui inter conuiuia, & inter edendum, excellentium virorū laudes, & res ab eis præclare gestas enarrare, & recensere solebant. Et quandoq. etiam scelera, & errata ignauorum, & perditorum hominum: sed vtiq præceptum illud Catonis præteribant d. Pauca in cōuiuio loquere. Et Val. Max. scribit maiores natu in conuiuijs cōsueuisse ad tibias egregia superiorum opera carmine compra hensa canere quo ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Persæ verò de rebus serijs consultabant Bathriani inter pocula de bellis inuicē conferebant, & si quid inter eos conclusum, ac difinitum erat, fide, & fœdere confirmabant, accersitis interim concubinis, quæ tanquàm illis admodū clara, eorum decreta rata, & firma haberent. Ita scribit quidam Alex. ab Alexandro.

Sed quidem alij ab ijs non multū diuersō, inter epulas fortasis vino madentes dimicabāt, qui certè a bono & honesto plurimū diuertebant, quoniam cum litigare, altercari & contendere vbiq. sit malum, inter pocula quidem videtur esse

& pessimũ: Non .n. conuenit inter epulas, & conuiuia audire luctus, & contentiones, dicebat Euripides. Marsilius autem dum agit de forma cõuiuij, & quales debeant esse conuiuę inquit eos debere esse gratiosos, musicos, & litteratos, sed præcipuè cauen. est ne vllus admittatur cõtentiosus, & qui propere excandescat, nisi forte vel primo poculo, vel vno verbulo mitigetur. Dicit etiam oportere inter epulas sermonẽ esse varium, iocundumq. at breuem, historiam breuissimam, longiusculã vero fabellã, obscenos autẽ, & spurcos sermones omnino detestatur. Romani verò vt scriptum reperi inter cęnandum acroamata cuiusvis generis iubebant adhiberi, & vel symphonia personabat trycliniũ, vel instrumenta, organaq. varia concinebant, aut tragedię, comedięve habebantur, mimiq. aderant, aut spectacula alia iocunda inducebantur, prætereà incedebantur aromata, & odores naribus gratissimi afferebantur. Si quis plura de vsu Romanorum in conuiuiis velit intelligere legat librum Philonis Iudæi de vita contemplatiua, vbi multa profectò absurda, inepta, & valde abhominanda reperiet. Multa alia fecisse legimus veteres Ethnicos dum conuiuia haberent, quæ hoc loco recensere absurdum certè, & omnino impertinens fore arbitramur. Et ad conuiuia simpliciter, & absolutè profana sunt referenda: sed hæc pauca voluimus adduxisse, vt facile qsq. valeat iudicare, & ponere discrimen inter conuiuia Priscorum, & nostra; quoniã opposita iuxtà se posita magis elucescunt, & vt inquit D. Hyer. sup Matth. non nisi ex comparatione virtutum, uitium cognoscitur.

Caput Septimum.

SVperest nunc uidere ad completam huius rei notitiam quid expleto, & peracto conuiuio iidem ueteres, & qui eorũ mores, uel abusus imitantur agere consueuerint. Legitur .n. eosdem ueteres expleto conuiuio solitos fuisse mox arripere taxillos, & aleas pro ludo, in quo totos dies, & longas noctes magno eorum dedecore, & opprobrio insumebant, nec sine graui, & incredibili rei familiaris incommodo, ac detrimento;

A quemadmodum de Eliogabalo Imperatore quidam Historici scribũt: Quidam alij aliquanto meliores, vel nõ ita mali, expleto conuiuio eruditas cõfabulationes solebant inire, deinde instrumenta musica quibus maiorum laudes carmine decantabãt, sed velut aliq dicunt, non debent in conuiuijs proponi quæstiones difficiles, & tortuose, sed ita vt ab omnibus percipiantur, & sint communes omnibus vt vinum. ita vt quisq. suam por-
B tionem ferat. Anxias nanq. difficultates & solicite librandas non admittit conuiualis hylaritas Cice. lib. 1 tusc quæst. testatur quosdam ex antiquis presertim Græcos consueuisse inter æpulas canere, & cætera huiusmodi quæ diximus peragere, honorem tamen huic generi hominũ non fuisse, declarat oratio quędam Catonis, qua reprehendit quẽdã, qui cũ esset consul duxerat in Aetoliam Poetas, vt Ennium. Plato etiam legitur
C aliquando accusatus, q̃ omnes è Republica Poetas exegerit, & aliqui dicunt eum ob id nequaquã fore accusandum quasi bene egerit: Maximus autem Tyrius dicit hoc falso ascribi Platoni, vt qui solum improbos, & male meritos exegerit ac deiecerit. Contra verò ibidem ait, Temistoclem habitum fuisse indoctiorem cum in epulis recusasset Lyram. legitur etiam de quibusdã nationibus quarum vsus erat post epulum
D pponere difficultates, & enigmata, quæ soluere scientibus dabatur aliquãta portio carnis, nescienti verò salsum poculum. legitur etiam de Sansone Iudic. 14. qđ cũ pater faceret illi conuiuiũ, triginta viris qui fuerant cum eo conuiuantes proposuit problema qđ si intra septem dies cõuiuij soluere, & diluere nouissẽt, pollicebatur se daturũ eis triginta sindones, & totidem tunicas, si aũt non poterant soluere; darẽt illi vз Sansoni tri-
E ginta sindones, & totidem tunicas. Sed Octauius, picturas vniuersas loco thesauri ostendebat, vt eorũ expleret desideriũ quos in hospitio susceperat. De Nerone aũtoĩum virorũ et p̃sertim magno rũ principũ supra oĩum fidẽ scelestissimo præter multa facinora quæ egisse, & perpetrasse supra narrauimus, legitur hoc vnum aliqua laude dignum fieri iussis-

ri iussisse, musicos .s. primi nominis A coram se adduci, & eorum cantilenis & concentibus vehementer oblectari. Refert etiam D. Aug. lib. 12. supra Gen. ad literam cap. 22. quòd moris erat vt ante prandiũ peractis sacrificijs, agiita usque phanaticis, si qui adolescentes post prãdium vellent eo more ludere nullus prohiberetur &c. longè melius, & laudabilius legitur de Tiberio quod ex lectione quotidiana, quam ipse ferè continuo dicebatur habere, questiones & dubia in- B ter uiros doctos discutiẽdas ꝓponebat; id quod nostri quoque Iuuenes bonarũ artium professores in Italia præsertim vbi degunt studia & Gymnasia literarũ Theologię pſertim, peragere solẽt quippe qui præcipua totius anni parte tam hyeme, quam æstate, & verno tempore huiusmodi exercitamenta nunquam intermittunt. Alexander quoque seuerus inter edendum, & post esum frequenter vel ipse met aliquid prælegebat, vel le- C genti aures præbebat attẽtissimè. Quãdoque etiam post epulas iubebat adduci coràm se quædam animalia, vt catellos, feles, & aliqua animalia pennata, vt interse se dimicarent, quorum contentione tempus fallere dicebatur. Adrianus Imperator comœdias & ipse ac tragedias, & lectores, & poetas dum conuiuaret libenter audiebat. De Alphonso Rege Aragonũ memini me legisse apud Pontanum cap. 1. de Conu: post prandium D viros doctos frequenter aduocasse, libẽter eos audiuisse, vt pastum corporis iam refecti, animi refectio sequeretur. Is quidem longè prudentius, & laudabilius quàm cæteri se gæssit, qui post prandiũ de bellis, & certaminibus decertabant, vt Græci, & quidam, vt Babylonij inter edendum paruulos, & infantes garrulos adduci iubebant, vt his, obstrepentibus, & mutuo salientibus conuiuæ essent alacriores. Et nonnulli ex viris primarijs E vt supra dictũ est Romani, motiones, & histriones post cõuiuium introducebãt, vt vultus & oris deformitate, & mõstruosa varietate cõficta, stultisq; & fatuis verbis, & gestis conuiuas oblectarent. Et quoniam de conuiuio non vsquequaq; profano verba facimus, nolo hoc loco referre detestabilẽ vsum, vel potius abusum eorum, qui non erubescunt post cõuiuium admittere quosdam, qui lasciua quadam licentia, & verbis, ac iocis impudentissimis ad risum asidentes commouere student. Nonnulli picturas, tabellas diuersorum hominum, & regionum, quo illarum aspectu facilius conuiuæ detinerentur ac recrearẽtur, præmonstrabant: Hi erant ludi, & oblectamenta conuiuantium, & ò vtinam nostris temporibus, & longè ante h æc tempora, viri cuiuscunq; status, & conditionis non eadem, & longè his peiora, & deteriora singulis quibusque horis committere audeant, fuerint que aui; quæso, quotus quisque est huius sęculi hominum, qui (vt supra diximus) peractis conuiuijs non arripiat confestim taxillos, & aleas, & huiuscemodi ludo, & luxu non se totos effundant?

Caput octauum.

Sed posteaquam percurrentes mores, & acta veterum tum ante conuiuiũ, tum in ipso conuinio, atque etiam post conuiuium hucdeuenimus, reliquũ est videre, qui soleans ad huiusmodi conuiuia accersiri: quorundam est sententia apud Sparthanos communia fuisse eiusmodi conuiuia, pauperes quidem cum ditioribus eodem reficiebantur obsonio, festisque diebus nigrum ius, & panem igni duratum solebãt apponere, & regi duplum obsoniorum dabatur, non satietatis ergo, sed ut quem vellet, possẽt eo obsonio liberare: qui quidem mos non multum differt à nostris dum, quandoque & nos maioribus, & honorabilioribus maiorem partẽ solemus tribuese honoris gratia. Apud Indos etiã commessationes fiunt in propatulo, sicut & laconici faciunt, quippe qui in modum mensæ constituunt aram, & carnibus in ea appositis, quilibet è conuiuis è propria sede ad mensam vadit, & sua quisque parte accepta in suam sedem reuertitur seorsum & solus suam portionẽ commesturus: scribit val. Maximus l. 2. cap. 1. qd inuitati ad cænam diligenter querebant quinam ei cõniuio essent interfuturi, ne senioris aduentum discubitu præcurrerent, sublataq. mensa prior

A res consurgere & abire patiebantur, e quibus apparet cænę quoque tpe quam parco & quã modesto cibo his pſentib⁹ vti sint soliti: Athenienses quoque vt Spartani tenuiores cum ditioribus ad conuiuium admittunt, & æqualem obsoniorum partem accipiunt. Hoc idem quod dicimus affirmatur à quibusdam, quod scilicet olim in conuiuijs suæ cuique certæ partes distribuebantur, quemadmodum & nunc alicubi fit, sed postea visum B fuit prudentioribus lõgè ciuilius, & laudabilius fore in commune vesci. Sic.n. plerique ordines regularium seruare & facere consuerunt vt s. in cõmuni vescantur exceptis infirmis, & senioribus viris Nec solum ditiores vt præfati populi vsitarunt cum tenuioribus, sed & nobiles, ac potentes cum nobilibus, & mediocris fortunæ homines, ac tenuioris cum sui similibus conuiuare consueuerunt. Pares enim cum paribus veteri pro C uerbio facillime congregantur. Pharao fecit grande conuiuiũ optimatibus suis, & vnusquisq secundum suam bibebat ætatem. Assuerus quoque fecit grande conuiuium cunctis principibus & pueris suis fortissimis Persarum vt supra diximus. Corn: Tac lib 13. de Nerone loquens inquit. Mos habebatur principum liberos cum cæteris eiusdem ætatis nobilibus sedentes vesci in conspectu propinquorum propria & parcio D re mensa; & Claud. vt inquit Suetonius adhibebat omni cęnæ & liberos suos cũ pueris, puellisq. nobilibus cum quibus edere solebat. Nec oportet hac de re quicquam ambigere, nec plura dicere; quoniam quotidie exempla sunt in prõptu; & quandoq. etiam tum nobiles tũ ignobiles, & de omni genere musicorũ ad conuiuia admittuntur Et legimus nõnullos fuisse aliquando adeo ambitiosos aut edacitatis cupidos, vt ingentii conatu, & magno precio à vocatoribus re E dimerent, vt conuiuio Principis adhiberentur. Et Caligula (vt inquit Suetonius) nihil molestie ferebat tam magno extimari honorem suæ cœnę, vt percuperent & curarent aliqui ad eam vocari, & admitti. Nec dubito hodie quoque plerosque reperiri huius genij, & conditionis. Prætereo ingentem turbam Pa

Dan. 5.

Hest. 1.

A rasitorum, & Epulonum, qui ad huiusmodi conuiuia facile admittuntur, & quandoque etiam multitudo fæminarum vtriusque generis, que frequenter ad ea non solum vocantur, verum etiam quãdoque pertrahuntur. Patet itaque ex his paucis qui, & quales ad cõuiuia solebant vocari. Consequens est nunc inquirere quot consueuerint esse in cõuiuio, & qualia contigerit ea fieri. Certum est enim vnius tantum nullum esse conui B uium sicut est prandium & cæna; non enim edendi bibendiq. causa (teste Plutarcho) paratur conuiuium, sed combibendi, & concomedendi causa plures mutuo inuitantur. Neq. videtur satis esse duorum tantum, tum quia numerus binarius non bene audit, tum quia presentia frequens hominum in conuiuio habet delectationem, vt dicebat Euripides, legitur tamen apud Plautum in Bacchide. Bichlinium pro cęnaculo duobus C tantum lectis instrato; Iam facite in bichlinio cum sua vterq. amica cubitum catis, Sed quamquam eiusmodi conuiuia seu loca, vbi fiunt triclinia veteres nuncuparint, à tribus lectis communiter adhibitis & instructis ad conuiuium, nihilominus varie fuerunt antiquorum sententiæ penes numerum conuiuantium Quidam enim dicebant cum paucissimi erant conuiuæ (excluso à communi hominum sententia duorum tan D tum consortio) non poterant esse pauciores tribus, Cum verò plurimi, non vltra nouem. Sed hic opus est distinctione quod aliqua sunt conuiuia publica aliqua vero priuata, De conuiuijs priuatis superfluũ est disserere possunt enim tot esse, quot iubent actors Quidam alij voluere cõuiuium publicum nõ debere excedere numerum septenarium. Nonnulli verò quinarium; & memini me audiuisse maximos quosdã Prin E cipes huius fuisse sententiæ quinque dũtaxat ad conuiuium sufficere, & septem ad summum, neque plures accersendos. Quod si plures fuerint vocati non conuiuium, sed conuitium potius conuenienter poterit appellari, quia scilicet obstrepente multitudine tumultus potius quam sobrius conuictus nuncupabitur, et erit. Marsilius ex mente varro-

Cap 9.
2. Quest.

nis

nis opinatur, conuiuas non debere esse pauciores quàm tres, neq. plures quàm nouem. Homerus verò decem conuiuatorum vnanime conuiuium magnopere commendabat. Plato in Simposio, viginti octo cōuiuas admitti posse sentiebat L. Verus Imperator præter exempla magnorum cū duodecim solemni conuiuio primus accubuisse fert. Sic refert Alex. ab Alexandro lib. 5. cap. 21. Cęlius id etiam refert lib. 15. antiq. lect. cap. 8. Balthasar Rex Babyloniæ de quo mox locuti sumus fecit grande illud conuiuium optimatibus suis mille. Sic etiam multos dubio procul fuisse necessē est tot Principes, & optimates, quibus Rex Assuerus dicitur fecisse conuiuium. Iulius Cæsar (Plutarcho Auctore) inuitauit populū viginti duobus millibus tricliniorum. centum enim & quinquaginta hominum millibus vno tempore cęnam parauit. Verum est tamen aliud est loqui de conuiuijs priuatis, aliud est loqui de conuiuijs publicis, qualia erant dum Princeps ipse inuitabat, aut nuptiæ celebrabantur, aut cœnæ Pontificales, augurales, triumphales vè, aut cum epulum in magno alicuius viri funere popopulo dabatur multo plures numero conueniebant quam supra diximus, & apparatus magnificentior esse solebat. Idem Claudius (vt refert Suet.) conuiuia agitauit, & ampla, & assidua vt plerunque sexcentum simul discūberent. Cleomenes verò longe diuersus a prædictis agebat; quippe qui (vt refert Plutar.) inter populares homines vtcunq. sors tulisset, humaniter benigneque versatus charus, acceptus quàm omnibus erat. Cenandi verò quotidianus apparatus vno duntaxat posito triclinio erat, isque exiguus sanè, laconicæ parsimoniæ cōueniens. Quòd si seniores quosdam, aut hospites conuiuio adhibuisset, lecti alii duo sternebantur, ac paulo lautius ministri mensam struebant. Posset quis fortasse tueri vsum, vel abusum illorum Cesarum, qui tot millia hominum vno duntaxat conuiuio excipere præsumebant, exemplo Christi Saluatoris nostri, qui & ipse nunc quatuor millia hominum, nunc verò quinque, exceptis paruulis, & mulieribus cibo reficere, & satiare voluit, & potuit: At non est efficax defensio. Tunc enim pietate, & charitate motus, animaduertens quòd tanta turba quæ sequebatur eum, non haberet quod manducaret, ex paucissimis panibus, & pisciculis diuina eius virtute, ac potentia multiplicatis voluit reficere: At illi, non qui indigebant, sed quos ipsi ad sua desideria pertrahere cupiebant, & vt ostenderent eorum opes, & diuitias ac magnificentiam, & liberalitatem inordinato, & supra omnium fidem immoderato sumptu tot millia hominum suis conuiuijs, excipere voluerunt. Sed vt quod rei veritas habet, in mediū afferamus. Crediderim ego nullum certum, & limitatum numerū huic rei posse adhiberi Sed ut cuique qđ pōt, ac debet, aut etiam velit immoderatis sumptibus de medio sublatis, facere liceat. Sed ne videar plus sapere, quàm oportet sapere, vnusquisq. in suo sensu abundet.

Caput decimum.

POsteaq; percurrentes vidimus quot, & quales soleant homines adhiberi in cōuiuijs hisce profanis, tametsi nō habeatur hucusq certus, ac definitus eorum numerus, quos decet illis interesse; consequens est uideamus qualia fuerint eorum conuiuia, vt ea discernamus, & segregemus a conuiuio honesto, & religioso, de quo post pauca sumus dicturi.

Dicimus eorum conuiuia fuisse adeo sumptuosa, adeo fastuosa, & omnibus delicijs, & voluptatibus oppleta ac referta, vt difficile admodum credi possit. Legimus n primum de cęna ex temporali facta a Lucullo, Ciceroni, & Pompeio, in qua (veluti Plutarchus refert) in eius vita, fere quinq. scutatorū millia insumpsit. Et longe magnificentius Aesopus quidam Tragicus sic dictus, qui in vna tantū patina quindecim scutatorū millia dicitur impendisse, vt refert Plinius lib. 10. c. 51. Et Clodius eius filius lōgé maiores sumptus fecisse legitur; quippè qui fuit omniū primus, qui pręter alios sumptus quos fecit in conuiuio, ipse cępit Margaritas, & vniones, ac Smaragdos tabefacere, & resolutos, ac liquefactos conuiuis tradere absorbēdos Clo-

dius autem dicitur gemmas tabefecisse, vt experiretur in gloria palatii, quid sape rent margaritæ; atque vt mire placuere, ne solus hoc sciret, singulos vniones cõuiuis dedit absorbendos: Vnionẽ aũt quẽ ipse absorbuit viginti quinq. scutatorũ millibus legitur fuisse æstimatum: Vñ & posteri edocti ceperunt, & ipsi in grauissimis quibusdã morbis, & vitę discriminibus facere aurũ potabile, & gẽmas liquefacere, vt epulis, aut poculis immixtæ sumentibus aliquid opis conferrent. Legitur ẽt de Vitellio, qui nunquàm instruxit conuiuium, quin quadringenta millia nummũ insumpserit. De Cleopatra nouissima Regina Aegypti legit̃ qd vno ferculo secudę mensæ centa quinque millia aureorum impendit. Legat (quæso) studiosus lector Plin. lib. 9. cap. 35. vbi multa de hac muliere inueniet maximo animi sui oblectamẽto. Referunt etiam antiquitatis scriptores magna, & valde sumptuosa ex piscibus conuiuia peracta. Vnde Plin. lib. 9. c. 15. refert quendã ex Cons. mercatum esse mullũ qui vulgo triglia dicitur scutatis ducentis. Nec mirum qnia Rhodij Aelianus de uera hist. lib. 1. in magnis delitiis habebãt pisces, & q eos comedebãt liberales hẽbãtur. Qui verocarnes, agrestes, & epulones habebãtur. Et quoniam de similibus idem est iudicium, ne vos tedio afficiam, præteribo aliorum Principum sumptus, & acta penes vsum conuiuiorum; qua de rę hoc vnũ subijciam, qd nullu laboris, ac opere genus omittebant, mõ suas explerent cupiditates, vt qui carnes & pisces prætiosissimos, & fructus diuersi generis, & quæcũq. in rerũ natura esui idonea poterãt reperiri ex regionibus longinquissimis afferri iubebant, vt egregie quidẽ, & luculenter dixerit Plato de Agrigentinis quorũ ingens erat luxus in oĩ re, qd ita se gerere videbant, ac si perpetuo essent victuri, & pleriq. ex his ita suas opes in edulijs, & voluptatibus corporis profuderũt, vt oẽ patrimoniũ funditus dilapidarẽt. Et præ cęteris legitur de Alphonso Rege Parthonopeo cum multa per luxum prodigisset, conflatoque ingenti ære alieno, iam nihil vltra possideret, vñ suis satisfacere posset creditoribus, & suis quoq. necessitatibus obuiare, dolore, & ira permotus, plerosque ex suis subditis, ꝓprijs eorum bonis spoliauit. Sed & quidam alij inferioris gradus, ac poiæ idipsũ fecisse leguntur nã Galeatius filius Ioan. Galeatij primi Ducis Insubrium in filię nuptijs, pęne centũ millia nummũ erogasse fertur quin & Cæsar Borgia Alex. VI. Pont. (vt refertur) filius, quotidianis epulis ducẽtos aureos impẽdi statuit, & ordinauit. Taceo alias impensas longè inutiles, & extraordinarias, non absq. magno eius dedecore, & ignominia fecisse legitur. Multa alia potuissem quorundam nostri tp̃is magnæ authoritatis virorum exempla hoc afferre; sed nolo, nec decet ponere os in cœlũ. Sed licebit aduertere ꝙ eiusmodi veteres non in solis dapibus, & epulis tam ingentem denariorum summã profundebant; sed in apparatu domorum, in vasis aureis, & argenteis eburneis, & testudineis, in quibus incredibiles sũptus, & expensas faciebant; sicut ẽt in corollarijs, muneribus, & iocalibus, quæ conuiuantibus, expleto conuiuio exhiberi solebant ad proprios lares redituris. Vnde legitur pręfatã Cleopatrã alias a nobis hoc loco nominatã in solẽni cęna quã Antonio dedit (teste Plutarcho) singulis Antonij amicis, quos vnà conuiuio exceperat donasse lectũ, ac stragulũ in quo accubuerat, & vasa q̃ cuiq. lecto dispartita erãt. Sciendum est ẽt nonnulla ex conuiuijs, quæ supra recensuimus fuisse priuata, etsi dicerentur sumptuosissima, & vix credibilia. Nihilominus aduertendũ. ꝙ quoties Imperator intererat, multum opulentiæ adijciebatur, & ferũt isti rerum, & actionum antiqnarũ tractatores, ꝙ in principio cęnæ, & in fine similiter oua apponebãtur, huius rei qui vult certior fieri legat qui de ea scripserũt, non opis est nostræ, nec prioris instituti quæcunq. alij scriptitarint, hoc loco recensere, satis est nos aliqua desumpsisse, vt s. videremus qualia erant Priscorum conuiuia, ꝙ s. erant ualde magnifica, mirè sumptuosa & oĩ ciborũ, & uinorũ possibili uarietate referta, & repleta. Vina q̃dẽ quę in eorũ conuiuijs propinabantur erant generosissima partim trãsmarina vt Lesbia. Chia. Coa & Greca partim Italica

lica, ut uina phalerna, & alia eiusdem generis & probitatis. Et quidam refert aliq̃ñ vina quadraginta annorũ corã conuiuiis fuisse apposita, quæ quidẽ si tã diurni temporis perstiterunt, iure optimo uina possunt appellari nõ uini, differt. n. nimus a uinũ, ut pleriq. fabulantur. Pli lib. 14 c 4. scribit Pompeium sim dedisse Caio Imperatori uinũ ante centũ, & sexaginta annos diffusum. Sed ut ex uerbis Ciceronis colligi potest nõ apparet uinũ illud 40. annorũ fuisse satis perfectum; qm dum is qui eum inuitauerat mediocri uino apposito diceret. bibite hoc uinum phalernum 40. annorum. ille respondit. Bene ætatem tulit, uolẽs innuere uinũ illud sibi appositum quãuis diceretur esse adeò uetustũ, recens tamen uidebatur: Plinius tñ lib 14. cap. 4. dicit quod uina durãt adhuc 200. fere annis iam in speciem redacta mellis asperi, nec potari per se queũt si non peruineat aqua usque in amaritudinem cariæ indomita, &c. In sequẽtibus etiam capitulis de eadem natura vini satis abunde loqtur. Legitur etiam de Assuero 1. Hester, q̃ uinum suo in conuiuio, ut magnificentia regia dignum erat, abundans, & præcipuũ ponebatur. Nihil ergo dubitandum est qnin Romani, orbis terrarum Domini electissima uinorum genera suis in conuiuiis propinauerint, atque oĩ ex parte eorum conuiuia erant oĩ solemnitate referta, ut uerè de illis dici possit, q̃ in bonis duxerũt dies suos. Contra uerò non defuerũt ex profanis, qui parcius multo q̃ plerique ex nostris uixisse legũtur. Nam de Lacedemoniis fertur eos nullam habuisse disciplinam priorem, & potiorem, quã abstinentiam. Cęsar Augustus dicitur fuisse breuissimi cibi, & potus eum ad medias interdum epulas, satiatis iam conuictoribus accedere consueuisse, & primus è mẽsa surgebat. Dicũt Mithridatẽ Regem Ponti iam senio confectum cũ sumpturus esset cibum, non solitum accũbere, uerum stantẽ vesci. Platonis frugales erant cęnæ, delicatiores epulas, & opipa spreuit conuiuia. Propterea d. Marti. conuiuiũ uino parcum haud ualde laudamus. luxuriosum non penitus detestamur, hoc enim commori potius est quãm conui A uere mundum desideramus, & porrò immundum horrescimus, & sordidum. De Cleomene supra diximus, cuius quotidianus cęnandi apparatus erat vno tantum posito triclinio, atque eo valde exiguo nec suum hoc triclinium, aut conuiuium aromatum dulcedine, nec suas epulas variorum saporum genere condiri satagebat; sed id tantum curabat, vt copia ciborum dum aderant hospites esset paulò vberior, & vinũ aliquanto suauius. B Sic etiam faciebat Pericles Atheniensis, qui à cęnarum, & conuiuiorum apparatibus abhorrebat, adeo vt nec apud amicos cęnaret, nisi in nuptijs Euriptolemi quibus peractis mox recessit; quoniam secundum ipsum animorũ elationi magnitudiniq deprimendę aptissimum videbatur esse conuiuium; quando inibi grauitatis, seueritatisq. expectationem seruare difficillimũ sit. Cęlius lib. 15. c 8. Spartianus refert de Didone Iu- C liano quod sæpe nulla existente religione, oleribus, leguminibusque contentus sine carne cęnauit. Pleriq. alii quoruncunq. temporum facilè reperiuntur; qui nullius religionis habito respectu a carnibus abstinebant. Nolo nũc afferre par citatis, & modestiæ exẽpla plurima nostrorum Patrum, qui vitæ sanctimonia, & bonorum operũ exemplo terrarum orbem vniuersum illustrarunt; quique nulla ratione cũ istis Ethnicis sunt con- D ferendi, de quibus cum de conuiuio honesto. ac religioso sumus locuturi tusiũ sermonem habebimus Hoc vnum dixerim ex sententia Senecæ maximè decẽs, & opportunum fore moderata, vt sint eiusmodi conuiuia, & longè procul ab omni fastu, & superfluo sumptu aliena. Nam vt dicit ille ep. 2 Fastidientis stomachi est plura degustare. q̃ dubio procul coinquinant potius, & conturbant stomachum, quàm nutriant, & reficiant. E Legitur enim de Domitio Aphro, quòd præter modum sumens cibum, cum superfluitate redundaret extemplo inter cenandum occubuit d quod quàm multis cuiusq. ętatis hominibus legitur accidisse; Anacreon Teius Poeta maximè deditus vino, vuæ acino suffocatus dicitur periisse. Gnosippus hac voracitatus infamia adeo laborauit, vt Athenien-

ces filiis suis interdixerunt, ne cum eo vescerentur. Andebundus Rex Anglorum quodam in conuiuio tantum cibi deglutiuit, & vini, vt eo suffocatus repentè animam efflauerit Phoeo Phocionis filius, cum paternas opes prodigo luxu dilapidasset fuit vsque adeo ciuibus Atheniensibus exosus, vt omnes, sui generis, & patriæ diffamatorem nuncuparent; nec minus opprobrio fuit cunctis viuentibus. Niseus quidam Syracusanorum Tyrannus qui vbi didicit ab Aruspicibus se breui periturum, quicquid superfluit vitæ, commessationibus, impendit, & ebrietati: Sed præter tot exẽpla nolo (ioci gratia) prætermittere quoddam Lepidum dictũ quod refert Flauuius Vopiscus prolatum contra quendam Bonosum, qui erat quàm plurimum vinosus, vino, & ebrietati deditus, de quo quidem Aurelianus dicebat, istum non esse natum vt viuat, sed esse natum vt bibat, qui tamen quantumlibet bibisset, semper tamen securus videbatur, & sobrius: per belle quidem & satis apposite scripsit Androcydes ad Alexandrum Magnum, cohibens eius intemperantiam. Vinum potaturus o rex, memento te bibere sanguinẽ terræ: sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ vinum. Plin. lib. 14. c. 5. Vnde non iniuria vinum fuit olim Romanis fœminis interdictum, ne scilicet in aliquid dedecus prolaberentur. Val. Max. lib. 2. cap. 1. Gregorius Turonensis refert Childericũ Saxonem cum aliquando se cibo ingurgitasset eo suffocatus mortuũ in lecto fuisse repertum: quod idem plerisque aliis, quos ob reuerentiam nominare desistimus, nouimus contigisse. Similiter Archesilaus Britannus ob immoderatum vini haustum, anno suæ ætatis 75. ex hac uita decessit. Propterea, non iniuria septem sapientes hoc vulgo ferunt edixisse, quod sociorum molestia in nauigatione, & militia cum necessitas ingruerit, omnino ferenda est: at velle omnibus conuiuiis quemcunq. admittere, vel quempiam se illis velle admisceri, amentis est, & plurimum audacis, ac temerarii inditium est. Multa alia possemus huiusce rei exempla coràm afferre, sed qui

Pli. lib. 14. cap. 5.

A plura velit, legat Priscos authores, & Poetas, & de modernis Eborensem, & Rauisium, & quosdam alios, qui præ manibus omnium facilè habentur. Cõstat ergo ex his, & aliorum scriptis quot & qualia fuerint Priscorum conuiuia. Nunc videre consequens est, an fuerint rara, seu frequentia in sequenti particula. Quod .n. fuerint frequentia, manifestum est ex cõuiuio quod fecit Assuerus

B cunctis Principibus, & primatibus suis quod perdurauit 180. diebus, & postquã impleti essent dies istius conuiuii, ut habetur 1 cap. Hest. inuitauit omnem populum qui inuentus est in Susam a maximo usque ad minimum, & iussit septem diebus conuiuium præparari in uestibulo horti, & nemoris, quod regio cul tu, & manu consitũ erat. Filii quoq. Iob faciebãt conuiuiũ p domos unusquisq. in domo sua, sed non erat adeo frequẽs, quia neque erat unus duntaxat, qui para

C bat couiuiũ: Suet in Domit. c. 21 conuiuabatur (inquit) Domitianus frequẽter, & large, sed penè raptim, cerie nõ ultra Solis occasum, neque ut postea cõmessaretur. Augustus ẽt dr assiduè conuiuasse. Pleriq. alii Romanorũ eiues creberrimè conuiuabant; & apud Luc. 16. c. habetur. ꝙ diues ille epulo epulabatur quotidie splendidè; & quæ ibi dñr inquit D. Ambrosius, non sunt parabolæ sed narratio. Verum ñ quotidie epulari (inquit Caiet.) non est mortale peccatum, nisi

D aliud addatur. Ego aũt existimo nõ esse multum laudabile, sicut & multa, quę supra enarrauimus. Nũquid aũt liceat, aut expediat frequenter conuiuare cum de conuiuio religioso loquemur, examinabimus. Non debent esse frequentia nec sumptuosa nimis conuiuia, sed nec etto reuocari, nam ut inquit Pli. lib. 28. c. 3. Recedente aliquo ab epulis simul uerri solum, aut bibente conuiua mensam,

E uel repositorium tolli inauspicatissimũ iudicatur. Et denique extat illud Catonis præceptum inter alia quę uulgo feruntur, & pueris quam primum fuerint ablactati proponuntur s. Raro conuiuare. Et B. Aug. habet hæc uerba Rogandi sunt & parẽtes, & uicini & ad cõuiuium uocandi sed rarius inquit sunt rogandi, ut plenius postea ostendemus.

Pli. lib. 28. cap. 3.

Caput

Caput Vndecimum.

Locus conuiuij multipliciter dicit.

Post hæc proposuimus inquirere, & scrutari, quonam in loco ipsi ueteres, & Ethnici soliti fuerint instruere, & parare conuiuia. Sed priusquàm id explicetur, notandū est loca vbi veteres cenabant, vel inibant conuiuia multipliciter vocari, videlicet cęnaculum ab effectu, quia ibi cenabatur, quod quidem postrema hora diei perfectis scilicet, & absolutis illius diei negocijs, vel dum non vacat amplius negociari. Alij vocabant cenationem, sed satis quidem impropriè. Nonnulli Basilicam, alij Conclaue appellabant. Græci verò tryclinium a tribus lectis, qui in eo loco vbi parabatur conuiuium sternebātur. Et in sacris litteris hoc idem nomen reperitur situatum Nam 1. Reg. cap. 10. legitur quòd Samuel assumens Saulem, & puerū eius introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitata, erant .n. quasi triginta viri. Nostri vero (pręsertim regulares) vocant Refectorium ꝙ locus ille designetur, non ad explendum ventrē, sed ad reficiendum, & refocillandum corpus, vt facilius Deo possit vacare. Verum est tamen quòd pleriq. sub platanis, & frondosis arboribus struebant cōuiuia, vt ex Plin. lib. 12. c. 1. & alijs auctoribus colligitur, tū Gręcis, tum Latinis: & hæc eorum tryclinia vsque adeo venerabantur, ꝙ Deorū nomina illis imponebant. Vt lucullus suum tryclinium, seu conuiuij locum vocitabat Appollinem, quo deductum est, vt quandoq. dicatur Hodie manducaui in Appolline. Solebant etiam in lectis accumbere dum erant comesturi, aut nudi, aut seminudi, aut vnica tantum veste cōtecti, vt est videre in statuis marmoreis Romæ vti asserunt, qui studiosè, & diligēter hoc ipsum obseruarunt; & citra controuersiam, dum erant cęnaturi, dimittebant soleas, & nudis pedibus cęnitabant, quæ quidem soleæ a seruis demebantur, ut est uidere apud Plaut. in truculento. Legitur apud Indos solum Regem in lecto ex stramentis, facto accubuisse; reliquis, uerò, ut cuiq. bene uisum erat, in quacunq. parte lecti licebat accumbere. Vulgo dicitur Turcas etiam dum comedunt, uel con-

A uiuunt super nudam humum sua parare conuiuia. Alij secus asserūt quorū controuersia potest facile decidi. De Nerone supra dicebatur, ꝙ in tapetis purpureis, & mollibus stragulis epulabatur. Cęteri uerò in tabernis epulabantur, edentes, & bibentes, & omnia scelerum genera absque ullo pudore, & uerecundia perpetrantes, & o, utinā idipsum, & longè peius, ac detestabilius apud nōs quoq. non sępissimè fiat, ꝙ s. in taber-

B nis, ac diuersorijs, & locis obscuris, & abditis impudenter edunt, & luxuriantur, cum proprias domos quibus conuenire, & conuiuare possent ac deberent, alacriter, & honorificè habeant, sed id est mos eorum, qui omnino prophanè conuiuunt. Romani uerò secus agunt, præsertim posteaq̃ meliores euaserunt.

Dubitatur etiam nunquid conuiuantes debeant erecti stare, aut sedere, vel etiam accumbere, de qua re est aliquid

C discriminis inter scriptores antiquitatum: constat .n. apud nostros, ut plurimum conuiuantes sedere, & non stare. Sed reperi in quodam scriptore rerum antiquarum, ꝙ Indi sedentes epulabant, & nunc in quodam libro nuper impresso, & prius edito per R. D. Ioan. Gōzales de Mendozza, nostri ordinis professum, nunc uerò Episcopum Liparēsem, legi, & reperi homines illius regionis de qua supra diximus nomine China, uel Sina,

D sedentes quoque epulari. Similiter, & Græci dicebantur in toris ex bonū stercoribus compactis assidētes ordine ludere, & uesci, seu crapulari. Sic & Galli dum cęnant in stramentis assident, & cibum diuidunt; sic scribit Alexander ab Alexandro lib. 1. cap 21 At ego uidi secus ab eis fieri, manducantes n & epulantes sedēt perinde atq nos Itali dum epulamur. Ca o Iunior post ciuile bellum nō accumbens sed sedens uesceba-

E tur. Terentius Varro, & Anibal post res afflictas non sedentes, sed stantes cęnitasse leguntur. Romani etiam sedentes, non stantes, aut accubantes uescebantur, ut Isidorus testatur lib. 20. Ethimo. cap. 11. & Cornelius Tacitus lib 13 Val. Max. lib 2. c 1 dicit apud antiquos, cum uiris cubantibus fęminæ sedentes cęnitabāt. Hoc et refert Cęlius lib. 14. c. 58.

Sic etiam asserit Suet. in Claudio d. quod ipse adhibebat oĩ cenę liberos suos cum pueris puellisq. nobilibus, qui more veteri ad fulchra lectorum sedentes vescerentur. Quis fuerit usus apud patres veteris testamenti, atque etiam in noua lege, uidebimus suo loco. Miror tamen eorum, quæ legi apud eos viros eruditos ex quorum scriptis excepi ferè oĩa quæ huc adduxi de conuiuiis profanis. Inquiunt.n.quod in principio ecene proni in uentrem decũbebant puluinis pectori appositis, quo utraq. manus ad uescendũ esset liberior ut in antiquis marmoribus Romæ conspexerunt, procedente autem conuiuio in cubitum se reponebant, aut si loqui nollent, supini iacebant. Referunt etiam alia, quæ hic recensere superuacaneũ puto: sed in conuiuio religioso. & diuino quæ fuerit consuetudo uidebimus suo loco.

Post hęc uidere nihil obest, sed ad nostrum institutum aliquid conferet, uidere (inquam) quo loco cum uoluerint accumbere, & epulari quisq. debeat sistere, uel assidere Apud Indos de quorum usu toties sumus locuti, dicitur quod excepto Rege, qui nullam honorum, aut personarum habet rationem, ubi cuique liber & potest licet accũbere, aut sedere; At Chini, uel Sini, aut Sinæ, ut ex libro nuper in lucem edito manifestè legi) nõ sic agunt quin prioribus. & maioribus, uel aliqua dignitate præfulgentibus locum nobiliorem, & præstantiorem tribuunt. Sed quis nam sit iste locus nobilior, non idem erat apud omnes. Nam apud Romanos, summus in mẽsa locus, ille est honoratior, & hic mox atque ritus est ualde frequens. At quidam uolũt locum inferiorem, & ignobiliorem, qui scilicet est postremus in mensa, deberi Domino, & auctori conuiuii, modestiæ, & urbanitatis ergo Et hunc quidem morem (ut uerum fatear) apud plerosq. uiros Principes, & homines apprimè ingenuos pluries seruatum obseruaui Nonnulli uerò in medio mẽse discumbere, existimarunt honorabilius fore, ac decentius & Dominus noster Saluator cõsueuerat ferè in medio discipulorũ consistere. Sic n. dicit ipse apud Lucem 22 Ego in medio uestri sum, sicut qui ministrat. Er plerisque in locis legitur Domi num semper stetisse in medio, ut Luc. 2. legitur sedisse in medio doctorũ audientẽ illos, & interrogantem. Sic etiam post resurrectionẽ stetit in medio discipulorum. Verum de hoc atque de loco quo quisque ad nuptias nocatus recumbere debeat iuxta præceptũ eius uidebimus in tractatu sequenti. Nunc.n.loquimur de profanis, nec decet illis sacra misceLuc. 22re. Et quoniam sumus locuti de loco, in quo solebant ueteres epulari, & quam mensæ partem debeat qui prior est sibi assumere non erit superuacaneũ, neque præter rem, si etiam non nihil tetigerimus de cibis, qui in principio mensæ solebant apponi. Quanquam n paulò ante ostenderimus ex ueterum, & modernorum scriptis eorum cõuiuia fore sũptuosissima & omni uarietate optimorũ exculentorum mirificè referta. hæc tñ quasi per incuriam prætermisimus Scribit.n. Alexander ab Alexandro loco aliãs citato, morem fuisse Aegyptiorum in familiaribus conuiuijs braxicam a princip o conuiuiis proponere, quo genere edulii ebrietatem discuti opinabãtur. Græci uerò ante reliquas dapes, sal uelut amicitiæ symbolũ hospitibus apponebant. & uino madentes oleo perungere & sale quod quidem remedium ad ebrietatem quoq. pellendam fore putabant. Romani autem lactuas a principio edere solebant, ut & ipsi hoc cibo ebrietatem depellerent. Et reuera nos Itali ut plurimum hoc idem facimus. & præsertim in conuiuiis uespertinis lactucas, & alia selectarum herbarum genera inter initia mensæ edere consueuimus. Liguri herbas. & lactucas oleo, sale & aceto peruunctas in fine conuiuii uulgo edere dicuntur. Hispani uerò id quod ego tanquàm testis oculatus, & propria experientia edoctus, noni quòd neque ante mensam, neque post, eis mo di lactucis, aut herbis uescuntur. Romani uerò antiqui quorũ causa hic digressus fuit, sicut tur cęnam, uel prandium inchoasse ab ouis, & quandoq. etiam in ouis terminauisse, & nonnunquàm mala, siue poma in fine conuiuii adduci uoluisse. Sic Cicero dixit in epist. integrã famem ad ouũ affero. Et Horatius Sat 3. Lib. 9. epist. ad Papiriũ Petũ. epist. 171. si col-

si collibuisset ab ouo usque ad mala cibaret. Dicebantur autem antiqui soliti fuisse duas habere mensas vnā carnium alteram pomorum, & initio cenę (vt diximus) ponebantur oua. De reliquis cibis, quibus eorum mensę non solum Principum, & Imperatorum verū etiam priuatorum hominum, qui, quot, & quales extiterint satis dictum est, nec quidem perperam, quoniam dū loquemur de conuiuio honestorum, & religiosorū hominum, plane videbimus, quantum hæc ad dicēda sint aliquando collatura.

Caput duodecimum.

CVm mox locuti fuerimus de loco, in quo consueuerint veteres conuiuare, & de modo quo mensis, & epulis accumberent, consequens fore ducimus indicare qua potissimum hora soliti fuerint ad epulas conuenire. Dicimus ergo, non eundem fuisse morem, & ritum apud omnes, quandoquidem non vna tārum refectione, aut semel in die contenti erant ventrem explere; quoniam, vt apud quosdam scriptores reperi, quater in die solebant sumere cibum. Primò quidem summo mane, vel prima hora diei, quam refectionem vocabant ientaculum. Deinde prandebant, tertio loco cenabant; quarto fiebant commessationes, quibus illi veteres veluti solatio quodam prioris saturitatis vtebantur. Nec solum veteres, sed iuniores quoque, & moderni idipsum faciūt, de quibus iure dicit Apostolus, quòd horū Deus venter est, & idem non absq. causa nos hortatur dicens. Ne in commessationibus & ebrietatibus versemur, sed induamur Dominū nostrum Iesum Christum. Legimus tamen alicubi prandium non satisfuisse vsurpatum, sed qua hora cenabatur, quæ vt plurimum erat hora nona, vel octaua diei, tunc dicebatur esse prandium. Ante meridiem verò, vel ante Lucanam horam commedisse, vitio, & crimini datum erat, vt scribit Alexander lib. 5. cap. 21. Nonnulli post prandium ponunt aliam commestionem, quam vocant merendam, qui & nunc quoque pueri vtuntur, eiusmodi refectio dicitur merenda tanquam cibus post meridiem, vel in meridie sumptus, cuius opinionis dicitur fuisse Nonius. Isidorus etiam aicit, merendam esse cibum, qui post meridiem, & declinante Sole soler assumi. Et quia eiusmodi cibus sumitur paulò ante cęnā, quandoque vocabitur antecęna, vel antecęnia. Festus tamen dicit merendam antiquis pro prandio vsurpatam, & prandium volūt dictum a potu eodies quasi ante meridiem, vel prope meridiem. Cœna verò dicebatur a communione, siue conuentione vescentium, vt ait Isidorus lib. 20. Ethimo c. 11. Et prandium quidem fieri solebat ęstate hora nona, hyeme verò hora decima. Cicero lib. 9. ep. ep. ad Petum. Aliqui hora octaua cęnabant, sed intempestiue, quia hora illa designata erat lauationi, quam postmodum cęna sequebatur, quæ fieri solebat hora nona, & hoc ponebant discrimen inter prandium, & cęnam, quod prandium erat refectio simplex, & leuis, cęna verò largior, & copiosior, quæque solebat fieri in proparulo, & communiter, nè singularitas luxuriam gigneret. Isidorus vt supra. Quidam autem vocant cęnam rectam a recto discumbentiūm ordine, sicut Suetonius d. de Augusto cap. 74 qui cōuiuabatur assidue, nec vnquām nisi recta; hoc ordine discumbebant quinque millia hominum, quos Dominus pauit in deserto, i. secundū rectum, & præstitutum ordinem. Dixit .n. Christus discipulis suis facite homines discumbere. Ioan. 6. & distribuerunt per conuiuia quinquagenos inquit Lucas, & per centenos, & quinquagenos inquit Marcus cap. 6. qua de re fusius dicemus suo loco, idest cum tractabitur de cōuiuio diuino. Persæ verò in meridiē tantum vescebantur, & semel in die, quod ipsum faciunt plerique homines, & boni viri, tum propter abstinentiam, & carnis macerationem, tum pro tuenda corporis valetudine. Tharentini summo mane solebant se poculis ingurgitare, Galli pariter, & Hispani orto iam Sole sumūt ientacula, cum præsertim volunt arripere iter, cuius rei ego sum testis oculatus, & quandoque etiam particeps, & consors. Refert Homerus lib. 14. Odissea. Eumenem hora matutina epulari consueuisse. Alexander Macedo propè

Isid. lib. 20 cap. 1.

Cicero epist. lib. 9. ad Petum. vlt.

Ioan. 6.

noctem solitus erat conuiuare, & primo diluculo pransus esse. Diogenes verò, pariter, & Indi nullam temporis horam prandio stabiliuerunt, sed vt cuique libitum erat epulabatur. Cicero dicitur ante Solis occasum raro admodum discubuisse. Romanorum vetustissimi licet noctu cenauisse dicantur, iuniores verò pomeridianis horis vesci consueuerunt. Quater ergo iuxtà horum scripta, nonnulli singulo ferè quoque die manducabant. Summo mane, deinde post aliquod tempus prandebant, tertia vice post meridiem vel in meridie, quarto vel ante occasum Solis, vel paulo post cenabant, & postremo non prius accubabant, quam aliquid temporis in commessationibus, & ebrietatibus insumerent. legitur etiam de Nerone quòd aliquando a meridie vsque ad mediam noctem epulas protrahebat ob inexplebilem ventris ingluuiem. Siri etiam populi, & Assiatici continuo erant in conuiuijs, balneis, & vnguentis. Hæc volui dixisse de conuiuio profanorum quæ scilicet hora solerent epulari. De hora autem qua nostri solent, & honestius, & religiosius conuiuare, nihil profectò habemus quòd certum statuamus, sed si quid nobis occurrerit suo loco dicemus. Non enim volumus miscere sacra profanis (vt paulò ante diximus).

A Superest ad pleniorem huius rei notitiam inquirere, & patefacere, qualiter & qua veste induti accedebant ad conuiuium Ethnici. Dicunt enim qui veteres, & priscos Authores nocturna diurnaq. manu versare cõsueuerunt solitos fuisse homines illorum temporum cum ad conuiuia accedebant, mutare vestem, dimittere. s. vestem stragulam, & accipere vestem quam illi appellabant conuiualem, quæ nullo pacto debebat esse B pulla, nec lugubris, seu luctuosa: Vnde quidam fuere a Cicer. repræhensi, qui vestem lugubrem attulerunt in conuiuio. solebant etiam præcipuè Romani cõuiuijs apponere coronam ex floribus quos anni tempus subministrabat contextam, præcipuè verò ex rosis alijsque floribus, qui iuxta eorum opinionem prohiberent ebrietatem, & caput non grauarent, quas quidem coronas nonnulli capiti, quidam collo, alij vero bra- C chijs aptabant, vt est videre in antiquis marmoribus. Nos autem non coronam, sed flores varios, & frondes in priuatis, & publicis conuiuijs super mensam apponi, & dispergi facimus tum propter odorem, tum propter hilaritatem loci, tum etiam propter oblectamentum ipsorum conuiuantium: & hæc pauca de habitu quo vtebantur in conuiuijs.

DE CON-

DE CONVIVIO PROFANO METAPHORICE SVMPTO.

SECVNDA PARS HVIVS PRIMI TRACTATVS

CAPVT PRIMVM.

POSTEAQVAM in præcedentibus capitulis locuti sumus de conuinio profano sensibiliter, & materialiter accepto, hoc est de eo, quo cibis & poculis materialibus reficimur, vel impinguamur, aut oblectamur à quo quidem maxime nobis cauendũ est, non solum propter scandalum, sed propter conscientiam. Decreuimus nunc aliquid afferre de conuiuio profano metaphoricè vel trãslatitie sumpto, vt omni genere profanitatis excluso ad honesta, & religiosa conuiuia explicanda & pociunda properemus; quę quò sunt parciora, eò meliora & vtiliora cũ Cicerone teste. 5. tusc quest paruo cultu natura sit contenta. & affert exemplum de Dario, qui cum in fuga aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam vehementer sitiens imbibisset, negauit se vnquàm bibisse iucũdius, quia. s. nunquã sitiens biberat. Ptolomeus etiam cum peragranti Aegyptum comitibus non consecutis cibarius in casa panis datus esset, dixit & ipse nihil sibi visũ esse illo pane iucundius: & vt ipse ibidem dicit, certum est, quòd non solum corporis valetudine, sed ne mente quidem rectè vti possumus multo cibo, & potione cõpleti; propterea Saluator noster percipiendus nostræ salutis & author, monet apud Lucam d. Attendite vobis ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ. Et Ecclesiastici 37. Propter crapulam multi periere, qui au-

Cap. 21.

A tem abstinens est adijciet vitam. Sic & & Paulus 1. ad Thim. 6. Carnis curam ne feceritis in desiderijs: sunt quidem desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Nobis ergo diligenter est abstinendum ab eiusmodi conuiuijs superfluis & sumptuosis, in quibus facilè, & corpus & anima deperduntur; sed multò magis cauendum est ab his, de quib' nunc sumus locuturi, quæquidem sunt

B origines & causæ prædictorum, & quoruncunq. malorum. Nam quam primũ Dei beneficio sumus in lucem educti, caro, mũdus & Demon ad sua quæq. cõuiuia nos inuitant allicient, & quandoq; nos enhærentes impellunt. Et quoniã dum de illis verba faciemus, ita sumus

C progressi, vt quid ante conuiuium, quid in conuiuio, & quid eo per acto fieri cõsueuerit explicauimus; ita plane procedemus in huiusmodi cõuiuijs metapho

C ricis enucleandis. Primum itaq. sciendum quod locuturi de conuiuio quod perpetuo nobis á carne præparatur, non de quacunq. sed de carne ex qua hominum corpora sunt formata, quæ vt legitur Gen cap 2. formata fuere à principio de limo terræ nec de ea omni sumus locuturi. Multifariè namq. sumitur hoc nomen caro, quandoq. quidem pro toto homine, vt cum dicitur Luc. 3. Videbit omnis caro salutare Dei & illud ps. 114.

Caro multifariam sumitur.

D Ad te omnis caro veniet, & aliter Esaię. 40 Videbit omnis caro quod os Domini locutum est; & Ioan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, quibus locis & plerisq. alijs caro sumitur pro toto homi-

homine. Sumitur etiam ipsa caro pro parte ipsius hominis, id est pro ipsa natura, & substantia carnis, vt cum dicitur. Homo est compositus ex carnibus, neruis, ossibus & rursus sumitur pro carne, quæ nōdum spiritu vegetatur, de qua dixit Christus Ioan 6. Caro non prodest quicquam, quāuis & alio modo pōt intelligi. Caro et pōt sumi pro ipsa carne infecta, & cōtaminata p peccatum originale, de quà locutus est Deus Gen. 6. d. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est; & ad Rom. 8 Qui in carne sunt Deo placere non possunt. Quarto sumitur caro pro natura hominis non omnino corrupta, & vitiata, sed existente adhuc in pugna & conflictu, & quæ satagit per bona opera certam facere vocationem suam. & hæc est ea caro, de qua dicit Apostolus ad Gal. 6. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Sic exponit D Aug. lib. de Continentia. c. 2. Caietanus intelligit hūc locū Pauli de carne infecta saltim per peccatum originale. Postremo sumitur ipsa caro pro carne totaliter perfecta, & absoluta ab omni labe, & corruptione. Id quod erit dum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatē. & de carne sic accepta loquebatur Dauid in spiritu psal. 83. cum dixit. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deū viuum. Nos ergo hoc loco sumus locuturi de carne tertio modo accepta .i. de ea, quæ est maximè infecta, & contaminata, & quasi putrefacta. Hæc igitur caro ea est quæ nobis à principio, & penè dum sumus in cunabulis incipit alludere, blandiri, & paulatim in suum contuitum, & comercium subducere, & traducere. Hoc autem facit, nobis ob oculos proponens quæ sunt secundum sensum, plausibilia, delectabilia, & quibus admodum acquiescit ipsa caro, & paulatim immittit in cordibus nostris appetitum quendam satis gratum, idest inordinatum, præposterumq; amorem ipsius, vt scilicet quisq; ex se ipso, & præter auxilium cuiusque optet, & quærat excellere, omnibus præesse, & consequenter perpetuam quandam voluntatem commedendi, & bibendi, & omnia carnis desideria plusquam ad satietatem explendi; Deinde cum cœperimus adolescere & arbitrij libertate potiri, ingerit nobis, (nisi specialt Dei auxilio simus adiuti) ingentem suum quoddam, & desiderium quodammodo nobis innatum cutusuis corporeæ volup. atis explendæ, & pronitatē quandam ad omne facinus perpetrandum. Hic est huius conuiuij apparatus. Hæc sunt præludia, prælibationes & tentacula huius celeberrimi, & præstantissimi conuiuij. Inordinatus .s. amor quo quisq; diligit se ipsum, & appetitus propriæ excellentiæ. Post quem apparatum sequuntur fercula non minus grata, & iucūda quā fuerint pludia.

Primum quidem ferculum, illud est, quod si contemnimus, ipsum Deum, & ab eius dominio, & imperio turpiter, & grauiter desciuimus & apostatamus. Hoc certè est ferculum maximè pestiferum, & supra omnia detestabilissimum. inde sequitur incredulitas, & peruicacia. & deniq; omnium scelerum perpetratio. Sic enim Gen. 6. legitur sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Et præter hæc efficimur imprudentes, ignari, hebetes, ac infirmi, & cunctis in actionibus admodum molles & effeminati. Nec mirum quia ratione destituta originali iustitia, consequenter omnes eius potentiæ, & virtutes deficiunt notabileq; detrimentum recepiunt. Nam virtus intellectiua, quæ naturaliter ordinatur ad veritatem apprehendendam, per peccatū originis adeò obtunditur, & offuscatur, ut difficile admodū illam apprehendat, & ignarus, & hebes videatur: sic voluntas ad bonum, & alie vires ad suū queq; obiectum, vt egregiè declarat D. Thom. 1.2. q. 85. art. 3. Nec sistit hoc vulnus in hoc tantum priore incōmodo, sed per peccata actualia, quæ postea superaddūtur. Augetur etiam difficultas ad verum cognoscendum & ad bene operandum, quoniam tametsi peccatum illud primū per baptismi lauacrum sit amotum, remanet tamen quidam fomes, & inclinatio ad malum. & sic non inconuenit quod ignorantia, & difficultas ad bonum sint effectus peccati originalis, & caussæ aliorum peccatorum. Quemadmodum ex nimio

Ioan. 6. Psal. 83. Gen. 6.

nimio potu quis efficitur ebrius, & ex ebrietate prouenit aliud malum, sic propemodum cõtingit in isto connubio carnis de quo loquimur. Nota tamen, ne fallaris, quoniam cum dicimus ex sententia D Tho. quod anima rationalis, & eius vires, ac potentiæ per subtractionem originalis iustitiæ sunt destitutæ suo ordine naturaliter ad suum obiectũ proprium & finem, non intelligas esse oĩno destitutas tali ordine, sed quodã modo inquit ipse, quia scilicet sunt diminutæ vires, & reddite minus habiles ad prosequendum suum ordinem, imo secundum doctrinam eiusdem 1. 2. q. 75. ar. 1. natura ipsa humana, & eius virtutes ac potentiæ non diminuuntur ac debilitantur, sed ipsa earum inclinatio propriè diminuitur, aut variatur propter variationem actionis voluntariæ. ita qd ipsa ratio non ita faciliter, & libenter inclinatur ad consequendum finem ad quem naturaliter ordinatur Quòd si diceres, si huiusmodi ordo, & inclinatio in virtutibus animæ dicitur esse naturalis, quomodo potest variari, præsertim ab ipsa voluntaria actione, cum nã ipsa sit prior, quam ipsa volũtaria actio? quod enim naturale est quocunq: apposito, vel subtracto, semper idem remanet, & preterea, non minus deliquit Angelus, quam homo, cum ergo in ipso Angelo cadente remanserunt integra naturalia, non autem in homine, qui longè minus peccauit, Iam dixi, quòd remanet eadem anima, & eadem uirtus & naturalis quidam ordo, & inclinatio ad virtutem, & ad bonum quoddam honestum, & ad ipsum Deum, sed non eodem modo, nec ita constans, & efficax vt prius quando erat fultus originali iustitia, sed quomodo iste ordo, & iclinatio diminuitur ac debilitatur? propter contrarios appetitus, qui sunt in potentijs animæ: anima enim est composita ex contrarijs appetitibus, quemadmodũ & corpora sunt composita ex contrarijs elementis, & qualitatibus quæ contrarietas, & dissonantia erat suppressa per originalem iustitiam, ea igitur sublata per peccatum originale, illę cõtrarietates in potentijs animæ, & vigor in sensibus surrexerunt, & extulerunt caput. & licet peccatũ ori-

A ginale in baptizatis fuerit amotum, & deletum quo ad reatum, remanet tamẽ quidam fomes, & incendium in ipsa carne, vt nos erudiat, et discamus preliari, vt qui legittimè, et viriliter dimicauerit, quandoq. coronetur. Caro ergo nostra propter hunc fomitem, qui delitescit in ea, et totum corpus obnubilat, in tot turpitudines, et flagitia, nisi resistamus, facilę nos trahit Propterea Paul vt supra monebat. d. carnis curam non fe-

B ceritis in desiderijs, et D. Pater August. in reg. Carnẽ vestrã domate ieiunijs, & abstinentia escæ et potus quantum valetudo permittit. Hæc est illa caro, de qua dicebat idem Apostolus Gal 5 Manifesta sunt opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, emulationes, rixe, dissensiones, sectæ, inuidię, homicidia, ebrietates, commessationes, et his similia, quæ *Gal. 5.*

C prædico vobis etc. Hinc uides quod p opera carnis non sunt ea duntaxat intelligenda, quæ comuniter carnalia nuncupantur, verum etiam quæ corde infido et perfido peraguntur, ob id tantundem est dicere opera carnis, ac si diceres opera hominis, accipiendo partem pro toto, quæ antea prædixit et patefecit saluator noster Matt. 15. cum dixit. De corde exeũt cogitationes malæ, de corde inq̃, infecto, & tabefacto exeunt cogitatio-

D. nes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem, hæc sunt fercula, hæ sunt dapes, quæ nobis valdè ociosis, & oscitantibus subministrat ipsa caro. Vigilate, vigilate, inquit Christus, quia iam sum proximus. & beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus inuenerit vigilantem. Et quoniam uerum verò omni ex parte respondet. & Cic. in lib.

E. de senect. habet ferè eadẽ verba, desumpta (vt ipse ait) ex Archita Tarentino, vt habeant Christi fideles pariter & Ethnici. Vnde intelligant, & sciant quam maxime carnis voluptates, & prurigine esse fugiendas. Inquit enim ipse. Ex eiusmodi voluptatibus, patriæ proditiones, rerumpub euersiones, cum hostibus clandestina colloquia, nullũ sce-

lus,

lus; nullum denique malum facinus esse ad quod libido volupt. is non impellat, stupra, adulteria, non est aspernedum (quicquid prophani dixerint) d. Aug. lib 2. Ench. c. 18. & præter eum veritas a quocunque dicatur, a Spiritusancto est, & c Hæc sunt fercula, siue bellaria opiarissimi hois conuiuij, cuius primum ferculum diximus esse contemptum Dei præludium verò, & prælibationem; inordinatum amorem sui. Hic enim (vt diximus) fomes est principiũ, B & causa omnis peccati quoniam vt dicit Sanctus Doctor q. 77. art. 4. in cor. propria, & per se causa omnis peccati accipienda est ex parte conuersionis ad bonum commutabile. Et quia homo nimis inordinate amat seipsum, & proprium bonum: hinc est quòd velut impotens, & sibi ipsi nimis indulgens, fertur in oppositum cuiuslibet boni téporalis, & commutabilis, & vsque adeò fertur in desiderium huius boni, quòd C nihil præter ipsum, & ante ipsum habet, ita vt propter ipsum contemnat Deum creatorem, & factorem suum. Quod si Deum, vt par erat, prædiligeret, & super omnia amaret, non in ior laqueos errorum se se iniiceret. Vnde postea sequitur interitus animæ, & corporis, & sempiternus vtriusque cruciatus. Hæc sunt bellaria, hic est finis conuiuij. Hæc sunt corrolaria & munuscula, quæ conuiuatis dum è conuiuio ad proprios la- D res reuertebantur, solebant a conuiuantibus, seu inuitantibus exhiberi. Vinum quoque non minoris suauitatis, & excellentiæ propinatur in isto conuiuio; de quo loquitur Moyses Deut. 32. cap. d. Fel draconum vinum eorũ, & venenum aspidum insanabile, quod quanquàm prima facie videatur pulchrum, speciosum ac dulce latet tamen sub melle venenum; quod si quis potare concupiscat meminerit illius consilij, quod attulit E Salomon Prou. 23. dum inquit. Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blande sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Vinum istud felle mixtum; & veneno consparsum solet frequenter, vt diximus in 4. cap. huius tract. ... in

Prou. 23.

conuiuio materiali, & sensibili propinari conuiuantibus. Sed nunc de conuiuio metaphoricè loquentes dicimus istud fel draconũ, & uenenum aspidum insanab le nihil, pfectò aliud fore præter venenum odij, inuidiæ, detractionis & maledicentiæ. Fel enim dicitamaritudinem, ita vt Pli. lib. 11 cap. 37. dicat animalia, quæ habent fel, tantam habent in se amaritudinem, ut a canibus non attingantur; Inter quæ animalia existimo non minorem locum continere dracones: de ueneno aspidum satis dictum est supra. Quæ omnia ex effrenata ingluuie vētris, & luxuriæ prouenīunt, ut innuit D. Gregor. 25 mor. cap. 13. ad huiusmodi pocula infecta, & uulnerata caro nos inuitat d. Ede, bibe, lude, post mortem nulla uoluptas, quo pacto etiam loquitur Isaias cap. 22. d. Ecce gaudium, & lætitia occidere uitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere uinum dicentes. Comedamus, & bibamus cras enim moriemur. Hæc est eorum sententia, ita sentiunt, & in hoc facile toti conquiescunt, existimantes, et pro comperto habentes mortuo corpore, animam quoq. perditum iri, hoc est uita fungi. Sic. n. secum ipsi discurrunt, et ratiocinantur: cum ex hoc mundo recedimus, nihil subtrahimus, nihil nobiscum deferre possumus, præter id quod nos beneficio sensuum excepimus, et consequuti fumus. Non aliam certè ob causam (dicunt ipsi) Deus nobis hæc ocia fecit, omniaque subiecit sub pedibus nostris, nisi ut illis perfruamur, in eis oblectemur, et spem nostram, ac desideria nostra collocemus.

Caput secundum.

Ministri autem, et qui suffragantur huic conuiuio non desunt, plurimi quidem sunt uerbi gratia opes, ocium, saturitas panis, et abundantia. Sic enim legitur Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, sororis tuæ, superbia, saturitas panis, abundantia, et ocium ipsius, et filiarum eius, et manum egeno, et pauperi non porrigebant. Sic etiam dicit Isaias c. 56. Canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam

Ezech. 16.

Isa. cap. 56.

auaritiā suā a summo usq.ad nouissimū, A & ibidem in persona horum loquebatur .d Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate. & erit is sicut hodie, sic & cras,& multò amplius. Et poeta ille vulgaris hoc idem cecinit.d

La gola e'l sonno, & l'o. tiose piume,

Hanno dal mondo ogni virtù sbandita.

Philip 3. & D. Paul philip.3 Multi inquit,ambulāt quos sæpè dicebā vobis, nonc aūt & flens dico inim i os crucis Christi,quorū finis,interitus, quorū Deus venter est,& B gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

Rom. 8. & Rom 8.qui in carne sunt Deo placere non possunt. & paulò ante qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt,sapiunt:qui verò secundum spiritum sunt quæ sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax. Cum autē longè prestantior & optabilior sit vita, quam mors, abijciamus ea quæ carnis carnis sunt,eam conculcemus,eam cru- C cifigamus, & de medio penitus tollamus. Qui enim Christi sunt,carnē suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscētijs: longè faciamus à nobis iniquitates nostras,corruptibiles quidem, & abhominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. quicunq. carnis delitias,& oblectamenta sectantur. Non permittamus cū ea quicquam nobis esse cōmune; nonne omnis caro fenum? fenum enim cū ardor æstatis aduenerit à calore percus D sum arescit & paulatim pristinum decorem amittit; sic propemodum nobis euenit:cum enim mors aduenerit, quanta quæso remanebit in corpore pulchritudo? quantus decor, & vigor? quanta maiestas,& excellentia? Tunc enim nihil proderunt suauitates voluptatum, cōuiuiorū opulentia, iucunda societas amicorum, turpis, & impudica atq effrenata corporis,& animi lætitia: Hæc omnia simul abibunt, nihil tunc prode- E runt suscepta solatia, nec aliud quicquā efferent nisi fletum, & stridorem dētiū; hic profectò finis est, & complementū cuncti carnalis obsequij,& vanitatis huius sæculi. Proijcite ergo à vobis omne obsequium, & seruitutem carnis,& abstinete vos ab eiusmodi desiderijs carnalibus,quæ militant aduersus animam.

Sed quonam pacto carnem odisse,& eam spernere præcipimur,cum scriptū 1. Obiectio. sit Et aiæ 58. Carnem tuam ne despexeris? & Paul eph.5. Nemo inquit carnem suam odio habet, sed nutrit,& fouet eā, sicut Christus Ecclesiam.

Præterea si caro est adeo rebellis, & 2. Obiectio. contraria spiritui, cur Dei filius venturus in mundum voluit eam sumere in vnitatem personæ suę, & sibi vnire, & perpetuo copulare? legitur enim Ioan 1. vt supra diximus. Verbum carnem factum esse.

Item nonne caro, vt est pars hominis 3. Obiectio. fuit formata à Deo, vt habetur Gen. 2. quod tulit vnam de costis Adæ dormientis,& repleuit carnem ex ea?

In super psal. 62.dicit propheta. Sitiuit 4. Obiectio. in te anima mea,quam multipliciter tibi caro mea? Qui ergo potest dici usque adeo contraria spiritui?

Postremo canit Ecclesia quod multi 5. Obiectio. Martyres & Apostoli viuentes in carne plantauerunt Ecclesiam sanguine suo. igitur caro non est vsq. adeo reprobanda vt per varias sanctarum scripturarū auctoritates,& sententias patefecimus.

Sed his non obstantibus firmā & solidā retinere oportet & sustinere veritatē illarū propositionū,quas à principio adduximus, sed distinguenda est caro de qua loquimur, quoniam non vno tantū modo,sed multifariam, & iuxtà multiplicem illius acceptionem possumus facilè dissoluere difficultates, quę inde oriuntur. Et primum quidem dicimus Ad primā ad ea verba Esaiæ cap. 58. Carnem tuā Obiectionē. ne despexeris, & ad ea verba Pauli ad Eph. 5. quod nemo carnem suam odio habet,sed nutrit, & fouit eam, quòd caro in his locis sumitur pro quocunq. homine inope, & egeno, quippe qui nō obstante inopia, & egestate est eiusdem naturæ,cuius nos sumus,& ideo non despiciendus, imo non solum inopes,& egeni,sed quicunq. homines dici possunt caro nostra. longe tamen melius, & conuenientius hoc loco accipitur caro pro ijs qui sunt iuncti sanguine; aut etiam aliquam habent inter se necessitudinem, quemadmodum dixit Iudas fratribus suis de Ioseph,quē volebant alij fratres occidere. Ne occidamus inquit eum. Frater

Ierem. 37. 2. Reg. 5. Frater enim & caro nostra est. Sic etiam dixerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid. Nos os tuum, & caro tua sumus. Sic profecto intelligendus est locus ille Isaiæ adductus. Carnem tuam ne despexeris. et illud Pauli. Nemo carnem suam odio habet. Quod verò dictum illud Isaię 58. Sic intelligatur. confirmat textus 70 Interpretum, qui sic habet Domesticos seminis tui nè despexeris. Potest & dici quod caro hic accipitur pro carne propria hominis, que est altera pars compositi; vel pro vita corporali quomodo accipitur quandoq. ipsa anima. Sed fortè quis diceret; si nemo carnem suam sic acceptam odio habet, quid causæ est, vel vnde prouenit, quod aliqui se ipsos occidunt, aut carnem suam macerant, ieiunijs affligunt, et quodamodo crucifigũt? Ad hoc respondit satis ingeniose Dom: Caiet super hunc locum. quod nemo re vera despicit carnem suam, vel odio habet vt carò sua, vt caro sibi grata, et iucunda. sed vt impeditiua est, vel reputatur alicuius magis amati. Dicit Aug. 1. de doct. Christiana. Qui oderunt corpus suum, et ipsum macerant per abstinentiam, nõ ideo faciunt vt non habeãt, sed vt habeant subiugatum, et paratum ad ea, q̃ sunt, necessario faciẽda. v. g. ego potius amo honorem quam vitam hanc temporalem, propterea quandoque ne amittatur honor, eligã magis mori, quã viuere: quemadmodum legimus fecisse Machabeos, et quam plurimos vtriusque legis veros amatores, et sectatores. 2. Mach. 7. Sic etiam quando caro ob incendium illud nobis innatũ impedit à diuino cultu, et bonorum operum exercitio, per abstinentiam per flagella, et per multa incommoda corporis enitimur incendium illud reprimere, et carnem spiritui magis obsequentem reddere. Sed caro secundum eiusmodi verba nõ accipitur eodem sensu quo prius dicebatur, et sic nihil ad nos. et iuxtà hunc sensum præcipimur luc. 14. et Matth 10 Odio habere patrem, et matrem etc. immò vitam propriam cum nos impediunt, vel retrahunt ab amore Dei, vel plusquam Deum diligere nos cogunt. Luc 14. & Matth. 10.

Ad secũdũ Cum secundo dicebatur Qui fieri potest vt caro sit rebellis, et contraria spiritui si fuit assumpta à filio Dei in vnitatem personę. Respondetur quod caro assumpta a filio Dei nõ erat infecta quia non erat decisa ex semine ipsius Adæ, sed virtute spiritus sancti ex purissimis sanguinibus beatissimę Virginis marię fuit formata. & ob id dici debet, nõ quã cunque carnem humanam esse contrariam spiritui, sed eam solam, quæ infecta est per peccatum originale. quod quamquam per sacramentum baptismi penes reatum penitus tollatur; remanet tamen quo ad actum. Et præterea meminisse oportet quod supra dicebamus, quòd caro, quæ est contraria spiritui, & aduersus eundem concupiscit, est vtiq. carò infecta, sed non omnino tabefacta, & corrupta; est enim caro quę vellet obedire spiritui, & ab eo duci ac regi, sed propter inclinationem illam naturalem, quam habet ad propria commoda, nonnihil resistit spiritui, & preliatur. contra ipsum, quousq. aliquantalũ edomita spiritui subijciatur, & obsequatur. Hoc est quod dicebat Paul. & quę rebatur. d. Video aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis meę.

Ad tertiã. Ad tertiam obiectionem qua dicebatur valde mirum, et absurdum videri carnem esse adeo proteruam, et malignam, si fuit formata de costa Adæ vt habetur Gen. 2. Dicitur ex sententia. B. Augustini quod ibi caro non sumitur pro carnali concupiscentia, sed pro carne vt est pars hominis, quæ tunc erat infecta ut postea contigit. Sic habetur. Gen. lib. 2. con Manicheos cap: 12. Sic etiam in lib: de verb. Apost: cap. 17. vbi dicit idẽ Aug. quod caro creatura Dei est, ab eo condita, à quo et anima, et ipsa secundum se non est malum, sed viuere sẽcar nẽ est malũ. quod quomodò sit intelligẽdum, iam dictum est. et melius dicetur. Gen. 2. Aug.

Ad quarta Ad quartam obiectionem cum dicitur psal. 62. sitiuit in te anima mea quã multipliciter tibi caro mea? Vbi videtur quod caro nostra sitiat, et anhelet multipliciter attingere, et peruenire ad ipsum Deum. Respondetur iuxtà sententiam D. Augustini, eiusmodi verba prophetę non de carne quocunq. modo sumpta, sed de carne ipsa reformata per spiritus exercitium et eidem subiecta, & Psal. 62.

et perdomita debere intelligi, quæ quidem quo maioribus et grauioribus est subiecta calamitatibus, et miserijs eò amplius, et ardentius sitit ad Deum peruenire, et eidem vniri. Vel breuius dicendum, eiusmodi sitis, et desiderium carnis pueniẽdi ad Deũ ĩtelligit̃ de carne q̃ reperitur in uiris perfectis pp abũdantiam, et plenitudinem gratiæ spiritualis quæ replet aĩam, & ipsam inhabitat, q̃ caro sic subiecta, & quasi spiritualis effecta vehemẽter desiderat adherere ipsi Deo, et fieri vnum cũ eo. Sed quomodo multipliciter sitit, quoniam quemadmodum dum ipsa est in corpore, et peregrinatur à Deo, multis, et varijs calamitatibus opprimitur, sic multipliciter sitit ad Deum peruenire. Ita dicit B. Aug. quod anima multipliciter sitit ipsi Deo, sic et caro secundum quod multipliciter deficit, et premitur in hoc mundo. Vtrũque enim vel vtraq anima .s. et caro sitire debent ipsi Deo, quia vtrique Deus dat cibum, et potum.

Solutio.

Caro multipliciter sitit ad Deum.

Ad quintũ.

Ad quintam obiectionem qua diccebatur quòd multi Martyres, et Apostoli viuentes in carne plãtauerunt ecclesiam sanguine suo. Dicimus. aliud esse viuere in carne, et ambulare in carne, vel secundum carnẽ, aliud est viuere ĩm carnem, et aliud esse in carne. Dicit.n. ipse.2. Cor.10. nos in carne ambulamus. nõ sm̃ carnẽ militamus, Viuere quidẽ in carne nihil plane est aliud. q̃ habere, et deferre vitam hanc carnalem, et corporalem quoadusque Deo placuerit, esse autem in carne et viuere secundum carnẽ et cõcupiscentijs carnalibus assentiri, et in eis conquiescere. Vnde Eccl: 18. dicitur post concupiscentias tuas non eas. et D Aug. de verb. Apostoli, ser. 19. dicit quod licet caro non sit malum, viuere tamen secundum carnem est malũ. Vnde idem de verbis Apostoli ser 4 d. et in lib. de Salut. documentis cap. 17. Viuere secundum carnẽ est viuere sm̃ se ipsum, et facere quicquid vult, et qcqd libet, sic etiam ambulare in carne. Vnde secũda ad Corint 10. dicebat Apostolus in carne ambulantes nõ secundum carnem militamus. Similiter esse in carne significat esse subiectum carni, propterea dicebat Apostolus Rom. 8. qui in carne sunt. Deo placere non possunt. Et paulo post inquit. Si secundum carnem uixeritis moriemini. et nota ne forte decipiaris, quod viuere secundum carnem, non est sectari et apprehendere desideria carnis duntaxat, et sibi ipsis in illis complacere, vt fornicari, constuprare, periurium facere, et ebrietatibus operam dare. Sed viuere secundum carnẽ est etiam inuidere, murmurare, insidias moliri, et reliqua huiusmodi facinora perpetrare, quę qui faciunt plerunq plus quam alij á corporis voluptatibus, et delitijs dicuntur se abstinere vt dicit Augustinus 14. lib de Ciuit Dei et hi quidem talia perpetrantes dicuntur viuere secundum carnem, quia. s. viuunt secundum hominem, secundum hominem quidem male affectum, et moribus deprauatum, vt hic sumatur caro pro toto homine à parte totum denominans, & & eiusmodi opera seu flagitia à spiritu penitus corrupto, & maligno potius quã à carne dicuntur proficisci; in cuius signum cum occurrit aliquando de huiusmodi hominum genere sermonem haberi, non consueuimus dicere. Hic homo est mala caro, sed dicimus est malus homo, vt dicebat ille Comicus. mala mẽs malus animus. & quandoq. & dici solet triste frustrũ carnis Sic dicit Aug, de verb. Apost. Ser. 4. Circa hãc partẽ quo melius iã dicta ĩtelligant, nota qd hæc tria v g. esse in carne uiuere in carne, ambulare in carne non praue sonãt & hæc duo, viuere sm̃ carnẽ, ambulare sm̃ carnẽ nõ habet bonũ sẽsũ. & male audiũt ĩ. significãt actionem prauam. Sed dubiũ est quod D Paulus Philip. 3 d. Se habere confidentiam in carne, & magis quam pleriq. alij Hebreorum. Sic enim ait. Si quis alius videtẽ cõfidere in carne, ego magis, circuncisũs octaua die. n. g. nõ in ætate adulta & grandior factus, & pleraq. alia refert quibus videtur posse gloriari. Sed nulla est difficultas: non. n. fatetur Paulus se confidentiam habere in circuncisione quasi crederet per eam se posse saluari, cum ad Gal 5 dicat. Si circuncidamini Christus nihil vobis proderit sed ostendit si vellet posse vtique se confidentiam habere in circuncisione, & gloriari de ea magis quam plerũ lu-

Viuere in carne viuere secundũ carne. secũdũ carne ambulare.

Aug.

Philip.

Iudeorum vt egregè D. Thom. super hāc epistolam dicit.

Alia Dubitatio. Nunquid caro infecta possit inficere animā.

Extat alia dubitatio non contemnenda super dictis, quia posset aliquis dicere admittatur quòd caro nostra per subtractionem originalis iustitiæ ob culpā & ingratitudinem primorum parentum fuerit infecta, & vulnerata quomodo potuit ipsa caro sic infecta, & vulnerata inficere, & maculare ipsam animam, cum hæc sit spiritualis, caro verò corporalis, & nullum corporale possit agere in spirituale. Præterea caro non potest inficere animam, quæ non nisi per peccatum potest infici, & maculari, quoniam licet ipsa caro possit allicere voluntatem ad peccandum, in potestate tamen voluntatis, & arbitrij est assentiri, & non assentiri, ergo caro non est sufficiēs causa peccati. Tertio anima predominatur corpori, & est prior & superiore igitur corpus siue caro quamtuncunq. infecta non potest inficere, & contaminare animā probatur consequētia, quia motus & actio sequitur naturam elementi predominantis, multò magis naturā & actionem agentis. Postremo: si caro inficit animam, vel hoc facit antequam vniatur sibi q̄ vel dū ipsa vnitur, aut posteaq̄ fuerit vnita, & subsistierit & perseuerauerit in ea: Non potest dici hoc fieri antequam vniatur, quia quod nō est actu, nō potest agere, nec pati. Nec potest intelligi quicquam agere in id quod nondū est; neque etiam in ipsa vnione, quia nemo dat quod non habet, cum autem caro non sit subiectum culpæ, sicut nec virtutis, & gratiæ, cum sit expers rationis. non potest dum vnitur inficere, & maculare animam, neq. etiam id potest efficere postquam anima est vnita carni, quia tunc anima non posset emundari à culpa originali. Huic dubitationi, qua quęritur, quomodo caro inficiat animā, satisfacit D. Th. 1. 2. q. 81. art. 4. ad secundum & pleriq. alij doctores varijs in locis & dicit Diuus Thom. quòd caro non inficit animam nisi inquantum est principium actiuum in generatione; adeo quod ex his verbis elicitur quod caro ex se non esset sufficiens vt inficeret animam; quia caro sic absolute considerata bona est, & ab optimo Deo creata, A sed quatenus est priuata originali iustitia propter peccatum primi parentis, sic causat originale peccatum. At ego non puto ex verbis D. Thomæ elici posse tā latam, & amplam sententiam in fauorē ipsius carnis. Concederem ego vt dicit sanctus Doctor, carnem inficerē animā quatenus esset principium actiuū in generatione eo modo quo dicem⁹, sed hoc seclusio, & non obstante non assererē carnem traductam à primis parentibus esse bonam, quoniam quamuis nulli obesset, & nihil extra se cuiquam afferret incommodi, non esset tanq̄ bona existimāda; quemadmodū tuto poterat dici & existimari, qn erat fulta originali iustitia.

B

Sed his non obstantibus arguo contra hoc dictum Sancti Thom. quoniam ipse paulò ante. videlicet eadem quæstione, art. 1. ad 4. dicit semen esse principium generationis quæ est proprius actus naturæ, eius propagationi deseruiens, & quod magis per ipsum inficitur aīa, quam per carnem. Præterea ego probo quod neutrum istorum, videlicet neq. caro, neq. semen possunt inficere animam, quia quodcunq. horum ponatur principium generationis, non sequitur ex his vel per hæc infici animam, nisi dicamus quod ex semine traducitur, & nō venit de foris, ut veritas habet.

C

Ad hæc obiecta respōdetur & primo dicimus nullam esse cōtradictionem in doctrina sancti Doctoris, quoniam potest horum quodq. tam caro, quam semen esse principium actiuum generationis; at non eodem modo: Caro enim non sola, vel solitarie sumpta, sed vna cum semine, vel vt stat sub semine inficit animam. Neq. id facit caro quæcūque, vtputà caro perseuerās, quia vt mox dicemus, caro perseuerans nō inficit animam, nisi satis leuiter ac diminute vt dicit Caietanus. Stat ergo sententia D. Thomæ quod tam semen, quam caro vt stat sub semine, sunt principia actiua generationis & inficiunt animam; sed magis per semen inficitur animam, quā per carnem.

D

E

Ad aliam difficultatem cum diceba tur neq per carnem, neq per semen infici posse animam, quia venit deforis, & nihil habet commune cum carne licet

ex eam iam præexistentem informet, et A perficiat. Respondetur quòd licet anima veniat deforis, et diuinitus infundatur, quia tamen aduenit naturæ iam corruptæ per corruptionem eius à quo generatur, idest per semen decisum à Patre quo quis generatur quod quidem semẽ fuit corruptum in primis parentibus, qui nos præcesserunt, Ideo qui nascunt, et generatur ex tali semine, est consors culpæ, non per voluntatem priorem sed per uoluntatem eius, in quo peccauit tan B quam principio naturæ humanæ, quia originalis iustitiæ donum pro se, et tota posteritate gratis collatum perdidit, ipse inquam primus parens pro se et pro quibuscunq., qui naturaliter ex eo processerunt.

Ad primum argumentum positum à principio huius quæsiti videlicet quomodo caro potest maculare animam, dicem⁹ quòd licet anima sit ens spiritale, caro verò quid corporale potest tamen C ipsum ens corporale dispositiuè producere aliquem effectum in rem spiritualem v.g. in animam rationalem. sic resp. D. D Thomas q. præallegata art. 1. ad 2.

Ad aliud argumentum dicitur quod caro est sufficiens causa peccati, quia licet voluntas sit libera, potest tamen per corruptionem seminis induci ad peccãdum. Veruntamen in q. de malo q. 4. dicit quod caro non est sufficiẽs causa pec D cati actualis, sed bene peccati originalis, sicut traductio seminis est sufficiens causa materialiter tamen, naturæ humanæ.

Ad tertium dicendum quod licet anima sit prior et superior carne, et sui muneris sit predominari carni, quia tamen est vnita carni infectæ, et rebellanti, pariter et insultanti, non prædominatur ei sed succumbit aliquando. Vnde Apostolus dicebat. Non quod volo bo- E num hoc ago, sed quod odi malum illud facio.

Quartum argumentum tale erat. Si caro potest inficere animam, vel antequã vniatur ei, et hoc non, quia quod non est actu, non potest agere nec pati, neq: in ipsa vnione, dum vnitur ei, quia nemo dat quod non habet: caro enim cum nõ possit esse subiectũ culpæ, nõ potest inducere animam ad peccatum; neq; eam per peccatum inquinare. Neq. etiã postquam est vnita, quia sic anima ipsa non posset emundari à peccato originali. Cũ itaq. nullo istorum modorum caro possit inficere animam ergo nullo modo potest dici causa peccati.

Ad hoc argumentum quarto loco positum. dicimus quod caro primo inficit animam dum ipsi vnitur, et quamuis ipsa caro non sit subiectũ culpæ formaliter, virtute tamen continet peccatum, & est causa peccati. Caro enim in ipsa vnione vt stat sub actione seminis dicitur inficere, ut materia cui coaptatur forma in principio dum constituitur natura. Magis tamen, et verius dici debet quod semen inficit, cui proprie conuenit actio naturę quã ipsa caro. Caro igitur inficit animam, et est causa peccati antequam vniatur, sed valde remotè inquit Caietanus. Est etiam causa peccati in ipsa vnione, ut diximus. et etiam postquam est unita, et est pars hominis sed valde leuiter, & diminutè, quia sci licet ipsam carnem persistentem, et perseuerantem una cum anima, varias, et multas habet concupiscentias. Nec tamen sequitur quod hoc posito, anima non esset mundata, a peccato originali, quoniam iam constat per Baptismum amotum esse peccatum originale quantum ad reatum, licet remaneat quo ad actionẽ, et rationẽ fomitis. D. Thom. respõdet huic argumento 1 2. q 81. art. 1. ad quartum qđ cum anima magis inficiatur per semen, quam per carnẽ, &. semen iam, transijt, ideo non est dubitandum, quod anima non possit mundari a peccato originali.

Sed quicquid ex predictis admittatur manifestum est carnem ex qua nos sumus constituti, esse infectam, corruptã, et uulneratam per semen traductum originaliter ex primis parentibus, et candem sic corruptam, et infectam, nisi fuerit repressa, esse causam omnium malorum, Sed (heu miseri) fieri non potest ut pęnitus reprimatur, et fomes ille sopiatur omnino. quoniam eo carere non est hominis mortalis conditio, ut bene dicit D. Thom. prima secundæ quest. 74.

art: 3.' ad secundum. At bene possumus Dei gratia preuenti, et premuniti non perficere aut executioni mandare quęcunq; nobis ab hoc fomite proponuntur, & ingeruntur. Propterea dicebat Apostolus ad Gal. 5 spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Non dicit Apostolus, nō percipietis carnis desideria, aut non sentietis sed non perficietis, inquit. Quare si caro concupiscit aduersus spiritum, sat est non consentire, non adherere malis, & sic B nihil oberit, aut parum. vi. August. in tractat. de ver. domini. ser 43. rom. 10. vbi dicit quòd desideria carnis tribus modis perficiuntur, primo in corde, secundo in opere, tertio in cōsuetudine, & continuatione, excipimus ab hac molestia, & corporis incendio gloriosam virginem Dei genitricem, & quicunque sunt in vtero matris sanctificati. De diuo Thoma Aquinate legitur, quòd diuini muneris largitate, fomes vsque adeo fuit in eo repressus, vel extinctus, ꝙ C post receptam gratiam, quam adhuc valde iuuenis, genibus flexis ante signum crucis orando impetrauit, omni libidinis sensu caruit. Naturaliter ergo & de lege communi sumus omnes in iniquitatibus concepti, & nascimur filij ire; neque possumus absq. isto fomite vitam hanc corporalem traducere quem qualis, & quantus sit, & quantum valeat si quis velit plenius intelligere, legat epistolam D. Hier. ad Rusticum mo D nacum, quę est in ordine. 4. legat etiam D. Aug. de verb. Domini, in euang. sm̄ Ioannem ser 43. super illud apostoli ad Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Sed qui fieri potest, (dicet aliquis) vt peccatum non regnet. Ecce (dicit ille) ego nolo errare, mala desideria insurgunt, me aggrediuntur, inuadunt. quid sum facturus? Ego sum carnalis venundatus sub peccato. Noli E (inquit Aug.) obedire, arma sume, sume instrumenta bellorum. Dei praecepta sunt arma tua: comminationes eius, timor futuri iudicij. Si hęc apprehenderis poteris euitare peccatum, procul expellere, & efficere, ne regnet in tuo mortali corpore: At si non restiteris, si obedire volueris, dubio procul regnabit, & dominabitur tui. Et tunc profectò regnabit, cum exhibebis membra tua arma iniquitatis peccato Ingens quidem dedecus, & ignominia contra te ipsum armare aduersarium tuū. Proinde si libido exurgat, si blandiatur, aut infestet, tene membra tua, auerte oculos ne videant vanitatem, tene pedes, ne currant ad iniquitatem faciendam, tene manus, ne se extendant ad scelus perpetrandum, tene aures, ne libenter audiant verba blasphemantium, tene totum corpus, tene latera, tene summa pariter, & ima, ne labantur ad illicita, cum te hunc in modum armaueris, cum undiq. te ipsum seruare, & custodire didiceris, libido nihil poterit. Surgere, & oppugnare quidem nouit, vincere non nouit: & si pluries surgēdo nihil efficiet, discet non amplius surgere, & te amplius infestare. Sed inter alia fugiendae libidinis remedia viam iniquitatis .i. occasiones peccandi á te prorsus amoue, & Deus de lege sua miserebitur tui. Nec putes opera carnis esse solum effectus libidinis, vt stupra, fornicationes, & adulteria, verū etiam odia, blasphemias, & insidias, ac homicidia, quę quamuis plerumq. opere nō committantur, quia plerumque deest facultas, modo corde, & animo firmiter quis deliberauerit ea committere, diuinis legibus reus efficitur, quamuis humanis legibus fuerit absconditus. Sic ait Aug. lib. de continētia cap 2.

Gal. 5.

Rom. 6.

Propterea dixit Christus apud Matt. capi 23. Mundate quae intus sunt, & quę foris sunt munda erunt. & B. Aug. in epist. ad Bonifatiū de Manichaeis loquēs eadem affirmat. Dicit enim quod multa faciunt homines ore clauso, lingua silente, voce frenata, sed nihil agunt corporis opere, quòd non prius dixerint in corde, & quae sequuntur. *Matth. 23.*

Haec ideo diximus, & annotauimus vt facile quisque norit quàm sit perniciosum, & infaustum quod caro corrupta, & madefacta nobis toto ferè huius vitae mortalis tēpore cōuiuiū parat. Audistis quae fercula nobis apponit, quam nobis dulcedinem praegustandam nostris mensis apponit; quae omnia sunt nobis protinus euitanda, neque eum ipsa car-

sa carne quicquam sit nobis commune habendum; quia satis verè dixit Christus Saluator noster apud Ioan: quod caro non prodest quicquam, immò multum obest. s.s. caro fuerit absque spiritu; & eo magis est cauenda.quoniam vt supra diximus ex sent. D. Pauli. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.

Hæc de Conuiuio ferculis,& dapibus nobis à carne subministratis dixisse sufficiat. Nunc de Conuiuio mundi ac Demonis sumus aliqua dicturi, vt tractatio nostra, respondeat,& conformetur cum sententia B. Ioan. Apostoli.c.2. dicentis. omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ,quæ non est ex patre, sed ex mundo est, & mundus transit, & concupiscentia eius &c.

DE CONVIVIO HVIVS SAECVLI.

TERTIA PARTICVLA PRIMI TRACTATVS

CAPVT PRIMVM.

DE conuiuio igitur, quo nos allicimur, & inuitamur à mundo, & ad quod nos. Satis libenter & prò pté accedimus,nonnulla, vt promisimus dicturi, videbimus primum, quis sit iste mundus de quo sumus locuturi, quique nobis crebro parat conuiuium: quoniam non vno modo sumitur neque idem significat hoc nomen. Deinde videbimus iuxta præscriptum ordinem quot sunt fercula, dapes, & obsonia, quæ nobis in huiusmodi conuiuium proponuntur. Postremo videbimus, qui sunt conuiuæ, qui ue ministri huius conuiuij, & quid inde consequimur. Quod attinet ad primum videlicet ad huius nominis significationẽ, dico secundum D. Augustinum super primum capitulum Ioan. & secundum Diuum Bernardum in sermone de cena Domini. Mundum quandoque sumi pro trina mundi machina.s.coelestium, terrestrium, & infernorum, & quicquid cœli ambitu continetur, sic accipitur hoc nomen Io: primo, cum d. mundus per ipsum factus est & alibi.v. Ioan. 18. Regnum meum non est de hoc mundo. Deinde accipitur mundus pro contineñtia rerum visibilium duntaxat. Et de mundo sic accepto loquitur ibidem Ioann.d. de Christo filio Dei. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est: Sed non sic erat in mundo, vt pars mundi, nisi forte ratione humanitatis assumptæ, sed vt creator, & conditor, ac conseruator, & veluti exemplar ipsius mundi. Angelus autem secundum D. Thomam in q. de malo. q 13. dicitur esse extra hunc mundum sic acceptum. Tertio modo sumitur mundus pro habitatoribus, & incolis huius mundi; & sic accipitur ibidem, cum dicitur, & mundus cum non cognouit; sic etiam cum dici-

Quot modis dicitur mũdus.

Ioan. 3. dicitur Ioan. 3. non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Quarto modo sumitur mundus pro malis, & corruptis hominibus, vt habetur Ioan. 14. Ioan. 14 Ecce venit princeps mundi huius, idest malorum, & perfidorum hominum, sic exponit Diuus Augustinus lib 6. contra Iulianum Pelagianum, vt quisque poterit ex se ipso videre: Sic etiam cum dicitur, non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia testimonium perhibeo de ipso, quod opera eius mala sunt; & alibi si mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit; sed miror, aut non intelligo, qua ratione velit Caietanus hoc nomen, mundus, his quatuor vicibus idem significare, & eodem modo accipi, cum aliud sit esse in mundo, tamquam creatorem, & factorem, aliud non cognosci à mundo, non enim quæcunque creatura mundi est apta & idonea ad cognoscendum mundum, vnde cap. 8 dixit adhuc modicum, & mundus me iam non videt, & alibi dixit Phariseis vos estis de hoc mundo, ego non sum de hoc mundo, vbi aduertendum (iuxta sententiam diui Augustini) quod mundus non dicitur malus propter se, sed propter eos, qui habitant in eo, sicut dicitur aliqua domus mala non propter parietes aut muros, sed propter eos, qui habitant in ea & mundus sic acceptus vere, & proprie appellatur immundus, quia est pollutus, & contaminatus omnibus malis.

Quinto mundus accipitur pro Ecclesia, non quidem pro Ecclesia terrestri, & habitabili, sed pro coetu, & congregatione fidelium, vt cum dicitur 2. Cor. 5. secunda ad Corinth. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, vbi per mundum intellexit Apostolus Ecclesiā teste D. August. in colloquio. Donatist: & Ioan: 3. sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Sexto accipitur mundus pro vniuersitate hominum mente corruptorum, & pro vniuersitate rerum deordinatarum, ac discrepantium non á regula naturali, sed à regula rectæ rationis, & de hoc

A mundo loquebatur Ioan: cum dicebat prima Ioan: cap 5. Totus mundus in maligno positus est, considerans communionem ipsum, & rationem peruersam viuendi, quæ vsitatur in mundo. 1 Ioan. 5. Vltimo accipitur mundus pro homine puro & nitido, qui scilicet ab omni sorde, & immunditia est lotus, & purgatus, vt habetur Ioan. 13. Mundi estis, sed nõ omnes, & illud, quod canit Ecclesia. Mundi per abstinentiam ipsi canamus gloriam; & illud Matth. 5. beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt; Matth. 5.
B sed aduertendum, quod mundus sic acceptus, vel dictio significans mundum hac ratione est nomen adiectiuum: mundus vero alijs modis acceptus est nomē substantiuum. Cum igitur tot modis, & significatibus accipiatur hæc vna dictio, videndum est, qua significatione accipiatur mundus iste, quem dicimus nobis parare conuiuium, de quo quidē
C conuiuio decreuimus aliquid loqui. Nulli dubium nostram intentionem eò dirigi, vt loquamur, de mundo non ut cūque accepto, sed de mundo, idest de his, qui sunt addicti huic sæculo, hoc est rebus temporalibus, & caducis, qui que nihil nisi terrena sapiunt: sed forte, melius, per mundum hoc loco intelligetur (vt inquit Caietanus) vniuersitas rerum deordinatarum, non quidem à regula naturæ, sed á regula rectæ rationis: propterea nos monet Ioan. prima
D cap. 2. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Cum autem nos inuestigare proposuerimus de Cōuiuio, quod præbet nobis iste mundus, non videbitur præter rem, per mundum hic intelligere appetitum hominis inordinatum, qui appetitus circa tria versatur, ad quæ nimis oscitanter, aut uerius præceps refertur, ut est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & Appetitus hominis versatur circa tria.
E superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo est. Hæc tria sunt quæ nimis inordinate, appetunt homines, & per quæ demerguntur in infernum. Sed re uera non est concupiscentia carnis, aut oculorum id quod appetitur, sed quæ habent rationem, uel apparentiam boni delectabilis, aut

utilis,

vtilis, aut etiam honoris, & gloriæ, sunt, quæ appetuntur, & sunt hę res in quas appetitus noster corruptus, & inordinatus fertur, nisi reprimatur ab ipsa ratione; & hic est ille mundus, qui nobis præparat conuiuium, cuius fercula, dapes, & edulia sunt huius carnis oblectamenta. Vt autem quæ dicit Io. in Epistola sua prima cap. 2. rectè capiātur cum scilicet dicit, omne, quod est in mundo &c. oportet singillatim vnūquodque eorum diligenter expendere & examinare. non enim hæc superfluè sunt posita, proinde, nec superficie tenus aut sicco pede pertranseunda: & hęc pauca de primo puncto. quomodo scilicet accipiatur hic mundus.

Itaque per concupiscentiam Carnis intelligitur: quorumcūq appetitus & quæcunque excitant, aut fouent, uel quouis modo ad ea disponunt. Per cōcupiscentiam oculorum D. Augustinus vult intelligi omnem curiositatē, quę quidem latissimè patet; tùm in spectaculis & Theatris, & sacramentis diabolicis: & in maleficijs aliquando ista curiositas tentat seruos Dei, vt quasi miracula facere præsumant, tētantes Deū, numquid velit eos Deus in miraculis faciendis exaudire: hoc est, inquit ipse, desiderium oculorum, & non est à patre, si enim feceris Dei virtute, & potentiā aliquod signum, vel opus miraculorum, lauda Deum; si non feceris non existimes te non esse Christianum neq. pertinere ad regnum coelorum. Legitur. n. Mar. 9 quod Apostoli rogati non potuerunt. ejicere spiritum immundum, qui vexabat puerum quendam, & alias, cum gauderent Apostoli, vt habetur.

Luc. 10. Luc. 10. quod Demonia forent illes subiecta, dixit eis Dominus, nolite in hoc gaudere, sed potius gaudere, quoniam nomina vestra scripta sunt in Cœlo. Per desiderium etiam oculorū possumus intelligere cupiditatem, & appetitum omnia possidendi, quæ nostris oculis objciuntur: & huiusmodi appetitus, & concupiscentia non est ex Patrę, sed ex diabolo.

Per superbiam vitæ, seu ambitionē seculi intelligitur inordinatus, & insatiabilis ille appetitus, quo quis vult se iactare, alijs præesse, & inaniter gloriari de dignitatibus, atque honoribus, & magnus apparere, & ab omnibus suspici, & honorari; & siue de diuitijs, siue dę potentia, aut de nobilitate, & de quibuscumque alijs, tùm interioribus, tùm exterioribus bonis, ac muneribus magno in prætio haberi, & dicier, hic est. Sunt enim plerique, qui ob aliquod peculiare donum, siue à Deo infusum, siue studio, & labore acquisitum, siue ab hominibus, vt cumque perceptum, volunt omnibus præferri, & si quid boni faciunt, ea ratione duntaxat, vt videantur ab hominibus, & ab omnibus debeant vocari Rabbi, efficiunt. Per hæc tria omnium malorum principia, fuit etiam tentatus Dominus noster, vt habes Mat: 4. desiderio namque & concupiscentia carnis fuit tentatus à diabolo, quando post ieiunium quadraginta dierum, & noctium cæpit esurire, dixit ei, si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant: At ipse repulit tentantem, & docuit pugnare strenuum militem. Dicens ei non de solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, fuit etiam tentatus concupiscentia oculorum, vt scilicet aliquod insigne miraculum patraret, vt hac ratione suam ostenderet virtutem, cum eidem ducto super pennaculum Templi dixit Demon si filius Dei es, mitte te deorsum, sed & illum repulit ipse Deus dicens non tentabis Dominum Deum tuum, quasi diceret, si hoc fecero, videbo Deum tentasse, aut etiam suasione Demonis cessisse, vel eidem morem gessisse, aut curiositate motus illud fuisse operatus. Non secus (inquit Augustinus) facere nos debemus, quando quippiam nobis suggerit Inimicus, fuit postremo Saluator Noster de superbia tentatus, vel de ambitione seculi, quando eleuatus à Sathana in montem excelsum, & altum, & ostendit ei omnia regna mundi, & audiuit ab eo, hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, ille inquam, qui fecit cœlum, & terram respondit ei dicens; Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies: qui sic fecerit, & exemplum Saluatoris apprehenderit, & corde, &

opere studuerit imitari, dubio procul A eiusmodi oculorum concupiscentia, & vitæ superbia procul euanescent. Hac etiam ratione, & his eisdem modis fuerunt tentati Patres nostri in paradiso deliciarum: de concupiscentia carnis: cum suasu Demonis de ligno vetito gustauerunt; de concupiscentia etiam oculorum, dum aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt se esse nudos. Dicit enim textus Genes. 3. vidit mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & B pulchrum oculis, & aspectu delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum, tentati quoque fuere de ambitione seculi, & de superbia vitæ, quando crediderunt se fieri posse sicut Dij, cum videlicet dixit eis Demon, si comederitis ex hoc ligno, eritis sicut Dij scientes bonum, & malum. Vbi dicit idem Augustinus libro 3 ad Catheecumenos cap. 1. loquens de C eisdem ferculis, quæ deturpant stomacum, & inficiunt animam nostram: Ad concupiscentiam carnis pertinent illecebre voluptatum, ad concupiscentiam oculorum nugacitas spectaculorum, ad ambitionem seculi insana superbia, vbi est fumus inflatus; vt homo positus in aliqua potestate, se hominem esse non agnoscat, & se hominem esse non agnoscens de homine iudicat: qui ergo vult mundum vincere, hæc tria, quæ sunt D in hoc mundo prima, & præcipua armatorum agmina vincere studeat: & per hæc iam deuicta, vincet etiam eum, qui suadendo per superbiam decepit mundum. In lib. etiam decimo confessionum à cap. trigesimoprimo vsque ad cap. quadragesimo loquitur de eisdem ferculis, quæ nobis in huiusmodi conniuio proponuntur, & de eisdem satis diffuse. & copiose loquitur in sermonibus ad heremitas cap. trigesimoprimo, & frequenter alibi apud E eundem, & apud alios sactos authores horum verborum Diui Ioannis expositionem, & lucidam interpretationem reperies.

Gen. 3.

Caput secundum.

Dubitatur autem, & merito à quibusdam sacræ Theologiæ doctoribus, cur videlicet omnia peccatorum genera ad hæc tria reducantur, & affertur ratio præ cæteris à D. Tho dicente, quod omne peccatum (vt alias quoque diximus) prouenit ex appetitu inordinato alicuius boni; Bonum autem prima sui diuisione bifariam obijcitur nostro appetitui sensibili, vel simpliciter, & absolutè, vt concupiscibile, & sic est obiectum cõcupiscibilis, vel obijcitur sub ratione ardui, atque difficilis. Appetibile vero, & concupiscibile simpliciter, & ipsum diuiditur. Nam quædam appetibilia, & concupiscibilia sunt naturalia, & necessaria, vel conseruationi indiuiduorum, sine quibus scilicet vita hominis non potest sustentari, vt cibus, & potus vel sunt necessaria conseruationi ipsius speciei, vt cõcubitus viri, & mulieris. Appetitus autem inordinatus vtriusque eorum dicitur concupiscentia carnis; quædam vero sunt appetibilia ad bene esse, vel secundum apprehensionem imaginationis, vt curiosi, & studiosi rerum nouarum, vel nimis cupidi bonorum exteriorum, cuiusmodi sunt auari, & hæc uocatur concupiscentia oculorum, quæ propriè spectat ad auaritiã, de qua scribit Apostolus; quod est idolorum seruitus. Secundo loco occurrit nobis aliquod bonum appetibile, sed sub ratione ardui, ac difficilis, & huiusmodi appetitus est ex eorum numero, quæ ad excellentiam, & mundi gloriam pertinent, & huiusmodi appetibilia appetuntur ab ea sensibili potentia, seu uirtute, quæ irascibilis nuncupatur, & hoc genus peccati uocatur superbia uitæ. Cur autem appetitus iste irascibilis non diuidatur in duo membra, ut appetitus concupiscibilis, Ideo accidit dicit D. Thom. quia omnes passiones uirtutis irascibilis naturaliter conformantur concupiscentiæ animali, quæ est eorum, quæ per sensum carnis nullam sustentationem, aut delectationem afferunt. Sunt ergo tres actus ad quos, et sub quibus quæcumque in hoc mundo uitia

Bonum bifariam.

Appetibile bifariam.

tia perpetrantur contineri dicimus, et A
hæc sunt tria illa fercula, quibus in hoc mundo miseri mortales in hoc celebri, et specioso conuiuio depascuntur.

Sed contra ea, quæ mox dicta sunt oritur difficultas, quia non uidetur concupiscentia carnis e diametro diuidi, et secerni à concupiscentia oculorum, et à superbia uitæ, quoniam ea maximè ex visione oculorum videtur exoriri propterea dicebat Dauid psal. 118.

Psal. 118. Auerte oculos meos Domine ne uideant uanitatem. B
Deinde Danielis xiij. cap. legitur, species decepit te, et concupiscentia seduxit cor tuum, et Saluator noster apud Mat. cap. 5. qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo, et Beatus Augustinus in regula dicit, oculi uestri, et si iaciantur in aliquam fœminarum figantur in nullam. Igitur ex his uidetur concludi concupiscentiam carnis non multum differre à concupi- C
centia oculorum, nisi tamquam effectus à caussa. Quod etiam non distinguatur a superbia, uelut principale mēbrum illius diuisionis, quam ponit Apostolus Ioannes loco supra allegato, patet, quia superbia ponitur radix, et principium, omnis peccati. Ecclesiastici cap. 10. et prima Thimoth. ultimo dicit Apostolus cupiditas est radix omnium malorum igitur non erit necesse ponere tot radices, et capita nostro- D
rum peccatorum: nec solum concupiscentia oritur ab illis duobus, et concupiscentia oculorum, et superbia uitæ, sed, et hæc duo uicissim oriuntur à concupiscentia carnis; quoniam nisi caro prius esset infecta per peccatum originale, nullus prauus affectus, et appetitus reperiretur in nobis.

Ad hæc dubia breuiter, et facilè respondetur dicimus enim quòd licet isti E
tres appetitus, siue passiones animi habeant, inter se quandam connexionem, et affinitatem, ut altera dependeat ab altera, nihilominus si propriè, formaliter loqui uelimus, dicimus, quod tam et si concupiscentia carnis plerumque oriatur, à uisione rei delectabilis, non sistit tamen in pura, et simplici uisione illius rei, sed fertur in appetitum rei delectabilis secundum tactum. Concupiscentia vero oculorum consistit in delectatione dumtaxat ipsius uisionis, idest in delectatione cuiuscumque uirtutis apprehensiuæ, apprehendendo, et imaginando ea, quæ nullam sustentationem, aut delectationem afferunt ipsi carni; ut contingit in concupiscentia carnis, quæ fertur in ea, quæ sustentationem, ut puta per cibum, et potum afferunt ipsi carni, et delectationem, ut contingit in concubitu uiri, et mulieris. Verum me non inficias ire putarem, si assererem etiam in concupiscentia oculorum non nihil delectationis reperiri, si per huiusmodi concupiscentiam oculorum, uel curiositatem, seu cupiditatem bonorum temporalium uelimus intelligere. & sic responderi potest propositionibus in contrarium adductis. Ad aliud, quod superbia sit initium omnis peccati, dicendum est, Quod si consideretur finis, qui est principaliter intentus ab eo, qui nimis inordinatè, & præpostere diligit se ipsum, dubio procul superbia potest constitui initium omnis peccati. At si consideretur principium, quo possimus adipisci, & peruenire ad eum finem, quem intendit superbus, qui est amor propriæ excellentiæ, sic cupiditas, & auaritia potest tuto poni radix, & principium omnium malorum. Nec turberis nos posuisse finem duplicem superbi, nimium amorem sui ipsius, & amorem propriæ excellentiæ, quia est finis sub fine, & sic responderi potest præfatis obiectionibus. Quod autem à carne iam infecta, & corrupta per peccatum originale, quod quidem licet, quo ad reatum transierit, & fuerit abolitum, remanet tamen quo ad actum, non est dubium, quod omnia peccata proueniunt, nec solum superbia, & auaritia, seu cupiditas; verum, & concupiscentia carnis; adeoquod plurimum differt loqui de carne, vt infecta, & loqui de concupiscentia carnis, quamuis ego non haberem pro magno inconueniente non solum quæcumque

peccata ; verum specialiter hæc duo A
capitalia membra, videlicet concupi-
scentiam oculorum, & superbiam vitæ;
à concupiscentia carnis frequenter e-
manare, neque hinc valeas inferre, vt
plerique putarunt peccata esse conne-
xa. Imo quædam sunt sibi inuicem
contraria, vt prodigalitas, & auaritia,
quæ impossibile est simul eidem inesse;
nec illud te perturbet, quod, qui offen-
dit in vno factus est omnium reus, hoc
enim intelligitur, quia, qui recedit à B
Deo, id quod fit per quodcumque pec-
catum mortale, dicitus esse omnium
reus, quia offendit latorem legis, & vin
dicem omnium malorum sed quia si-
gnanter hic loquimur de concupi-
scentia oculorum, quod est peculia-
re ferculum, quod tribuitur mundo,
sicut res delectabiles secundum car-
nem tribuuntur ipsi carni, & superbia
vitæ tribuitur diabolo, de cuius conui-
uio loquemur in proximo sequenti ca- C
pitulo. Quod autem cupiditas seu aua
ritia, quæ est appetitus pecuniæ, & se-
cundum Greg super cap. 4. Matth. ap-
petitus altitudinis non semper sit pecca-
tum mortale; ostenditur per D. Thõ.
2.2. q. 118. art 4. & in quæstionibus de
malo q. 13. Vbi dicit Auaritiam non
semper esse peccatum mortale, nisi
quando e diametro opponitur Iustitiæ,
neque enim semper, qui est auarus po-
test appellari iniustus, potest enim, D
quis nimio quodam affectu commoueri
ad res temporales, & terrenis negocijs
implicari, sic tamen, vt nihil faciat
contra iustitiam, neque præponat eo-
rum desiderium, vel acquisitionem, aut
possessionem Christi seruituti; & hac
ratione non potest dici peccatum mor-
tale, Dubium est etiam de superbia nun
quid etiam & ipsa sit semper omnino
peccatum mortale, sed hoc dubium
absoluemus in sequenti Capite. E

Et posteaquam sermonem perpetuum
habemus de conuiuijs, & nunc tracta-
mus de conuiuio, quod nobis præparat
à principio hic mundus infœlix, hoc est
appetitus noster inordinatus, operæ pre-
tium est videre, quod genus vini nobis
in hac mensa propinetur; certum est
enim quod in conuiuijs maximè requiritur
legitur in Ecclesia quod ex aqua facta vi-
no letantur conuiuæ, & re vera, cum
multum super hac re fuerimus contem-
plati nullum aliud genus vini, his, qui
curiositate, et bonorum exteriorum ac-
cumulatione delectantur, propinari eõ
sueuit; præterquam adulationes applau-
sus, fauores, et excusationes, et perpe-
tuè commessationes, et in quibusdam in-
gens diuitiarum tumulos, his plurimũ
delectantur, et gaudent. Vnde non
immerito dicebat Propheta psal. cente-
simo octouagesimooctauo. Narraue-
runt mihi iniqui fabulationes, sed *Psal. 118.*
non, vt lex tua; vbi nos habemus fabu-
lationes D. Aug, legit oblectationes; Mi-
nistri verò, et qui parant et fouent eius-
modi conuiuium, sunt ij duo (secundum
Augustinum) videlicet Amor malè in-
flammans, et timor malè humilians, sic
etiam innuit D. Thom. prima secunde
quest. 77 art. 4. Sed quoniam, consue-
uerunt plerique conuiuantes propone-
re in mensa potiora fercula; id circo
dicimus ea esse quæcumque videntur
satiare, et explere animi cupiditatem.
Quare primum ferculum dubio pro-
cul est pecunia, vel appetitus pecuniæ.
Auaritia namque pecuniæ studium ha-
bet. præter hanc, vel ad hanc, conse-
quitur appetitus agrorum, domorum,
armentorum, multitudinis seruorum,
et aliarum commoditatum, quibus
maximè delectatur hic mundus, et
admiratur, Contingit etiam quando-
que auaros appetere honores et di-
gnitates, sed hoc est per accidens in-
quit Caietanus vt. 5. inde possint fieri
ditiores. Et quamuis hæc tria, vide-
licet concupiscentia carnis, et concu-
piscentia oculorum, et superbia vitæ,
sint tres appetitus a se inuicem distin-
cti, vt diximus, sunt tamen adeo con-
nexi, vt vnus foueat alterum, et iu-
uetur ab alio, ita vt sæpenumero a-
uarus non solum concupiscat abun-
dantiam rei pecuniariæ, et aliorum
bonorum temporalium, verum etiam
delectetur quandoque, et maximè
percupiat vsum, vel abusum venereorũ,
et in ijs satiari quærat, et annitatur, quæ
duo

duo fercula cum eodem in conuiuio fuerint apposita, uel iis, qui sese illis dedetiot, aut mancipauerint. Dicit enim Valerius Max. lib. 4. cap 3 a principio, quod cum hæc duæ generis humani certissimæ pestes penetrauerint, iniuria dominatur, infamia flagrat, & alia mala tanquàm bellaria succedunt, ut mox dicemus; scio tamen, & memini me legisse apud probatos Authores, quod plerique homines sunt adeo cupidi, atque tenaces, qui ne aliquod impendere, aut erogare cogantur, abstinens ab illicitis concubitibus; & a quibusdam aliis sumptibus sibi admodum necessariis, & decentibus statui suo quàm maximè conuenientibus Vnde non abre Esaias Propheta clamitat, & exaggerat aduersus istos nebulones d. uos qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci. Nunquid uos soli habitabitis in medio terræ comminatur ergo his, & oibus aliis, qui recedunt a iustitia. & suis tantum cupiditatibus, ac desideriis inseruire statuerunt. In huiusmodi ergo conuiuio, quod facit mundus opera, & ministerio illius concupiscentiæ, quæ appellatur concupiscentia oculorum, qua res quidem terrenas appetimus, & plusquàm satis illius bonis ditari cupimus, eius modi fercula proponuntur: Sed quoniam consueuerunt plerique conuiuantes ad finem mensæ, posteaquàm conuiuae fuerunt benè epulati, appoere quædam alia uti bellaria, ita propemodum fieri uidemus in hoc conuiuio, quoniam post primum ferculum quod est auaritia secundum Gregorium 31 moralium cap. 31 uel pecunia secundum Diuũ Thom. aut appetitus pecuniæ hæc sequuntur, & ueluti fructus, & confectiones, seu dulciaria comitantur .u proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, uiolentia, & inhumanitas, seu crudelitas, & cordis durities, proditio quidem, si committitur: dolus respectu personarum, ut fecit Iudas, qui propter auaritiam prodidit Christum, erat enim fur, & loculos habens, quæ mittebantur asportabat, fraus etiam committitur quaodo ob turpe lucrum una res pro altera, uenditur, fallacia perpetratur, quando quis

A emendo, uel uendendo, ut plusquàm deceat lucretur absq; ullo pudore mentitur: Periurium sequitur ad fallaciam quod committitur dum ad mendax, et fallax uerbum additur iuramentũ, quandoque ob nimiam rei auiditatem iofertur uis: & sic auaritiam tanquàm fidus comes sequitur uiolentia; & quoniam Auaro tàm deest, quod habet, quã quod non habet, inest ei perpetua quædã animi, & corporis inquietudo. Postremo

B cum sit tenax & magnopere cupidus, & ueretur ne mũdus illi desit, efficitur inhumanus, crudelis, & immisericors; hæc sunt bellaria, quæ comitantur auaritiã. Sed qui nam sunt conuiuæ & commensales huius conuiuii? Hos ego puto quos recensei, & enarrat Paul. Apost. 2. Tim. cap. 3. d. Instare tempora periculosa in quibus erũt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti,

C sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatũ potius amatores, quàm Dei; habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autẽ eius abnegantes: super quibus verbis digreditur Aug. tract. 123. super Ioan Euangelium dicens, omnia hæc mala ab eo fonte emanare qui seipsos amant. Qui enim amant seipsos, uolunt aliis dominari, sicut elati,

D vel gloriari de honoribus quos causa pecuniarum sumunt, sicut superbi, vel intantum progredi, vtetiam hæreses faciant, sicut blasphemi, nec cędant Sanctis Patribus, sicut parentibus non obedientes, & illis qui eos corrigunt, velut ingrati, malum pro bono reddunt, interficiunt animas suas & aliorum, velut scelesti materna Ecclesiæ viscera dissipant, sicut irreligiosi, non compatiuntur infirmis sicut sine affectione, famam

E Sanctorum maculare conantur, sicut detractores, cupiditates pessimas non refrenant, sicut incontinentes, exercent lites, sicut immites, nesciunt subuenire, velut homines sine benignitate, indicant inimicis bonorum, quæ in occulto cognouerint, sicut proditores humanam verecondiam, inuerecunda exagitatione perturbant, sicut procaces non intell.

intelligunt, neque quæ loquuntur, neq. A
de quibus affirmant, sicut cæci, lætitias
carnales, spiritualibus gaudijs antepo-
nunt sicut voluptatum amatores potius
quam Dei; hæc enim huiusmodi vitia;
siue vni homini accidant omnia, siue his
alia, illis alia dominentur, ex illa radice
quodammodo pullulant, quod sunt ho-
mines seipsos amantes; quod quidē vi-
tium, sicut maximè cauendum est, inquit
August. eis, qui pascunt oues Christi, ne
sua quærant, non quæ Iesu Christi, & B
in vsus cupiditatum suarum conferant,
pro quibus sanguis fusus est Christi.

Caput tertium.

QVod si quæras, quot sunt isti conui
uæ, in alijs namq. conuiuijs, de qui-
bus sumus locuti non est diffinitus nu-
merus conuiuantiū, quia in alio quidem
plures, in alio verò pauciores conuenire
cōpertū est, at in isto dicimus fore innu- C
meros: stultorum enim infinitus est nu-
Eccl. 1. merus, vt habetur Eccl. 1. At nescio quis
nam minus cordati, minus sapientes, &
mente capti possint reperiri, quàm qui
ponunt spem in hoc sæculo, cum in om
nibus studiis, & operibus, quæ fiunt in
hoc mundo, & per hunc mundum sit
vanitas, & afflictio, & nihil tandem per-
manere queat sub Sole; vt egregiè ad
modum, & lucu enter ostēdit Salamon
in ipso Ecclesiaste: sed pauci admodum D
ista cōsiderant, & ad sæculi vanitates ap-
præhendendas præcipites currunt. Di-
cet forte quis, quid causæ est, quod tam
pauci rectè sapiunt, & appræhendunt
viam bonam; tam multi autem sunt,
qui sæculi vanitates & ludibria perse-
quuntur? Dicit D Tho. 1.2. q.71 art 2.
hoc ideo contingere, quia cum in homi
ne sit duplex natura, rationalis scilicet,
& sensitiua, & lōgè facilius sit viuere se-
cundum naturam sensitiuam, quàm ra- E
tionalem, vt in qua sumus primum enu-
triti, & educati, idcirco sunt longè plu-
res, qui adhærent mundo, & commo-
ditatibus huius sæculi, quàm qui legi di-
uinæ; at qui facit contra ordinem ratio-
nis humanæ, facit & contra legem Dei.
Nam omnes naturæ, quatenus sunt, a
Deo sunt, secundum autem, quòd vi-

A tiosæ sunt, & defectiuæ non sunt a Deo,
sed ab eius arte deficiunt D. Caiet occa-
sione horum verborum deplorat mise-
riā naturæ humanæ: quia in omnibus
aliis rebus creatis, siue supra hominem,
siue infra hominem existētibus, bonum
reperitur vt in pluribus, at in creatu-
ra rationali bonum reperitur vt in pau-
cioribus ppea non est mirū, si multo plu
res in conuiuio huius sæculi fuerint ad-
missi, quàm ad conuiuium Dei. Propte
B rea Hiere. 16. consultò hortatur quem-
piam d. Domum conuiuij non ingredia-
ris vt sedeas cū Aepulonibus, & æbriis,
& comedas, & bibas, quia hæc d. Domi-
nus deus exercituū Deus Israel. Postre-
mò, si vis perspicere, & intueri horum
finem, & exitum, perlege caput 14. Ec-
clesiastici, vbi inter cætera inquit, viro Eccl. c. 14.
cupido, & tenaci sine ratione est substan
tia: & postea insatiabilis oculus cupidi,
in parte iniquitatis, nō satiabitur donec
C consumat, arefaciens animam suam.
Intuere etiam, & considera, quod dicit
Propheta, thesaurizat Auarus, & igno-
rat cui congregabit ea Psal. 38 & apud Psal. 38.
Lucam cap. 12. dicit Saluator, videte, & Luc. 12.
cauete ab omni auaritia, quia non in a-
bundantia cuiusquā vita eius est ex his,
quæ possidet, & in huius documēti cor-
roborationem apponit similitudinē ad
Iudæos dicens, de quodam, qui colle-
gerat, & congregauerat in horreum su-
D um magnam copiam tritici, & aliorum
bonorū, & videbatur sibi plurimos an-
nos summam quietē habiturus, & frui-
turus bonis omnibus, cui dixit Deus;
stulte hac nocte animam tuam repetent
à te, quæ autem parasti cuius erunt? sic
est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deū
diues, & Abacuch 2. ita minatur aua-
ris, & prędonibus vę qui congregat aua
ritiam malam domui suæ, vt sit in excel
so nidus eius, & liberari se putat de ma-
E nu mali; quid ergo faciendum? id profe-
ctò, quod monet D. Ioann eodem loco
scilicet; nolite filioli diligere mundum,
neque ea, quæ mundi sunt, quia mundus
transit, & concupiscentia eius, & Salua-
tor noster apud Lucam, quid prodest, in-
quit homini, si vniuersum mundum lu-
cretur, animæ vero suæ detrimentum
patiatur? & D. Augustinus in tract. de

contem-

contemptu mundi, inquit, quanto quis rebus terrenis magis implicatur, tanto magis a sui creatoris visione impeditur. Propterea monet Apostolus Rom. 12. nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sẽsus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Et 1. Timoth. 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem diaboli. Sic etiam D. Iacobus inquit, quod homo post aliqua opera pietatis, & misericordiæ debet se custodire immaculatum ab hoc sæculo, & nihil habere commune cum ipso. Et Seneca dicebat in libro de quatuor virtutibus, cum tibi alludit huius mundi prosperitas, sic te quasi in lubrico retinebis nec tibi dabis portus liberos, sed circumspicies, quò sit eundum. Constat enim rei experimento, ꝙ opes cupidus congregandi, nullis parcit laboribus, vt eas

Rom. 12.

Seneca.

A accumulet, auarus verò conseruat, ambitiosi affectant honores, & superbi plus nimio extolluntur, & tamẽ hæc omnia, vt fumus deficient: Vnde Sapiens Ecclesiastici 23. præcatur Deum, ne dederis mihi extollentiam oculorum meorum: & omne desiderium auerte a me, anfer a me ventris concupiscentiam, & concubitus concupiscentiæ ne appræhendant me; & animo irreuerenti, & infrunito ne tradas me. His tamen non obstantibus potest haberi cõcupiscentia carnis, B & concupiscentia oculorum, & appetitus honorum, ac dignitatum, sic tamen vt Deus non offendatur, id quod erit, dum ob iustas, & rationabiles caussas talia expetuntur, & non aliter, neque alio modo, vt mox diximus de mente Diui Tho. Et hæc de Conuiuio Mundi dicta sufficiant.

DE CONVIVIO SATHANAE.

Quarta particula. Eiusdem primi tractatus.

CAPVT PRIMVM.

QVoniam iam locuti sumus de conuiuio metaphoricẽ, dicto, quod nobis caro pariter, & mundus nũquàm non offerunt, & præparant, superest nunc de conuiuio longe deteriori, & quàm maximè perniitioso verbi facere, hoc autem est conuiuium, quod nobis præparat, & continuè subministrat serpens ille callidior cunctis animantibus, perpetuus hostis humani generis. O nos miseri, quos plerique fœlices existimãt, cum tot excellentissimi Duces, ac Principes, videlicet, caro, mundus, & dæmon nos hylariter, & prompte, & tantum non importunè ad secum cõuiuandum vocant, alliciunt, & penè trahunt, & omni ope, & opera, quibuscunq. vijs, & arti-

A bus studiosè quærunt, & satagunt ad se pertrahere, & vt nos capiant, ac destineant, muscipulam tendunt, quo ex eorum laqueis extrahi, vel educi nequaquàm valeamus, narrauerũt, vt absconderent laqueos, & dixerunt, quis videbit eos, sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Quarè prudentes nos esse oportet, & cautè ambulare, ne serpens ille callidissimus nos capiat, ac detineat; Nam non est nobis colluctatio, B idest conflictus, & pugna aduersus carnẽ, & sanguinẽ, non sumus nunc luctaturi solum aduersus carnẽ, & sanguinẽ, i. aduersus partem concupiscibilẽ, & irascibilẽ eñ quibus olim pugnabamus, & nũc quoque velimus, nolimus pugnare cogimur, vel aduersus eos, qui sæuiunt in nos secundum D. Aug. sed nobis negocium est cum potentioribus, sagacioribus, &

Psal. 63.

Prou. 1.

Ephes. vlt.

Spūs ma'i gni vocantur, & ipsi cœlestes. tibus,& fortioribus hostibus,ac Tyrannis, & longe nequioribus quam sit caro,& mundus sumus enim pugnaturi aduersus Principes, & potestates tenebrarum harum i. peccatorum, & contra spiritualia nequitiæ in Cœlestibus Maligni spiritus vocantur & ipsi spiritus cœlestes idest aerei, idest contra Principes,ac Tyrānos spirituales, qui sunt nequissim., immò ipsa sunt nequitia, ipsa fraus, & malitia quique nihil vltra curant, & nihil habent antiquius, quàm B cœlestia, & spiritualia dona consundere, nobisq. surripere, & vna secum eruciatibus æternis nos velle mancipari. Hic est Draco ille,quem formauit Deus ad illudendum humanum genus,a quo, & ipse fuit tandem illusus, & in nouissimo magis illudetur: hic inquàm est,qui præ cæteris, & plusquàm cęteri nobis præparat conuiuiū & ad illud nos blande,& hilariter vocat, & quanquàm non impellat, sic tamen nobiscum agit, vt C impellere, & ad se pertrahere videatur: ob id non est veritus Venerabilis Beda super Act. Apost asserere, quod diabolus animam in affectum malitiæ trahit, & si re vera, vt postea ostendemus, trahere non possit, sed suggerere tantum, & seducere nos. Posteaquā iam scimus, & experimur demonem parare conuiuium, vt cum eo quandoque recreemur videamus consequenter, quæ fercula, quās epulas in hoc suo conuiuio propo- D nere consueuerit, id quod facile videre possumus ex conuiuio, quod ab initio mundi primis nostris parentibus propo fuisse legitur non .n. diutius voluit differre, quin suam erga hominum genus malitiam, & iniquitatem ostenderet, ac exerceret. Ille quidem homicida fuit ab initio, propterea q. non mirum,si a principio malignatus est in sācto. Proposuit quidem voluptates, & delitias,honores, ac dignitates, & vitam longeuam, im- E mo perpetuā,ac sempiternā,& scientiam boni,& mali,quæ omnia mūdus iste magnifacit plurimum, & vehementer ad- *Gen.3.* miratur. Hoc autem in verbis Gen.c.3. manifeste colligitur. Cum dixit ad mulierem cur pręcepit vobis Deus ne commederetis ex omni ligno Paradisi? cui respondit mulier, quia præcepit nobis

A Deus, ne comederemus de ligno, quod est in medio Paradisi, & ne taugeremus illud ne forte moriamur. Tunc dixit illi serpens,nequaquam moriemini. En duo satis iocunda, & maxime expetibilia proposuit illi fercula scilicet securitatem, & liberationem a morte, & præter hoc exemit eam a vinculo obedientiæ, & iugo præcepti persuadens ei, ne crederet verbis Dei, neque obtemperaret illius pręceptis; aliud ferculum honoris, ac dignitatis prætulit ei eum dixit, in quacunq. die comederitis ex fructu ligni, quod est in medio Paradisi eritis sicut Dij, ecce dignitas & honor, ac excellentia, quam pollicetur ei. Postremò dicit illi, eritis sicut Dij scientes bonum, & malum, vbi aliud ferculum satis appetibile, & ab omnibus vehementer expetendum proponitur,habere scilicet scientiam boni,& mali; quando quidem omnes natura scire desiderant: & præsertim quæ maxime sensu necessaria dicuntur.

Hæc,& similia fercula ausus fuit ipse tentator offerre Nostro Saluatori, qui cum post ieiunium quadraginta dierū, & quadraginta noctium esuriret,fuit tētatus ab eo de his, quæ pertinent ad appetitum concupiscibilem, atque de ijs, quæ ad ambitionem,& existimationem sæculi spectare videntur,vt in priori huius narrationis capitulo retulimus;hæc eadē quotidie fere miseris mortalibus iuxta varias hominum conditiones, & inclinationes proponere consueuit, bona scilicet in speciem vtilia, delectabilia, & honesti imaginem quandam pręseferentia,& quandoque nonnullis, qui minus sunt habiles, & capaces tātorum bonorū immittit eiusmodi desiderium, vt cum non fuerint voti compotes effecti,in diffidentiam,& prorsus in desperationem labantur. Dicit enim D. Hyer. lib. 2. contra Iouinianum, quemadmodum Deus est perfector boni,ita diabolus est perfector omnis mali, is enim est primus author.& actor omnis impietatis,et nequitię,quique occultis cupiditatibus corda hominū replet, neque sinit ea vnq quiescere, sed fluctuare semper, susque,deque moueri, et vndequaque agitari. Nolim tamen ob id existimes

mes demonē esse omnino caussam peccati, nisi per modum persuadentis, aut proponentis, siue instigantis, sic.n. potest hominem ad peccandum inducere interius instigando, et proponēdo, quod nobis visum est bonū, iuxta sensum, et opinionem illius, immitiendo scilicet in fantasia, et in appetitu sensitiuo aliquas imaginationes, et spectra, siue species quibus homo incitatur, & mō quodam ꝓuocatur ad aliquod facinus perpetrandum, neq. id inconuenit, aut impossibile putandū est. quia natura corporalis, & sensibilis obedit ipsi demoni, quo ad motum localem vt notum est; & quanquàm diabolus, sic possit interius hominem ad peccatum inducere, potest tamen quandoq. nisi reprimatur a Deo, etiam impellere, vel saltē necessario inducere ad faciendum, quod est suo genere sit malum; necessitatem tamen peccandi inferre nequaquàm potest, vti dicit D Tho 1.2 q. 80. art. 3. & D. August. in hom. 12. inter 50. expresse dicit, diabolus non cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed petit; Consulit quidem nos demon, sed Deo auxiliante, nostrum est eligere, vel repudiare, quod consulit. At re vera voluntas, quæ mouetur ab obiecto aliquo appetibili est directè caussa peccati, quod quomodo contingat, vide ibidem sanctum Doctorem. Propterea cauendæ sunt, & procul euitandæ, quibus demon potest nobis aliquod peccatum suggerere occasiones, & viæ, vti sunt choreæ, ludi, saltus, torneamenta, & spectacula, & denique prauorum, & iniquorum hominum cōsuetudines, & comercia; iuxta illud Prophetę cum
Psal. 17. Sancto Sanctus eris, & cum peruerso
Prou. 24. peruerteris, & Salomon Prouer 24. Ne emuleris inquit viros malos, nec desideres esse cum eis, quia licet demon, vt diximus, non sit absoluta caussa omniū peccatorum, quæ passim homines committunt, tamen cum ipse induxerit primum hominem ad peccādum ex cuius peccato viciata est, & corrupta hominis natura, dicitur occasionaliter, & indirecte esse caussa omnium peccatorū, quo pacto intelligi potest dictum B. Augustini asserentis, non omnes cogitationes

A nostras malas excitari a diabolo, sed aliquoties ex proprio nostri arbitrij motu emergere, quoniam scilicet formaliter, & immediatè ex motu, & inordinato appetitu sensus nostri prouenit actus malus, sed occasionaliter, & mediatè, seu remote prouenit ex diabolo, sic etiam cum Venerabilis Beda dixit diabolum trahere animā in effectum malitiæ, intelligi debet, quo ad suggestionem, vel instigationem, seu mauis dicere occasio-
B naliter, non autem propriè, & formaliter, etiam quandoq. immittit in nos immisiones per angelos malos, & hac ratione possemus non iniuria, dicere Deū esse quoquo modo caussā peccati, quod tamen falsum est, & absurdum, & nonnunquā ex bonis cogitationibus, & honestis desiderijs arte, & industria demonis deducimur in cogitationes prauas, & pestilētes, verbi gratia cogitamus aliquando de obitu alicuius consanguinei,
C aut propinqui aut amici, & ex ea consideratione deducimur in cognitionē, & meditationem alterius rei habentis aliquo modo connexionē, vel relationem ad id, quod prius cogitauimus, & consequenter ꝓgredimur in cogitationem alicuius rei turpis, ac delectabilis, & eandem postmodum appetimus, & prosequimur, & ita peccatum perpetramus quo pacto dicitur diabolus esse caussa peccati, non quia nos ipse peccare fecerit, sed solum quia cogitationem illam
D cordi nostro, vel in cor nostrum immisit, & occasiones aliquando etiam præbet, & modum quo delinquimus. Vnde Beatus Augustinus cōformiter mox dictis ait. Diabolus potest nos ad malum inuitare, non autem trahere, delectationem inferre, non potestatem, consilium ingerit nō conflictum. Dicamus ergo, vt prius, quod hæc nobis fercula proponit ipse demon, quæ scilicet ha-
E bent rationem quandam apparentē boni, vtilis, delectabilis, atque honesti, & hac ratione nobis superbiam, iram, inuidiam, simultatem, & apostasiam, & discessionem a fide, & cœteris virtutibus, & persecutionem bonorum suadet, & ingerit, & hæc omnia sub quadā specie boni; voluptates interim, diuitias honores, ac dignitates proponit, & quæ-

quæ-

cunq. possunt sub nostrum appetitum cadere, vt eadem quibuscunq. modis, artibus, & insidijs, siue iure, siue iniuria quęrere, procurare, & obtinere studeamus. Et si quis velit pro sui corporis mortificatione, aut pro suæ animæ salute, a malo quopiam abstinere conatur demon seipso, aut suos per ministros eundem à rectis consilijs, & pijs cogitationibus, ac deliberationibus amouere, & auocare, verbi gratia, si quis velit, vt diximus carnem suam ieiunijs macerare, & a carnibus abstinere, suadet ipse demon illi B nequaquàm fieri debere propter illud verbum Saluatoris, manducate, quæ apponuntur vobis, & illud apud Matth. 15. non quod intrat in os coinquinat hominem. Et si quis velit abstinere a concubitu venereo, & mulierum congressum euitare, persuadet illi demon, id nequaquàm esse faciendum ob illud Genesis, Cap. 1. non est bonum hominem esse solum; & illud crescite, & multiplicamini, & reple C te terram. Cœterum si quis velit remittere iniuriam, & veniam condonare his, qui in eum deliquerint, obiicitur a demone, quod fuit dictum antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, et illud ps. Iniquos odio habui, et c. Postremo, ne longius progrediar, si quis tentet, et moliatur aduersus Principē, aut Rempublicam insidias, et machinationes contra datam fidem, huic procul dubio persuadetur a D demone, id omnino perficiendum, quia sic ratio belli, et status huius mundi expostulat. Hac itaque ratione tot seditiones, et bella, euersiones ciuitatum, dissipationes familiarum, et omnia euius vis genera, mala, et flagitia videntur exoriri, dicit .n. D. Aug. hom. 12. in principio. Quod sicut a principio operatus est demon, vt caderet qui stabat, sic nunc operatur, vt qui cecidit non resurgat. Quid faciendum aduersus huiusmodi E suggestiones, et insidias, quibus conatur impedire reditum nostrum? appræhendamus humilitatem, et confiteamur peccata nostra.

Caput secundum.

Videamus nunc, qui fuerint, aut qui esse consueuerint conuiuæ, et cōmensales huius diabolici conuictus, et quam frequenter eidem assistere, et subministrare studeant. Non alios profecto fore arbitror, nisi qui nullam re vera habēt boni, vel mali conscīam, et q̄ bonum malum, et malum bonū, dicunt & vt ait Persius, nigrum in candida vertūt, Esaias. et quorum os maledictione plenum est, quique viam pacis non cognouerunt, neque est timor Dei ante oculos eorum, qui sapientes sunt in oculis suis, et qui glotiantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis, quique diligunt malitiam super benignitatem, et iniquitatem, magis quam loqui equitatē, quiq. delitijs suis affluentes, in conuiuijs suis luxuriantes habent oculos plenos adulterij, et incessabilis delicti. Deniq. omnes illi, quos enumerauit, Pau. 2. Tim. 3. 2. Tim. 3. sunt huius conuiuij consortes. Qui vero sunt ministri huius cōuiuij, quique prouocant, et seducunt se, et alios ad hūi interitum? illi quidem mea sententia, qui de suis viribus nimium confisi, dicunt Deo, recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Iob. 21. odit .n. Iob 21 Deus presumptores de viribus suis, vt dicit Augustinus in Cantico nono c. 8. et nota secundum eundem, quod fuit error Pelagij d. hominem posse ponere spē in homine, nec ob id incurrere maledicum: posse etiam de se quādoq. gloriari absque peccato sic etiam, qui dixerūt linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis Dominus noster est ps. 11. qui etiam firmauerunt Psal. 11. sibi sermonem nequam, et dixerūt quis videbit nos quasi innocentes aut se opinari iudicantes Deū non habere notitiam horum inferiorum, velut etiam dicebāt illi, Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob ps. 93 longe peius aberrarūt illi qui cum cognouissent Deum, Psal. 93. non sicut Deum glorificauerunt, sed eua nuerunt in cogitationibus suis Rom. 1. Denique illi sunt præstātiores ministri ad seruiendum Sathanæ, et ad multos secum adducendos ad eius conuiuium; qui dicūt in corde suo non est Deus: aut ij, quorum Deus venter est, et gloria in confusionem ipsorū: Deinde facile admittuntur ad cōuiuium diaboli, qui etsi habeant aliquam fidem, conscij tamen mul-

multitudinis, et grauitatis peccatorum, A a spe consequendæ veniæ recesserunt, & in baratrum desperationis inciderūt. Nec multò melioris cōditionis,ij sunt, qui longiorem sibi promittentes vitam, de die in diem dicentes cras cras,& nunquam veniet illud cras,vt D. August loquebatur de seipso,& sic tempus faciendi dissipauit legem Dei,& frustrauit vana eorum desideria; multi quidē sunt, qui habent partem, & societatem cum diabolo, & communicant operibus eius malignis, sed alij ob alias,& alias caus- B sas; Quidam enim, vt diximus, quia nullam habent fidē, & existimāt Deum nullam habere notitiam horum inferiorum, sicut opinabantur quidam Philosophorum sustinentes hanc positionem & Manichæi, vt dicit Aug. serm. 70. de tempore.Quod Deus non intelligit alia a se, contra quos insurgit vehementer

Psal 93. ipse Proph. dicens. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite, C plantauit aurem non audiet,aut qui finxit oculum non considerat; quidam alij opinantur Deum habere notitiam horum inferiorum, sed ea negligere, & nihil ea curare, vt refert Iob 22. circa cardines cęli perambulat, & nostra non considerat, contra quos insurgit etiam Propheta dicens, oculi omnium in te

Psal. 144. sperant Domine, & tu imples omne animal benedictione. Quare non est vera horum opinio. Possunt ergo faci- D le conuinci, & ad veritatis semitam reduci.

Sunt postea nonnulli,qui vtiq. habēt fidē,& credūt Deū oīa scire.& nihil eum latere,summamq. de his omnibus creaturis, curā habere, & prouidentiam,sed multis voluptatibus dediti, & in illis plus nimio assuefacti,vel de Dei misericordia maximē diffidunt, aut e contra, suæ fragilitatis conscij de eius benignitate plurimum confidunt, sicque nunq̄ E de resipiscentia cogitant, dicunt enim adhuc modicum tempus viuam,faciam quomodo volo, postea me correxero, dicit enim Deus per Prophetam, nolo mortem peccatoris, tantum conuertatur à via sua pessima, & viuet. Quando fuero conuersus (inquit ille)delebit omnia peccata mea. Igitur possum interim voluptatibus indulgere; sed vide, inquit Aug. Hom 11. quoniam si Deus promisit indulgentiam, non tamen significauit tibi diem, quo decessurus es ex hoc mundo.Fac itaque quod ait Propheta ne tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diem, subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Quidam verò sic *Eccl. 5.* in peccato persistunt, ac perseuerant, quia Deus promisit indulgentiam,& cogitant se postea esse corrigendos;sed volunt adhuc differre, sibi pollicentes vltra Dei bonitatem,etiam vitam longiorem, quibus facile potest responderi, q̄, etsi Deus promiserit indulgentiam, nunquàm tamen spopondit longitudinem dierum; Propterea dicit August. cur vis addere dies malos diebus malis? sufficit enim diei malitia sua. Malus dies externus, malus & hodiernus, malos etiam crastinus, putas ne forte esse bonos dies quando satisfacis voluptatibus tuis?quando in luxurijs enutris cor tuum?quando insidiaris alienæ pudicitiæ? quando fraude contristas proximū tuum? quando falsum pro nummo iuras? quando exhibes tibi bonum prandium? ideo putas, quia bonum diem ducis? vnde fieri potest, vt dies bonus sit, cum malus sit homo? Noli igitur malos dies addere malis diebus; sed cū primū fieri potest, relinque malos dies, & conuertere ad Dominum Deū tuum; nec velis pp hanc vanam spem,seu fiduciam differre, quin reuertaris ad Deum, & recedas a consortio demoniorum, demon quidem habet multos socios, & cōsortes, pariter & filios (vt inquit Gregor.13 mor. cap. 17.) socij & consortes sunt qui cum eo de cęlestis patriæ sede ceciderunt, filij vero sunt qui eius praua suggestione in malitiæ operatione generātur. Ob has igitur caussas pleriq. persistunt in peccato, & differunt de die in diem agere pœnitentiam. Eæ sunt caussæ, ij sunt ministri, qui nos trahunt ad conuiuium diaboli, præter multas, & varias occasiones, & opportunitates, prauas consuetudines, quibus, difficile admodum retrahimur a malo, quibus addo facilitatem veniæ, quippe quę maximum est incentiuum, & prouocationum.

tiuum ad peccandum: iuxtà illud Diui Gregorij facilitas veniæ præbet incenti uũ delinquendi, & quanquàm superbia vitæ, & ambitio sęculi, q̃ sunt Edulia, q̃ nobis primum offert ipse demon; attamen, non ea duntaxat, sed quæcunque caro, & mundus nobis proponunt, ipse quoque demon lōgè cautius, & frequentius, quã reliqui ea nobis subministrat, velut is, qui assistit vtriq., & fouet vtrũq.. Quare oportet nos eiusmodi conuiuia reijcere, has mensas euertere, propulsare conuiuas, pariter, & conuiuantes, & nihil habere commune cum eis, totisq. viribus eisdem resistere; quoniam vt dicit Apost. Iacobus, resistite diabolo, & fugiet a vobis, & cum semel fuerit eiectus, nolite ei locum dare, & occasiones præbere, quo ad vos reuertatur, vt monet Apost. ad Ephes. 4. & qui furabatur iam non furetur. Nam, vt dicit Beatus August. in sermone 68. de Augurijs, si semel, aut iterũ diaboli nequitias cum animo, & tota fide, contempserimus, Deus dignabitur ita cum a nobis repellere, vt nũquàm amplius nos possit sua calliditate decipere. At si nos iterum atque iterum, velut canes ad vomitum reuersi fuerimus ad eum, & eius suasionibus, & præstigijs fidem dederimus, assumet secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi domicilium cordis nostri habitabunt ibi, & nouissima nostra erunt peiora prioribus: neque est, quòd eius vino, hoc est carnis delectationibus, mundi huius delitiis, atque honoribus inebriemur, quia, vt d. Sapiens Prouerb. 5. nouissima illius sunt amara, quasi absintium, & acuta, quasi gladius biceps, ne & nos aliquando cogamur cum Hieremia Propheta Trenorum 3 lamentari, & dicere, repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absintio, & fregit ad numerum dẽtes meos cibauit me cinere, & quæ sequuntur. Facilè quidem (si diaboli versutias, & sęculi vanitatem accuratè considerauerimus) quæcunque nos auertunt a facie Domini Dei Nostri, absque multo negocio poterimus effugere, et si quandoque ob nostræ carnis fragilitatem, & frequentes diaboli insidias fuerimus in peccatũ prolapsi, non reuertamur iterum, sed

A de pristinis præcemur, vt nobis dimittantur velut monet sapiens, Ecclesiastici 21. vbi dicit, quasi a facie colubri fuge peccatum, & si accesseris ad illud, suscipient te dentes leonis, & dentes eius interficient animas nostras. Pudeat nos, qui Christo nomen dedimus sic fore appetentes dominij, & dignitatum huius sæculi, vt qui nullam veri Dei cognitionem habuerunt, surgant in iudicio, & cōdemnent nos, velut legitur apud Va- *Val. Max.*
B lerium Maximum lib. 6. cap. 5. de Pittaco Mithyleneo, qui eum pro fecisset bellum, quod pro Romanis gesserat, postquàm pax victoriæ parta est, continuo reclamãtibus Mithylenesis, deposuit Imperiũ, ne Dominus ciuium vltra quàm Reipublicæ necessitas exegerat permaneret, sic etiam apud eundem lib. 4. c. 3. legitur de Fabritio Luscino, qui cũ multa a Samnitibus, quos vniuersos in clientelam habebat ob sua merita, & res præ-
C clare gestas accipere potuisset; omnia tamen remisit, continentiæ suę beneficio sine pecunia prædiues, sine vsu familiæ abunde comitatus, quia locupletem illum faciebat, non multa possidere, sed modica desiderare: aliorũ possent exempla ferri, qui diuitias, & honores sæculi respuerunt. sed hæc pauca adduxisse sufficiat ad verecundiam, & confusionem nostram, quibus vnum satis esse deberet Saluatoris nostri exemplũ, quem
D cum vellent populi ab eo satiati facere regem, solus fugit in montem orare.

Tandem, si vis ab eiusmodi hostibus liberari recipe antidotum, quod proponit Dauid ps. 18. vbi ipse dicit, laudans *Psal. 18.* inuocabo Dominũ, & ab inimicis meis saluus ero: A quibus nam inimicis? non quidē ab inimicis visibilibus, cuiusmodi sunt homines, sed ab inimicis inuisibilibus, quales sunt caro, mundus, & demon: sed quo gladio poterimus eos
E vincere? non gladio visibili, quo possumus hominem percutere, sed gladio inuisibili, hostem inuisibilem quæramus interimere, & quis nam est iste gladius inuisibilis? dicit August. in lib. de verbis *Quo gladio* domini, sermone 8. dicitur esse ipsa laus *possumus* Dei, hic est modus, hæc est via, qua de- *vincere de-* monem possumus interficere, in sacrifi- *monem.* cio videlicet laudis, inquit Augustinus

nolo

noli pedem extra hanc viam mittere, noli ab hac via recedere a laude inquam Dei neque vnguem moue, ne dum pedem. Sic itaque docemur, qua ratione, quo antidoto possumus demonem, & reliquos hostes inuisibiles repellere, & ita repellere studeamus, vt nulla nobis sit cum illis ineunda societas, neque ad eorum conuiuia vlla vnquàm ratione accedamus, nec demus callidi hostis locum Tyrannidi.

Caput tertium.

SEd quoniam in progressu huius tractationis diximus superbiam, & honoris appetentiam esse caput vnum, & velut principium aliorum scelerum, & hoc est propriũ, & peculiare negocium ipsius demonis visum est super hâc materiam apponere vnum verbum, quod videlicet eiusmodi honoris appetentia non est vndequaque criminosa.

Primum, quia Paul. 1. Timoth. cap. 3. habet hæc verba, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Deinde Isaias cap. 60 dicit Deus: Ponam te in superbiam seculorum, vbi D. Hieron refert dari superbiam bonã, & malam. Et Prouerb. 8 dicit Sapientia. Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ, & iustitia, D. Aug. Hom. 11. non videtur omnino accusare, & damnare superbiam, igitur non est semper fugienda; In contrarium verò vniuersa ferè Scriptura eam damnat, & inter vitia capitalia constituit. Quare dicendum, quòd appetere honorem, & propriam excellentiam pro beneficio, & vtilitate proximorum, per debita media, & citra iniuriam alius benemeriti, non dicitur esse peccatum; secus autem sic. Et ne recedamus a doctrina D. Thomæ in quęst. de malo, quæst. 8. diximus, quod appetitus excellentiæ secundum regulã rationis diuinitus informatæ est appeti-

Prou. 8.

A tus rectus, & bonus, & ad magnanimitatem pertinens, iuxta illud Apostoli, 2. Cor. 10. nos nõ in immensum gloriamur, &c. & cap. 12. si voluero (inquit) gloriari non ero insipiens: veritatem enim dicam, vnde si Episcopus quęrit, & exercet quæ ad propriam excellentiam attinent, non debet existimari superbus, immo si ea non quæreret, & expeteret, diceretur pusillanimis, & vecors. Quare prudenter cautum fuit in

B Conc. Trid. Sess. 25. q Episcopi, tam in Ecclesia, quam extra suum ordinem, & gradum retineant, & Principes tãquam filios paterno honore prosequantur. & in Conc. Cõstantinopolitano. 8 can. 14. fuit similiter statutum, ne Episcopi, tam Principibus, quàm viris militaribus obuiam longiùs ab eorum Ecclesijs procedant nec a mulis, aut curribus, seu equis descendant in occursum eorum, aut timide, abiectoque animo coram illis ge-

Con. Trid. s. ss. 25.

C nua flectant, vel ante genua procedant, velut adoraturi, immo verò non accedant ad mensas secularium Principum, sed eum omni modestia, quæ spiritualem decet dignitatem officia omnibus, & debita exequantur. Quod verò Esaias, & liber Prouerb. videantur extollere superbiam, dicendum, quod aliquando superbia sumitur pro splendore, & magnificentia, & sublimitate alicuius rei, sicut aliquando solemus dicere aliquam domum speciosam, & amplam,

D domum superbam. Caietanus etiam dicit, quod superbia aliqua est consumata, & perfecta, & hæc est peccatum mortale, aliqua verò superbia imperfecta, & hæc est peccatum veniale: sed breuius dicendum, quod superbia propriè dicta est vere peccatum, & omnino detestandum, superbia vero impropriè dicta, non ita, & hæc de conuiuio demonis, & de alijs conuiuijs huius Mundi metaforice sumptis, dixisse sufficiat.

E

DE CONVIVIO SECVNDVS TRACTATVS,

Ideſt de Honeſto, & Laudabili Conuiuio.

CAPVT PRIMVM.

Oſteaquam locuti ſumus de Conuiuio profano, realiter, & metaphoricè ſumpto, nunc in hoc ſecundo tractatu huius opuſculi, conſequenter (iuxta noſtrum inſtitutum) loquemur quantum ſatis fore cognouerimus de Conuiuio honeſto, laudabili, & religioſo materialiter ſumpto, quod quidem facilè erit ex ſuo oppoſito digno- B
ſcere, cum oppoſitorum ſit eadem ſcientia. Qui enim animaduerterit profanæ conuiuia, quæ ſint, & quas partes habeant, mox abſque vllo negocio agnoſcet, quæ ſint, & qualia debeant eſſe eorum oppoſita: In illis enim (iuxta varios ritus, & mores regionum, & nationum) variæ, & diuerſæ præparationes, & ritus fieri ſolebant, vt a principio in eodem conuiuio profano ſatis, ſuperq. diximus. Legitur enim. Vetus quædam C
conſuetudo apud quosdam, quæ in noſtra quoque tempora irrepſit, vt priusq̃ ad cõuiuium accederent, aliquo corporis exercitio ſeſe diſponerent, ac præpararent: id quod certè haud quaq̃ damnamus, cum pro ſola corporis valetudine id fiat. Dicit enim Galenus lib. ad Traſonem cap. 5. exercitationem eſſe ſanitatis ſeruatricem. Sic tamen vt eiusmodi corporis exercitia ſint honeſta, & laudabilia, ſiue in Paleſtra, ſiue in ludo D
paruę pilæ, quem dicit Galenus lib. 6. cap. penultimo omnes alios excedere, ſiue in venationibus, aut piſcationibus, aut quouis alio ludi genere, modo non ſit prohibitum, & ſcandaloſum, & qui ante conuiuium, vel ante prandium in ſtudijs bonarum artium, tum publicis, tum priuatis lectionibus, ac diſputationibus, et litterarijs concertationibus ſe-

Galen. ad Thraſ. c. 5.

Gal. lib. 6.

A ſe exercent, magnopere commendamus, et laudamus; ea nanque exercitatio eſt morum decentiſsima, in qua non ſolum corpus fatigatur, ſed etiam anima oblectatur: eodem lib. c. 3. Nec Diui Pauli ſententia quenquam moueat dicentis, quod corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, quoniam loquitur cõferendo illam ad aliud genus operis, et exercitij, cuiusmodi eſt pietas, pœnes quam qui minus ſunt habiles, et idonei
B ad priora exercitia capiunda poterunt commodius exerceri, verbi gratia, ſi loca ſacra, ut Eccleſias, hoſpitalia, et domos infirmorum viſitent, aut diuinis officijs vacent, et ſi fuerint ſacerdotes, ſacra facere, aut pauperum neceſſitati prouidere ſtudeant. Neque vnquam horarias preces, aut numerarias intermittant, neque adeo curent cibum ſumere, quin prius corpus ieiunijs, et alijs bonis operibus exercere meminerint. Eiusmo-
C di .n. corporis exercitatio eſt vtriusque hominis uis, et inſtauratio, ſed poteſt fieri aliquod opus corporale tãta cum pietate, et charitate, quod exercitatio corporalis erit potior, et utilior, quam pietas. Sed per ſe loquendo pietas eſt longe præſtantior quocunq. exercitio corporali non quidem ludo pilæ aut alijs huiusmodi, ſed exercitijs corporalibus quæ ſunt ad profectum animæ: & hoc ideo quia pietas eſt imitatrix diuini of-
D ficij quod eſt, plus alijs prodeſſe q̃ ſibi ipſi. Pro intellectu huius reruide D. Auguſti lib. 1. de moribus Eccleſiæ cap 33. et D. Thom. in expoſitione huius epiſtolæ. Deinde cum proximè ſunt ad conuiuium acceſſuri, uiri honeſti, laudabiles, ac religioſi, proprięque ſalutis non immemores præcantur Deum det illis eſcam in tempore opportuno, et quæ de ſuis muneribus fercula ſunt accepturi,

Aug. de moribus Eccleſia cap. 33.

ri, benedicere, et sanctificare, dignetur, ut quęcunque illi comederint, non ad uentris ingluuiem, sed ad solam corporis, et animi refectionem, et uirium substentationem assumantur, quo facilius eidem inseruire, et quoscunque labores, et angustias ualeant pro eius obsequio utiliter, ac libenter ferre, et sustinere. dicit enim Diuus Chrysostomus, quod conuiuium, quod a præcatione incipit, et in precationem desinit, nunquam deficiet, sed quo uis fonte ubertius omnia afferet bona; Qui postmodum cum accubuerint, donec inde exurgant, aliqua sanctarum scripturarum lectio, vel sermo perpetuo habeatur, ut est in veteri more apud omnes viros probos, & religiosos, aut quicquam aliud, vel legendo, vel colloquendo conferatur; Quod vel ad mores componendos, vel ad vitam piè, ac religiosè traducendam spectare iudicatur, & hoc ideo efficitur ne solę fauces sumant cibum, sed & aures esuriant Dei verbum. Vnde Beatus Possidius refert de Beato Augustino quod in ipsa mensa, magis lectionem, vel disputationem, quam epulationem, potationemque diligebat, & hac ratione omnem conuiuam a superfluis, & noxijs fabulis, ac detractionibus se se abstinere debere admonebat. secutus, Beati Pauli sententiam Hęb. 13. d. optimum est gratia stabilire cor non escis, quæ nihil profuer ambulantibus in illis: Eæ sunt huius honesti conuiuij consuetudines, & sanctæ leges, tum ante conuiuium, tum inter ipsa conuiuia, longa temporum serie inuiolabiliter obseruatę, id quod diximus plerosq. ex Ethnecis aliquando obseruasse, sed longe diuerso modo, & diuersa intentione; nos quidem tanti patris regulam secuti, nulla ratione hunc morem prætermittimus, quòd si qui forte prætermiserint ipsi viderint, vel potius videat Dominus, & requirat. Nos quidem optime recordamur Paulum Tertium summum Pontificem, & fel. recordationis vniuersalis Ecclesiæ præsulem præstantissimum dum recumberet, iussisse coram se fieri disputationes a grauissimis doctoribus, ac Theologis de quæstionibus Theologicis, & de dogmatibus ad

A Catholicam fidem pertinentibus, deque alijs rebus ad veritatem fidei, & bonos mores stabiliendos pernecessarijs sic plerosq. alios viros graues, & eruditos fecisse legimus; ille autem misericors, & miserator Dominus dat escam timentibus se; ex quibus iam primum facilè patet differentia inter vtrunque conuiuium, honestum scilicet, & profanum. Quod quidem genus Conuiuij honesti credendum est fecisse Loth duobus Angelis, qui venerunt Sodomam.

B Scribitur enim Genesis 18. quòd cum videret eos Loth, tanquàm peregrinos, & ad sunas illos excipiens surrexit, & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terram, & tandem illos compulit, vt diuerterent ad eum, & fecit conuiuium, & coxit azima, & comederunt; sic, & pater Abrahã in die ablactationis filij sui Isaac legitur fecisse grande conuiuium, vt pote sanctum, honestum, ac maxime religiosum. *Gen.18.* *Gen 21.*

C Non existimo aliud fuisse conuiuium, quod Bathuel, & Laban poetis, & seruis ipsius Abraæ præpararunt, dum sumpsit Rebeccam pro vxore filij sui Isaac, neque secus arbitror fuisse conuiuium, quod fecit Ioseph fratribus suis, dum moraretur in Aegypto, quanquàm ipse cum pueris suis, noluerit manducare cum eisdem fratribus suis, sed seorsum, quia vt habetur Genesis 43. illicitum erat Aegyptijs comedere eum Hębreis, quod quidem dicebatur illicitum ex parte Aegyptiorum, non ex parte Ioseph, & suorum fratrum; huius quoque generis fuisse *Gen.24.* *Gen 43.*

D existimo, quod parentes Sansonis fecisse leguntur, vt habetur libro Iudicum cap. 14. per septem dies continuos dum scilicet acciperet vxorem de filiabus Philisthijm, neq. tamen ideo inter profana est reputatum; quoniam patet expresse illud Dei voluntate fuisse peractum; *Iud.c.14.*

E tametsi parentes eius, vt habet textus, nesciebant, quòd res a Domino fieret. Inter eadem conuiuia reponendum puto, quod fecit Tobias, vt habetur in eo libro cap. 7. Vbi legitur, quod postea quam fuerant epulati benedicebant Deum; sic etiam puto fecisse filios Iob de quibus legitur cap. primo, quod faciebant conuiuia per domos, & *Tob.c.7.*

 familias

familias sororibus, & propinquis suis, vt supra quoque diximus. Potest inter hæc conuiuia etiam referri, quod fecit Salamon 3 Regum cap. 3. cunctis famulis suis, posteaquàm obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas.

Sed omissis conuiuijs, quę plurima legimus a Patribus veteris testamēti fuisse peracta, ceu typos, & figuras conuiuij illius purissimi, & sanctissimi, quod futurum erat in noua lege. Legimus apud D Lucam cap 5 magnum conuiuium factum fuisse in domo Leui, cui licet multi Publicani interfuerint, quia tamen Christus Dominus Noster fuit & ipse præsens, & qui eundem inuitauerat fuit vocatus a Domino, & secutus est ipsum non est (mea quidem sententia) inter profana recensendum. Legitur apud eundem Lucam cap. 14 de alio conuiuio facto in domo cuiusdam Pharisæi, vel Principis Pharisęorum, in quo Dominus Noster restituit sanitati quendam hidropicum, qui erat ante illum, & dedit quædam præcepta, & docuit eos, qui fuerant inuitati ad nuptias, quo loco essent discubituri; sed ante hæc duo conuiuia legitur apud Ioan. cap. 2. de alio conuiuio facto ratione nuptiarum in Cana Galilęæ, quo vocatus fuit Iesus, & discipuli eius, vbi conuertit aquam in vinum. Non loquor de conuiuijs illis mirabilibus, & supra omnem fidem admirandis, dum ex septem panibus, & paucis pisciculis satiauit Dominus quasi quatuor millia eorum, qui manducauerant, & posteaquàm manducauerunt, & satusati sunt, sublatæ fuerunt septem sportæ de fragmentis, quæ superauerant, vt habetur Marci 8 cuius admirabilis conuiuij hodie meminit Ecclesia. Nec de altero conuiuio longe mirabiliori. & præstantiori de quo loquitur Ioannes cap. 6 & reliqui omnes Euangelistæ, ubi ex quinque panibus ordeaceis. & duobus piscibus, satiauit quinque millia hominum exceptis paruulis, & mulieribus, & postquàm impleti fuere collegerunt ex fragmentis, quæ superfuerunt his, qui manducaueran duodecim cophinos fragmentorū. Non loquor inquàm de his duobus conuiuijs, quę fecit Christus Saluator Noster, quia alius erit de his tractandi locus proprius & pcipuus.

Luc. cap. 5.

Luc 14.

Ioan. c. 2.

A

Hæc sunt conuiuia, quæ nos colere suspicere, & venerari oportet, quæque ibi contigerunt pro viribus imitari, & nulla caussa præterire; legimus enim priusquàm conuiuæ manducarēt, quòd accepit Iesus panes, & cum gratias egisset distribuit discumbentibus, & qui manducauerant, cum vidissent, quod Iesus fecerat signum dicebant, quia hic

B est vere Propheta, qui venturus est in mundum, sic & a nobis fieri debet, dum inimus conuiuia, vt plerique omnes, qui Dei notitiam, & aliquem timorem se habere profitentur, faciunt; qui peracto, & expleto conuiuio gratias agunt, & non, vt hi, qui posteaquàm fuerint abunde epulati, & bene saturi, mox arripiunt taxillos, & aleas, & alia ludorum genera, in quibus magno eorum dedecore, & opprobrio, nec sine magno, &

C incredibili rei familiaris incommodo, ac detrimento, totos dies, & longas noctes insumunt, & alia quędàm ridicula, pariter, & monstruosa faciunt, quæ hoc loco recensere erubescimus, præsertim cum supra aduersum eos locuti fuerimus; & vero longe honestius, & laudabilius agere, iure optimo censentur, qui post epulas aliqua inter sese de rebus familiaribus, ac domesticis vel de his, quę pro Republicę vtilitate,

D re, & honore colloquia quędam in ermiscent, sed quidam religiosius multo, & commendabilius aliquem sermonem super dictis Apostolicis, & Euangelicis habere consueuerunt. Quem laudabilem morem, & consuetudinem Pius Quartus Pontifex Maximus fuit aliquando secutus; Hic nanque Summus Pontifex, sub cuius Pontificatu, & quo iubente, ac decernente absolutum fuit Tridentinum Concilium multis retro

E annis inchoatum semel, atque iterum, intermissum, hic inquàm iubebat post prandium coram se de misterijs diuinis haberi sermonem. Quem Pontificem non pauci post modum viri Ecclesiastica dignitate suffulti sunt imitati. Nos quoque haud quaquam sumus ab eorum more, & consuetudine diuersi, quippe, qui post prādium, aut cęnā Deo

Pius Quartus iubebat post prandium de re-bus diuinis sermonem haberi.

mos

mox gratias agimus de vniuersis beneficijs, quæ tunc, & antea, & omni quoque tempore, benigne, & liberaliter a benigna, & clementi eius manu suscipimus. Memores etiam verborum Beati Pauli
1.Cor 10. Apostoli, qui 1. ad Corinth. cap. 10. ita præcepit dicens, siue manducatis, siue bibitis; siue aliud quid facitis omnia in gloriam Dei facite. Super quibus verbis Beatus Ambrosius serm. 43. dicit. (Amb. ser. 43.) Videte fratres, quale voluit esse conuiuium; Apostolus, vt magis fides Christi, quàm prandij sagina commendatur, vt plus reficiat hominem Dei frequens inuocatio, quàm epularum multiplex, & copiosa collatio; sicut etiam dixit idē Apostolus ad Hebræos 13. c. cuius verba paulo supra adduximus. Nos itaque cum pransi fuerimus, Dei beneficentiæ, & liberalitati gratias agamus, quippe qui nos haud quicquam merentes vtroque refecit cibo, cibo inquàm corporali, & cibo spirituali; hunc in modum, & his eisdem actionibus adornari solent, & institui honesta, & religiosa conuiuia, vt scilicet, priusquàm ad mensam accedamus, vel dum actu epulamur, & postea q̄ fuerimus refecti laudemus Deum, & ei gratias agamus (id quod semper facimus) tanquàm largitori omnium
Tertull. bonorum. Tertullianus etiam in Apologetico aduersus gentes, quæ deridebant conuiuia Christianorum dicit hæc verba, si honesta est caussa conuiuij, reliquum ordinem disciplinæ extimate quid sit de religionis officio, nihil vilitatis, nihil immodestiæ admittitur, non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur, editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est vtile, ita saturantur, vt qui meminerint etiam per noctem Deum sibi esse adorandum, ita fabulantur, vt qui sciant Deum audire, post aquam manualem, & lumina, vt quisque de scripturis sanctis: vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere: Hinc probatur quomodo biberit, & quę oratio conuiuium dirimit. Inde disceditur non in caternas cæsionum, neque in classes discursationum, neque in excepriones lasciuiarum, sed ad eandem curam modestiæ, & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint, quàm disciplinam. Hæc Tertullianus, & pleriq. alij huius generis auctores ita scripserunt, & affirmarunt. D. etiam Chry- (Chrysost.) sost. vt supra dicebamus, vult post conuiuium gratias agamus Deo: absurdum enim fuerit, inquit ipse, si famuli nostri quando partem aliquam eorū, quæ nobis apposita sunt acceperint nobis gratias agant, beneq̄ nobis precantes abeant, nos cum tot tantisq. fruamur bonis, ne hoc quidem hono is Deo persoluamus, præsertim, eum hinc multam simus assecuturi securitatem; vbi enim præcatio, & gratiarum actio, eo sancti spiritus aduenit gratia, abiguntur demones, & omnis aduersaria potestas diffugit, ac discedit. Qui se conuerterit ad orandum, non audebit quicquàm absurdè loqui, ne in medio quidem conuiuio, aut si locutus fuerit mox resipiscet. Proinde oportet, tum in initio, tum in fine conuiuij gratias agere Deo, ob hanc precipuè caussam, ne facilè prolabamur in ebrietatem, hæc D. Chrysostomus.

Caput secundum.

SEd postcaquàm ostendimus, quæ, & qualia sint honesta conuiuia, & qui- (Quales debent esse cōuiua.) bus nominibus distent a profanis, consequenter ostendendum duximus, qui, & quales debeant esse huius conuiuæ; sed prius notandum, quòd ait Seneca Epistola 47. quod in conuiuio quidam sunt inuitandi, quia digni sunt, vt hospitio, vel conuiuio nobiscum sint, quidam vero sunt inuitandi non quòd digni sunt, sed vt quandoque digni fiant, & habeantur simile huic dix. Augustin. 8. Trin. cap 8 quòd homines non sunt amandi, nisi quia iusti sunt, vel vt iusti sint, & sic seipsum quisque amare deber, & alij quidam viri graues, & magni nominis dixerunt, hoc maximè obseruandum fore in conuiuijs, vt non nisi homines ingenui, & generosi animi vocentur ad conuiuium; sed omissis aliorum sententijs, & authoritatibus, videamus, quos Dominus Saluator noster velit ad conuiuium debere vocari: Inquit enim apud Lucam cap. 14 cum facis pran- (Luc. c. 14.) dium, aut cœnam noli vocare amicos

suos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, diuites, ne forte te, & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio, sed ait, cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cęcos, & Beatus eris, quia non habent retribuere tibi; quibus ex verbis liquet (iuxta praeceptum Saluatoris) qui sint inuitandi, qui vero minus; sed paulò post in eodem capite habemus, quòd aliqui non solum sunt inuitandi, verum etiam compellendi, vt conuiuatum nobiscum veniant, nõnullos vero legimus suo arbitrio relinquendos, & permittendos, vt abeant in viam suam; vt autem horum verborum verum, & genuinum sensum habeamus, videndum est quid per debiles, & pauperes, & huiusmodi genus hominum, quos enumerauit, sit intelligendum iuxta litteram: Vnde per pauperes, & debiles intelliguntur quicunque aliorum ope, & subsidio indigent, quippe, qui non habent vnde retribuant, & possint rependere vices, & hoc quidem est officium pietatis, & misericordiae. Per pauperes speciatim, & signanter, qui graui inopia, & aegestate laborant intelliguntur. Plerique tamen inter paupertatem, & aegestatem ponunt differentiam. Cicero in Paradoxis; per debiles vero, qui corporis viribus adeo sunt imbecilles, vt nulla ratione sibi ipsis queant victum parare, claudi vero dicendi sunt ij, qui res suas optimè norunt, at sunt valdè socordes, & ignaui ad rem communicandam, & administrandam; ceci verò possunt nuncupari, qui adeo sunt animi viribus destituti, vt nec ipsi queant agnoscere, ac potiri re sua, vt par esset: proinde grande beneficium illis praestatur, dum eisdem manus adiutrices interdum adhibentur, idcirco sequitur in textu Euangelij, Beatus erit, qui hoc hominum genus vocat ad conuiuium, & confert illi aliquid subsidium, quia manducabit panem in Regno Dei. Haec sint dicta iuxta sensum litteralem; sed iuxta sensum spiritualem, & allegoricum secus dicemus, vt postea patebit. Lactantius quoque Firmianus in lib. 6. de vero cultu cap. 12. conformiter dictis Euangelij. Proprium (inquit) opus iustorum est alere pauperes, redimere captiuos, cum apud iniustos, si qui ea faciant, graues, & magni appellantur his n. maximè laudis est benefacere, quos nemo sperauit esse facturos: Nam qui bonum facit, vel consanguineo, vel proximo, vel amico, aut nullam, aut certè non magnam laudem meretur, quia facere debet, sitque impius, ac detestabilis, nisi fecerit, id quod ab eo, & natura ipsa, & necessitudo exigit: sic etiam apud Matth. cap. 5. dicebat Saluator, si diligitis eos, qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne, & Ethnici hoc faciunt? qui autẽ aliquod bonũ facit alieno, & ignoto, is uerè dignus est laude, quoniam, ut faceret, sola ductus est humanitate. Ibi ergo Iustitia est, ubi ad benefaciendum necessitatis vinculum nullum est. Nos autem Christi doctrinam sequti, dicimus, id nõ solum opus esse humanitatis, verum pietatis, & misericordiae, nec non ratio est, vt eum dignitatis apicem attingamus, quo simus filij Patris Nostri, qui in coelis est, & ita simus perfecti, sicut, & Pater Noster coelestis perfectus est: sed haec omnia, quae hucusque diximus, vt scilicet homines pauperes, & egenos admittamus ad conuiuium, iuxta illud Psalmi. Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, haec inquam omnia benè habent; sed dubium est, & rationabile quidem, cur prohibemur ad Conuiuium vocare amicos, fratres, & consanguineos nostros, cum Pau. Apost. 1. Thimoth. 5. dicat, si quis suorum curam non habet, & maxime domesticorum, hic fidem abnegauit, & est infideli deterior; propterea dicendum, Christum non prohibere amicos, & affines, aut etiam diuites ad conuiuium vocari, sed vult innuere haec conuiuia non esse meritoria, cũ non fiant propter Deum, sicut quando pauperes aduocantur, id quod propter Deum solùm fieri videtur, & si nonnunquàm ob alias caussas turpes, & ignominiosas fieri contingat: Vnde & Augustinus super eisdem verbis digreditur, & inquit, quòd rogandi sunt, & parentes, & vicini ad prandium, vel cęnam, sed rarius rogandi sunt, & non nimis sumptuosa, & delitiosa, sed tam parua, & sobria, vel honesta debent illis

Marginal notes: *Pauperes, debiles, claudi, & ceci qui sint.* — *Lact. lib. 6. cap. 12.* — *Matth. 5.* — *Psal. 40.* — *1. Tim. 5.* — *August.*

Mis præparari, conuiuia, vt remaneat, vnde possint pauperes refici, vnde possit aliquid indigentibus erogari, vt cum dies iudicij venerit, non cum impijs,qui nunc pauperes despiciunt audiamus, discedite a me maledicti in ignem æternum; sed cum iustis, & misericordibus audire mereamur. Venite benedicti Patris mei percipite regnum, nec tibi videatur mirum,inquit Augustinus,quod pauperes ad conuiuium sint inuitandi, quia si tam pauper, quam Diues, si benè egeriut ad eandem beatitudinem pariter perueniunt. Quare pauperes non queant tecum capere cibum, qui tecum accepturi sunt regnum? & quare pauper non accipiat veterem tunicam, qui tecum est recepiurus immortalitatis stolam,quare pauper non mereatur panem tuum, qui tecum meruit accipere Baptismi Sacramentum: cur indignus accipere reliquias ciborum tuorum,qui tecum ad conuiuium inuitatus est angelorum, cur autem in eodem loco prohibuerit vocari amicos,aut affines iam dictum est, sed si quis non modo propter gradum affinitatis, vel amicitiæ,verum etiam vt exerceat opus pietatis,& misericordiæ eos aduocet, & in aliquem laudabilem finem, dubio procul & ipse merebitur aliquid apud Deum; sed videamus oportet, si qui sunt alij quos citra culpam, deceat, aut non deceat vocari ad conuiuium. Beatus Ambrosius lib 1. offic. cap. 20 præcipit aut saltem monet declinanda esse extraneorũ conuiuia; quandoquidem horum conuiuia occupationes habent, cum etiam epulandi produnt cupiditatem, surrepunt etiam fabulæ de sæculo, ac eius voluptatibus, claudere aures non potes,prohibere, putatur superbiæ, surrepunt etiam præter voluntatem pocula, quare melius est eos non vocare. &c. Non sic tamẽ eius verba sunt intelligenda,quasi velit nos minus hospitales fore, & peregrinantibus charitatem, & pietatem subtrahere, & velut ipsemet dicit.consilium istud declinãdi extraneorum conuiuia, potius actionibus Ecclesiasticis, & præcipuè ministrorum officijs conuenire arbitror: quàm cæteris hominum generibus, vt ea cautione nullus sit op-

Amb.lib.1. offic.

A B C D E

probrio locus; nanque nihil magis sacris in litteris commendatur,quam ipsa hospitalitas, qn Dominus Noster apud Matth. 25.commendat eos, qui hospitio eum receperunt, dicens hospes fui, & collegistis me, & eos pariter damnat, qui eum hospitio noluerunt recipere, & D.Paul. ad Rom 12 commendat ipsam hospitalitatem, & ad Hebreos 13. similiter inquit, beneficentiæ, & communicationis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus,& in principio eiusdem capitis habetur eadem verba longe manifestiora dicens Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci; per hanc.n. placuerunt,quidam angelis hospitio receptis; Sed dicet forte quis pro D. Ambrosio, non negat ipse per verba superius adducta hospites,& peregrinos esse recipiendos; sed negat, & prohibet eosdem passim ad conuiuia, & epulas admittendos. Beatus etiam August ser. 1. feriæ quintæ,post primam Dominicam: in Quadragesima Nolite(inquit)negligere peregrinos, ne fortè sit Christus, quem vos excipere noluistis; sunt ergo hospites,& peregrini hospitio excipiendi, eo modo, quo diximus, nec solùm excipiendi, verum, & quai loq. cogendi,quemadmodum ex hac parabola Saluatoris nos colligimus, & ceu apud Lucam legimus, quòd, cum Christus fuerit inuitatus à duobus discipulis euntibus in Emaus, vt maneret cum illis, quia iam ad vesperascerat, & ipse finxisset se longius ire coegerunt illum, dicentes, mane nobiscum Domine, &c. Sic itaque, & nos facere decet, si plenè, ac perfectè humanitatis pariter, & pietatis velimus erga proximos exercere officium; sunt enim conciues, & propinqui ex quadã benignitate, & pro iucunda amicitia, & familiaritate inuitandi, quandoque, & præsertim, qui sunt debilioris fortunæ, & humilioris conditionis, vti sunt pauperes, debiles, & aliqui in seipsis impotentes ad omnia, ac inhabiles; qui autem hoc humanitatis, & pietatis genus supergredi, & seipsos excedere, & cunctis se admirabiles, & magnificos volunt præbere,non solum, quos diximus in triuis, & plateis per ci-

Matth. 25

Rom 12.
Heb.13.

August.

Luc.24

uitatem obambulantes, sed plerosque etiam extra ciuitatem, per vias, & sæpes procul abeuntes, & aberrantes non inuitare modo, sed & compellere necessum est, & introducere in domum nostram, vt hac ratione quantum Deum imitemur possumus, apud quem non est acceptio personarum, neque seruus, aut liber, neque diues, aut pauper, &
Gala. 6 Diuus Paul. ad Gal. 6. nos monet, dicens, dum tempus habemus operemur bonum, ad omnes, maximè autem ad B domesticos fidei præter eos, quos diximus ad conuiuium admittendos, sunt etiam viri sacris muneribus, & officijs dedicati, vel addicti, cuiusmodi sunt Episcopi, curam gerentes animarum, clerici, ac Sacerdotes, qui, & ipsi sunt omni honore, & reuerentia prosequendi, & quandoque ad honesta, & religiosa conuiuia non admittendi solùm, verum etiam magno cum affectu rogandi, ac pertrahendi, seu compellendi, nec C que enim postea quàm Christus Pontifex Noster, & Sacerdos secundum ordinem Melchisedech conuiuijs interfuit, absonum videtur, si & ipsi Pontifices, Episcopi, & Sacerdotes, multò minus, si cæteri Clerici honestis conuiuijs quandoque vocati, intersint, quemadmodum eis iura permittunt, vt habes 42. distin. cap. non oportet; vbi dicitur: non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos ad Agapem vocatos partes tollere, & domum secum deferre, vel per D alium trāsmittere propter iniuriam, aut opprobrium quod ex hac occasione Ecclesiastico ordini posset attribui, vel imputari, vnde colligitur eos non prohiberi ad conuiuium accedere, sed ita se gerere vt nullus astātis offendant obtutū, sed ea præstare, quæ eorum modestiam deceant, & sanctitatem. Ex his patet, qui congruè, ac decenter sint ad conuiuia admittendi, nūc superest videre, qui sint E repellendi & nullo pacto ad ea accedere permittan.ur. Infideles primum pariter, & Iudęi, nec non hæretici, & scismatici sunt a nobis longe procul euitandi; sic
Matth. c. 10. n. docet Saluator apud Matth cap 10. dum præcipit Apostolis, dicens in viam gentium, ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis; per quæ

A duo diuersarum nationum nomina facilè comprænduntur infideles, & hæretici pariter, & Scismatici: Samaritani enim erant à Iudæis segregati, velut hæretici, & Scismatici secte Iudęorum, quod si phibet Christus Apostolos suos in viam gentium abire, & eorum ciuitates ingredi, multò magis prohibuit eosdem ad se aduocare, & ad suas ipsorum cœnas, & conuiuia admittere.

Deinde Paul. prima ad Corinth. 5. habet hæc verba, si is, qui frater nominatur inter vos est fornicator, aut auarus, aut Idolis seruiens, cum eiusmodi, nec cibum sumere; postea subdit, quid n. mihi de is, qui foris sunt iudicare; vbi ostendit, quod infideles omnino alieni a fide non sunt nobiscū vllo pacto commiscendi, & siue boni sint, siue mali penes mores, & rationem viuendi non est nostrum de illis iudicare, cæterum qui non credit, iam iudicatus est, multo igitur minus ad nostra conuiuia sunt admittendi, vel aduocandi. 1. Cor. 5.

Tertio. B. Ioannes in epistola sua 2. cap. 1. habet hæc verba alias a nobis adducta, si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, quā, supple nos prædicamus, nolite recipere eū in domum, nec aue ei dixeritis; qui. n. dicit illi aue, cōmunicat operibus suis malignis; manifestum est ergo ex his, cū infidelibus, videlicet. Turcis, & Saracenis, neque cū cum Iudæis, & multò minus cum hæreticis, & scismaticis, nec non et cum publicè interdictis, & excommunicatis, velut ab Ecclesia pręcisis esse nobis conuiuandum, & Hierem 16 c. iussu Dñi præcipit, cu eiusmodi hominibus non esse conuiuandum; Sic. n. dicit, ne ingrediaris domū conuiuij, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos, quia abstuli pacē meam a populo isto d. Dñus. 2. Ioan. c. 1.

Postremo manifestè prohibemur cum Publicanis, & peccatoribus conuiuare. Primum quidem ex verbis Eccl. 9. Vbi legitur: viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio, similiter Eccl. 12. scriptum est, da misericordi, & ne suscipias peccatorem. Quid clarius dici potuit? Præterea Thobiæ 2. legitur, cum esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonū in domo Thobiæ Eccl. 9. & 12. Thob. 2.

dixit

dixit filio suo, vade, & adduc tecum aliquos de Tribu Nostra timentes Deũ, vt epulentur nobiscum; iubet quidem vocari quosdam ad conuiuium, sed explicat, qui sint vocandi, & ait, timentes Deum, non quoscumque, sed solum timentes Deum. Preterea huius dicti, manifestam fidem faciunt verba D. Pauli, mox adducta Prima ad Corint: cap quinto, vbi paulo supra dicit, ne commisceamini fornicarijs, non vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus &c. & post duos versiculos subdit, cum eiusmodi hominum genere, nec licet cibum sumere, & rectè quidem; Nam si Egiptij existimabant illicitum esse, & profanum manducare cum Hæbreis, cur non, & nos debe⁊mus plusquam profanum sacrilegum, & diabolicum admittere Hereticos, Infideles, & publicos peccatores ad nostra conuiuia?

Sed forte, quis dicet, non esse vsque adeo absurdum, & profanum manducare cum infidelibus, vt cum Turcis Iudeis, & Hereticis, quoniam D. Paul. prima ad Corint: x. inquit, si quis vos vocat infidelium ad cænam, & vultis ire, omne, quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam, ex quibus verbis apparet nullum esse incommodum apud Apostolum mãducare cum infidelibus.

1. Cor. x.

Deinde B. Ambrosius super Lucam cap. quinto asserit non esse prohibitum cum gentibus inire conuiuium, super illis verbis, non egent, qui sani sunt medico, sed, qui male habent. Rursus, neque etiam videtur: satis absurdum, & detestabile cum publicanis, & peccatoribus manducare, cum legamus apud sacros Euangelistas, saluatorem Nostrũ cum publicanis, & peccatoribus frequẽter manducasse & omnis Christi actio, nostra est instructio; nec refert eundem quandoque fuisse reprehensum à Phariseis; cum dixerunt discipulis suis: quare cum publicanis & peccatoribus mãducat Magister vester: Ad hæc, & huius generis obiecta, vnico verbo respondetur. Quòd scilicet cum Iudæis, cum Turcis, & alijs infidelibus, nec non et

A cum Hereticis, & Scismaticis, denique cum publicanis, & peccatoribus manducare licet, iuxtà exemplum Saluatoris, qui cum agnouisset quosdam ex Iudæis fore scandalizatos, quia cum publicanis & peccatoribus manducabat, vna cum suis discipulis, hæc verba protulit, non egent medico, qui sani sunt, sed, qui male habent. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores, respondit ipsemet, ad penitentiam scilicet;

B Quare si Christus Dominus Saluator, cum publicanis, & peccatoribus manducabat, & conuiuabat, non ut cum illis epularetur, sed vt eos ad penitentiã adduceret, & faceret eos quandoque mẽsæ cælestis participes, & Diuinæ gloriæ consortes, sic & nos facere poterimus, vt scilicet, cum omni reproborum, & malignorum spirituum genere manducemus, & epulemur, vt eos quandoque ad veritatis viam reducamus. Et prete-

C rea. si cum peccatoribus non oportet, aũt decet manducare, cùm nullo fere hominium hoc libebit, cum nemo dicatur immunis à sorde, neque infans vnius diei, neque sit homo, qui faciat bonum, & aliquando non peccet; vnde B Ioannes in Epistola sua prima cap. primo, hęc verba habet; si diximus, quoniã non peccauimus mendacem facimus Deum, & verbum eius non est in nobis, & paulo ante, si dixerimus; quoniam

D niam peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, sed verba, quæ sequuntur maximam, præbent nobis consolationem, vbi dicit, si confiteamur peccata nostra fidelis est & Iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Cum ergo dicimus cum peccatoribus, & publicanis non esse manducandum, sensus horum verborum est, vt eos peccatores omnino euitemus, quos pec-

E care delectat, & qui numquam de resipiscentia cogitant, sed scientes, & volentes, in malo perseuerant, & vt vno verbo dicamus, cum peccatoribus publicis, & obstinatis nullo modo conuiuandum; quia scriptum est, qui tangit picẽ, inquinabitur ab ea. & præ oculis sẽper est habendũ dictum illud prophetæ vulgatissimum, cum sancto sanctus eris,

& cum

& cum peruerso peruerteris, & facile dignoscitur hominum conditio ex conditionibus, & qualitatibus eorum, quibus cum perpetuam habeant necessitudinē. Nec absque caussa præmonnit Salamon prou: 42. d. non emuleris viros malos, nec desideres esse cum eis; & Dauid psal. 140. Rogabat Deum, ne permitteret, cum conuersari eunt hominibus operātibus iniquitatem, neque communicare, aut conuiuare, vt dicunt aliqui, cum electis, aut primatibus eorum.

Prou. 24.

Sed fortè quis dubitaret, an Turcæ cū cæteris infidelibus sint annumerandi, & cum eisdem non liceat vllo pacto conuiuare; cum ipsi prçter cęteros in eorum lege, quę uocatur Alcorā admittant, et recipiant quoscunque Prophetas, et asserant Christum Iesum esse summum, & principem super omnes Prophetas: dicant etiam, & confiteantur ipsum esse filium gloriosę Virginis Mariæ, & quādoquè etiam non vereantur, aut detrectant fateri eundem esse filium Dei. immò quandoquè asserunt sine Christo, & eius euangelio neminem posse saluari, & quòd ipse solus meruit sibi, & omnibus immortalitatem: Admittunt etiam multas ueritates, quas nos omnes Catholici predicamus, & tuemur, ut u. g. quòd sola fides non est sufficiens absq; operibus ad iustitiam, & salutem consequendam, & quòd gentes, & reliquæ nationes nequaquam sunt cogendæ ad fidem. Hæc & multa alia fatentur ipsi Turcæ, quæ neque Iudæi, neque Arabes, aut Saraceni, & multò minus Hæretici fatentur, sed aperto marte ea oppugnant, & pænitus expugnare, & ē. cordibus fidelium explodere, vel euellere totis viribus enituntur, quæ Turcarum positiones, & sententiæ passim habentur in eorum lege, quam supra diximus, vt diligenter, & accurate refert Illustrissimus D. Card. de Cusis, in eo libro cui titulus est: cribrationes Alchorani. Verum his non obstantibus arguo, probo, & assero Turcas esse Plusquam mendaces, infideles, & Christiani nominis hostes atrocissimos, & infensissimos, tametsi nonnulli existiment contrariū, vt refert præfatus author libro. 3. huius operis cap. 8. vbi dicit. Turcas detesta-

A stari quicunque persequuntur Christianos, sed hæ sunt nugæ, & exitus actā probat, propterea, vt diximus, premissis non obstantibus Turcæ sine dubio vel sunt infideles, & inter infideles debent citra controuersiam annumerari, sed aliquanto inferiores, aut minus mali, quàm sint Hæretici, Iudæi, ac Idolorum cultores, & ij qui ex Christianis aliquando deficiunt á fide, vt in expositione cuiusdam loci super Esaiam de mente D. Thomæ, & Caietani eius In
B terpraetis nos dixisse meminimus: & quamuis talia de Turcis ab illo Illustrissimo, & doctissimo Præsule adducta, videantur plurimum tueri caussam Turcarum, nihilominus parùm admodum constant, tum quia frequenter sibi ipsis contradicunt, tum quia de Deo primū, atque de Christo eius filio multas blasphemias effutiunt, & multas hæreses confingunt, ac pertinaciter tuentur neq;
C vllo pactò admittunt trinitatem personarum in vna & eadem essentia diuina, propterea neque cū ipsis est vllo pactò communicandum, aut ullo unquam tēpore conuiuandū. nihilo secius de multis ethnicis dicendum est, qui quamquā protulerint aut effutiuerint multas propositiones, & sententias valdè conformes, & quasi asdem cum dogmatibus, & assertionibus catholicæ veritatis, & fidæi, vt est videre apud Augustinū steuc-
D um in libro, quem edidit de perenni philosophia inter in fideles tamē sūt annumerandi quando non ipsi solum, verum, & demones quandoque de diuinis vera loquuntur. Exibant enim á multis demonia clamantia, & dicentia quod Christus est filius Dei, neq; ob id quisquam mirari debet, quādoquidē veritas á quocumq dicatur á spiritu sanctò est, ita propemodum de ipsis ethnicis dicendum est.
E Sed quoniam, vt dixi, iuxta parabolā Saluatoris satis patere potest, qui debeāt ad Conuiuium vocari, qui ve sint repellendi; numquid ex eadem parabola poterimus nosse, qui neque sint repellendi, neque etiam deceat eosdem inuitare? cui dubitationi facilè potest satisfieri, quemadmodum apud Lucam legimus, quosdam fuisse vocatos, & horū quidam

quidam venire noluerunt, & se excusantes, quòd propter alia negocia venire nō poterant, & quidam alij præter excusationes, iniuriis affecerunt seruos, qui eos vocauerāt, quin, & eos percusserunt, ita propemodum in communi hominum consuetudine, & inter nos ipsos aliquando vsu venire contingit, quidem cū fuerimus inuitati, illuc accedere non præsumimus, & quandoque etiam non uocati sponte illuc accedimus & si dum fuerimus vocati renuimus, mox à conuiuio sumus explodendi, quia beneficiū non debet conferri in inuitum; qui vero vocati nō solum venire recusant, sed iniurijs, & contumelijs, afficiunt, qui uocarunt, sunt procul à nobis deuitandi, & iuxta eorum merita acriter puniendi, sed de his inferius meliori occasione loquemur.

Caput tertium.

PRosequamur narrationem iam cœptam de Conuiuijs honestis, & Religiosis, & quæramus, an debeant esse crebra, & frequentia nec ne, cui dubitationi iam responsum est per verba Diui Augustini superius adducta; Neq; tamen existimes, si non modo frequenter, verùm singulo quoque die haberentur, ut plerosq. Ethnicos fecisse retulimus, peccatū esse mortiferū secundum se, es set argumentum duntaxat satis euidens animi penitus addicti huic ferculo, idest cereri & Baccho, & non omnino culpa careret, propterea congruit quandoque epulari, & simul conuiuare; at quotidie, vel nimis frequenter, valde quidē meo iudicio reprehendendum: Idcirco

Luc. c. 16. Diues ille Epulo apud Lucam 16. cap. iu stè reprehenditur, qui epulabatur quotidie. splendide. Debent igitur honesta conuiuia esse admodum rara, neque nimium sumptuosa, atque opipara. Nam vt dixit Seneca Epistola 2. fastidientis stomachi est plura degustare, & vbi fuerint varia, & diuersa obsoniorum genera, coinquinant potius, & conturbant, quam nutriant, & reficiant stomachum.

Cæterum videndum est quot cōgruè, & vrbane satis debent esse in conuiuio, cui dubio satis abunde nos fuisse locutos meminimus, dum ageremus de cōuiuio profano, nec opus est ea repetere. Veruntamen crediderim ego nullum certum, et definitum posse huic rei assignari numerum, memini me legisse apud quosdam Auctores, tot debere esse cōuiuias quot sunt gratiæ pariter, & musæ, quas volunt esse tantum tres, licet aliqui nouem esse censeant vnde Marsilius collegit ex multis authoribus, non debere confici ex paucioribus quam tribus neque ex pluribus quam nouem. Alij plures volunt esse conuiuas, vt iam alias diximus, & velut etiam refert Cœlius lib. xv. Antiquarum lectionū cap. 8. quamquam princeps, Rex, & Dominus Noster cum duodecim discipulis suis frequenter recubuisse legatur, quo numero L. Verus tale debere esse conuiuium ostenderit, vt in eo duodecim primum accubuerint, non erit forte. ab honestate, & ratione absonum, si is numerus conuiuantium tandem stabiliatur. Verum hac in re vnusquisque in suo sensu abundet. Sed quotcumque fuerint qui conuiuant; quoniam præsertim in Conuiuijs Clericorum, & Religiosorum, sunt aliquando plusquam centum, & nonnumquam longe plures, optarem quidem eiusmodi Conuiuia esse moderata, & ab omni fastu, ac super fluo sumptu prorsus aliena; quod sit mēsa frugalis, non exuberans, neq; minus habens, & laudabilis multo existimarē quòd quis magis esuriens, quam satur abscedat, e mensa, quem admodum refert Plutarcus ī vita Cleomenis, et quāquam describat Isaias, quale debeat esse Conuiuium, quod videlicet confici debet, et institui ex pinguibus, et medullatis carnibus, atque ex optimo vino, que duo sunt in Conuiuijs præcipua, quemadmodum legitur in Conuiuio Regis Assueri, Vinum magnificentia Regia dignum abundans, et præcipuum fuisse appositum, tamen apud nos sat erit modo conuiuium ita instituatur, quòd pauperes edant, et saturentur saturitate scilicet, quæ non excedat. Id tamen in conuiuijs nostris inuiolabiliter seruari oportet, quòd, et in Conuiuio Regis Assueri, et Cleomenis, iam mox adducti præceptum fuit, quod nemo scilicet

A eceſſit, qui nolentes cogant ad bibendū: ita ut Crapula, et ebrietas ſint valde procul á noſtris conuiuijs, velut etiā Paul: *Ephe∫. 5. c.* monet Epheſ. quinto dicens: nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini ſpiritu ſancto, et ad Rom: 14. *Rom. 14* bonum eſt, inquit, non manducare carnem, nec bibere uinum, et refert Spartianus de Dido quodam Iuliano, qui nulli addictus Religioni, oleribus tamen, leguminibuſque tantum contentus, ſine carne uiuebat, et habemus exemplū B *Dan. cap. 1.* Danielis primo cap. de tribus illis pueris, qui ueſcebantur: ſolis leguminibus, et potabāt aq̃, et Cic. lib de ſen. d. tm̄ cibi, et potus mēſis adhibendū, ut reficiātur uires, non autem opprimantur; et *Prou. 23.* prouerb 23. dicit ſapiens, noli eſſe in Conuiuijs potatorum, nec in commeſſationibus eorum, qui carnes ad neſcendum conferunt, quia uacantes potibus, et dantes Symbola conſumentur, et ueſtietur pannis dormitatio, et in calce hu- C ius capitis inquit, ne intuearis uinum, quando flaueſcit, cum ſplenduerit in uitro color eius, ingreditur blandè, ſed in nouiſsimo mordebit, ut coluber, et ſicut regulus uenena diffundet: Et profectò, *Quantū ſit ebrietas vitanda: & quam grauiter peccauerit, Noe & Loth 6. D Amb. lib de Helia & ieiunio.* q maximè potens, et noxiū uinum immodice ſumptum exiſtat, teſtimonio ſunt præcipui quidam Patres ueteris teſtamenti Deo alioquin gratiſsimi, et acceptiſsimi. legitur enim nono cap. Genes. D ſis, Noe uirum agricolam, et uinitorem cum biberit uinum, fuiſſe inebriatum, et ignominioſe nudatū patere in tabernaculo ſuo: ſimiliter, et Loth Gen: cap. 19. ſopore grauatum ob nimiam uini potationem cum duabus ſuis filiabus concubuiſſe, ex quarum altera genuit Amon, et altera Moab, quamquam ipſe non ſenſerit, quando concubuit, neq; dum filiæ è cubeli ſurrexerunt: et tres illi diſcipuli uide licet Petrus, et duo fi- E lij Zebedei, quos Chriſtus paulo ante paſsionem ſecum aſſumptos duxerat in montem Oliueti, reprehenſi fuerint ab eo, ut legitur Mat. 26. quia poſt cænam nimio ſopore grauati, non potuerunt una hora uigilare ſecum. Dici non poteſt, quam ſit peſtilens, et noxium ui- *Eccl. 7.* num immodicè ſumptū, cuius rei cauſſa non immeritò dicit Sapiens Eccleſia-

A ſtes. 7. melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum Conuiuij.

D. Pet. 2. 2. D. Petrus Epiſtola. 2. cap. 2. grauiter eos redarguit, qui delicijs ſuis affluētes, ī cōuiuijs ſuis luxuriāt, habētes oculos plenos adulterij. & inceſſabilis delicti.

Iudas Apoſtolus in Epiſtola ſua pariter damnat, qui ſunt in epulis maculæ conuiuantes, ſine timore paſcentes ſemetipſos, nubes ſine aqua, quæ à vento circumferuntur.

B *D. Ambro.* D. Ambroſius cap. 6 vbi loquitur de Abraam Patriarcha, monet vitandam eſſe ebrietatem, per quam crimina cauere non poſſumus: Nam quæ ſobrij caue- *Horatius* mus, per ebrietatem ignorantes committimus & rectè quidem Horat: inquit, res iubet eſſe ratas in prælia trudi, iner- *Ambroſius.* tem. & idem Ambroſius de Elia, & ieiunio cap xij dicit ſacrilegium ebrietati fore coniunctum, & ſicut mater fidei eſt continentia, ita perfidiæ mater ebrietas, C & cap. 14. inquit, vinū plus debito ſumptum, eſſe venenum, & longe peius cibos promittis, tormenta irrogas, vina prætendis. venena ſuffundis. Deniq. venenum vino excluditur, nō autem e cōtra, vbi etiā dicit maiorem eſſe iam vim quam veneni. Cum hactenus viderimus, qui, quot, & quales debeant eſſe conuiuæ dum honeſtè, & religioſe conuiuatur, occurrit nūc perquirere, & ſcru- *Vbi nam cō mode & honeſte fieri debent conuiuia.* tari quo in loco ſint congruè habenda D eiuſmodi Conuiuia, quo tempore, qua ue hora, et c. quæ ad huiuſmodi exactā diſcuſsionem uidentur pertinere. Prætermiſſo igitur more Antiquorum, de quo ſupra fuimus locuti, nemini dubiū eſſe poteſt, debere deligi loca honeſta, nitida, & ab omni ſorde expurgata. locus enim debet eſſe equalis locato; ſi enim Conuiuium debet eſſe honeſtum. purū, & Religioſum, vt puta probatorum hominum coetu oppletum, & collectum. E Sic etiam conuenit eſſe locum, vbi celebratur tale conuiuium; namq; ut habetur 2. Machabeorum 5. Deus elegit propter gentem locum, & non propter locū gentem: adeo quod propterea locus, in quo habetur conuiuium debet eſſe purus, & mundus, quia, qui illic ſunt comeſturi, & manducaturi ſunt homines probi, honeſti, & Deo dicati, ut benè de-

claraт

D. Tho. 2. 2. q. 99. ar. 3. clarat D Tho. 2. 2 quest: 99 ar. 3. in corp. secus autem contingit in conuiuijs prophanis, neq; enim in stabulis, ac diuersorijs, non in Criptis, & in fornicibus conuiuare decet, nisi cum necessitas vrget, vt tempore persecutionis Martirū, quādoque fieri necessum erat, sed in locis apertis, & illustribus fieri debent eiusmodi conuiuia, sed neque etiam in loco sacro, neq: sacris vsibus dedicato conuiuare licebit, nisi forte loquamur de conuiuio, quod fieri solet quotidie fit apud fideles in Ecclesia militante. In quo quidem conuiuio, cibus est substantia corporis Christi, vinum verò sanguis eius purissimus, et inmaculatus sub speciebus tamen panis, et uini, ut postea uidebimus. Neque permittatur sacerdotibus, et Episcopis, aut etiam Clericis, cuiusuis ordinis conuiuare In Ecclesiis, vt habetur 41. distinct. cap non oportet, nisi tamen, ut diximus ob aliquam instam, & rationabilem caussam, cū postmodum traducti erimus ad Ecclesiam quæ regnat in Cœlis, illic cibati erimus pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris, & potati erimus, et recreati: ne verò quis audeat in locis sacris eiusmodi Conuiuia parare. Testis est D. Paul: qui prima Corint. x reprehendit eos, qui in Ecclesiis epulabantur dicens, nonne habetis domos ad manducandum, et bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent? quæ D. Pauli increpatio, quamuis aliò forte derigatur, facilè tamen et absq. multo negotio potest huic nostræ speculationi adaptari; sed neque liceat alicui in agris, aut sub arboribus, seu propè fontes mensas instruere, contra quos ita coeuntes et conuiuantes insurgit, et vehementer excandescit B. Augustinus sermone 68 de diuersis, vbi habet hæc verba, quod aliqui, aut per simplicitatem, aut per ignorantiam, aut qd certè magis credendum est per gulam, de illis sacrilegiis, vel sacrilego cibo, q̄ secundum paganorum consuetudinem fuerit, manducare, nec timeant, nec erubescant. Propterea contestor uos (inqt Augustinus) corā Deo, et Angelis eius, ac denuntio, ne ad illa diabolica conuiuia, quæ aut ad phanum, ad fontes, aut

1. Cor. 10.

Aug. ser 68

A ad aliquas arbores fiunt umquam accedatis. Sed re vera vt dicam quod sentio verba D. Augustini referuntur ad eos, qui ob cultum falsorum Deorū, uel aliqua superstitione diabolica ducti, festinant ad eiusmodi loca explere vētrem. Legitur tamen Abraham fecisse conuiuium tribus Angelis ad Ilicem Mambræ seu in conualle Mambræ, vnde quis arguet fieri posse cōuiuia in quibuscūq; locis, modo nō sint fœdata, et cōspurcata, vel cultu Deorū, vel hominū pditorū cōmercio, id vero qd factū fuit ab Abrahā quoddā grande misteriū pſeferebat; sed vt à proposito nr̃o non discedamus, dicimus Cōuiuiū illud factū in Cōualle Mābrę, demōstrasse qualia sint futura loca, in qbus honesta, pura, et religiosa cōuiuia fieri debeant. Mābre n. ut ait D. August. serm. 70. de tēpore la tino idiomate significabat visionem, seu perspicaciam; vult igitur innuere hoc Abrahæ factum, ea conuiuia fore Deo grata, quę fiunt in loco puro, et mundo, et ab his, qui sunt puri, et mundi, quos uidet ipse Deus, et qui facile uident ipsum Deum. Iuxta illud Matt. 5 Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Mox diximus quo loco debeant conuenienter, et sine culpa honesta conuiuia præparari, nunc alia oritur contentio inter eos, qui de ratione habendi conuiuia sunt locuti, quo pacto vel situ, aut positione, (nescio quid dicam) idest, numquid sedentes, aut stantes, vel etiam cubantes debeant esse conuiuæ, dum epulantur, legimus enim Gen. 43. filios Isdrael in in conuiuio, quod parauit illis Ioseph, dū essent in Egipto, omnes consedisse iuxta primogenita sua, et minimum iuxta ætatem suam, Exodi 16. Similiter legitur quod filii Israel, dum essent in Egipto sedebant super ollas carnium, ex quibus profectò colligi potest, quòd sedētes manducabant, et 32. legitur, sedit Populus manducare, et bibere, et surrexerunt ludere, et Iud: 19. qd leuites quidā inuitatus à socero suo, sederunt simul, et comederunt, ac biberunt, et psal: 126. habentur hæc verba, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris, et prouerb 23. scriptum est, quando sederis, vt comedas cum Principe, dili-
gentes

Aug. ser 70 de tēpore.

Matt. 5.

Gen 43.

Exo. 16.

Iudicū 19.

ps 126.

Prou 23.

Eccl. 23.

genter attende, quæ apposita sunt tibi, et Ecc 23 Sic legitur, super mensam magnam sedisti, non aperias faciem tuam super illa prior, et multa alia huius generis testimonia habemus ex ueteri testamento, quibus probatur, aut elicitur, morem Priscorum fuisse in conuiuiis sedere, et nō stantes comedere, apud Ioannē cap. 4 legitur quod Iesus fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem, expectans nimirum discipulos, qui emerant cibos, ut afferrent, et sedens, petiit à muliere illa Samaritana, da mihi bibere. Verum est tamē (iuxta opinionem quorundam) quòd Christus Dominus Noster, dum inuitatus ad Conuiuium manducaret, lecto accumbebat: Nam legitur Lucæ 7. quòd ingressus domū Pharisei discubuit & quòd mulier, quę erat in ciuitate peccatrix allato alabastro unguenti; et stans retro secus pedes eius lacrimis coepit rigare pedes eius, et capillis suis tergere, eosdem pedes osculari, et unguento ungere, id quod multorū sententia fieri nequaquam potuisset, nisi Christus Dominus lecto recūberet: cōtra uero, cum Dominus Noster surrexit à mortuis, dicitur stans manducasse coram discipulis, qui sumēs reliquias dedit eis, quòd quidem stans, non sedens creditur fecisse. Filii etiā Israel dum comederent agnum paschalem stantes, illum edere dicebantur habentes calciamenta in pedibus, et tenentes baculos in manibus. Quare ex sacris litteris habetur, quandoque sedentes, quandoque stantes, et quandoque recumbentes, ueteres cibum sumpsisse, propriè uerò iacētes aliquos fuisse epulatos ex nostris non memini me legisse, nisi forte morbo graua os, quippe, qui non nisi iacentes possunt utcumq. cibari: Sed quicquid sit de usu ueterum si loquamur iuxta morem iam diu, et per longa tempora obseruatum, et usitatum, nulli præter eos qui ministrant, stare donec epulantur, & non sedere consueuerunt, nisi forte quis velit paruum quid pra gustare, & tentare id quicquam præassumere, præsertim, qui sunt aliquod negocium peracturi: de usu. vel abusu, etnicorum penes hunc situm in conuiuiis dictū est, in ea parte, qua locuti sumus de Conuiuio prophano, pro cuius ampliori notitia vide Coelium lib. 14 Anti. lect. cap. 58. solet etiam in dubium reuocari, qua parte mensæ maiores, & digniores debeāt locari, & cōstitui prætereo more Antiquorū, de quibus à principio sumus locuti, sed. iuxta nostrū, satis uetustū, & probatum morem, qui sunt maiores, & digniores summum in mensa, & præcipuū debent obtinere locū, & sic deinde vnusquisque penes suum gradum aut primogenituram, vel ætatem. Sic enim legitur 1 Reg. x. fecisse Samuelem, dum introduxit Saulem, & puerū eius in Triclinium. dicitur, quòd dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati, erant enim inquit, quasi triginta viri; alicubi locus inferior in conuiuio tribuitur Auctori, & Domino Conuiuij modestiæ, & vrbanitatis ergo. Dicunt aliqui locū medium, esse longè præstantiorē; videmus enim Episcopum sedere in medio præsbiterorū, & Clericorū, exemplo Christi, qui sedebat in medio Doctorum Lucæ 2. & hic est honor sedere in medio aliorum, quia locatus in medio cunctorum ad se trahit aspectum. Vt dicit Cassiodor. lib. 3. variarum epistolarum, & apud Numidas, erat honor, sedere in medio, ut refert Salustius in iugurtino. Et ferè semper legitur de Saluatore nostro stetisse in medio discipulorum suorum, ut memini me alias dixisse, & nos Religiosi, dum recūbimus in mensa, vel dū alias in vnum congregati conuenimus, locus superior, aut medius tribuitur Pręlato, & Superiori loci, & re uera locus medius est longe prestantior & nobilior quocumque alio. Sed quando ad publicas supplicationes procedimus, subditi omnes præcedunt, velut inferiores: Pręlatus verò post omnes, tamquam in digniori loco subsistit: legitur tamen apud Lucam cap. 14. eiusmodi consilium, siue præceptum, Dominum, & Magistrum Nostrum Christum Iesum dedisse, vt scilicet cum inuitati fuerimus ad nuptias, non discumbamus in primo loco, sed in nouissimo, ne cum venerit, qui nos, & alios inuitauerit, dicat nobis, da ei huic locum, & tunc oporteat cum rubore nouissimum locum tenere, tunc erit nobis gloria coram simul discūbentibus, quia omnis,

Margin notes: Io 4 cap. — Luc. 7. cap. — Cœlius lib. 14 cap 58. Alia dubitatio. — 1. Reg. 10. — Luc. 14.

omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur: & profecto hoc est optimum, & salutare consilium. Et Salomon prouerb. 5 inquit, ne gloriosus appareas coram Rege, & in loco magno ne steteris; melius est enim ut dicatur tibi ascende huc, quam, vt humilieris, & vitupereris, & deiiciaris coram principe, aut confundaris, dixit etiam Ecclesiastici 31. cap. ne extendas manum tuam prior, & inuidia contaminatus, rubescas, & quæ sequuntur. Seneca etiam lib. 1. de ira scribit aduersus quendam dicens, minus honorato loco positus irasci cœpisti conuiuatori, vel vocatori ipsi, qui tibi præferebatur, demens, quid interest, quam lecti premas partem? & honestiorem te, aut turpiorem pôt facere puluinum; quæ fuerit huius rei apud veteres consuetudo pariter, & disceptatio, copiose declarat in quodam opusculo de Triclinio, nuper impresso. Petrus Ciacconius Hispanus vir apprime eruditus, cui appendit etiam sententiam suam per Illustris D. Fuluius Vrsinus, pro cuius rei ampliori notitia, vide quę scribit Plutarcus lib. primo Conui: citatus ab eodem Ciacconio.

Prouer. 5.

Eccl. 31. c.

A B C

Caput quartum.

VIdimus breui admodum narratione, quis debeat esse locus, in Conuiuiis instruendis conuenienter eligendus, consequens est videamus etiam cur sim, qua hora congruentius fieri deceat conuiuium; de tempore quidem & hora, qua solebant veteres simul conuenire ad prandium, vel ad cœnam dictum est supra, dum loqueremur de conuiuio Profano: De Nostris autem conuiuiis, quid certi statuamus nihil profectò nobis occurrit, neque reperimus ab aliis satis accurate notatum, sed si quid nobis verè, aut verò simile fortasis occurret, hic palam faciemus.

D E

Legimus primum de Domino Nostro, quod hora erat quasi sexta, quando fatigatus ex itinere expectabat discipulos, ut afferrent cibos, & non nisi, ut facilè potest existimari, ut pranderent; Nam postquam recessit illa mulier interrogabant eum discipuli dicentes: Rabbi manduca. dicunt autem quidam prandium non fuisse præcipuum cibum apud Antiquos; Vt dicit Celsus lib. 7. si quis prandet, vtilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, & sine potione sumere. Dominus tamen Noster, ea hora sitiebat, propterea petiit ab illa muliere Samaritana, mulier da mihi bibere. Vnde præfatus Aucthor libro 7. subdit hæc verba, æstate verò, et potione, et iam cibo corpus sæpius eget, ideo tunc prandere satis commodum est. Possumus itaque tutò asserere horam illam, qua Dominus fatigatus ex itinere petiit aquam, et discipulos mox cibos allaturos expectabat fuisse horam prandii: quandoq; verò vesperi, & hora cęnę manducauit cum discipulis, præsertim cum Diabolus misisset in cor Iudæ, vt traderet eum Iudeis: sic enim legitur, & cœna facta, cum Diabolus misisset in cor Iudę, ut traderet eum &c Io. 13. Io: 13.

David quoque, vt habetur secundo Regum tertio cap. manducabat quandoque hora vespertina occidente sole, sic enim legitur ibi. Hæc faciat mihi Deus, & hęc addat, si ante occasum solis gustauero panem, uel aliud quicquam.

D. Antonius ante solis occasum numquam legitur cibum sumpsisse, & quandoque biduo abstinebat à cibo. D. P. Aug. in regula sua præcepit, quod quando quis non potest ieiunare, tamen extra horam prandii nihil alimentorum sumat nisi cum ægrotat. Hugo de S. Victore declarans, & ipse quæ sit hora prandii, videtur asserere eam esse, diei horam tertiam Sic enim dicit extra horam, credimus, cum vsque ad tertiam progredimur: nam vsq. ad istam horam non decet fratrem comedere, aut bibere, nisi ægrotet; Ægrotanti enim omni hora licet, ita tamen, vt nihil fiat sine consilio medicine: Ita ut etiam si nolit, iubente Præposito faciat, quod faciendum est pro salute: non ieiunantibus, aut infirmis non existentibus congruam refectionis horam esse credimus, ab hora tertia usque ad sextam. Ieiunantibus verò non licet cibum sumere nisi ab hora nona vsq. ad vesperam, cum omnia honestè, decenter, & secundum ordinem fiant: neque enim decet quauis hora præter necessitatem cibum sumere. Hæc autem diximus; non vt

aliqui

alicui iniciamus scrupulum, sed quæ hic volumus inserere, honestiora uidētur. Sed quisque suum exequatur morem, modò nihil impiè, aut iniquè, seu præpostere agatur, neque contra diuinas leges, aut maiorum instituta, siuè approbatam consuetudinem, diceret forte quis eam esse horam congruam, & condecentem conuiuijs accumbendi, dum Tauri, & altilia fuerint occisa, & parata sint omnia, ut nihil supersit, nisi, ut inuitati se accingant, & præparent ad nuptias, & Conuiuia.

Caput quintum.

POsteaquam uidimus, quo loco, & qua hora conuiuia sint conuenienter habenda, opere pretium est consideremus id quod forte priori loco erat cōsiderandum. Considetemus igitur nuc, & uideamus, quæ fercula sint conuenienter apponenda in Conuiuijs honestis, & religiosis; primum quidem ab initio seculi hæc fercula dedit Deus cunctis animantibus, ut habetur Gen. 1. dicens, ecce dedi uobis omnem herbam, afferentem semen super terram, & uniuersa ligna fructifera, quæ habent sementem generis sui, ut sint uobis in escam. Deinde cum posuisset, & constituisset primum hominem, factum ad imaginem, et similitudinem suam in paradisum uoluptatis, præcepit ei, dicens ex omni ligno paradisi comede, de ligno autē sciētiæ boni, et mali ne comedas, quacumque enim hora comederis ex eo, morte morieris. Hoc igitur fuit primum ferculum, quod proposuit Deus homini, quem de limo terræ formauerat. At cum ipse alia sibi fercula prohibita fuisset ausus comedere, ob eius impudentiā, temeritatem, et inobedientiam fuit eiectus ex paradiso delitiarum, et in varias, et graues miserias deturbatus, ac detrusus: Nec solum ipse fuit his malis, et incommodis irretitus, sed et qui post eum, et ab eo prodierunt, eandem calamitatem omnes pertulerunt, et quicumq; sunt futuri post nos id ipsum sunt perpessuri; sed D. Ambrosius quærit quid caussæ fuit, quod Deus voluit prouidere ipsis animantibus de cibo, et potu, cum potuisset sua immensa, et singulari uirtute, et potentia absq; huiusmodi alimentis ea sustinere, Respondet in lib. Hexameron. cap 9. quòd poterat utique Deus absque alio adminiculo, quæcumque animata sustinere, ne tamen tot olera, et herbas uideretur frustra produxisse, uoluit etiam beneficio cibi, et potus eadem animalia, et eorum sensus reficere, et suas functiones peragere. cibus enim et potus cunctis sensibus uires subministrat; Nam neq. oculi uigorem uidendi haberent, nisi uirtutem substantiæ corporalis acceperint, quæ cibo defertur, et potu. Neq; aures audiendi, aut nares odorandi, aut manus tangendi uim haberent, nisi corpus omne confortetur alimentis. Deficimus enim uiribus, nisi eas cibi præpotentis assiduitate reparemus. Quærit deinde idem. Ambrosius lib 3. Hexameron, cur omnipotens Deus prius animātibus, et pecoribus, quam homini cibū corporalem prouidit. Respondet eodem in loco, quòd hoc fecit Deus, ut agnoscamus, et fateamur summam Dei prouidentiam, et profundum eius consilium admiremur, quod nec minima queq; negligat, uelut legitur Matt. 6. u3. respicite uolatilia Coeli, quoniam non serunt, neq; metunt, neq. congregant in horrea, et Pater uester coelestis pascit illa. Cæterum ante datam legem omni fere ciborum genere potuerunt homines uesci. Sic enim legitur dixisse Deū Gen. 9. omne, quod mouetur, et uiuit erit uobis in cibum. Dicunt tamen aliqui ante diluuium non consueuisse homines comedere carnes, sed post diluuium permisit Deus, ut comederent carnes; sed negari non potest, quædam fuisse genera ciborum, quorum esus reputabatur illicitus, non quòd ulla lege fuerit prohibitus, sed ex ipsa natura rei uidebatur: abhominabilis, et fugiendus; quemadmodū nunc re ipsa experimur, cum pleraq. genera animantium, tam terrestrium, quam uolatilium, et aquaticorum natura ipsa abhorremus. Et quamquam, non fuerit tunc in eo statu legis naturæ ante datam legem facta discretio, et segregatio animalium immundorum ab animalibus mundis; aliquid

Quæstio de usu & qualitate ciborum. Gen. 1.

Amb. lib. Hexam. 6.

quid tamen nō vllo pacto ederetur fuit ab ipso Deo prohibitum, vt dictum fuit ipsi Noe Gen. 9. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia excepto, quòd carnem cum sanguine non comedetis, sanguinem enim animarum vestrarum requiram, de manu cunctarum bestiarum; vbi dubitat D. Ambr. cur Deus prius proposuit nobis cibum simplicem, & naturalem, quam cibos mistos, & compositos; Respondet, quia cibi simplices sunt cibi sobrietatis, & parsimoniæ, reliqui vero sunt cibi diuitiarum, atque luxuriæ. Cibi simplices sunt cōmunes omnibus animantibus, illi verò paucorum. Quare debemus (inquit ipse) esse contenti victus simplicis herbæ, olerisq; vilis, aut pomi, quæ natura obtulit, quem liberalitas Dei prima donauit. Iste salubris, iste vtilis cibus, qui morbos repellit, qui reseeat cruditates, nullo hominum paratus labore, sed diuino effusus munere, sine satio ne fruges, fructus sine semine, tam dulcis, tàm gratus, vt etiam repletis, voluptati, atq. vsui sit. Dicit Theodorus Deū concessisse vsum comedendi carnes, tū quia herbæ, & fructus terræ non erant tunc adeo dulces, & suaues, tum ne homines auderent adorare animalia, quæ prius adorabant; sed quicquid horum sit, certum est enim quod primi victus hominis erant simplicissimi; quoniam legimus Eccl. 29. quòd initium vitæ hominis erat panis, & aqua duntaxat, & ex sacris literis manifestè habet, nullū fuisse vsum vini priusquā Noe, qui fuit vir agricola coepisset colere terram, & plantare vineam, qui quidem omnium primus bibens vinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo, vt supra etiam diximus.

Vnde postea Melchisedech Rex salē procedens obuiam ipsi Abrahæ reuertenti à cæde Chodorlaomor protulit ei panem, & vinum, (erat enim sacerdos Dei altissimi) neq; legitur aliud ferculum pro tam insigni victoria eidem obtulisse: Loth verò faciens Conuiuium duobus Angelis, qui venerunt Sodomā coxit azima, & comederunt, nec aliud ferculum legitur fuisse illis appositum: Nec dubium post datam legem, tamet-

A si fuerint multæ species animalium terrestrium, volatilium, & aquaticorum prohibitæ ne comederentur; plurimæ tamen erant concessæ lege diuina, quæ tutò poterant manducari, nec tamen legitur ex iis multa fuisse instructa conuiuia, & quamquam alicubi legatur prohibitum fuisse esum carnium, id tamen cum grano salis est intelligēdum: Nō enim est vsque quaq; verum, vt nūc ostendemus. Cum enim filij Israel essent

B in deserto, & non haberent quid manducarent, atque ideo murmurarēt contra Moisem, pluit illis Deus manna de Cœlo, et dixit, uespere comedetis carnes, et mane saturabimini panibus, quare vesperi ascendit cothurnix, et cooperuit Castra Hębreorum. Certū est enim, plerosq; viros probos, ac timētes Deum ab esu carnium perpetuo abstinuisse, vt legitur de fulgentio Episcopo Ruspēsi, qui nulla ratione potuit *Exod. 16.*

C adduci, vt comederet carnes, et. biberet vinum: sic etiam legitur de Iacobo minori Aposto. dicit enim Paul. ad Rom. 14. bonum est non comedere carnem, nec bibere uinum; Non ita tamen hoc Pauli consilium, (ut Manichei prǣsumebant) intelligendum est, quasi caro tamquam aliquid immundum, & diuina lege prohibitum sit reijcienda, sed ea ratione tantum dictum fuit, vt domandi corporis caussa propter ani-

D mam in orationibus amplius humiliādam, non quòd illa immunda esse credatur, & ob eandem caussam non solum à carnibus, verum à quibusdam etiam terræ fructibus abstinent non nulli, vel semper, sicut pauci, vel certis diebus atque temporibus, sicut per quadragesimam fere omnes, quanto magis quisque, vel minus, seu voluerit, seu potuerit, Ita scribit August. contra Faustum Manichcum lib. 31. cap. 4. vbi declarat

E quomodo omnia munda mundis Tit. primo, quod attinet ad esum carnium, licet aliqui velint fuisse prohibitum ante diluuium, nobis tamen videtur assentiendum his, qui opinantur secus haud quaquam fuisse prohibitum; sed non vsque adeo, permissum, vt fuerit in frequente, & communi vsu quo cumcumque, & ratio est, quia nullibi in

sacris literis legitur fuisse prohibitus multo minus in lege naturæ præsertim post naturam lapsam neque vlla appareret ratio qua deberet prohiberi. Quamuis enim in eo statu legis naturæ Deus dixerit hæc verba nostris progenitoribus, ecce dedi vobis omnem herbam, afferentem semen super terram, vt sint vobis, in escam, & cunctis animātibus terræ &c. non ideò tamen prohibuit esum carnium. Quod si quæras cur potius herbas, & fructus terræ & plantarum in eo statu Deus concessit hominibus ? dicimus ideò fecisse, quia ante diluuiū terra erat valde fertilis, & fructifera, & eius fructus erant suauissimi, neque ad eos producendos opus erat homini multi laboris, & sudoris, & præterea tunc homines erant robustioris & validioris temperamenti, & postmodū, volebat Deus instruere homines, et inducere ad puram quandam uictus simplicitatem: At post diluuium cum terra propter inundantiā aquarum, suum illum pristinum vigorem, & robur magna ex parte dimisisset, voluit Deus paterno affectu consulere, & prouidere imbecillitati hominum; propterea cōcessit, vel, vt melius dicam, patefecit hominibus suæ bonitatis consilium cum dixit, omne quod mouetur, et uiuit erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi omnia uobis excepto quod carnē cum sanguine non comederetis, quibus verbis non tam concessit hominibus facultatem vescendi carnibus, quam declarauit modum quo eis vesci naturaliter deberent, vt uidelicet, non cum sanguine, idest crudis carnibus vescerentur. Non itaque per ea uerba præcepit esum carnium, quemadmodum neq; ante dicebatur prohibuisse. Quod autem non preceperit manifestum est, quoniam sic plerīq. uiri boni, et iusti de quibus antea sumus locuti et mox plura dicemus difficile possent excusari et immunes peccato censeri, cum frequēter, et quasi tota uita, a carnibus abstineant. Neque etiam credendum est ante diluuium fuisse prohibitum esum carnium, quādoquidem facile credi potest ipsum Abel, cum ex adipibus ouiū quas pascebat meliora Deo offerret,

Gen. 1.

A et ipsum de his adipibus, et carnibus ouium comedisse, cum iuxta Paulum, prima ad Cor. 9. Nullus gregem pascit, quin de lacte eius edat; et propterea notum est, post diluium adeò fuisse multiplicatos homines, ut opus fuerit eos degrege ouium, et de alijs animantibus enutritos fuisse, et refectos. cum præsertim usq. adeò malitia hominum creuisset in terra, ut Deū peniteuerit fecisse hominem, et ad eos delendos miserit

B diluium quos quidem credibile est ita uitam duxisse, vt quo fieri posset, genio indulgerent. Verosimile etiam est sub id temporis uiros probos et Deo gratos præter olera uirentia et herbā afferentem semen nihil ultra prælibasse. Diecimus ergo unico uerbo esum carnium nequaquam fuisse præcep. ū post diluuium, neque ante prohibitum; sed forte quis dicet Num esus carnium sit laudabilior frugibus terre et plantarū,

C uel detestabilior?: facile quis posset respōdere, esum carnium, nō usque adeò ut communiter fertur esse probabilem, atque laudabilem quandoquidem in illa primeua etate seculi nullus aut ualde modicus erat usus carnium, quemadmodum Ouidius testatur methamor. lib. 15. Sic etiam fertur opinionem Pythagoricorum extitisse, ut abstinentia ab esu carnium maxime sit cōmendāda. Postremo est authoritas Pauli Apo-

Ouidius 15 metham.

D stoli dicentis, Bonum est non comedere carnem, neq bibere uinum; sed dicendum est per hæc uerba nō omnino esū carnium reprobandum, ac dānandū, quia manifestum est eos, qui bonis carnibus uescuntur, robustiores, et ualentiores fore, et ad omnia uite munera obeunda longe aptiores esse, quam qui solis herbis, et plantarum fructibus utūtur. Verum est tamen quod ad debilitandum corpus, et carnis uires extenuā-

E das ut in obsequium Dei et salutem animarum magis habiles reddantur abstinentia carnium magnopere confert, et conducit. Aduertendum autem est propterea, quæ monet Deus in hoc eodem loco ubi permittit esum carnium, ut. s. quisq. caueat carnem cum sanguine comedere; dicit enim Deus, omne quod mouetur, et uiuit, erit uobis in cibum, exce-

excepto quod carnem cum sanguine non comedetis, comedere autem carnẽ cum sanguine est comedere animalia uiua, aut etiam cruda, neq. esui competẽtia cum enim anima dicatur sanguis, siue in sanguine, perinde est dicere comedere carnem cum sanguine ac si dixeris comedere carnem uiuam et animatam. Quidam existimant pluribus modis posse comedi carnem cum sanguine, uelut iam diximus comedere animalia uiua ut faciunt feræ, uel etiam animalia mortua non extracto ab illis sanguine, uel ẽt comedendo sanguinem, se paratum et extractum ab animali dum occiditur, ut fieri solet in plerisq. Italiæ locis, et præsertim Perusiæ: ubi ex sanguine suino educto ab animali cõficiũt quædam farcimina non ingrata gustui quæ apertiori nõie dñr miliacea, à quibusdam uocantur Apexabo, ut refert Var. 4 de lin. Latina. Prohibet ergo Deus nullo Horum modorum carnem cum sanguinẽ comedendã, uel ẽt sanguinẽ à carne se iunctum, neq. edẽdum, neq. bibendum. Id quod ea causa forte prohibitum fuit, quia sic uidetur pertinere ad munditiam, et decentiam humanæ nictus, quandoquidẽ fœdum, ac propè horrendum est, uidere uescentẽ carnibus sanguine perfusis, ac distilãtibus, osq; ac labia comedentiũ cruentãtibus, et lõgẽ deterius, ac horribilius uidetur quemquã, epotare sanguinẽ cuiusq; animalis. Ego autem salua pace clarissimorum uirrorum existimo per hęc uerba Deũ uoluisse prohibere homicidia, fraudes, et latrocinia, quibus homines praui dicuntur carnẽ cum sanguine edere, quia. s. laboribus studiis, et opera pauperum, et indigentium ditantur, et uiuunt, et quasi lupi esurientes inhiãt pauperum sanguinẽ: et ex exhausto pauperum ærarrio nolunt diuites fieri Huius opinionis sensum in dicant uerba quæ sequuntur, uidelicet sanguinem enim animarum nestrarum de manu cunctarum bestiarum requiram, nam si bestia quedam, ut leo, uel ursus hominem occiderit? et ipsa bestia statim occidetur. Quod si bestia quæ est expers rationis, patrati criminis pęnam capitalem subir, quanto magis homo, qui est rationis capax si alium hominem occiderit, uel de prædatus fuerit, uel quouis modo lacerauerit, uel offenderit, eiusque sanguinem biberit? erit capitali supplicio, et pęna mortis plectendus? At si uolumus uerba textus ad literam intelligere tanquam res fetida, et immunda cõmestio carnis cum sanguine fuit omni tempore prohibita etiam tempore Apostolorum, ut habetur act. 15. sed posteaquam lex euangelica fuit promulgata, et Dominus noster apud Matth. dixit Non omne quod in os intrat coinquinat sed quod egreditur ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc tuto potuerunt homines comedere carnem cum sanguine, aut sanguinẽ seiunctũ à carne, ut supra ostendimus, Nolo enim in hac re diutius morari, quia non est præsentis negocii ac instituti, Mei muneris erat ostendere quæ fercula eiusmodi conuiuiis adhibebantur prosequamur quod iam cepimus. *Act. 15. Cap. 15.*

Legimus enim de D. Ioanne Baptista Matt. 4 quòd esca eius erant locustæ, & mel siluestre, alia non legitur fercula vmquam comedisse. Verùm hoc D. Ioãnis Baptistæ exemplum non satis ad rẽ nostram; quandoquidem nos non loquimur de ferculo quo uis modo, vel à quo cumq; priuatim sumpto, sed de his, quæ solent, ac debent in Conniuijs honestis, ac religiosis, vt plurimum apponi. Vnde Paul. ad Rom 14 inquit, alius credit se manducare omnia, qui autẽ infirmus est olus manducet, & is, qui manducat non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet; legimus, n. Xp̃m. D. præcepisse discipulis suis Lucæ 10. vt manducarẽt, quæ apponerẽtur eis, & 1 ad Corint. 10. D Paul. inquit, si quis vos uocat infidelium ad Cœnã, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interogantes propter cõscientiam, & prima Thim 4. inquit nihil reijciendum, quòd cum gratiarum actione percipitur & ad Titum primo omnia munda mundis, coinquinatis autem, & immundis nihil est mundum, & te vera Sanctus Tho. 1. 2. quæst. 101. art. 6. ad primum, rectè di-

 cit,

cit, nullius cibi usum, vel esum de se esse peccatum, sed aliquis prohibetur ab vsu aliquorum ciborum, vt carnis, & lacticiniorum, vel propter obedientiam, quia sic forte est sui ordinis institutum, vel propter votum, seu continentiam, aut etiam propter sanitatem, vel etiam in figuram, vt scilicet demõstret illud esse fugiendum, quod per ipsum significatur, quod esus carnium sit reiectus à plerisq; non est mirum, cum nullibi legamus D. Iesum Christum carnes vnquam comedisse, nisi forte cum erat inuitatus ad nuptias, & dum ex legis præcepto comedere oportebat agnum paschale: hanc certè ob caussam factum reor, vt pleriq: lege cauerint, ne vllo unquam tempore, aut rarò admodum carnes comedantur. Scimus equidem aliqua regularium instituta arctissima lege cauisse, vt ab esu carniũ perpetuò abstineant, cuius decreti, atq; instituti multa reperiet exempla, qui voluerit vitas patrum tantisper percurrere, aut perlustrare; inter quos tres præcipui nobis occurrunt, nequaquam silentio prætereundi, quorum primus fuit D. Paul. hæremitarum primus Auctor, vel institutor, seu Magister, qui sola pro uictu, & vestitu vtebatur, palma, paulum aquæ pro siti explenda, & dimidiato pane; quem coruus ei semper afferebat: Deinde D. Antonius inter hos viros maximè continentes nobis offertur, qui cum accessisset ad uisendum D. Paulum heremitam, idem coruus, qui prius dimidiatum panem ipsi Paulo afferebat, integrum deinde pro refectione vtriusque solebat afferre; vnde per bellè quidem in hæc verba prorupit Paul. dicens, sexaginta iam anni sunt cum accipio quotidie dimidij panis fragmentum, & nunc ad aduentum tuum ò Antoni, militibus suis Christus duplicauit annonam.

Antonius quoque vsque adeo erat continens, & abstemius, ut salem tantũmodo ad panem adhiberet, & sitim aqua extingueret, hæc erant illius pabuli fercula. Post hunc extat Hillarion Abbas, qui paucas tantum ficus, & succum herbarum adhibebat. Beatus quoque Honophrius adeo erat continens, & abstinens, vt herbis, & bacchis Siluestribus tantum contentus, per triginta annos vitam suam transegerit. Præterea (ne vos tædio afficiam) quamplurimos Dei seruos, ac ministros, qui eandem viuendi regulam sunt secuti, nec minus loqui possumus de multis sãctis Virginibus, ac mulieribus, quæ castissimum corpus perpetuis vigilijs, & ieiunijs macerabant. & quid inquam alia perquirimus, & expetimus exempla? Non ne de glorioso viro dei seruo & ministro Nicolao Tolentinate legimus, qui mira, & incredibili abstinentia uitam suam transegit, pane solo, aquaque contentus, quique nec adduci poterat, vt restaurandæ incolumitatis caussa carnibus vnquam vesceretur? & nostra hac tempestate, nonne præclarum, & singulare exemplum attulit nobis Illustrissimus Cardin. Carolus Borromeus, qui post aliquot annos suæ promotionis ad Cardinalatus apicem, & amplissimum totius Ecclesiæ ditionis imperium, eam vitæ rationem tenuit, vt præter aliquos fructus, & quandoque modicas herbas oleo perfusas, & non nunquam parum lactis, nullis unquam alijs cibis vteretur; quemadmodum legimus in vita ipsius cap. 23. Potest hoc loco afferri exemplum de abstinentia Beatæ Moniciæ, Claræ, Catherinæ Senensis, & multarum aliarum Sanctarum, sciebant enim viri isti religiosi, & Deo dicati, quòd per escam culpæ facilè datur accessus, in cor nostrum, intrauerat olim prima pœna in ipsum Adam, ob ieiunij præuaricationem, dicente, & præcipiente Deo, de ligno, quod est scientiæ boni, & mali nõ edetis; qua autem die ex eo manducaueritis, morte moriemini; heu vide, quàm sit habenda consideratio cibi. Nã, vt scribit D. Ambrosius in tractatu de Helia, & ieiunio cap. 4. vbi cibus cœpit, ibi finis factus est mũdi, ibi cœpit sua incremẽta nescire, ubi cœperũt diuina circa eũ opera feriari. Quo indicio declaratũ est, ꝙ per cibos mundus habet imminui, ꝑ quos desijt augeri. Nemo ante cibũ delictũ sciebat, nemo pœnam timebat, *Ambrosius.*

bat, nemo nouerat mortem, eo introducto omnia hæc mala prodierunt. Nõ ergo mirum, si qui sapiunt, libenter á multitudine, & varietate, ac superfluitate ciborum abstinuisse leguntur. Sola corporis sustentatio debet exposcere necessitatem ciborum.

Hæc autem, non eo dicimus, vt ad eã dem penitus viuendi rationem, quæ inter viros probos, honestos, & religiosos qnandoq; ineuntur conuiuia, coarctare velimus, sed vt ostendamus, quam modico cibo vita hominis sustentetur: legimus enim apud Danielem de tribus illis pueris, quibus dabantur legumina, qui longe hilariores erant, & corpulentiores, seu pinguiores, quàm, qui vescebantur cibo regio, nec mirum, quia, vt habetur prouerb. 15. melius erat vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum Saginatum cum odio, quamuis Rex ille non oderit hos pueros, sed forte postea; & melius est parum cum timore Domini quam thesauri magni, & insatiabiles; cui etiam simile dixit Regius Propheta, melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Nec difficile poterunt reperiri exempla eorum, qui propter immoderatum cibum suffocati perierunt, vnde Leo Papa monet, quemcumq. timentem Deum ne potus satietate aciẽ mentis obtundat, neque ciborum nimietate vigorẽ cordis hębetari permittat, ita vt delectatio edendi fit etiam corporum saluti contraria, nisi ratio temperãtiæ obsistat illecebre; Vnde monet, qđ futurum est oneri, quisq; subtrahat voluptati; D. autem Chrisostomus pie admodum admonet vnumquenique, qui fuerit inuitatus ad nuptias, vel ad Conuiuium, ut scilicet meminerit eorum, qui cilitio induti Heremum inhabitãt, quippè, qui conuenientia his nuptijs amicula possident, quia numquam oblatas purpuras acceptarent, sed quemadmodum Rex, si quis ei pannosa indumẽta pauperis offerret abhominaretur, atque repelleret, sic isti viri corpore, & & animo Deo dedicati, Regiam purpuram contemnunt. Qui & si liberius epulari voluerint, recentibus herbis mensa repletur maiorq; inde voluptas, quam

Prou. 15.

Ps. 36.

Super ca. 22 Matthai. Hom. 70.

A e dapibus Regum consurgit, & plura alia dicit ibi Sanctissimus iste Doctor, qui verè Chrisostomus appellatur; idest os aureum, & lingua, seu fauces ob eloquentiam suauissimæ, multa inquam dicit de Conuiuio sanctorum Patrum, verbi gratia, quæ sint eius epulæ, qui sermones, qualis iocunditas, ac delectatio, quæ sedilia, dum ad epulandum conueniunt illis præparentur, qui ministri. Vnde inquit: nõ est ibi Dominus, & seruus,

B sed omnes serui, omnes liberi, ac deniq; Domini sunt, nõ est inquit Enigma qđ dico; legat quæso vnusquisq; totum istũ popularem sermonem & absq; tot verborum congerie, facilè videbit discrimen inter conuiuia profana, & cõuiuia honesta, ac religiosa, in illis enim sunt multa ferculorum genera, & obsoniorũ species ex carnibus diuersorum animalium, terrestrium, volatilium, & aquaticorum, itẽ genera, vt suo loco diximus

C ipsorum vinorum. Præter eo multa, q̃ ibi fiunt ludibria scãdalosa, & obscena, ac Deo quam maximè exosa. In conuiuijs autem Religiosorum hominum, eorum scilicet, qui vere Deum timent, & multo pluris faciunt cœlestis mensæ pabulum, quam quæcumq; alia præsentis vitæ commoda, voluptates, atque delitias, & quicquid boni potest afferre nobis hic mundus, non eas vanitates est rẽ perire, quas in cõuiuijs profanis reperi

D ri nemo est, qui nesciat. Quamobrem ea sunt post habenda, hæc autem nequaquam.

Caput Sextum.

Sequitur modo vt videamus, qua veste indui debeant, qui ad nuptias vocantur. In hoc enim conuiuio, de quo iam loqui cœpimus facile est videre, q̃ vestem nobiscum deferre conueniat. Le

E gitur enim Matt. 22. vt qui ad nuptias vocantur, vestem nuptijs condecentem secum deferant, vestem inquam nitidã, pulchram, speciosam, non laceram, aut resarcitam, neq; etiam congruit deferre vestem lugubrem, aut luctuosam; non enim decet inter epulas, & conuiuia audire luctus, & lamenta, & hoc voluit innuere Propheta, cum dixit, quođ Dñs

faciet Conuiuium vindemiæ, conuiuiũ vindemiæ defecatæ, hoc est conuiuium lætum,& iocundum,plenum gaudio,& & exultatione,qualia solent esse tempore vindemiæ, & vbi littera nostra habet Conuiuium Vindemiæ,textus septuaginta interpretum, habet conuiuium lętitiæ,quia re vera eo tempore solent Vinitores magnopere congaudere, & lætari, & sibi inuicem gratulari: Solebant etiam veteres in signum letitiæ, & gratulationis conuiuijs, seu conuiuentibus apponere coronam ex floribus, quos an ni tempus subministrabat, contextam præcipuè ex Rosis alijsque floribus, qui ebrietatem prohiberent & caput nõ grauarent,quas quidem coronas,seu coronulas nonnulli capiti,alij collo,quidã brachijs aptabant, vt est videre in antiquis marmoribus, Romæ incisis, & uelut etiam ex Cicerone in Verrem oratione quinta facilè est uidere; Neque.n. id est ualdè alienum,ab usu nostro,quando ex sacris litteris habemus signanter Ecclesiastici 45. eas apponi his,qui sunt grati, & probati coram Deo, legitur.n. ibi,corona aurea super caput eius, & ps. 8. gloria, & honore coronasti eum, & psal. 20 posuisti in capite eius coronam de lapide prætioso, sed de huiusmodi corona imposita capiti beatorum, alijs dicemus.

Eccl. 45.

Nos autem non coronam,sed uarios flores, & frondes super mensam apponi iubemus, undequaq; dispersos, tum propter odorem, tũm propter hilaritatem,& oblectamentum ipsorum conuiuantium Sicut itaq; parabantur: conuiuia,& nunc quoque,ut plurimũm pręparari,& adornari uidemus;non autem, ut corona capiti imponatur: quia,ut docet Tertull. lib de Corona militis,corona capiti super posita ex herbis, rosisq. & floribus nihil confert capiti. Ita ut non solum uestes, quibus indutos esse oportet conuiuantes; uerum etiã quæcumq; alia ibi ad rem conferentia, gaudium,& exultationem referre,& insinuare necessum est. Nec te perturbet dictum illud Salomonis dicentis, melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij; loquitur enim de Conuiuio illo in quo nullus est Dei timor, neq; ulla ratio pudoris, & verecundiæ, sed obscena omnia, turpia, ac profana, & non de Conuiuio, de quo hucusque sumus locuti.

Eccl. 7.

Reliquum est nunc, ut compleamus omnia,quæ ad honesti Conuiuii rationem spectant uideamus, qui debeant esse ministri horum conuiuiorum. Primum quidem canendum est, & diligenter curandum, siue obseruandum,ne maioris sint prætii,& existimationis ministri ipsius conuiuii, quam quibus ministratur: Nam, ut dicit Saluator noster apud Lucam cap. 22. maior est qui recũbit, quam qui ministrat, & alibi inquit, Non est seruus maior Domino suo, sic quidẽ fieri decet in omnibus cõuiuiis, contingit tantẽ aliquando haberi quędam Conuiuia, ut puta in celebratione nuptiarum, uel quorundam solemnitatum,aut missarum, aut festi dierum,aut alicuius rei uehementer exoptatæ, ut ortus cuiusdã Principis, aut creatio noui Pontificis, seu ob celebrem uictoriã de hostibus obtentam quibus in Conuiuiis ministri sint longe digniores, & pstantiores,quam qui recumbunt, nemo enim est, qui nesciat quibusdam in Cõuiuiis, ubi pauperes,& egeni,atque prorsus mendici ad manducandũ conuocãtur pastores Ecclesiarum, & principes, quiq. sunt primi apud eos, ministrare, & & inseruire infimæ sortis hominibus. Nonne palam est omnibus, Summum Pontificem Vniuersalis Ecclesiæ præsulem,& epm feria quinta maioris hebdomadæ, quo saluatorem nostrum cuius vices gerit,imitetur singulo quoq; anno lauare pedes pauperũ, & suis ipsius manibus eosdẽ pascere,& cibare, quemadmodum in actibus Apostolorum cap. 6. legitur sanctissimos Dei Apostolos ministrasse mensis pauperum, & viduarũ, quod cum postea viderent, magnũ præbere impedimentum ministerio verbi Dei,factum fuit decretum illud, vt quidam præessent ministerio verbi,reliqui verò ministrarent mẽsis;dixerunt enim Priores illi antistites & antesignationi Saluatoris discipuli, non est equum nos derelinquere verbum Dei,& ministrare mensis, propterea statuerunt alios, vt subirent hoc onus; nonne ijdem Xpi disci-

Ioan. 13.

Act. 6.

discipuli dum ex septem panibus, & totidem pisciculis satiauit quatuor millia hominum, & alia vice ex quinq; panibus ordaceis, & duobus piscibus quinq; millia, ipsi inquam discipuli Christi ministrabant illis turbis quæ sequutę erāt Iesum. Dicimus itaq. ex inueterata, & laudabili consuetudine, aut ritu quodā communi, Ministros conuiuiorum longe minoris conditionis debere esse, quā qui fuerint inuitati, tametsi ob aliquam iustam, & rationabilem caussam, secus B aliquando fieri contingat, mox diximus Non loquor de Ministris, qui solebant adhiberi in conuiuijs Romanorum, & nunc quoq; in Conuiuio multorum principum, & aliorum hominum, in quibus ministrabant pueri, ætate pares, præciosa veste ornati, potiusquam vestiti, atqu æ etiam Puellæ, vt ex Virgilio colligitur Aeneidos primo, vbi ait, quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo, iura penum struere &c. C & sequenti versu, Centum aliæ, totidéq; pares ætate ministri, qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant. Et referunt, qui obseruarunt, in marmoribus Romæ passim videri puellas ministrātes, mensis: Non loquor inquam de hoc genere conuiuiorum, & huius generis ministrorum, sed loquimur de Conuiuijs honestis, & Religiosis, in quibus iu uenes, honesti, moribus compositi, & oī laude digni ministrare consuescūt. D At si volumus loqui de Conuiuijs quibusdam admirabilibus, vel summè admirandis, quæq. non ita apud homines crebro fieri videntur In quibus quidem Deus omnipotens summe bonus, & conseruator omnium præfectus est Aucthor, & Architriclinus, in his quidem reperiemus, fore ministros longè superiores his, quibus ministratur, & tantò illis superiores, & eminentiores, quantò cœlum distat à terra, & quantū E lenta solent inter viburna cupressus. Qui enim poterit umquam cōferre maiestatem, & sublimitatem Dei ad quos vis hominum, vt cumq; probos, & Deo commendabiles, & nihilominus ex sacris literis didicimus, eundem Christū filium Dei in hunc mundum venisse. nō vt imperaret, nō vt ei miuistaretur: sed

A vt ministraret, & tales quoq; voluit, & præcepit suos discipulos esse futuros, quemadmodum ipse dixit loco paulò ante adducto, dum inquit reges gentiū dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur, vos autem non sic, sed qui maior est in uobis fiat sicut iunior, & qui præcessor est, sicut ministrator, & subdit; ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat, En vides quāto maior sit, qui ministrat, quám ij, quibus ministrat, & absq; vlla collatione longe maior, quàm sit Coelum ipsa terra. legitur etiam apud Lucam 12. se ministraturum seruis illis, quos cum venerit inuenerit vigilātes. Verum est tamen, quòd maximus iste Architriclinus, postquam expletis ieiunij quadraginta diebus, & quadraginta noctibus coepit esurire, atque ideo magnopere cupiebat recreari, accesserūt Angeli & ministrabāt ei Matt. 4. sed quibusdam alijs illius seruis, atq; ministris, & eidē quam maximè gratis, & acceptis alia ratione ministrari iubebat: legimus enim, quod Danieli existēti in lacu leonem, per Angelum suū subministrari fecit prandium: Nam dū Abacuch ferret prandium suis messoribus, apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillis capitis sui, posuitq; eum in Babilonem super lacum in impetu spiritus sui, & dedit ei prandium dicens; Daniel serue Dei tolle prandiū, quod misit tibi Deus: Præterea, cum Helias, vt fugeret iram, & persecutionem Regis Achab, & lateret in torrente carith, nec haberet, quod manducaret, Corui iussu Dei deferebāt ei panem, & carnes mane, similiter panem, & carnes vesperi, & bibebat de torrente 3. Regum 17. Sic etiam Paulus primus Heremi cultor, speluncam habens in inferiori thebaide, palmarum fructus, ut supra diximus, ab initio comedebat; deinde dimidiatum panem, quem illi quotidie coruus ministrabat. Cum autem ad eum inuisendum accessisset Antonius, Coruus attulit integrū panem, quemadmodum paulo ante diximus, vt scilicet ambo pariter recrearentur in Domino, & in potentia vir tutis eius. Honophrius enim quem supra

Dan. 14.

pra diximus herbis,& bacchis Siluestribus fuisse contentum dimidiatum panem quotidie cælitus assumere dicebatur D. Blasium Sebastensem Episcopum, cum Diocletiani persecutionem effugeret, aues aluerunt, dum inuentus ab eius persecutoribus, in Christi cōfessione vitam finiuit, vt testatur M. Marullus lib. 4. cap. 2. Egydius Abbas ad Rodani Ostia latebram sibi erigens, triennio nulli cognitus á ceruæ lac præbente nutritus est. Erasmus quoq; Eps. Diocletiani persecutionē fugiens in Mōte Libano à Coruis pascitur, & ab Angelis visitatur. Feræ & Siluestres deposita ferita te illi blandiuntur. Menna Heremita ab Apibus fuit enutritus,& plures alij quos enumerare longum esset.

At si loquamūr de Prophanis plerių; etiam leguntur ex Ethnicis enutriti à feris, sed quæ sit illis fides adhibenda cæteri diiudicent. Communis enim & recepta omnium sententia est, Romulum,& Remum infantes à Rhea Syluia virgine Vestali, iussu Amulij in Tiberim proiectos, fuisse à Lupa seruatos, & enutritos: fertur etiam Iouem à Capra fuisse educatum, uti Politianus his verfibus videtur innuere dum inquit. Siquidem Cretea fertur in Ida, Capra Iouem puerum fidis aluisse pupillis; & Silius lib. 14. ait Poliphemum Ciclopem nutritum fuisse à Lupa, quosdam ab apibus, nonnullos à formicis, & plerosque ab Apibus, vt dictum est. Multa alia possunt afferri exēpla eorum, qui à varijs, & diuersis animalium generibus dicuntur fuisse enutriti, sed re vera me pudet illos recensere, quòd scilicet ij fuerint ministri tot clarissimorum virorum, quæ vera sint, nec ne, aliorum esto iudicium; At de his quæ Nostra sunt, & de quibus dubitare nō licet, cōcludamus, quòd Deus, qui dat Iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocātibus eum, potuit etiam per eadem animalium genera, tamquam per instrumenta suæ virtutis, & potentiæ, & per se ipsum absq vllo patrocinio, seu adminiculo pascere quoscumque velit in maxima necessitate constitutos, eos præsertim, qui pro sui nominis defensione magna pericula subierunt & multis ui- A tæ discriminibus exposuere se se, tales quippè decuit seruos Dei habere ministros, & de conuiuio honesto, ac religioso, satis hucusqușq; dictum sit.

Caput Septimum.

NEque erit præter rem in fine huius opusculi repetere ea, q̄ diximus à principio, & quæ obseruari solent post conuiuia, iuxta diuersarum gentium B mores. In conuiuio enim huius generis, de quo sumus locuti diximus ex sententia D. Ioannis Chrysostomi, quòd conuiuium, quod a precatione incipit, debet etiam in precationem desinere, vbi.n, precatio, & gratiarum actio, eò sancti spiritus aduenit gratia: abiguntur Demones, & omnis aduersaria potestas discedit, atq. aufugit. Proinde oportet tám in initio, quám in fine conuiuij gratias agere Deo ob hanc præcipuè C caussam, quòd quemadmodum diximus à Principio nō facilè prolabimur in ebrietatem, & in ludos, ac sermones lubricos, & malè olentes, corrumpunt enim bonos mores, colloquia mala, protulimus in principio huius narrationis exempla multorum, qui posteaquā fuerunt refecti, benedicebant Dominū & gratias agebat Deo de acceptis beneficijs, id quod ex more, & vetere instituto faciunt perpetuò Religiosi, & serui D Dei, quod etiam fuit prædictum à Dauide, cum d. edent pauperes, & saturabū tur: & laudabunt Dominum.

Caput vltimum.

HVcusque sumus locuti de conuiuio honesto & Religioso corporaliter ineundo, consentaneum existimo de eodem secundum methaphorā, E coram aliquid afferre: conuiuium autem istud tum fit cum uires, & potētiæ rationalis animæ mutuo se ipsas complectuntur, & spirituali quadam iocunditate inuicē recreantur, vnde Diuus Tho. appellat ipsum cōuiuium nobilis conuersationis. Cuius conuiuij hæc tria sunt fercula, seu cibaria. Innocētia. Pœnitentia. Et Misericordia, debet enim

anima,

anima, dum viget in corpore, custodire innocentiam iuxta illud Psalmi Custodi innocentiam, & vide equitatem; Et si forte anima innocentiam perdiderit, mox per penitentiam debet restitui, & reparari secundum illud Thob. 2. manducare panem in luctu, & timore vel tremore memorans serui sui, & hoc secundum ferculum magnopere necessarium est & opportunum, vt autẽ conuiuium sit plenum, & exuberans, oportet secum habere misericordiam iuxta B illud Prouerb. 11. Bene facit animæ suæ misericors: hæc pauca desumptimus ex D. Thoma Opusc. 58. cap. 19.

Sequitur modo tractatus de cõuiuio A diuino. quod quidem trifariam diuidimus videlicet in prandium, in postmeridianum epulum, siue merendam, & deniq. in ipsam cęnam, quæ est vltima refectio totius diei, prima quidem refectio, quæ fit in prandio, perficitur in anima, vel eam Deus per animam facit. Secundã refectionẽ facit Ecclesia, vel eam fieri procurabit, & instituet ac iubebit ipse Deus. Postremam vero faciet Deus, cum venerit in sede Maiestatis suæ, vt B reddat vnicuiq. secundum opera sua, & de his consequenter tractabimus Dei optimi auxilio ad laudem suæ Diuinæ Maiestatis, & consolationem bonarum mentium. Amen.

DE CONVIVIO
TRACTATVS TERTIVS.

Qui est de Conuiuio Diuino.

CAPVT PRIMVM.

VBi explicatur intentio Authoris, & diuiditur præsens tractatus in duas partes. Quarum quæque diuiditur in tres aut quattuor partes: seu particulas expositis &c.

EXpeditis vt potuimus A duobus prioribus de cõuiuio tractatibus, de cõuiuio tnquàm profano, deque conuiuio honesto, ac religioso, reliquũ est postremo loco agamus de cõuiuio diuino, vt quod primum fuerat in intentione vltimum locum habeat in executione. Conuiuium itaque diuinum bifariam & ipsum potest sumi, proprie videlicet & metaphoricè, proprie quidem B vbi ferculis corporalibus, & sensibilibus conuiue refici solent: metaphorice verò & trãsumptiue vbi reficimur cibis spiritualibus; id quod trifariam potest contingere, vel refectione quadam morali, aut pabulo allegoricè sumpto, vel eodem accepto iuxta anagogiam, quod quidem expresse August. lib. 83. q. q. 61. vocat conuiuium extremum.

Conuiuium diuinum bifariam.

Conuiuium autẽ huius generis priori significatione sumptũ, videlicet cum corporaliter pascimur, ac reficimur nõ fuit a Christo Domino adhuc interris existente reiectum, sed frequenter instructum ac celebratum, qui quidem cum esset Deus, & homo, actiones, & opera, quę ab eo emanarunt tum diuina tum humana extiterũt; atque ideo non incongrue conuiuium ab eodem celebratum potest diuinum nuncupari, & mea quidem sententia, diuinũ potiusq̃ humanum: eiusmodi autem genus conuiuij tribus vicibus citra omnem cõtrouersiam legiẽ fuisse ab eo celebratum. Primũ quidẽ, secus mare Galileæ quod est Tyberiadis; de quo oẽs Euang. concorditer memin:rũt fuit celebratũ. Alterũ de quo Matth. & Marcus tãtũ loquntur. Marcus quidem 8. c. Matth. vero 15. In hoc qdẽ conuiuio quatuor millia hominum exceptis paruulis, & mulieribus

tibus ex septem panibus, & paucis quibusdā pisciculis fuere refecti. In priori verò quinque millia hominum præter paruulos, & mulieres ex quinque panibus hordeaceis duntaxat, & duobus piscibus fuere saturati; adeo quod ex paucioribus panibus plurimi, ex pluribus verò panibus longe pauciores fuere cibati, magna quidem, & impenetrabilia sunt iudicia Dei, & ininuestigabiles viæ eius, ex paucioribus ferculis multo plures quàm ex multis fuerunt saturati.

Postremū & honorabile conuiuium, summisq; laudibus, & encomijs extollendum, ac celebrandū, ab eodem Christo Domino filio Dei, & filio hominis instructum, ac designatum legitur apud Ioannem cap. 13. quod quidem fuit celebratū ante diem festum Paschæ cum iam venerat hora vt ex hoc mūdo transiret ad patrem, monēs nos, vt sicut ipse transiuit ex hoc mundo ad patrem, ita nos trāseamus a vitijs ad virtutes, nam (vt refert Euangelista Ioannes) cum in illū vsque diem dilexisset suos, qui erāt in mundo, vsque in finem dilexit eos, vsque in finem scilicet proprium hoc est, suum ipsius transitum ad patrem, vel finem eorum, qui sunt, & erunt in quacunque parte vniuersi, hoc est ad ipsam beatitudinem.

Cur autem postremū hoc conuiuium cęteris longè præstantius, ac excellentius haberi voluerit, suo loco dicemus. Nūc aūt preueniendū fore arbitramur, & tacitis quorūdā obiectionibus occurrendū, qui plura fortassis Xp̄um uñum habuisse conuiuia fuerint opinati, vt de conuiuio ꝙ pro nuptijs q̄ fuerunt factę in Cana Galileę ad quas fuit ipse vocatus, & discipuli eius, atque ēt conuiuiū illū magnum factum in domo Leui, vbi erat turba multa Pharisæorum, Publicanorum, & aliorum qui cum Iesu, & discipulis eius discumbebāt, cuius meminit Lucas cap. 5. Plura etiam conuiuia leguntur apud Euangelistas vt habetur Lucæ 7 & apud eundem cap. 14. & aliud c. 19. cum scilicet introiuit in domum Zachei; & quod legitur factum ante sex dies Paschæ. Et pleraque alia. Sed nullum horum potest cōuenienter dici fuisse instructum, & peractum ab

A eo; propterea non potest iure sustineri fuisse conuiuia ipsius, quamuis eisdem interfuerit, & vna cum alijs discubuerit.

De prioribus ergo conuiuijs in quibus tot millia hominum fuerunt saturati nobis erit priore loco dicendum: & vt ordinate procedamus, examinandum prius nobis erit conuiuium illud, de quo omnes Euangelistæ loquuntur. Sed D. Ioannes fusius, & vberius quàm reliqui. secundo loco loquemur de eo

B conuiuio, in quo quatuor millia hominum extiterunt, de quo loquitur Matth. cap. 15. & Marcus cap. 8.

Caput secundum.

De Authore huius conuiuij non est quod quicquàm dubitemus. Satis enim constat ex verbis Euangelij Dominum nostrū Iesum Christum verum Deum, & verum hominem eius fuisse

C auctorem, quippe qui venerat in hunc mundū vt cibaret, & saluaret nos, quiq. nullam vnquā prætermisit occasionem qua nos iuuare, protegere & modis omnibus fouere nosceretur, nec verbo doctrinæ solum nos pascere, & erudire, & instruere animum sategit, verū etiam corporis necessitatibus prouidere, nec passus est vllo pacto nobis aliquid deesse. Is ergo fuit auctor, & instructor huius conuiuij, nec penes hoc

D est quicquam aliud dicēdum. At si quæras vnde & qua causa fuit motus, facile respondetur, non aliunde profecto, nisi ob suam ineffabilem pietatem, & misericordiam, atque vt beneuolos nos redderet, & promptiores ad credendum his quæ ab eo dicebantur: nam cum nemo nisi volens alicui rei fidem adhibeat, opere precium est aliquo beneficio voluntatem attrahere, vt faciat, & imperet intellectui quo credat ijs quæ dicūtur,

E & fiunt. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cū discipulis suis loquens illis de regno Dei, sed non adeo cum illis sedebat, & loquebatur conuertēs eos ad seipsum, quin etiam quandoque respiceret turbam assistentem, & passim ad se venientem ex omnibus ciuitatibus, oppidis, & villis quæ erant in ea regione vel circa: erant enim inquit Marcus

cap. 6.

cap.6. multi, qui veniebant, & redibant, & pauperes quidem discipuli nec manducandi spatium habebant, quo eos pie, & humaniter exciperent, atque docerent. Fœlix quidem labor docentium, qui vt alios spirituali cibo reficiant, sibi ipsis corporalem victũ subtrahere non curant. Sic profectò qui curam gerunt animarum oportet efficere: quanquàm per eos qui veniebant, & redibant mistice possunt intelligi qui conuertuntur ad Christum, & qui auertũtur ab eo. Sed ad litteram per hæc verba potest etiam designari concursus turbarum & visitata quædam, & instabilis hominum conditio. Sed quia in hãc frequentiam, & concursum multorũ haud dubiè vehementer laborabant Apostoli hos cohortando, illos instruendo, & quosdã etiam increpando, propterea dixit illis Dominus, & magister venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum, quo monentur prælati, & aliorum præfecti compati quandoque eorum ministeris. qui opere, & sermone assidue laborantes promerẽtur interdum quiescere, & præter quietem, suorum quandoque laborum recipere mercedem omnis enim labor optat pręmium: Sic ergo dicendum est Dominum Iesum ob solam eius pietatem, & misericordiam, & ob ingens nostræ salutis desiderium eiusmodi cõuiuium instituisse; id quod expresse testatur Euangelista Marcus dum ait. Et exiens Iesus vidit turbam multam, et misertus est super eos, quia erant sicut oues non habẽtes pastorem, lupi quidem erant qui tum in spiritualibus tum in temporalibus illis pręerant. Nec te perterreat cũ dicimus Christum fuisse misertũ super eos; quoniam iam credimus, et fatemur eum fuisse verum hominem, sicut etiam verum Deum. quare consequens erat in eo fore misericordiam, et pietatem, pariter et potentiam: sola enim bonitas (inquit August.) nihil profuisset esurientibus nisi affuisset etiam potestas.

Si quis autem quærat quam ob causam turbę iste Christum sequebantur. D. Ioan. mox respondet, quia videbant signa, quę faciebat super his qui infirmabantur. Et D. Marcus inquit. quod multi videntes Christum, & discipulos abeuntes, de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præuenerunt eos, ob eam causam quam diximus. Sed nota, quod non omnes, ad vnum ob eandem causam Christũ sequebantur: quoniam ipsemet Christus testat᷑ apud Ioannem hoc eodem capite d Amen amen dico vobis, quia quæritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Plerique etiam sequebantur eum vt caperent in sermone, & accusarent eum, vt habes Matth. 12. & Ioan. 8. de muliere depræhensa in adulterio. Quidam vt sanitati restitueret seruos, aut affines, vt fecit Centurio. Matth. 7. & mulier illa egressa a finibus Tyri. & Sydonis. Nonnulli sequebantur eum propter sapientiam, & doctrinam quæ procedebat ex ore eius, sicut habes Matth. 7. & Ioan. 7. & dicebant nunquam locutus est homo sicut iste, & alij stupebant, & mirabãtur dicentes: quomodo hic litteras scit cum non didicerit? Alij verò ob curiositatem, illum sequebãtur, vt apud Matth 12. Magister volumus à te signum videre, qui tamẽn cum tanta signa fecisset corã eis, non credebant in eum, vt habes apud Ioan. c 12. Subijt ergo in montem nobilis, & excellens iste cõuiuator, vt se subtraheret a tumultu & perturbatione turbarum, & vt vna cum discipulis quiesceret pusillum, atque vt facilius, & melius perspiceretur ab omnibus, & loquens, ac docens, audiretur ab omnibus. Scribit enim Marcus quod existens in monte cepit illos docere multa; sicque dicitur ascendisse in montem velut in cathedram magistralẽ, & vt adimpleret quod prædictum fuit per Esaiam c. 60. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon. Et profectò satis opportunus erit mons orationi, contemplationi, atq. etiam doctioni, & verbi Dei ministerio, eum sit locus fit magis ab omni inquietudine semotus. Prætereo quòd volens instruere conuiuium prædictus erat ab eodem Propheta Esaia in monte illud peracturus c. 25. Postremo voluit nos monere Christus Dominus si volumus cibo spirituali refici, & alios eodem cibo reficere, & eorum necessitatibus prouidere

Matth. 12.

Esa. c. 60.

Esaia c. 25.

prouidere ascendamus in montem, & A hæc terrena relinquamus.

Caput tertium.

POsteaq̃ ex præmissis apparet quis fuerit auctor huius conuiuij de quo loqui proposuimus, & quam ob causam fuerit motus, opere precium est videamus qui, & quot fuerint isti conuiuæ: & quo in loco paratum fuerit istud conuiuium; & tertio loco quando fuerit coa- B ctum, & instructum: & verò hunc eundem historiæ contextum, & ordinem visus est seruasse Ioannes, vt scilicet de loco, & tempore quo factum fuit conuiuium, & postmodum de modo & ratione præparationis eiusdem.

Et quanquam ipse fuerit prius locutus de tempore. Nos tamen iuxta ordinem prædicamẽtorum loquemur nunc de loco. Sed præstat nunc videre, qui, & quot fuerint conuiuæ. Dicimus ergo C hanc turbam tam multam, & frequentem quæ sequebatur Iesum abeuntem, & loca deserta, & solitaria petentem fuisse coactam ex Iudæis, & gentibus quamuis, non omnes ob eandem causam, ita vt maior pars pro corporis beneficio quam pro salute animæ consequenda fuerint eum sequi. Erant præterea plurimi horum, qui Christum sequebantur homines pauperes, & egeni, quoniam (vt ait Marcus) pedestres de omnibus ci D uitatibus concurrerunt ad eum, & præuenerunt eos. Multiplicate enim sunt infirmitates eorum, propterea accelerauerunt vt habetur, ps. 15. Et quemadmodum de Christo Domino prædixit Esaias cap 6. cum dixit. tune mirabitur & dilatabitur cor tuum qñ conuersa fuerit ad te multitudo maris idest multitudo populorum, qui nauiganthoc mare magnum, & spatiosum: & re vera cum isti non in curribus, aut equis, vel alio E genere iumentorum sed proprio labore pedum illuc cucurrissent, pedestres erant, & maximam se suæ salutis curam habuisse demostrarunt: ex quibus verbis eliciunt quidam exponentes discipulos non aliam maris, aut Iordanis ripam nauigio pertransisse, sed proxima eiusdem regionis loca adijsse, quia si-

Psal. 15.
Esa. cap. 6.

cut non potuissent gentes ille pedestres illuc peruenire, ne dum preuenire. Docemur & nos si volumus Christum sequi, non ocio torpere, neque laboribus indulgere, modo velimus sectari eos, qui sana doctrina, & bonorum operum exemplo possunt nos instruere, & viam salutis nobis præmõstrare. Ingens profecto dedecus est, ab illis turbis nos vinci patiamur, quæ maiori ex parte erant ignare, & valde socordes præceptorum Domini.

Hi fuere conuiue huius de quo loquimur conuiuij. Quot vero fuerint Marcus, & Matth. dicunt fuisse quinque mil lia virorum, & Mattheus addit exceptis mulieribus, & paruulis: Lucas verò ait fere quinque millia: Ioan. autem quasi quinque millia, & nihil vltra addidit ab his duobus. Vbi etiam notandum quod per viros non sunt intelligendi quicunque homines, & cuiuscunque ætatis. Sed hi tantum qui attigerũt vigesimum annum. & aliquid vltra, vt colligitur ex lib. Numer. cap. 1. qui scilicet sunt idonei arma ferre, & ad bella procedere; sed re vera multo minores est reperire huius roboris, & potestatis: legitur enim de Beato Martino ꝙ quindecim annos natus in militiam profectus primũ in Constantij deinde in Iuliani exercitu militauit. Porrò quod attinet ad numerum eorum qui hic describuntur non existimes sacros Euangelistas qui vno, & eodem spiritu loquebantur sibi inuicem aduersari, & non esse concordes, propterea quod aliquis refert quod alter subticuit, aut prætermisit: Nam (vt inquit August.) non oportet quenquàm moueri, si quod ab vno dicitur ab alio prætermittitur. immo idem 2. lib. de cons. Euang. cap. 24. inquit cum modica varietate verborum, magis confirmari veritatem rerum. Sic etiam si vnus eorum diminute loquatur, vel particula minuente vtatur, vt ferè, vel quasi, alter verò simpliciter, & absolute, parum refert, quoniam vt vulgo dicitur, quod parum distat pro nihilo distare videtur. In magnis enim numerorũ supputationibus (siquid parum desit) nihil refert: quanquàm aliqui velint in textu Greco non reperiri eiusmodi particulas minuentes.

Num. c. 1.
Aug. de cõsesu Euãg. lib. 2. c. 24.

nuentes. De mulieribus verò, & paruulis nihil est locutus Ioannes qui plus cęteris retulit hoc insigne miraculum. Sed neque reliqui præter Matthæum; at non mirum, quia consueuit scriptura (dicunt aliqui) virorum tantum meminisse. Sed ego non facile adhereo huic sententiæ, neque probo quod aliqui dicunt, quod si paruulos, & mulieres nominasset; hi forte multo pluresquàm viri fuissent, arbitror itaque ego multitudinem paruulorum, & mulierũ nequaꝗ maiorem fuisse numero virorum. Quoniam (mea quidem sententia) nunquam ab Euangelistis fuisset ꝑtermissum. Dicamus ergo cum D. Augustino quod ex hac varietate verborum, rerum autem concordia salubriter nos doceri nihil quærendum in verbis, nisi loquentium veritatem, cui demostrandæ inuigilare debent omnes veridici scriptores. cum de homine, vel de Angelo, aut de Deo aliquid narrant. Matth. enim dixit prę ter quinque millia hominum affuisse etiam paruulos, & mulieres. Ipse dixit hoc, quod proculdubio non dixisset, si minus verum esset. Alij non dixerunt, igitur non est verum, negatur consequtio. Sat enim est quod non contradixerunt: Augustiuus 83. q. quæst. 61. dixit Matth. meminisse paruulorum, & mulierum vt ostenderet in ueteri lege fuisse infirmos, & imbecilles ad seruãdam legem, qui notantur per mulieres, fuisse etiam homines nanos, & incultos qui notantur per paruulos: Infirmus est.n. sexus muliebris ad actiones, & facilis ad lusũ pueritia. Nõ exprimit aũt quotus sit numerus illorũ q̃a nõ sunt digni vt numerentur: et ꝑterea stultorũ infinitus est numerus. Mistice uero puto non absque misterio quinque millia hominum, & non plures, aut pauciores nominatos fuisse, et interfuisse huic conuiuio: ut indicaret, aut innueret numerũ saluandorum, qui ante consummationem sęculi sunt saluandi. At in consummatione sęculi tunc erunt decem millia, idest erit completus numerus saluandorum, qui numerus exprimitur per numerum denarium, qui est numerus completus, et perfectus. D. autem Augustinus super Ioannem, dicit populũ istum quinque millium uirorum significare populum sub lege constitutum, quæ quinque libris Moysi cõtinetur, sicut et quinque porticus in quibus iacebat multitudo magna languentium, qui significabant quinque libros Moysi, potest etiam dici per quinque millia uirorum subintelligi posse innumerabiles uiros, qui futuris temporibus sequentur Christum. sicut per quinque uirgines inq̃t Aug. sup. ps. 49. intelligunt innumerabiles uirgines: aut per quinque millia uirorum intelligas circunscribi ab Euangelista significanter quoscunque homines qui præcesserunt Christum per quinque ætates quæ præcesserũt sextam ætatem in qua Christus fuit incarnatus. Alij alias adducunt rationes huius determinati numeri Sed non est præsentis negotij ista fusius ptractare, satis sit nobis hucusque assignauisse quot fuerint in hoc admirabili conuiuio conuiuantes; id quod maxime in huius rei tractatione uenit considerandum quo declarato superest uidere de loco in quo fuerit celebratũ.

D. August. sup. Ioan.

A

B

C

Caput quartum.

DIcit enim Matth. cap. 14. sui Euangelij Christũ audita morte Ioannis Baptistę in locum desertũ seorsum fuisse profectum, atque ibi tantam turbam pauisse sic etiam Marcus cap. 6. At Lucas magis exprimit locum huius apparatus. Inquit enim quod Iesus tunc idest audita nece Ioan. Baptistæ assumptis discipulis suis secessit in locũ desertum qui est Bethsaida. Sic enim legunt aliqui. Sed in Biblijs magis correctis, et nuper excusis legitur Bethsaidæ, ut innuat desertum illum, quo secessit Iesus esse in agro seu tenitorio ipsius Bethsaidæ, non aũtesse ipsam Bethsaidam, sed ad illud oppidum pertinere quod secundum omnes dicebatur esse Patria Andreæ, Petri, et Philippi Apostolorum propè stagnũ Genazeret. Dicitur ergo desertum illud esse Bethsaidę quemadmodum lacus Trasymenus, qui est in agro nostro Perusino dicitur lacus Perusię. Cur autem Christus Dominus audita morte Ioannis secesserit in eum locum, fortassis non esset opus exquirere,

D

Desertum Bethsaidæ fuit locus conuiuij.

E

exquirere. quoniam sufficit nostro instituto, & intentioni nostræ iam expositę explicare locum in quo factum fuit illud conuiuium. Verum vt lectoris animo aliqua ex parte faciamus satis, dicemus (vt alij) cum nullo metu mortis illuc profectum, quia nondum venerat hora eius, & vita, & mors erat in manu sua. Sed ideo secessit, vt cederet furori Herodis, & ne præberet illi occasionem in eum ipsum, & in quenq̃ alium sæuiendi. Et ideo accurate Euangelista dicit, secessit in desertum, non ait. Fugit quãquàm cognouisset quod turbæ volebant eũ facere regẽ dicit. Ioan. quod fugit in mõtem. Sed vt verius loquamur, & certiorẽ causam afferamus, dicemus vna cum D. Marco, idcirco in desertum locum Dominum secessisse, vt vna cum discipulis suis, qui nimio labore erant fatigati requiesceret pusillum: Adde vt facilius, & commodius tanta populi multitudo instrui posset, & recreari. Quandoquidem locus parum latus, & nimis angustus non erat capax tãtę multitudinis. Dicit Chrysostomus illuc secessisse, vt nemo illum sequeretur: vel vt absq̃ue vlla suspitione fieret hoc miraculũ ne scilicet aliquis crederet ex aliquo castello propè existẽte allatum esse tantum panem. At si velimus hæc Domini acta referre ad mores, dicemus, quia omnis Christi actio nostra & instructio voluisse nos suo hoc exemplo monere, ne in paradisis conuiuijs simus nimium soliciti aulas, & atria aut etiam pomeria nimium speciosa ac delicata quærere, & eligere cum videamus illum cuius est terra, & plenitudo eius locum desertũ elegisse, locum inquam desertum, & destitutum hominibus, ac domesticis animantibus, sed bestijs, ac serpentibus, & feris immanibus oppletum, atque refertum, & vbi nullum extat vel animi solatium, vel oblectamentum. Hoc enim manifestum est, nanque referente Marco Euangelista cap. 1 sui Euangelij, Dominus ipse noster dum post baptismum ductus a spiritu in desertum concessisset, nullam aliam præter Angelos, quam cum bestijs habebãt societatem. Sic enim legitur eo loco. & erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana, eratque cum bestijs. At nos cum volumus conuiuare præter domos, & palatia satis ampla, & spatiosa, & mirificè admodum adornata, & exculta, quærimus societatem nobilium virorum, ac mulierum, vbi omne genus temporalis gaudij, & lætitiæ capiamus, vt tunc impleatur quod dixit Propheta ps. 65. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Confundantur homines, confundantur qui Christũ Dominum profitentur, qui tot superfluos, & inutiles sumptus in hisce rebus futilibus, & vanissimis suam omnem curam videntur impendere. Sed dices (habenda est ratio personarum.) Admitto, sed non omnibus datum est adire Corinthum. Qui enim sũt tenuioris fortunæ si velint erga proximum charitatem vllam exercere, aut vrbanitatis officium, mediocri sint contenti apparatu Sed petamus desertum idest hunc mundum vna cum Christo, quod quidem licet sit malum, horribile & tremendum, Deus tamen miserebitur nostri, & consolabitur nos per spiritum suum, & mittendo ad nos prædicatores verbi sui, & faciet cũ tentatione prouentum vt possimus sustinere; & tunc verè (vt dicit Augustinus super eundem ps) pinguescent speciosa deserti, & colles exultatione accingentur. Hæc pauca diximus vt satisfaciamus his, quibus curæ est scire. cur Dominus secesserit in desertũ qui etiam si voluerint cœlestis alimoniæ participes esse, secedent in desertum idest segregabuntur a consortio populorum, & euitabunt innumeras occasiones peccatorũ. Sic docet Ambrosius, voluit etiam inquit Aug. in deserto pascere turbas, & ibi cõuiuare, vt ostenderet nos quandiu sumus in spe promissionis illorum bonorum, quæ nondum videmus, per deserta duci cõsolante nos in sanctis scripturis, vel per eas verbo Dei. Est alia consideratio penes ea q̃ habentur apud Marcum, & Lucam propter loca, quibus circumscribitur istud desertum, in quo Deus operatus est tam grande miraculum, Cuiusmodi sunt mare Tyberiadis, Bethsaida, & stagnũ Genezaret,

quam

quam confiderationé nos libenter prætermittimus, quia non multum confert nostro instituto, sed qui de his omnibus velit exactam cognitionem, & ab omni difficultate liberam, & immunem, legat annotationes Illustrissimi Card. Toleto super Ioannem, & erit sui voti maxime compos, & ab omni difficultate semotus.

Caput quintum.

Quo tempore fuit peractum istud conuiuium.

QVando aût, & quo tempore quod tertio loco fuerat nobis propositum factum fuerit istud conuiuium, scribit Ioannes scribunt & alij, sed non eodem modo.

Dicit.n. Ioan.c.6. sui Euang. hoc fuisse prope Pascha Sic.n. ait erat proximũ Pascha dies festus Iudęorum. Qui fint dies festi Iudęorum memini me scripsiſ se in expositione primi capitis huius libri. Dicit Lucas. cap.9. hoc fuisse peractũ postquã Christo relata fuere quæcunq. Herodes opinabatur de ipso Christo, & quod cupiebat videre eum. Tunc enim discessit a Ierusalem vna cum discipulis, & profectus est in locum desertum, qui est Bethsaidæ. Matth. verò, & Marcus dicũt quod Iesus audita a discipulis morte Ioannis Baptistę secessit in nauicula in desertum locum Nulla tamen est repugnantia inter hos sacros Euangelistas; quamuis enim dicat Ioannes id contigisse prope Pascha, non existimes sub idem temporis Ioannẽ fuisse decollatum. quoniam multum temporis inter hũc diem festum de quo loquitur Ioannes, & necem Ioannis Baptistæ intercessit. Nam Ecclesia celebrat, & meminit ipsius decollationis multo antea quam fuerit peractum istud miraculum de quo loquimur. Neque enim quam primum fuit decollatus Ioannes, discipuli retulerunt, sed neq. etiam dum Herodes loquebatur de Christo, & cupiebat videre eum: sed aliqui secus opinantur vt D. Aug. & Tho. super Matth. Vt ergo distinctè, ac resolute hæc declarentur, & omnis difficultas excludatur. Dicimus prius, fuisse decollatum Ioannem, & suis a discipulis eius cadauer sepulture datum. Deinde post aliquod

A tempus id fuit relatum, & nunciatum Christo. Interim eodem Christo Domino multa signa, & miracula faciente cum ad Herodis notitiam peruenret suspicante eo, vel ita dicente Ioannem, a mortuis surrexisse, & ob id cupiente videre Chr stum fortasfis vt occideret, & aliquod flagitij perpetraret, multi ex discipulis Ioan. & sui accesserunt ad Christum. Hæc omnia ipsi retulerunt, quibus a Christo auditis, post aliquot dies

B abijt trãs mare Galileę quod est Tyberiadis. Sic enim habet Marcus. occiso Ioanne Baptista, & corpore eius in monumento posito conuenientes Apostoli ad Iesum, renonciauerunt ei quæ egerunt, & docuerunt. egerunt (inquam) hoc est sepelierunt corpus illud, & multa miracula operati fuere, & docuerunt idest prædicarunt, & euangelizarunt verbum Dei Nõ igitur immediate post Ioannis Baptistæ decollationem Chri-

C stus secessit in desertum, sed multos interim in alijs operibus perficiẽdis dies, & menses fuisse consumptos. Sed neque existimes hoc festum Pascę quod erat proximum patrationi huius ingẽtis miraculi illud fuisse, in quo Christus Dominus tanquã agnus immaculatus fuit immolatus. Sed iuxtà supputationem temporum, quo nariæ, & multæ actiones contigerunt, annus intercipitur ab eo tempore quo fuit decollatus Ioãnes

D & patratum istud miraculum. & hoc est secundum Pascha cuius meminit Ioannes Euangelista post miraculũ nuptiarum. Credimus ergo ex his satis manifestum esse; & patefactum tempus quo fuit factum præsens miraculum, & huiusmodi conuiuium celebratum. Sed dices. quomodo potuit Christus cum proximum esset Pascha cui oportebat ex lege illum interesse ab Hierusalem secedere? Potest multifariam responde-

E ri. Primum quia qui condidit legem poterat etiam ex iusta & rationabili causa eam soluere pietas enim est quandoque tam efficax ut ei cedat religio Præterea excusantur ab obseruãtia legis, & huius præcepti qui habent graues inimicitias, & hostes valde infensos, ut erat Christus, quem quærebant Iudęi interficere, dicit Teodoretus quod non curauit *Theodoretus.*

Christus

Christus legem soluere, quia aduenien-te veritate cessat omnis figura; & quod legibus non subijciuntur qui legalia fe-
D.Thom. sta sunt perfecturi. D. Thomas inquit quòd Christus erat Deus, & homo: inquantum homo subiectus erat legi, vt Deus, supra legem. Vt ergo se hominem ostenderet seruabat aliquando legem, vt vero Deum se ostenderet legem soluebat. Praeterea si quis quaerat cur elegit hoc tempus ad patrandū hoc miraculum, & tam solemne conuiuium, Respōderi potest diuinae voluntatis nullam posse causam assignari, quia ipse est sua voluntas, suum velle, & suum operari, praesertim si loquamur de operibus intraneis. Verum quia nihil absque misterio eundem operari credendum est, dicere forsan poterimus, ipsum elegisse hoc tempus, quod est propè Pascha Iudęorū quod est tempus refectionis gaudij, & exultationis; & deinde, quoniam cito futurum erat tempus, quo ipse transiturus erat ex hoc mundo ad Patrem, vt & nos cogitemus aliquādo nos factu ros hunc transitum, si tamen secuti erimus ipsum Christum in desertū vsque, & refecti fuerimus pane cęlesti. Tribus inquam vijs, ac semitis oportet eundem sequi videlicet fide, spe, & charitate, quod vt facere possimus, rogandus est Deus, & dicendum ei. Per tuas semitas duc nos quo tendimus ad lucem quam inhabitas.

Caput sextum.

POsteaquam in pręcedentibus expli cauimus quae admodum necessaria fore putauimus ad ineundum aliquod conuiuium, & ea ferè omnia in hoc Domini conuiuio a sacris Euangelistis fuisse nobis demonstrata, verbi gratia, quis sit auctor conuiuij. qui & quot sint futuri conuiuę quove loco conuenienter fieri debeat, & quando; consequens fore ducimus in eodem ineundo conuiuio inquirere, vt rite instruatur, & nihil planè ad eius perfectionem, & complementum: desit, videre inquam quę fuerit eius praeparatio, quae dapes, & fercula fuerint illic praeposita; quive ministri. Eiusmodi ergo prima

A fuit praeparatio quòd auctor ipse conuiuij omnium primus, qui iam subijt montem vna cum discipulis vt ipsi quiescerent pusillum, atque interim ipse doceret eos multa, & loqueret de regno Dei, id quod sępe aliàs in monte fecisse legitur cum subleuasset oculos, quos iam demissos, & pudice tenuerat, neque huc, aut illuc vagabatur, aut dirigebat sed solos, quos docebat discipulos intuebatur, ad se conuertens corda eorum,
B cum (inquam) subleuasset oculos, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, descendit de monte, & venit illis obuiam, & placidè excepit eos: vbi videre est, quam benignus, & misericors fuerit ipse Saluator excipiēdo fatigatos, docendo inscios, sanando aegrotos, reficiendo ieiunos, & quantum ipse deuotione credentium delectetur. Cumq; per totum illud temporis spatium multa docuisset, & vt dicit Marcus c. 6. lan- Marc. c. 6
C guidos curasset, dies cepit declinare, id quod praesignabat mortem Christi, qua post annum erat moriturus. & cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli ad eum dicentes: desertus est locus iste, & iam hora praeterijt; dimitte illos, vt exeuntes, in proximas villas, & vicos, seu castella, quae circa nos sunt emant sibi escas, quia hic in loco deserto sumus: Quibus verbis demonstrabant Apostoli naturalem quandam pietatem,
D & misericordiam erga illam multitudinem, non parum ęgre ferentes quod fame laborarent, & remanerent inanes, & vacui. neque vnde pascerentur haberent: Rogabant ergo Dominum Iesum vt illos dimitteret; quanquàm his verbis ostendebant se parum fidere, at memores esse potentiae, ac benignitatis sui praeceptoris. Tunc dixit illis Christus qui dat escā omni carni, qui etiam praesens erat, vos date illis manducare q.d.
E Vestra interest illos pascere, vestri muneris est illis prouidere, vos estis dispensatores mei, ego sum Dominus & Magister, vos estis mei discipuli ad vos spectat illis ministrare, & eorum qui me sequuntur, vestrum est curam gerere, propterea non habent necesse ire, vos date illis manducare. Tunc discipuli in vnum coacti cęperunt loqui inter se dicentes.

centes. Vnde poterimus hanc turbam saturare panibus, nisi forte eamus, & emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare? At Iesus præsentiens eorũ murmur, & colloquium, misertus vtriusque, multitudinis inquam, & discipulorum fame laborantium, interrogauit Philippum. Vnde ememus panes vt manducent hi?, hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Philippus iuxta sermonẽ quem prius inter se collocuti fuerant Apostoli, & iuxta iudicium naturale satis prudẽter respondit. Ducentorum denariorũ panes non sufficiunt eis vt vnusquisq. modicum quid accipiat. Sed rursum interrogat eos Christus. Quot panes habetis? ite, & videte? & cum cognouissent, dicunt non habemus hic nisi quinque panes hordeaceos, & duos pisces, nisi forte eamus, & emamus in omnem hãc turbam escas. Luc. 9. At vnus ex illis Andreas frater Simonis Petri pręceteris aliquanto cautior, & diligentior coram est locutus dicens. Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces. Sed hęc quid inter tãtos? idest tam multos, quæ verba dubio procul exprimunt id quod alij dicebãt obscurioribus verbis. videlicet. Nisi forte eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas, q. d. Suppetias ferre non possumus nisi aliunde fuerit prouisum tantæ multitudini. En vides apud Euangelistas interdum loco pluralis numeri poni singularem, & aliquando contra; qua ratione & loquendi formula vnio, & consensus animorũ facile designatur, vt quibus erat anima vna, & cor vnum in Deo. Sed mirabitur forte quispiam. Cur Iesus facturus istud conuiuium non præuenit discipulos, aut antea prouidit ne ab illis cogeretur petere consilium, eo præsertim, quo sciebat quid esset facturus: Huic dixeris (vt ait Euangelista) hoc autem faciebat tẽtans ipsum, Philippum pariter & alios non autem tentauit, vt deciperet, sed vt eius ignorantiam demonstraret (vt inquit Augustinus) & modicam fidem. Aut etiam eum tentauit, quia magis tardus, & rudis ingenio inter alios, & forte quia magis curiosus, habebatur cum alias fuerit ausus compellare Dominum d. Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Non ergo existimes Dñum Iesũ interrogasse Philippũ quia nesciret quid esset acturus, neq. ipsum tẽtasse, vt ab eo quicq̃ addisceret, aut eum deciperet. Sed vt alijs de eo experimentũ præberet, vt ait Aug. in expositione huius Euangelij. Sed rursus dubitabit quis cur Philippus ita responderit dicens. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis &c. Huic dubio difficile est respondere, nisi recurramus ad sensum mysticum. Prius quidem imaginari oportet Philippum esse locutum (vt mox diximus) iuxta prudentiam carnis, non aduertens quanta sit virtus, & potentia diuinæ maiestatis. Sed præter hæc dicimus. Philippum a Spiritusancto edoctum quia re vera, ducenti denarij qui faciunt summã viginti scutorum aureorum, & designant omnẽ perfectionem possibilem haberi, aut reperiri inter homines ductu luminis naturalis, vel per experimentum, aut per exercitium, & laborem studiorum, quæ omnis perfectio per numerum denarium designatur, qui numerus notat perfectionẽ, vnde recte dixit non sufficiunt ad consequendam salutem. Vult ergo innuere dictum istud quod nulla virtus, aut perfectio humanitus acqsita, sufficit ad reddendum hominem simpliciter, & absolute perfectum, aut saltim ad percipiendam veram sapientiam, aut partẽ illius, iux. illud Hier. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua. Et præt. Si quis habeat omnes virtutes tum infusas, tum acquisitas, & nõ habeat charitatem iux illud Apostoli 2. Cor. 13 nihil habet & nihil est. Id quod habetur tãtummodo per fidem, spem, & charitatem iux. illud Apostoli. Si habuero omnẽ fidem, & omnem scientiam, & non habuero charitatem, nihil sum. Nec etiam absque causa fuit præceteris locutus Andreas, cum dixit. est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, &c. Quandoquidem videbatur esse melius dispositus atq. paratus ad subueniendum turbę qui nolebat alios panes emi, sed de habitis turbam refici: sed neque ipse attulit sufficiens remedium propterea subdit, sed

hæc quid inter tantos? secutus & ipse iudicium humanum; quāquàm forte fuit recordatus, quando Eliseus de viginti panibus satiauit centum homines.

Atquis nam fuit puer hic, qui ferebat illos panes, & cuius erant illi panes, & pisces? Non omnes idem sentiunt; sed ego saluo meliori iudicio existimo puerum hunc comitatum fuisse cętum Apostolorum, & panes illos, ac pisces fuisse Apostolorum delatos ab illo puero. quoniam sic legitur apud Lucam cap. 9. B discipulos dixisse non sunt nobis plusq̄ quinque panes hordeacei, & duo pisces. Sic etiam apud Marcum c. 6. Interrogati a Domino quot habetis, dixerūt quinque, & duos pisces. Glosa etiam videtur esse huius sententiæ. & D. Th. super Matth. Panes inquā illos non ipsius turbæ, neque illius pueri, sed collegij Apostolorū fuisse. Sic etiam Cyrillus, Chrysostomus et videtur sentire idem cum, ex verbis ipsius Andreæ qui plusquàm C Philippus se prudentiorem esse demonstrauit, elicit, quàm vilis & modica fuerit Apostolorum mensa, quippe qui non habebant nisi quinque panes hordeaceos, & duos pisces. Vbi liquido constat secundum eius verba panes illos quos deferebat ille puer, fuisse delatos pro cibo, & refectione Apostolorū, dicebantur isti panes hordeacei hoc est duri, & difficiles, ad digerendum; quemadmodum erant veteris legis præcepta, quæ dicit D Princeps Apostolorū neque nos, neque Patres nostri portare potuerunt. Veruntamē si ad mores mentem aduocemus, hordeum licet sit durum, & difficile, vt quod habet paleam tenacissimā, tamen habet vim mundificatiuam, quo significat pęnitentiā, quæ licet sit acris, & dura habet tamen vim mundandi, & purgandi animā D. Aug q. 61. lib. 83. quæst. dicit ꝙ panis iste ordeaceus significat populū Iudaicū, cuius cordi velut palea E hordei, carnalia desideria cohærebant: & velut hordeum dū trituratur in area, illo paleari tegmine difficile exuitur; Sic populus Iudaicus tritura tribulationum, quā per 40. annos pertulit, difficile carnalia desideria deposuit. Pisces autem designāt Psalmos, & Prophetas aut longe melius regnum, & sacerdotium, A seu mauis diuinam in Christo legislatore naturam pariter, & humanam. Commode quidē (inquit Aug.) per duos pisces figuratur in Christo dignitas Sacerdotalis & regia, quoniā sicut in procelloso mari pisces nunq̄ fluctibus frāguntur, licet quandoque seruata eorum integritate cedere videantur, sic reges, & sacerdotes puri, ac legitimi popularibus fluctibus, ac procellis nunq̄ frāguntur: licet quandoque ob aliquem finem cedere videantur. Quòd si in sensu litterali volumus aliqd effari, dicemus propterea pisces fuisse adhibitos ad istud conuiuium, quia est cibus longe conuenientior his, qui spiritum magis q̄ carnem sectantur. Propterea dicebat Apostolus. Bonū est non manducare carnem neque bibere vinum. Et memini me legisse apud quendam scriptorem Ethnicum, quod eiusmodi cibus piscationis excellentioribus viris congruit magis, quam esus carnium, quas dicit magis congruere rudioribus, & grosioribus viris, & hebetioribus, quam viris ingenuis, & nobilibus.

Deniq. Solet quæri posteaq̄ panes, & pisces pro ferculis, & dapibus fuerūt allati. Nōne decuit etiam ad huius conuiuij complementū afferri quoq. vinum, quo sitis extingui, & viribus roborari potuissent ipsi conuiuæ? Huic dubio respondetur sm̄ D. Hieron. qđ hoc non est conuiuium, in quo bibitur vinū nouum qđ quidem bibetur cum cantabitur canticum nouū ab hominibus nouis, quod tunc erit, cum mortale hoc induerit immortalitatē. Sed hæc rńsio D. Hier. optime satisfacit, si loquamur de vino iuxta sensum anagogicum de quo quidē vino loquebatur Christus apud Luc. & Marc. Non bibā de hoc genimine vitis donec bibā illud nouū in regno Patris mei. Idcirco dicunt alij ad litteram. quod Christus non curauit in hoc conuiuiū afferri vinum quia dedit cibarijs virtutē agendi qđ efficit panis, & vinū, ita quod sitim non sunt perpessi qui affuerūt huic conuiuio; Dei. n. opera sunt perfecta, & quos reficit ipse Xp̄us perfectè reficit. Potest etiam dici ꝙ existētes in deserto fortassis habuerunt aquā vnde poterant sitim extinguere. Nec erat necesse illuc defer

se vi-

re vinum quod potius ad luxum quam ad sustentationem datur. Etsi dicatur quod vinum letificat cor hominis, iam responsum est. Habemus ex his in hac mensa nullum aliud genus ciborũ fuisse allatum, nisi panes & pisces, & nihil vltra fuisse phibetur, vt hinc discamus humilitatẽ, parsimoniam, & charitatẽ, qua omnia debemus existimare cõmunia, atque ẽt vt ostenderetur Christum Dñum fuisse terræ, & maris Dominum. Sed præter hæc, noluit Christus Dominus creare noua cibaria, quia veniens in carne, q̃ olim fuerunt prædicata in Prophetis, & libris veteris legis, voluit adamussim implere. Non enim (inquit D. Chrysost.) solũ corpora nutrire, sed & aĩam volebat instruere, & erudire. At si volumus altiora petere, & indagare, dicemus (vt alij) nõ ab re quinqite panes fuisse allatos, vt quinque libros legis Iudaicẽ designarent, quos ferebat vnus puer, hoc est populus Iudaicus, quippe qui dicebatur *Puer* quod sub elementis mundi huius seruiebat, & rebus rñ sensibilibus nitebatur, vel ipse Moyses, qui propter imperfectionem status in quo erat dicebatur Puer. Hæc ergo fuit prima p̃paratio huius cõuiuij, de quo loqui proposuimus. Nanque Saluator noster eum audisset hos sermones, & p̃cepisset oẽm curã, & omne consilium discipulorum, quanq̃ nouerat omnia anteq̃ fierẽt, percepto ipsius Andreæ, & aliorum eius discipulorum responso, dixit illis. *Facite homines discumbere. erat aũt fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia*. Discubuerũt inq̃.i. sederunt vt comederent. Dicuntur aũt discumbere, quia antiquitus homines lectis accũbẽtes comedebant. Vnde inoleuit consuetudo, vt qui sedent ad mãducandũ, dicantur discumbere. Et quidem locus ille pp mollitiem erat satis commodus, vt hoĩes ibi discumberent erat.n. viride fœnum.d. Mar Et profecto locus ille erat satis cõueniens huic populo, qui erat totus carnalis: vnde oĩs ca ro fœnum: & oĩs gloria eius quasi flos agri, quanq̃ aliqui volunt vt ibi supet fœnum velut in lecto iacerent. Quod aũt præceperit Apost. tanq̃ ministris couiuijs vt facerẽt illos discũbere, nihil aliud insinuat, nisi Deũ velle vt oĩa decenter, & sm̃ ordinem fiant. Paul. n. congratulatur Coloss. c. 2. qui ordinem seruabant sic Esa. c. 5. pascentur (inquit) agni iuxta ordinẽ suũ. & 3. Reg. c. 4. mirabatur Regina Saba de ordine ministrorũ in palatio Salomonis. Sic & B Iob dixit Dñus. Nunquid nosti ordinẽ cęli, & pones rationẽ eius in terra? Vult ergo Deus inter hoĩes ordinẽ seruari p̃sertim inter platos, & ministros Ecclesiæ, vt s. vnusquisq. sedeat in loco suo Sic itaq. Deus præcepit Apost. vt faciant hoĩes discumbere, i. ordinate sedere per partes, & partes quasi sint plura conuiuia, vt facilius possit illis ministrari; discubuerũt ergo per cẽtenos & quinquagenos. Neq. obstat quod Lucas dicat tm̃ per quinquagenos, & quinquagenos, qa qd vnus tacuit alter expressit. & hi diuersi discubitus in eodẽ deserto. sm̃ Greg. l. 16. mor. c. 26. præfigurãt distinctionem Ecclesiarum, quæ vnam Catholicã Ecclesiam Romanam efficiunt, & conseruant. Moraliter vero quinque millia virorũ p̃figurant eos, qui quinque sensibus sunt circunsepti sm̃ quos reguntur, & degunt, qui carnalia sectantur. Aut sm̃ Theodoretum designant eos, qui adhuc in sęculo existentes exterioribus bonis bene vti didicerunt. Porro aliæ afferuntur rõnes mistice; sed non opis est nostræ quęcunque alij dicunt hic inserere. Sed mirũ est qd iussit Xpus hoĩes discumbere, & suis in locis distinctim sedere, cum nondũ allata fuerint cibaria, quæ erant necessaria conuictui. Dicit Chrys. hoc parũ referre; q̃nquidem Deus vocat ea q̃ non sunt tanquã ea quę sunt, & præterea dici põt rectissimẽ iam cibaria fore adducta, cũ dixerit Andreas puerũ ibi p̃senrẽ esse, qui habebat quinque panes, & duos pisces Ex quibus factum fuit & plene instructum istud cõuiuium. Panes autem quos ex hac mensa debemus excipere sunt hi, primus quidẽ vt cognoscamus Deum, & eundem timeamus, de quo pane loquitur Christus Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Secundus panis est cognitio sui ipsius, & conscientiam

Coloss. 2.
3. Reg. 4. c.
Gregor. 16. mor. c. 26.
Panes necessarij in cõuiuio morali.

tiam suã diligenter examinare; de quo pane loquebatur Sapiens Ecclesiastici cum inquit. Mitte panem tuum super aquam, i. super tribulationes quas patimur ob iniquitates nostras. Iuxta illud Ecclesiæ. Nulla tibi nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Tertius panis est detestatio peccati iuxta illud Tren. 1. oĩs populus eius gemens quærens panem, dum s. detestatur malum quod pp̃etrauit. Quartus panis est perseuerãtia in bonis operibus. Iuxta illud B Isaiæ c. 33. Quis obturat aures suas, &c. Quintus panis est eleemosyna peccata redimere iuxta illud Psal. Pauperes eius saturabo panibus. Duo uero pisces sunt compunctio cordis, & spes ueniæ.

Caput septimum.

QVid igitur factũ est? Postea quàm Andreas frater Simonis Petri, C exposuit, & patefecit, puerum quendam inter eos reperiri, qui panes quinque ordeaceos, & duos pisces tantum apud se habebat, & iam viri illi discubuerant per centenos, & quinquagenos, factum est inquam, cũ iam dudum curasset lãguidos eorũ, vt ipse Christus Dñus, & auctor conuiuij acceptis quinque panibus, & duobus piscibus suspexit in cœlum, & benedixit eis, & cũ gratias egisset, fregit, & distribuit discipulis D suis, vt ponerent ante turbas, & duos pisces diuisit omnibus, (vt ait Marcus) & ex piscibus pariter, & panibus quantum volebant. Hæc ergo omnia præcessere conuiuium; Primũ quidem sanauit languidos eorum (vt referunt Matthæus, & Lucas) & docebat eos multa, & loquebatur eis de regno Dei, vt corpori pariter, & animo consulere videretur. Præterea cum prius discumbere fecisset, omnem illam turbam super viride fœnum, & cognito illic adesse, vel haberi E tot panes, & pisces, quot iam diximus, accepit in manibus suis, postmodum aspexit in cœlũ, illos benedixit, gratias egit, continuo fregit, & distribuit discipulis, ipsi autem discipuli distribuerunt turbis, & turbæ etiam distribuerunt inter se, partes per partes, (& sicut ait Lucas) per conuiuia erant distributi, & Marcus ait, per contubernia, hoc est per distincta, & distributa conuiuia, quæ Græcè dicere possumus, sicut alij dicunt per symposia, & symposia; Quod autem fuerint dispositi per centenos, & quinquagenos, (vt ait Marcus) non caret misterio; quoniam si allegoriam sectemur, quinquageni referunt Iudæos, qui sunt conuertendi ad Christum, centeni verò referunt gentes, Moraliter verò quinquageni dicuntur qui a malis operibus resiliunt, centeni verò, qui non solum a malis operibus: verum a prauis cogitationibus sese penitus abstinere nituntur. Aut dicas iuxta sensum Anagogicum, quinquageni dicuntur, qui adhuc in pœnitentia constituti Verbum Dei libenter audiunt, centeni verò dicuntur, qui a peccatis liberi solo desiderio vitæ æternæ suspirant, & manent: sed prosequentes historiam Euangelij dicimus, Deum accepisse panes in manibus suis, vt ostẽderet, inde creari, & emanari virtutem in illis panibus, multiplicandi, & reficiendi tantam turbam fame laborantem. Aspexit in cœlum, vt indicaret, omne bonum, & omne datũ optimum de sursum esse, descendens a patre luminum, vt sic acies mentis illuc dirigatur, vbi est lux scientiæ, & fons omnis boni, & denique, vt ostenderet, se a Deo esse, & Deum esse, & omnem potestatem habere. Benedixit illis panibus; quia nihil absque Dei benedictione percipiendum est, vel benedixit virtutem multiplicationis implorando, & impartiẽdo. Per sermonem quippe Dei omnia benedicuntur, vnde benedictio Dei ad multiplicationem pertinet (inquit Diuus Thomas super hũc locum). Agit gratias Deo, vt ostendat, & exemplum præbeat, ante cibum Deo gratias esse agendas, vnde, & nos consueuimus, ante perceptionem cibi sic Deum præcari. Largitor omnium bonorum benedicat cibum, & potum seruorum suorum. Et D. Paulus: Nihil inquit est reijciendũ, quod cum gratiarum actione pcipitur. Sed cur Christus sanaturus

Patali-

Paraliticum, suscitaturus mortuum, maris tempestatem sedaturus nō agit gratias Deo, hic autem agit? Respondit Diuus Chrysostomus, hoc fecisse, vt cognosceremus, nullam in eo indigentiam reperiri quoniam si Christus in hisce mirabilibus operibus patrandis ope aliqua indigeret, magis profectò in rebus maioribus, ac difficilioribus, quàm in minoribus eandem expeteret, & postularet. Item quia multa aderat multitudo, vt ipsa cognosceret, diuina voluntate hæc fieri, ac etiam potestate; ideo voluit gratias agere. Quod si solus id fecisset, non esset necessaria gratiarum actio. Deinde gratias agit Deo pro nobis, quod scilicet nos facere debemus, vel agit gratias pro nobis, pro beneficio scilicet eius intercessione nobis collato. Propterea notandum, Christum Dominum in miraculis patrandis, aliquando orare, aliquando verò non. Orat, vt se verum hominem esse ostendat, quandoq. non orat, vt se verum esse Deum, ac Dei filium demonstret. Fregit, qua fractione multiplicauit ipsum panem, & ideo fregit, vt posset distribui tantę multitudini. Poterat enim Deus multiplicare panem absque vlla fractione: sed quia disponit omnia suauiter, videbatur facilius, & commodius posse distribui iam fractos, quàm si essent integri. At si volumus hanc fractionem in alium sensum interpretari, dicimus; per eam præsignari fractionem, quam fecit Christus, cum aperuit, & dissoluit sensa scripturarum Apostolis, vt eas intelligerent, & sic de paucis sermonibus superabundantem alimoniam fecit populis ministrari.

Distribuit discipulis, & discipuli distribuerunt turbis, & turbæ sibi inuicem distribuebant, nec in manibus Christi solum: sed & in manibus discipulorum, atque discumbentium, virtute tamen Christi, panes illi multiplicarent, ita, vt omnes ad satietatem vsque manducarent. (Sic enim ait Euangelista Matthæus) Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Similiter & ex piscibus quantum volebant, neque oportet hic hæsitare, & quærere quo pacto fuerit facta ista multiplicatio: fecit .n. inquit Augustinus tractatu 24. super Ioannem: Quomodo Deus vnde enim multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinq. panes, panes autem illi quinque quasi semina erant, non quidem terræ mandata: sed ab eo qui terram fecit multiplicata, & Gregorius Nissenus: quibus inquit nec cęlum prębebat materiam, nec tęllus iuxta sui naturam producens frumentum, eorum satisfaciebat ægestati ex ineffabilibus horreis diuinæ potentiæ beneficium affluebat.

Panis paratur fractus in manibus ministrantium, nec non per saturitatem edentium augumentatur, esum etiam piscium eorum necessitati non subministrauit mare: sed ille, qui in mare piscium genus inseruit. Diuus Ambrosius inquit: Non exiguo; sed multiplicato cibo liquet populum illum esse saciatum, & incompręhensibili quodam ritu inter diuidentium manus, quas non fregerant multiplicare particulas, & intacta frangentium digitis sponte sua fragmenta subripere. Quæ omnia si velis clarius percipere, vide D. Thom. in expos. huius cap.

Caput octauum.

E Narrauimus quid egerit Christus priusquàm turbæ ori cibum admonerent, vt nos instrueret, & exemplum præberet, quid & nos antequàm manducemus simus facturi. Quidve egerint Apostoli, vel vt famuli, & ministri illius conuiuij, quidque fecerint turbæ ad huiusmodi conuiuium ascitę. Sed nunquid lauerunt manus suas cum panem essent manducaturę? Hac de re nullum verbum in Euangelio: sed forte pręteremissum, quia cum id parum referat, Euangelistæ non curarunt meminisse; quanquàm fuerit traditio seniorum, vt nisi manibus loti, cibum non caperent: sed quis scit, si in eo deserto erat copia aquarum, quin ipsi lauerint manus, & pedes? At quid putamus illos fecisse dum manducarent? nunquid

nunquid ventri implendo dumtaxat incumbendo? vel inanibus, & fabulosis sermonibus aut etiam detractionibus tempus fallendo, minime quidem omnium: sed reficiendo corpori, iam pene fame consumpto, & Dei laudationibus insistendo vacabāt, iuxta illud Prophetę: Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui solus satiauit animam inanē, & animam esurientem repleuit bonis.

Postremo. Si quæras quid post conuiuium, & posteaquàm sunt impleti, peractum fuit, nunc (vti sumus polliciti) declarare, & explicare aggredimur: inquit enim Ioannes eo loci, Dominum præcepisse discipulis, vt colligerent fragmenta, quæ superfuerunt ijs, qui manducauerant, ne pereant; & quòd collegerunt ea, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum; ex quinque panibus hordeaceis, tulerunt (inquam) d. Matthæus reliquias, duodecim cophinos fragmentorū plenos: Sic Marcus, & Lucas pene ad verbum asserere videntur.

Cęterum illi homines, (dicit Ioannes) eum vidissent quod fecerat Iesus signum dicebant, quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum. Discipuli vero iussu Domini confestim ascenderunt in nauiculam, vt præcederent eum trans fretum donec dimitteret turbas. Ipse autem fugit solus in montem orare. Hæc autem omnia, quæ contigerunt expleto conuiuio, nos admonent, quid facere oporteat dum cōuiuamur; & ne sicco pede isthæc omnino transeamus, hæc omnia passim obseruabimus: Primum. Cur Dominus voluit colligi reliquias, & fragmenta, quæ superfuerunt; & cur voluit hoc onus specialiter discipulis imponere. Deinde videbimus, quinam fuerint illi cophini, quos dicunt plenos fuisse illis fragmentis, & quantum quisque eorum capiebat. Postremo ponderanda est, & diligenter expendenda turbarum retributio, & beneficij accepti compensatio, seu gratiarum actio. Nec silentio est prætereundum quod fecerunt Apostoli, pariter & Christus immediate post discessum turbarum.

A Circa primum dicit ipse Euangelista causam, cur iussit Dominus discipulis, colligere fragmenta, (ne inquit) pereant, ne disperdantur, ne abeant in malam viam, & nullis sint iuuamento. Quæ si fuerint reseruata, poterant discipulis prodesse, ne quem grauare cogerentur, sicut dicebat Apostolus: Neminem vestrum grauaui. Poterant etiam deseruire subuentioni pauperum, iuxta illud præceptū Saluatoris. Quod

B superest date elemosinam, & ecce omnia munda sunt vobis. Non ergo ab re & sine rationabili causa, præcepit Dominus Apostolis, vt colligerent fragmenta quæ superfuerunt, his, qui manducauerant, atque etiam id fecit, vt ostenderet miraculum, fuisse verum, non phantasticum, non apparens tantum, aut imaginarium, cum eius reliquiæ fuerint diu seruatæ, & in cibum consumptæ. Imposuit vero hoc onus

C Apostolis, vt qui futuri erant doctores, & magistri gentium, quique distributuri erant, idest, declaratori intellectus, & sensa scripturarum, firmus, & tenacius suis, & aliorum cordibus imprimerent; sic dicit Beatus Augustinus, Misticè interpretando locum istum. Fragmenta inquit, sunt secretiores intellectus scripturarum, quos cum non possint capere multitudo, & vulgus imperitum; illis credantur, & ferenda

D committantur, qui idonei sunt capere, & alios docere, sicut sunt Apostoli. Fragmenta ergo illa sunt dicenda, quæ non potuit populus manducare, quæ ideo superfuere. Ad aliud postulatum de cophinis, dicendum est secundum Augustinum super Psalm. 81. cophinos esse vasa quædam, vel instrumenta seruilia, & rusticana, quibus deferri solent stercora, sordes, & immunditię domus, atque etiam lateres, & exquilia ad quæ vasa deferenda, coacti erant

E filij Israel, dum erant in Aegypto, sicut habetur in Psalmo prællegato: Manus eius in cophino seruierunt. Alij dicunt, cophinum esse canistri genus, instrumentum quoddam, contextum ex viminibus, quo res aridę continentur; Nostri autem solent vocare cophinum capsulam, in qua reconduntur vestes,

Aug. sup. ps. 81.

res, & quæcunque alia vtensilia, modo non sint fluida; Si quis verò melius, & vberius huius nominis significationem velit habere, legat expositionem Illustrissimi, & eruditissimi D. Cardinalis Toleto super Ioan. Impleti ergo fuerunt duodecim cophini ex illis fragmentis, quod quidem non fuit casu, aut fortuna; sed voluntate diuina, vt scilicet quot erant Apostoli tot essent cophini, ita vt & Iudas suum differret, cophinum, quem postmodum sua ipsius culpa, & ignominia, deperditum, & ablatum surripuit Matthias, qui fuit suffectus, & electus in locum suum. Vnde Diuus Chrysostomus, diligenter, & accuratè considerans hoc factum, dicit, se non tantum admirari copiam, & multiplicationem panis, quantum tot fragmenta ex illa multiplicatione superfuisse, quod tot cophini fuerunt repleti, qui quidem numerum ipsum duodecim Apostolorum dicuntur æquare. Ex hoc etiam miraculo docemur non esse pusillanimes in dando; sed abundanter tribuere omni petenti, & præsertim pauperi, & ægeno; quia qui libenter dat, & subuenit inopi, ipse quoque abundabit, & in die mala liberabit eum Dominus. Cophini ergo duodecim designant, & respōdent collegio duodecim Apostolorū qui duodecim articulos fidei deferent, & nunciabunt per vniuersum orbem terrarum, quique licet fuerint in mundo cōtemptibiles, velut cophini; sedebunt tamen in fine seculi super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Porro cophinus modo, quo diximus pro canistro rusticano susceptus, difficile est certo scire; quantæ sit capacitatis: sed aliqui volunt, eum capere res, ponderis triginta librarum: sed qui huius rei experimentū aliquod fecere, libenter illis subscribo. De piscibus autem, seu eorum reliquijs nulla fit mentio, quia (vt ait Diuus Chrysostomus) & (vt habetur in Biblijs) rite correctis, nullę dicūtur ex piscibus superfuisse reliquiæ; neque enim decebat.

Ad id quod postremo loco fuit propositum, audacter dicam, gentes illas à Domino pastas, & refertas non fuisse omnino erga Dominum, & benefactorem suum vecordes, & ingratas: sed quod noverant, & toto poterant laudis, & gratiarum actionis efferre, continuo præstiterunt, quamuis non vt par erat. Qui cum vidissent, quod fecerat Iesus signū, dicebant: Quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum, sed non est mirum, hoc tantum de eo, & non vlterius fuisse progressus, quia adhuc super fœnum discumbebāt. i. adhuc carnales erant, & quæ carnis sunt sapiebant: Christus enim non Propheta solum: sed Dominus Prophetarum, impletor Prophetiarum, sanctificator Prophetarum erat: Propheta quidam erat, sicut dictum fuit Moysi: suscitabo eis Prophetam similem tui, similem quidem secundum carnem, non secundum maiestatem; dicitur ergo Propheta, & Dominus Prophetarum, sicut dicitur Angelus, & Dominus Angelorum, & caput eorum. Dicitur enim Esaiæ 9. Magni consilij Angelus, dicitur Angelus, quia annunciauit nobis fidem, & vitam æternam, & ad illam capessendam est cohortatus: Dicitur Propheta, quia multa prædixit. Dicitur Dominus Prophetarum, & Angelorum: quia Verbum Dei caro factum est. Diuus Thomas super hunc locum dicit, in Christo fuisse triplicem cognitionē scilicet sensitiuam, & secundum hanc habuit aliquam similitudinem cū Prophetis, præsertim ratione passibilitatis, quæ sibi conueniebat propter statum viatoris. Habuit cognitionem intellectiuam, & ratione huius non debet dici Propheta, neque Angelus: sed est supra Angelos, quia erat cōpræhensor longe excellentius, quàm aliqua creatura. Erat in eo cognitio diuina, & quatenus ad hanc cognitionem erat inspirator Prophetarum, & Angelorum. Oportebat ergo eos dicere, non solum hūc esse Prophetam; sed Prophetarum, & Angelorum Dominum Deum ipsum verū, & filium Dei vnigenitum. Et cum subdunt dicentes, qui venturus est in mundum, si dixissent, qui iam venit in mūdum, rectius, & verius fuissent loquti: sed ipsi loquebantur referendo verba legis, & Prophetarum. Sed nota ꝙ inquit Chrysost. in hac harū turbarum acclamatione dignoscitur incredibilis gu- *Chrysost.*

gulæ auiditas: Maiora quidem his miracula fecit Dominus, & certe innumera, neque eum esse Prophetam, nisi pasti confessi fuerunt: Quàm vulgi mutabilis sententia, cum nō amplius calumniātur, nec sabbathi transgressorem vocant, neque zelo Dei mouentur; sed omnes has curas pleno ventre abiecerunt, vt verum sit illud Prophetæ dictum: Cōfitebuntur tibi cum benefeceris eis.

Dicūnt postremo Euangelistę, quod discipuli coacti a Domino, ascenderunt in nauiculam, ut præcederent eum transfretum, donec dimitteret turbas, quòd ideo fecisse putandum est, ne nimia turbarum cōsuetudine offenderentur; aut haberentur contemptui quandoquidem nimia familiaritas parit cōtemptum. Iesus autem dimissis turbis vrbanè, & placidè (vt fieri solet) apud conuiuantes, fugit solus in montē orare, cum, vt præberet exemplum euitandi inanem gloriam, tum quia nouerat, quòd turbæ volebant eum rapere, vt facerent regem. Fugit (inquam) non secessit, volens nos monere, vt fugiamus ista temporalia, nec in illis quicq̄ immoremur. At quando Herodes volebat eum capere, secessit in Galileam, non fugit, hoc autem ideo, vt cederet

A furori ipsius Herodis. Hoc igitur est primum conuiuium, quod legitur fecisse Dñum Iesum. in quo peragēdo vidimus quis auctor, qui conuiuæ, & quot quænam fuerint cibaria, quæque ante conuiuium, quidve postea contigerit, quæ ideo proponuntur, vt & nos Saluatorem nostrum imitati, eadem faciamus: Exemplum enim dedit nobis, vt quemadmodum ipse fecit, idem & nos faciamus, quod videlicet, mensa sit fru-

B galis, nihil cibi assumamus, nisi prius Deum benedicamus, & expleto cibo eidem gratias agamus, vt monet D. Paulus 1. ad Cor. cap. 10. 1. Thess. 5. & sicut in cōuiuijs Ethnicorum solebat auctor conuiuij, expleto conuiuio dare aliqua munuscula, tanquàm corollaria conuiuitatis, & quandoque imponere coronas ipsis conuiuatis, ita nunc: (sed versa vice) volebant conuiuati imponere coronam ipsi conuiuatori, & Domino con-

C uiuij. At ipse contemnens istas nugas aufugit; sic & nos istas nenias, & puerilia euitare debemus. Sed pergamus ad aliud conuiuium, quod licet non fuerit adeo splendidum, & sumptuosum, fuit nihilominus valde miraculosū, & perpetuis laudibus extollendum.

DE

DE SECVNDO CONVIVIO QVOD CHRISTVS EGIT IN TERRIS PRIVSQVE PATERETVR.

CAPVT PRIMVM.

IN explicando modo, & ratione, seu formula, qua fuit ab eodẽ Christo Domino Saluatore nostro celebratum aliud conuiuium, descriptum, & exaratum à D. Mattheo Euangelista capite 15. & à D. Marcho capite viij. procedemus ut in priori. Videbimus (inquam) quando fuit celebratum istud conuiuium, vbi, & quare, deinde, B quot conuiuæ, quattuor quæ fercula, Demum quid ante, & quid post ipsum iam expletum fuerit effectum. Sciendum itaque non multò post primum conuiuium, Christum Dominum, hoc aliud cœgisse, non multò minus quam prius instructum, & præparatum. Dicitur quidem, hoc etiam fuisse initum secus mare Galileæ posteaquam Dominus liberauit, & Sanitati restituit filiam cuiusdam mulieris Cananeæ, quæ malè à Demo- C nio vexabatur. & uelut scribit D. Marcus, liberauit etiã quemdam surdum, & mutum, cuius apertæ sunt aures, & solutum est vinculum linguę eius, qui tũc iam liberatus, loquebatur rectè, cum prius esset elinguis; Cum itaque Christus Dominus uoluisset, miraculum istud efficere (vt sui moris erat) ascendit in Montem, & sedebat ibi, ascendit quippè in montem, quò ab omnibus ui deretur, & audiretur & ipse quoque facilius omnem turbam, quæ illum sequebatur, prospiceret. Præterea quòd A ascendit in montem, ut locum magis idoneũ orationi, cõtẽplationi, & aliquãtæ quieti, seligeret, quia plurimũ cõfert à tumultu, & perturbatione turbarum quandoque segregari. Omitto, quòd Christus dicitur semel in Montem ascẽdisse, idest in Crucem, ut sanaret omnes languidos, euius rei fuit figura, & præfignatio quædam hic ascensus, de quo loquitur Matthæus, qui refert, quòd tunc accesserunt ad eum, turbæ, habentes secum debiles, mutos, cęcos, & claudos, & multos alios uarijs infirmitatibus laborantes, ubi per debiles D. Hyeronymus intelligit habentes manum aridã, & impotentem. Ego autem crediderim, per debiles intelligi debere homines illos, qui quamuis nullum habent corporis membrum specialiter infectum: toto tamen corpore suat infirmi, imbecilles, & ualetudinarij & complexionis admodum floccę & inualidę: sed nolo plus sapere, quàm oportet sapere. Sed cum turbæ adduxissent corã Iesu tot languidos, & male habentes, proiecerunt illos ad pedes eius non rogantes ut manum apponeret supra eos, sed ut fimbriam tangerent, & curauit eos, ita ut turbę mirarentur, uidentes mutos loqui, claudos ambulantes, cęcos uidentes, & magnificabant Deum; Mirabantur quidem non immeritò, uidentes multitudinem eorum, qui sanabantur, & facilitatem sanationis.

Profectò ingens foret ingratitudo, & mentis hebetudo acerbissimis uocibus increpan-

increpā̃da si visis tot mirabilibus signis & prodigijs, Deum non magnificassent sed hoc parum est, præstitisset plurimũ, vt Deum fide, obseruantia, & bonis operibus sequi didicissent. At non prætereas, quod notat Euangelista, illas videlicet turbas proiecisse illos languidos ad pedes eius, & cæteros. Sed cur ad pedes? in signum humilitatis, & reuerentiæ. Nos quoq. eorum. sequuti vestigia dum volumus animi languores, & infirmitates eijcere:ad pedes illius, qui Christi vices gerit in terris, debemus proijci, ac prosternari. Hæc autem facta fuisse legimus ante conuiuium.

Caput Secundum.

Videamus nunc, quæ fuerit eius preparatio, & qua causa fuerit effectũ. Inquit Euangelista Marchus: Cũm turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducaren t, conuocatis discipulis suis, ait illis: Misereor super turbam. quia ecce iam triduò sustinent me, nec habent quod manducent. Super quibus verbis, tria sunt videnda; Primum, qua causa Christus fuerit motus ad patrandum hoc miraculum: dicit enim, & sic orditur hanc historiam: In diebus illis iterum, cũm turba multa esset &c. Deinde obseruandum est, cur conuocat discipulos si vult illis subuenire. Tertio quomodo triduò sustinuerunt eum illæ turbæ, & cur tamdiù distulit ipse Christus illis prouidere. De primo; Nemo existimet, Dominum Iesum penes alimenta dumtaxat suum velle ostendere Dominium, ac potestatem, ne propter cibum tantum turbæ illum sequi viderentur; sed ob pietatem, & misericordiam, qua erga miseros, & omni ope destitutos mouebatur ad demonstrandam admirabilem suam virtutem, & potentiam, & præsertim vbi præuidebat ingẽs aliquod periculum imminere, sic ergo dicit Christus, (referente Marcho) Misereor super turbam, quia ecce iam triduò sustinent me &c. Sic etiã dicit Matthæus: Misereor turbæ, quia triduò iã perseuerant mecum, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via: Sic etiam dicit Marchus: & si dimisero eos ieiunos in domum suam deficient in via, quidam enim ex eis de longè venerunt, ita quod nõ erat ibi locus propinquus, vnde potuerint suis necessitatibus prouidere.

A

Marchus autem in Principio huius capitis, apponit hanc particulam Iterũ habens rationem illius miraculi, quod paulò ante fecerat, quo ex quinque panibus, & duobus piscibus satiauit quinque millia hominum. Est etiam hoc loco notandum cur præcipue dicitur hic fuisse misertus turbæ. Dicit August. q̃d in toto seculo generis humani, hoc solum tempus est quo fidei Christianæ gratia data est ideq; rationabiliter dicitur fuisse misertus; tunc & non prius. De secundo, Oportunè admodum Christus prouisurus iam magnæ multitudini conuocat discipulos, ut præbeat exẽplum prælatis, ac magistratibus, & Rectoribus populorum, vt rationem habeant quandoq. subditorum, nec velint eos negligere: sed ab eis consilium expetere in rebus arduis, ac difficilibus.

B C

Cũm dicitur, eos triduò sustinuisse Christum Dominũ, nec habuisse quod manducent, sic intelligitur à plerisque: Quod non toto triduò illi sustinuerunt famem: quoniam (inquiunt) eos cibũ secum detulisse, qui iam consumptus erat in duobus diebus: sed tertia die, nihil habebant amplius quod manducẽt: At ego (habita semper reuerẽtia ad eos, quos ego venerari, & summopere colere, & suspicere debeo) nullum putarem inconueniens asserere toto triduo illos fuisse ieiunos: legimus enim de Paulo Apostolo, qui existens Damasci tribus diebus non manducauit neque bibit. & prætereà sola virtute, & præsentia Christi poterant istæ turbæ sustineri, ne fame perirent: sed quid plura: nonne D. Augustinus lib. 1. de moribus Eccl Catholicæ capite 33. fatetur, se didicisse, multos Romæ, & Mediolani, & alibi quoq; exercere ieiunia, incredibilia, non quotidie semel, sub noctem reficiendo corpus, quod est vsquequaq; vsitatissimum: sed continuum triduum, vel amplius sine cibo, ac potu ducere. Non est inter istos annumerandum ieiuniũ

D E

Aug. lib. 1. de moribus Eccl. c. 33.

ipsius

ipsius Eliæ 3. Reg. 19. multo minus ieiunium Christi neque moisis vt habetur Exo. 24. qui ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: quoniam Christus virtute diuinitatis, cui erat cõiuncta humanitas hoc poterat efficere, & alij peculari quodam diuinæ gratiæ priuilegio. Sed fortè quis mirabitur, si turbæ illæ erant destitutę panibus, neq; habebant quid manducarent, cur iam sanitati redditę non discedebant? aut panem petebant? Dicit D. Chrysostomus, quod non audebant quicquam petere, cum iam satis ab eo pro sanatione suorum, se accepisse cognoscerent. Propterea Dominus amator omnium, & omnium curam gerens etiam nõ petentibus, quod eorum sustentationi necessarium fore cognosceret; dare consueuit, & ad propias domos redire differebant quòd ventris superiores nulla pręparandę męsę solicitudine tenebantur, sed verbis Domini toti intenti, obliti erãt proprij commodi. Hæc verba Apostolis magis conueniunt. Ex his itaque habemus qua causa fuerit motus Dominus, & Saluator noster ad in eundum istud conuiuium, quod priusquam præpararet, sanauit multos languidos, vt alachrius, & libentius potuissent refici, Quod si isthęc spiritualiter intelligãtur, dicemus, per istos langnidos, qui triduò sustinuerunt Dominum intelligi debere totum genus humanum, quod scilicet nõ poterat suis viribus aliquod opus verè bonum cogitare, nedum efficere, sub quo genere humano, hi omnes concluduntur, & comprehenduntur, & qui ante legem, & qui sub lege, & qui tãdem tempore gratię ad Christum accesserunt. Hoc est illud triduum, quo turba multa sustinuit ipsum Dominum, quiq; omnes de longè venerant. Super est quartum tps quo ad plenissimam pacem cælestis Hierusalem sumus uenturi quo quicuuq; rectè credunt in Christum perueniet, propterea reficit turbã ne deficiat in via quæ est satis ardua & difficilis. Aderant inquam claudi, cæci, muti, & debiles, & alij multi, uariis languoribus affecti, muti quidem, qui non laudant Deum, neque grãs agũt ob beneficia, ab eo suscepta. Cæci qui nõ

3. Reg. 19. Exo. 24.

Aug. lib. 1. quæst. eu. q. cap. 19.

A intelligunt, neque apprehendunt uiam vitæ, surdi, qui non obtemperant Dei mandatis, Claudi, qui per deuia boni operis non rectè incedũt, quibus dicitur 3. Regum cap. 18. Vt quid claudicatis in duas partes? Quamuis autem Matthæus nõ explicet qui sint debiles: quia non habebat fortè dictionem, quæ suũ oppositum significaret; meo quidem iudicio sunt velut, ij, qui accidiæ morbo laborant, Omnes ergo istos, malè habẽtes, prius Dominus curauit, materialiter quidem priusquam cibo refecerit qa omnem escam abhominatur anima infirmorum vt habetur psal. 102. qui propitiatur omnib⁹ iniquitatibus nostris, qui sanat omnes infirmitates nostras deinde cibo refecit, dum accipiẽs septẽ panes, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbę. Ecce qui fuerũt ministri spiritualiter verò eos refecit sed neminem pascit, sua gratia gratificante, & pane corporis sui, nisi prius mundauerit à culpa;

3. Reg. c. 18.

Sed cur tãdiù distulit ipse Dominus, eos tam corpore, quam animo iuuare? cum toto triduò sustinnerint eum? Dicendum, hoc ideo fecisse Saluatorem, ut discipulorum suorum probaret ingeniũ, & fidem experiretur, atque etiam illarũ turbarum fidem, & patientiam notam faceret: aut ideò tam diù; illos expectare, & substinere permisit, ne iudei calumniarentur ipsum miraculum, dicentes, quod illæ turbæ essent refectæ cibo, quem secum detulerant. Vt ergo sensum misticum huius rei vel, narrationis colligamus, dicimus, quod moraliter sustinemus Deum tribus rationibus, vel tribus modis, videlicet Cogitatione, verbo, & opere, sic Deum oportet cõfiteri, & defectus nostros coram sacerdote patefacere. Dicit August. oportere sustineamus dominum dum citò nos non consolatur, non statim confert gratiam, neque salutem, & perpetuam quietem. Nam donec peregrinamur, dilaturus est, non ablaturus quod promisit, propterea dicit propheta Viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine Dominum, qui promittit Deus est, uerax est, non sustinebis mendacem, qui possit fallere,

fallere, nec impotentem, qui non possit exequi quod promisit. Tres dies allegoricè designant tria tempora, de quibus diximus, videlicet, ante legem, sub lege, & tempus gratiæ, Anagogicè verò isti tres dies referunt sanctissimam trinitatem. vel post triduum possumus intelligere triduum mortis Christi iuxtà illud Oseę 6. Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos. Vnde qui volunt se conformare morti Christi; triduo sustinent Dominum, idest toto uitę suæ tempore, iuxtà illud. semper mortificationē Iesū in corpore nostro circunferentes. Iam vidimus quis sit sensus eorum uerborū cum ad literam, tum iuxtà sensum spiritualem, & allegoticum. Nunc reuertamur, & prosequamur historiam, qua vidimus hucusq; qua causa motus Saluator noster parauerit hoc aliud conuiuium, qđ licet, quò ad sensum naturalem nō mul tum differat à priori conuiuio habita ratione multitudinis turbarum, ac reliquiarum, quæ in utroque superfuerunt, mistice tamen loquēdo fuit inter virūque multum discrimen, quoniam in eo præfiguratur litera veteris testamenti; in hoc autem, veritas, & gratia noui testamenti; sed percurramus singula. Legimus hucusq; conuiuium illud fuisse peractum in deserto, & loco solitario, procul ab omni domicilio, & illuc accessisse multam turbam, adducentem secū multos languidos, & male habentes, cuius numerus erat quatuor millium hominum, extra paruulos, & mulieres, qui omnes inedia laborabant: Facturus itaque, Dominus huiusmodi conuiuium, alloquitur suos dicens. Misereor super turbam &c. Et postea subdit. Nolo dimittere eos ieiunos, quia deficient in via; quidam enim ex eis de longè venerunt, Id quod iuxtà sensum literalem, seu penes historiam intelligi potest tam de Iudæis, quam de gētibus, qui omnes à longè venerunt, sed qui erant longè, facti sunt propè: sed mistice dicuntur de longè venire, qui post multa flagitia, & scelera perpetrata ad Deum conuertuntur: longè enim à peccatoribus salus: Sed Dominus misericordia motus, nunquam dixisset, Nolo eos dimittere

Osee. 6.

2. Cor 4.

A ieiunos, nisi cognouisset, se habere potestatem, ne ieiuni discederent. At discipuli audito hoc verbo dixerunt. Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? quibus dixit Christus, quot panes habetis? quod quidem postulauit, vt mentes eorum erigeret, qui etsi totū negocium nōdum comprehenderant, sublimiores tamen, & accuratiores paulatim fiebāt, vt ipso interrogationis modo, & quasi vultu interrogantis, prioris

B miraculi recordarentur. Vnde interrogati à Christo, quot panes habetis, Responderunt, septem, Vbi videre est, Et diligenter animaduertere, quāta fuerit discipulorum parsimonia, seu temperantia, & quam parum solliciti erant de ventris alimonia, qui in vasta solitudine commorantes, septem sclummodo panes habebāt. Sed quare non dixere hic, vt in alio conuiuio, Quid inter tantos? quia iam aliquantulum profecerant, li-

C cet non totum apprehenderetur ab eis. Quid igit Christus? quid facturus ī cum tam modica annonæ substantia in tam magna multitudine; Audi quod sequitur: Nam accepto responso discipulorum præcepit turbæ, vt discumberet super terram, & accipiens septem panes, & paucos pisciculos, & gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, vt apponerēt, & apposuerunt turbæ, & manducauerūt omnes, & saturati sunt, qui vero mandu-

D cauerunt, erant quatuor millia hominū exceptis paruulis, & mulieribus. Super quibus verbis paulo nobis insistendum est. Primum quidem occurit dubitandum, nunquid panes illi erant ordeacei, at de hoc apud Euangelistas verbū nullum: verum si ad rem significatam velimus attendere non videbitur nobis durum, id fuisse prætermissum: multum enim discrimen inter vtrumq; tempus debet constitui. Maior enim abundan-

E tia frugum, idest virtutum, & donorum futura erat tempore gratiæ, quam tempore legis, & propterea non erat absimile, neque à ratione dissonum, quod panes isti essent triticei non ordeacei, videlicet labores & actiones fidelium & doctriną euangelij quibus pascunt fideles. Occurrit etiam dubitatio quędam leuis, Cur hi duo Euangelistæ non explicant

plicant quem detulerunt numerum piscium, sicut in priori conuiuio.

Huius quæsiti nondum in veni solutionem ab aliquo, nisi misticam, quia. s. in veteri lege erant tantum duo pisces, quibus refici, & substentari poterant illi homines, quò panis ordeaceus esset aliquanto suauior, & minus durus, & asper, cuiusmodi erant ceremoniæ, & præcepta illius status; duo igitur pisces erant dignitas & potestas regalis, & sacerdotalis, per quas figurabatur Christus qui fuit rex & sacerdos, vt dictum est in expositione prioris conuiuij. In nouo autem testamento designato per quatuor millia hominum sunt pauci pisciculi quoniam multi sunt vocati pauci uero Sancti, & electi Dei, quos tamquam pauperes elegit, diuites autem in fide, & a-

Luc. 12. lijs virtutibus, quibus dicit Christus: Noli timere pusillus grex, Isti autem pisciculi non numerantur, quia de minimis non curat prætor, idest hic mundus, qui sanctis quos mundus contemnit, velut pisces nos reficiunt, ne deficiamus in uia etc. iubentur autem super terram discumbere, si volunt pasci á Domino: quoniam oportet non solum carnales affectus; & carnalia disideria reprimere, quæ per fœnum describuntur, quia omnis caro fœnum: sed super terram, idest mundum ipsum, & quæ mundi sunt prorsus abijcere: quoniã quicquid est in hoc mundo, nihil aliud est, nisi cinis, & terra, puluis, & vmbra. Sunt & aliæ significationes horum verborum; quas facilè est reperire apud alios interpretes. & expositores: sed adhuc occurrit ambiguitas, Cur plures reliquiæ superfuerunt ex quinque panibus, et pluribus turbis comedentibus. Dicitur secundum D. Chrisostomum: Diuersa fuisse miracula, et ne fragmentorum æqualitas miracula confunderet, et obliuionem obduceret hoc discrimine vtriusq miraculi memoriam voluit cõfirmare, sicque affecit, ut in uno conuiuio duodecim cophini fragmentorum responderent numero duodecim Apostolorum, In altero septem sportæ, septem panes adæquarent. Porrò septem panes referunt allegoricè septem sacramenta Ecclesiæ. aut septem dona Spiritus sancti, septem sportæ fragmentorum sunt intellectus sanctarum scripturarum, quibus pascimur, his septem diebus, quibus moramur in hoc mundo, quod perficitur septem diebus, pluries euolutis, quemadmodum fuit septem diebus cõpletum totum tempus ipsius creationis: quod autem quatuor millia fuerunt in hoc conuiuio non caret misterio: ista enim multitudo conuiuantium præfigurat vniuersos mortales, qui sunt in quatuor partibus ipsius Orbis, aut designat quatuor elementa, ex quibus omnes sumus constituti, aut quatuor uirtutes cardinales, quibus oportet esse præditos qui uolunt huic conuiuio interesse, uel dicas cum Augustino per quinq; milia uirorum designãtur fideles uet. testamẽti propter quinque libros Moysis, Per quattuor millia designantur fideles noui testamenti propter quattuor euangelia quibus instruimur, sed hæc expositio uidetur inuere plures fuisse in uet. lege Deo acceptos quam iń noua.

Caput tertium.

SCribunt Euangelistæ, Quod Expleto & absoluto conuiuio mox dominus turbas dimisit & ascendit in nauiculam & alio secessit, quo facto uoluit nos monere, ne cum benefecerimus, expetamus & expectemus gratulationes, gratiarum actiones, tripudia cantus, & alia huius generis ludibria, quæ maximè solent in conuiuijs profanis experi, & desiderari: sed primum; secedere & ad sua qneque negocia, recta, scilicet & laude digna commeare, habemus itaq. in hoc conuiuio, quæ à principio nobis fuere ꝓposita, uidelicet. Quis fuerit auctor, qui fuerint conuiuæ, & quot, Vbi, & quãdo fuerit celebratum, quę fercula, quidque ante conuiuium, quidnè post fuerit peractum. Reliquum est, in his duobus Euangelijs aduertere, & mirari insignum modestiam Euangelistarum, quippè qui non sunt ueriti suam ipsorum stoliditatem, & ingenij tarditatem patefacere, ut ueritatem ipsam notam facerent, Ea enim ipsi scripserunt, & tamen culpam suam quamuis nõ paruam occultare noluerunt: Magnum

enim

enim erat profectò crimen Miraculi, & in audiri, & recentis nullam tenuisse memoriam, quadere increpati, neq; increpationem quoq; siluerunt. Imitandi siquidem sunt à nobis, ut ueritatem semper diligamus, ipsam totis uiribus tueamur, ut omnia in Dei laudem, & gloriā A cedant, qui est uia, ueritas & uita Et hæc pauca de secundo conuiuio, à Christo Dei filio peracto sufficiant, vbi præter sensum litteralem multa quoque oportuit pro refectione mentis mistice interpretari.

DE TERTIO CONVIVIO QVOD CHRISTVS EGIT ANTE PASSIONEM.

CAPVT PRIMVM.

INtentio Authoris est loqui de tertio Conuiuio, quod Christus Dominus & Saluator noster egit ante passionem : & hæc est tertia particula primæ partis principalis tertij tractatus de conuiuio.

EXpleta narratione A de secundo Conuiuio, quod propriè, & materialiter legitur fecisse Dominū nostrū Iesum Christum, de quo Matthæus Euangelista Cap. 15. & Marcus Cap. 8. satis superq; sunt loquuti. Consequens est, de tertio Conuiuio eodem B modo accepto verba faciamus, de quo quidem omnes Euāgelistæ fuere loquuti, sed multo opulentius, & vberius tanquam de Cellatio Dominici pectoris, vbi discumbere solebat, loquutus est Iohannes, in quo quidem explicando & pertractando videbimus, quemadmodū in alijs, quis fuerit Auctor, & Dominus istius Cōuiuij, quod vocant Cęnam; qui, & quot fuerint Conuiuę, quibus dapibus fuere cibati, & vbi, & quando peractum fuerit istud Conuiuium. Demum videbimus quid ante Conuiuium, quid A inter conuiuandum & quid expleto Cōuiuio fuerit peractum. & ut à priori capiamus exordium, nulli dubium Dominum nostrum huius Cœnæ fuisse authorem, dicit enim Iohannes Euangelista quod sciens Iesus, quia venit hora eius vtiq; sciens, quia nō in vitus neq; inscius sciens inq̄, qa venit hora eius, i. hora ab eo diffinita, & p̄scripta, vt trāseat ex hoc B Mūdo ad Patrē, cū dilexisset suos, qui erāt in mundo, in finē dilexit eos, In finē quidem, eo modo quo supra declaratū est, hoc est in Christum, qui est finis perficiens, non interficiens, vel in finem, idest semper. Cum dilexisset (inquam) suos idest qui sunt electi, & prædestinati ad vitam æternam, voluit supplè cum eis conuiuare, & recreari, & ea documenta illis præbere, in signum dilectionis, & mutuæ charitatis, quæ maxime sunt necessaria ad salutem consequendam. Sic etiam dicit Matthæus, quòd prima die azimorum accesserūt discipuli ad Iesū dicen-

dicentes. Vbi uis paremus tibi commedere pascha? Sic etiam Marcus, & Lucas videntur innuere, dicit enim Lucas Cap. 22. quòd cum venerit dies Azimorum, in qua necesse erat occidi Pascha, ipse Christus misit Petrum, & Iohannem, dicens. euntes parate nobis Pascha, vt manducemus: Christus igitur fuit princeps & anthor huius conuiuij. Conuiue autem, qui debebant vnà cum Iesu manducare Pascha, erant ipsi discipuli, (ut notum est ex Euangelistis, sic. n. dicitur Matt. cap. 26.) Vespere. autem facto discumbebat cum duodecim discipulis fuit, & in hoc nulla est ambiguitas, neq; etiam in dubium vertitur quo in loco fuerit celebratum, istud Cōniuium, nobilissimū, & splendidissimū, quoniam Hierosolymis peractum est, & eo in loco quem designauit ipse Dominut, qui interrogatus à Petro, & Iohanne, tanquam á, principalibus Ministris, & præfectis, huius conuiuij. Vbi uis paremus? dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in Ciuitatem occurret uobis Homo, amphoram Aquæ portans, sequimini eum, in domum in quam intrat, & dicet Patrifamilias Domus. Magister dicit vbi diuersorium, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? & ipse ostēdet vobis Cenaculū magnū stratū, & ibi parate. Sic ferè ad verbum Marcus Euāgelista. & Mathæus, ex quibus patet, & manifestum est quo loco, fuerit instructum, & celebratum istud celebre Cōniuium, sed Matthæus aliquanto fusius explicat hūc locum, ut dicetur inferius, quod quidem non caret Misterio.

Quando autem, & quo tempore fuerit factum, Iohannes Euangelista quem pręalijs sequimur in hoc tractatu dicit. hoc fuisse ante diem festum Paschæ. Mathæus Euangelista inquit Prima die azimorum, sic etiam Marcus cap. 14 & Lucas inquit quod appropinquante die festo Azimorū, qui dicitur Pascha id fuit peractum; sed nè quis existimet inter sacros Euangelistas ob aliquam diuersitatem verborum, vllam inesse contrarietatem, ostendemus eandem esse omnium sententiam cauendumq; summopere ne in horrendam, & abhominabilē blasphemiam incidamus, dum quidam

A ob hanc apparentem verborum cōtrarietatem ausi fuerunt dicere, Priores tres Euangelistas in assignatione huius Temporis aberrasse, & á Iohanne Euangelista fuisse correctos. Nos autem dicimus, omnes idē sensisse. Quòd enim alii Euangelistę uocant primum diem Azimorum, hunc Iohannes dicit esse diem pręcedētem diem festum, quoniā vespere .i. finis illius diei vt erat finis quartedecimę diei in qua immolabatur

B Agnus, dicebatur ante diem festum Pascæ, ut uerò illa eadem Vespera, vel solis occasus, erat principium diei sequētis, hoc est quintedecimæ diei dicebatē esse primus dies Azimorum, ita quod idem terminus diei ad aliud, & ad aliud sumptus dicebatur esse terminus duorum dierum, adeoquod aduesperascēte die ut penes finem uigesimę quartæ horæ, aut penitus transacte possumus dicere, hodie perfeci iter viginti stadiorum;

C Quod si illa eadem pars horæ, vel punctus referatur ad sequentem diem possumus dicere absque vllo mendacio eo die nos peregisse talem, vel talem actionem. Alij ponunt duas vesperas, alterā post meridiem, usque ad occasum solis. aliam post occasum solis, usque ad sequentem diem, & sic constituuntur duo Dies, sed unus illorum, idest prior potest uocari primus dies Azimorum inchoando à secundo Vespere, & potest

D uocari dies præcedens festum Paschæ, considerato & accepto primo vespere; & sic inter tres Euangelistas priores, & Iohā. nulla est cōtrarietas seu diuersitas. Cum enim dicit Iohā. ante diē festum Paschæ, Dominum Iesum cenauisse cum Discipulis, & cum alij dicunt prima die Azimorum commedisse Pascha, non sibi inuicem contradicunt, & hoc roboratur, et confirmatur ex ritu, et institutione Sanctæ Matris Ecclesię, q̄

E in consecratione panis habet hæc uerba. Qui pridie quam pateretur, accepit panē, in sanctas, ac venerabiles manus suas. Christus ergo Deus noster die quartadecima comedit agnum Paschalem, vnà cum suis discipulis, qui solebat eo die immolari, præparari, & postea māducari. Die sequenti, que fuit decimaquinta, ipse passus fuit et Crucifixus.

affixus. Alij breuius distinguunt diem in diem legalem, et diem Vsualē (quāuis vnus tantum sit dies) dicunt ergo hūc vnum diem habito respectu ad obseruantiam legis, dicebatur dies azimorum, habito verò respectu ad diem usualem, uel ad communem usum diei potest dici dies præcedens festum Paschę, qui erat dies solemnis, et dicebatē Parasceue, quia eo die præparabantur omnia necessaria ad diem Sabbati, in quo non licebat cuiquam operari. Diuus B Chrysostomus dicit, Euangelistam appellare primam Azimorum eam diem, que est ante Azima: consueuerunt enim à vespera, semper dies numerare, & eius mantionem facere in vespera cuius Pascha erat immolandum & quamuis alius Euangelista dicat. Venit dies Azimorum in quo opportebat immolari Pascha, ly venit significat prope est, & in ianuis est. Sed Hic est dubium. si Christus non fuit passus eodem die, quo fuit C agnus immolatus, quomodo ergo dicitur figuratus per Agnum Paschalē, qui solebat immolari decimaquarta die lunæ? Dico, quod licet non fuerit eo die Cruci affixus, fuit tamen alijs penis affectus, & fuit tunc exordium sue passionis: nec opportet figuratum in cunctis actionibus, & gestis, respondere figuræ. & præterea eo die sen potius ea nocte instituit Misterium & sacramentū Corporis, & sanguinis sui, quod etiam fuit D figuratum, per immolationem, & sacrificium illius Agni immaculati.

Dubitaret etiam quispiam si Christus Dominus, & magister noster voluit iuxta præceptum legis tempore præscripto commedere Agnum Paschalem, & celebrare ipsum Pascha, cur & nos non idem faciamus? cum Ioannes 13. ipse dixerit. Exemplum dedi vobis, vt quēadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Huic dubio Respondit Diuus August. E quod sicut Christus passus est, vt nos, à morte liberaret, sic etiam voluit legem seruare, vt nos ab eius obligatione liberaret. Præterea dubitatur de hoc modo loquēdi ipsius Euangelistę, inquit enim quod accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi uis paremus tibi commedere Pascha? Pascha enim non est institutum vt comedatur, sed vt Orationibus, ac pijs precibus, & summa deuotione colatur, & celebretur in memoriam ingentis beneficij, a Deo suscepti. Ad hoc Respondetur, quod hoc nomē (Pascha multas haber significationes, Pascha .n. vel dicitur à paschein verbo greco quod significat pati, vel à verbo Hębreo quod significat transitum; vnde hoc nomen Pascha quod significat transitum siue passionem, significat, & representat diem illum, in quo occidebatur, & immolabatur Agnus, vel significat trāsitum popouli Israhelitici, quando recessit ex Aegypto, vel quando transiuit mare rubrum, & sic istud nomen potest accipi pro illo tempore, quo fit commemoratio, & celebritas istius diei, & sic accipitur Pascha Lucæ 22. cum inquit Appropinquabat dies festus Azimorū, qui dicitur Pascha. Alio modo accipitur hoc nomen pro Agno, qui eo die immolabatur, & ex tento vocabulo potest etiam sumi pro cunctis animantibus quæ diebus festis offerebantur in templo, & immolabantur, & sic accipit hoc loco Matthęi 26. cum dicunt discipuli. Vbi uis paremus tibi comedere Pascha? idest comedere Agnum Paschalem? Sic etiam Lucæ 22. cum dicitur Venit dies Azimorum in qua necesse erat occidi Pascha, ex quibus verbis patet hoc nomen accipi non pro celebritate, & solemnitate Paschali, sed pro Agno, qui immolabatur eo tempore, videlicet quartadecima die, lunæ Mensis Martij. Alias significationes tribuunt huic nomini, sed hę due sunt magis frequentes, & magis proprie.

Cum itaq; nunc versemur circa præparationem huius Conuiuij, videndum est paulo diligentius qua ratione, fuerit peractum. Discipuli ergo benè edocti ab ipso Christo pręceptore suo, scientes ipsum qui non venerat legem soluere, sed adimplere haud quaquam prætermissurum ceremonias legis, quæ præcipiebat decimaquarta luna præfati Mensis celebrandum esse Pascha, vt præceptum est exodi 12. percūctantur ipsum, dicentes. Vbi uis paremus tibi comedere Pascha? Vbi duo meo quidem iudicio sunt notāda ex diuo Chrysostomo, *Cur fuit peractum istud tertium conuiuium.* *Exo. 12.*

primum

primum quod cum Discipuli petāt ubi sit Pascha comedēdum, demostraut nullam sibi domum propriam neq; diversorium ad fuisse, sed forte neq; discipulis eius, quoniam si ulla illis adfuisset, ad eam ipsum diuertere compulissent; sed nihil erat eis propriū, omnibus iam antea eorum facultatibus propter Christum relictis, atq; contemptis. Nec mireris Christum nullam ibi domum habuisse, quoniam vt legitur Matth. 8. filius hominis non habet vbi reclinet caput suum. Aliud notandum, ob quā causam fuit instituta huiusmodi Ceremonia, ut Pascha celebretur. Diximꝰ supra hoc ideo institutum. (vt inquit D Aug.) Tractatu. 55. super Iohannem In memoriam illius beneficij quod cōtulit Deus Israelitis quando ex Aegypto fugientes, rubrum mare transierunt Quanquā aliqui secus opinantur asserentes hoc festum institutum in memoriam illius beneficij quò Angelus exterminator occidit in Aegypto omnes primogenitos Aegyptiorum, discurrens per singulas domos, nec quicquam damni inferens domibus Iudæorum quorum postes uncti erant sanguine Agni: sed quicquid eorum sit, cuius rei gratia nos Christicolæ illum diem colimus?

Matth. 8.

Aug. tract. 55. sup. Io.

Dicit Aug. nos ideo illum diem colimus, quia figura illa Prophetica in veritate completa est in Christo Dño nr̄o, cuius signo Crucis signati a perditione huius seculi tanquā a captiuitate uel interremptione Aegyptiaca liberamur, & agimus saluberrimum transitum, cū à Diabolo transimus ad Christum, & ab isto instabili seculo ad fundatissimum eius regnū, ideo quippè ad Deum permaneutem transimus, ne cum mundo transeunte transeamus. De hac nobis collata grā Deū laudans Apost. inquit. Qui eruit nos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnū filij dilectionis sue.

Colos. c. 1.

Caput Secundum.

POsteaquam Discipuli Christum rogarunt dicentes Vbi uis paremus, tibi comedere Pascha? Videamus quid respōderit ipse Christus, sed nota ut inquit Remigius quod & Iudas fuit unus, ex illis, qui fuit pecūctatus ipsum Iesū, vt celaret proditionem suam, nec ineōvenit ut inter alios ipse quoq. demonstraret obsequiū: sed quisquis horū fuerit, dixit Christus Ite in Ciuitatē ad quē dam, & dicite ei. Magister dicit Tempus meū prope est apud te facio Pascha cū discipulis meis, dicit autem Lucas, quibus commissa fuit cura præparandi locum, & mensam fuere Petrus & Ioānes quorum alter vehementer diligens, alter uero maxime a Deo dilectus dicit ergo istis. Ite in Ciuitatem ad quendā. Sed ista responsio uel iussio Saluatoris vī esse satis inepta, & confusa, cum non explicet nomen illius. cui debebat fieri istam legationem; sed huic dubio respondet Diuus Fr Aug. quod Euangelista Mathæus, prætermisit studio breuitatis, quod alij Euang. expresserunt, dicit enim unus eorū vз. Marcus, quod ille ad quem dirigebat nunciū ipse Saluator erat quidam homo, Dominus illius domus, vbi debebat comedi & celebrari Pascha. Alius Euang. dicit ipsum fuisse Patrem familias, non curauit autē quisque eorum explicare nomen proprium. Alij dicunt (vt notat Diuus Chrysost.) quod propterea noluit Euang. explicare nomen propriū illius ad quē mittebatur, quia erat ignotus, ad ignotum autem hominem Dñs iusit ire discipulos vt ostenderet iā eo potestatē, ac voluntatem consistere, & esse facere quicquid velit, quod si nolit quicquā pati, potuerit omnia & singula passionis tormēta euitare; Nam qui mentem illius patrisfamilias verbis solum induxit, vt se vellet cum discipulis hospitio suscipere, quid fecisset crucifigendus, si pati noluisset? Sic etiam de Asina fecit cum ascendit Hyerosolimā, sic n. dixit Discipulis, soluite Asinam, & adducite mihi, si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, sic & hoc in loco Magister dicit, apud te facio Pascha cum discipulis meis, sic dicendum præcepit Apostolis Ego autem existimo propterea Dominum sic loquutum & ita audacter illud præcepisse, vt ostenderet se omniū Dominum ac dominatorem esse & rebus omnium tanquam proprijs libere posse uti, & suam in potestatem redige-

re, & seditioni cuncta subijcere, quia suus est orbis, & plenitudo eius Ego pace omnium dixerim Christum nominasse proprio nomine hominem apud quē volebat hospitari, quiq. missi erant similiter agnouisse, sed non curauit Matth. studens breuitati illum nominare, quia non oportebat. Diuus Hieronymus dicit ideo sic euāgelistam loquutum, quia hic est mos scripturæ vt. In diebus illis, dicite illi, factum est hoc: absq; ulla expressione nominis proprij temporis, & loci. At si mistice velimus interpretari dicemus ob hanc rationem nullius proprium nomen hic fuisse adductum, vt indicaretur, omnibus verum Pascha celebrare volentibus necessarium fore (vt Christum suis in cordibus recipiant; & quia non est distinctio apud Deum, huius, aut illius, ideo neminem voluit proprio nomine nuncupare.

Sed Diuus Chrysostomus dicit, se vehementer admirari non solum quòd talis homo hospitaturus Christum uidebatur ei ignotus, sed illud multò magis in stuporem trahebat, quia bellum acerrimū, & graues inimicitias primatum ob hanc rem sibi videns imminere, omnibus tamen his neglectis libenter obtemperauit. Sed rursus considerandum est, quomodo virtus Dei in eo negocio apparuit, non enim solum dixit, *Apud te facio Pascha*, sed addidit, *Tempus meum propè est*, quod fecit, tum quia volebat crebrò passionis memoriam, discipulis inculcare, vt hac præ meditatione, corroborati minus turbarentur, tum etiam vt omnibus ostenderet, quod semper dixit, & prædicauit Non inuitū se ad passionem iturum; subdit etiam. *Cum discipulis meis*, quod fecit, vt & sufficiens fieret præparatio, & ne quis suspicaretur latebras ipsum quęrere, Dixit ergo. Ite in Ciuitatem ad quendam, & dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est &c. Sd in quam Ciuitatem ire iubentur? In Ciuitatem Hierusalem, quoniam tunc erat in Bethania Huius rei affertur sensus misticus á sacris doctoribus, quod Ciuitas ista, aut domus siue cenaculum, vbi Pascha celebratur, & Spiritualiter reficimur, est ipsa Ecclesia: homo vero occurrens, dici potest Po

A pulus primitiuus. Anphora aquæ, siue lagena est lauacrum gratiæ: Illi qui portant huiusmodi lagenam, significant eos qui baptizzantur. Qui vero baiulat, est qui viuens secūdum rationem, quiescit, & tanquam in domo propria potitur requie. Ponunt discrimen, inter lagenā, & anphoram, vt lagena sit uas quadrangulare continens arida, & sicca, Anphora vero res liquidas, & fluxibiles, sed omissis istis loquutionibus Methaphoricis prosequamur Historiam, Dicit igi- *Amphora que.* *Differentia iter lagenā & amphorā*

B tur Euang. Quod euntes hi duo discipuli, v3. Petrus, & Iohannes, inuenerunt sicut ipse dixit illis & parauerūt Pascha idest quecunq; erant necessaria ad celebrationem Paschæ iuxta præscriptum legis & cum facta esset hora, idest. Cum iam parata essent omnia, & hora qua cænari præceptum erat, videlicet post occasum solis, discubuit Dominus, & duodecim discipuli cum eo, qui non

C stantes, sed discumbentes, aut sedētes, comedebant, nec reperitur aliter præceptum esse in lege, tametsi nonnulli videantur uelle sustinere quod dum comederetur Agnus Paschalis, stantes, & non sedentes comedere solebant. Cum Exod. 12. legatur, quòd festinanter, & cum Baculo in manibus comedere tenebantur, instar eorum qui cito sunt iter arrepturi, Cum non consueuerint recumbentes baculos gestare, nec in recubitu

D talis festinatio vsitetur. Dicit tamē Theo. quod Hæbrei cum māducarent Pascha, stantes manducabant, at discipuli cum manducarent legale Pascha accubuerunt secundum communem usum manducantium alios Cibos.

Discubuit ergo Dñs, & duodecim discipuli cum eo, isti fuerunt Conuiue selecti, & segregati ab alijs, & cōfestim inter initia mensæ explicauit Christus, & aperuit ingens desiderium quo tene-

E batur vna cum illis māducare, antequā pateretur, dicens apud Lucā. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar; dicò enim uobis qm̄ ex hoc non māducabó illud, donec impleatur in regno Dei. Sed quomō dixit hoc & protulit ipse Christus hęc uerba, cum legatur in Actibus Apostolorū ex Testimonio Petri Apostoli, rursus, videlicet *Luc. 22.* *Cap. 10.*

delicet post resurrectionẽ mãducauisse: sic enim testatur Petrus dicens. Qui manducauimus, & bibimus, cum illo, postquam recurrexit a Mortuis.

Hui dubio potest respõderi, ꝙ ab hac hora cænæ vsq; ad tẽpus Resurrectionis quo in regnũ Dei, erat venturus, nõ esset bibiturus vinũ, sed postea manducauit, & bibit, & illa dictio, donec, non ita capiatur quasi postquã fuerit in regno Dei, sit illud Pascha figuratiuum cõmesturus, sed vult intelligi, vt doctẽ dicit Gaietanus, quòd intra hoc Pascha quod nunc manducat, & aliud Pascha ꝙ manducabit in Regno Dei nõ aliud Pascha manducabit. legitur enim apud sacros Euang. ter ad minus Xpm cũ discipulis manducasse, semel cũ apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus. Sic.n dicit Luc.cap.24. dũ recũberet cũ eis accepit panẽ: deinde cũ apud eũdẽ, manducauit piscẽ assum, & sumẽs reliquias dedit eis 3. Apud. Ioan cap.21.cũ 3. manifestauit se ipsum discipulis suis. Quòd antẽ uerẽ comederit, vi. D. Tho. & alios sup 21.c. Ioan. & act. Apost cap. 1. legit. Et cõuescẽs pcepit eis ab Hierosolimis ne discederent, sed expectarent. sed de hac re in fine huius. particulæ.

Quecumq. hactenus diximus, fuere præparationes & præambula, quæ fieri solent ante Conuiuium in quo quidem perspeximus summã q̃ Xps habuit curam, ac diligentiam suorum discipulorũ, quãmq. vehementer eos diligebat, cumq. nollet ab eis recedere, & exire ex hoc mundo & transire ad Patrem nisi prius, cum eis conuiuaret, & vltimam Pascha celebraret.

Caput tertium.

Videamus nunc, & breuiter percurramus quid in ipsomet Conuiuio, hoc est dum simul ederent quid inquã ibi fuerit effectum. Dicit ergo Iohannes Cap. 13. *quod Cana facta, cum Diabolus misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Ischariotis, surgit a cæna, & deponit vestimenta sua, & cũ accepisset linteũ, pracinxit se, deinde misit aquam in peluim, & cæpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat pracinctus.* Dubium.

A Priusquam ulterius prosequamur occurrit dubium satis apparens, quomodo sacta cæna Dominus surgit a mensa, vt pedes discipulorũ lauet, si rursum post lotionem recubuit, & Apostoli similiter recubuerunt, & expleuerunt suam refectionẽ? Dicit D. Aug. super hunc locum, quod dicebatur cæna facta, hoc est iam parata, ad conuiuantium mensam usumq; producta, non aũt expleta, ac cõsumata; dicitur ergo tunc Diabolu mis- Secundo August.

B sisse in cor Iudæ .1. suggessisse non quidem per aurem, sed per cogitationem, ac per hoc non corporaliter, sed spiritualiter instigauit cor, & animam ipsius Iudæ vt traderet Christum Iudæis, Ipse enim non tunc primo cõceperat odium aduersus Christum, sed in effusione unguenti quod effudit Maria super caput eius Bethaniç in domo Simonis leprosi, quod poterat venundari trecentis denarijs, ex qua denariorum summa triginta saltẽ Denarios ille subtraxisset, & subri-

C puisset. Tunc inquam cæpit malignari.

Christus autem præuidens, & certò sciens iam tempus appropinquari, quo in manus Iudæorũ erat tradendus, sciẽs etiam quia omnia dedit ei pater in manus, & quod á Deo exiuit, & ad Deum vadit, surgit á Cęna volẽs innuere, & indicare, quecumq. fiunt ab eo signa humilitatis & abiectionis non absq; magno consilio fieri, aut coacte, vel per insciitiã,

D aut impotentiam fuisse peracta, propterea voluit euangelista (inquit Aug.) loquuturus, de tanta Domini humilitate, prius eius celsitudinem cõmendare, propterea inquit se omnia scire, & quod omnia dedit ei Pr in manus, non solum vt filio sibi consubstantiali, verum etiam filio hominis cui tanquam viatori data est omnis plenitudo gratiæ, de cuius plenitudine nos oẽs accepimus: protestatus est igr Euang. sub hac verborũ for-

E ma, v3. Sciẽs quia oĩa dedit ei Pr in manus &c. sciuit inquã se esse à Deo, & ab eo processisse per actũ Intellectus cõcomittante volũtate, scit ẽt quia ad Deũ vadit cũ quo tñ semper est, & fuit semper ac erit. Sciẽs itaq, oĩa hęc, surgit a Cęna, & ponit vestimenta sua, & oẽs actiones cuiusq. serui, & abiecti hõis videt exercere, in quo quidẽ maximã ostendit humili-

militatẽ, & peſſumdedit oẽm ſuperbiã, & animi elationem, & quãuis D. Chriſoſtomus videatur ſentire Dñm lauiſſe pedes diſcipulorũ poſteaquã oẽs diſcubuerunt litera tamen Euãgelij aliud ſonat, & hęc prima fuit actio quæ facta fuit in eo conuiuio, dum actu, & reipſa comederent. Cum ergo cępiſſet lauare pedes diſcipulorum dicit Textus venit ergo ad Symonem Petrũ, & dicit ei Petrus, Domine tu mihi lauas pedes, quo loco dubitatur, Nunquid prius ad Petrũ quã ad alios Christus uenerit ſuos pedes lauaturus, D. Chryſoſtomus opinatur primũ lauiſſe pedes Iudæ quia dicit tex. poſtq̃ cępit lauare peds venit ad Symonẽ Petrum, quo modo loquendi innuitur aliũ quempiam ex diſcipulis prius fuiſſe lotũ, & fortaſsis ipſum Iudã, vnde excandeſcit in ipſum D. Chryſoſtomus dicẽs, Quod cum audiret Iudas Christo omnia tradita à patre, & quod a Deo veniſſet, & ad Deum iret, omnimq. rerũ dominator exiſteret, & eundem magiſtrũ ſemper habuerit, eius menſæ communicauerit, ſuoſq. pedes lauerit, tam ingens facinus fuerit molitus, neq. fuerit reueritus, tantam rem aggredi. Neq. obſtat ipſum Petrum fuiſſe primum inter Apoſtolos, quia potuit Iudas impudenter ante Apoſtolorum principem diſcubuiſſe: nam & aliunde de impudentia, ac temeritate notatur, cum auſus fuerit intingere manũ in Parapſide, vbi Chriſtus Dñs & Magiſter ſuus intingebat, neq; reprehenſus ſeſe continuit. Diuus aũt Aug. opinatur contrarium quod vz. primus Apoſtolorũ fuerit ab eo lotus, quia tametſi dicat Euang. cępit lauare pedes non indicat quẽq; prius fuiſſe lotũ: ſed cum cępit. applicauit ſe ad opus peragendum venit ad Symonẽ Petrum, à quo incepit lauare pedes. Quid nã Petrus? Dñe, inquit, tu mihi lauas pedes? Tu mihi? quid eſt tu, quid eſt mihi? Hęc verba inquit Aug ſunt potius cogitanda quã dicẽda, ne forte quid ex his verbis aliquid dignum concipit aĩa nõ explicet lingua. Hic inquã manibus quibus oculos cæcorum aperuiſti, leproſos mundaſti, mortuos ſuſcitaſti, Tu inquã mihi lauas pedes? Habet certe hæc particula (inquit Chryſoſtomus) magnã

Cuius pedes Christus prius lauit.

D. Chriſoſt.

D. Aug.

A ſignificationem. Sed quid rum: dicit Xps. Quod ego facio neſcis modo: ſcies aũt poſtea: Poſtea quidem videbis quid hoc ſequatur emolumentum, quod doctrinæ exemplũ, & quomõ nũc expediat in oẽm nos adduci humilitatẽ. At Petrus nihil his perterritus, aut cõmotus: haud quacquã permittit fieri, quod cur fieret ignorabat, noluit. n ſuſtinere vſque ad ſuos pedes Chriſtũ venire, vñ dicit. Nõ lauabis mihi pedes in æternũ. i. Nullo

B vnquã tpe, nõ patiar ulla rõne, hanc mihi inferri iniuriam, & inuri maculã vt. ſ. Dñs & Magiſter meˀ mihi lauet pedes. Non recordabatur Petrus cum aliàs dixiſſet Dño ſuã ipſius paſsionẽ pdicenti, abſit a te Dñe hoc? quid reſponderit ei Chriſtus. Vade inquit retro Sathana. ſcã dalum mihi es, quia nõ ſapis ea quę Dei ſunt, ſed quę hominum Matt. 16. Verũtamen ob nimiam dilectionẽ, ac obſeruantiã ita loquutus fuit Petrus. Huic re-

C ſpondit Dñs. Si non lauero te non habebis partem meeum; Quid eſt non habere partem cum Chriſto? Non eſſe membrum Xpi Nihil habere cõmune cum Chriſto. neq. eſſe participem cæleſtis hereditatis. Non. n. poteſt quis habere partẽ in Regno Chriſti, niſi fuerit cũ Xpo, Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum; & ſicut Palmes non poteſt ferre fructũ à ſemetipſo niſi mã-

D ſerit in vite ſic & vos, niſi in me manſeritis. Sed cur Chriſtus non dixit à principio, quare id faceret, ne cogerẽ illi cõminari, quia forte nec ſic ille paruiſſet, vt exponit Diuus Chryſoſtomus, Præterea quomodo dicit ipſe Chriſtus. ſi non lauero te non habebis partem mecum. Diſceptatio erat de lotione pedum non de lotione totius corporis. Dicit Auguſtinus hunc eſſe cõmunem modum loquendi, quod ſi quandoque offendatur pars aliqua Corporis dicitur totum cor

E pus læſum, vt ſi ſola planta pedis calcatur dici ſolet totus homo calcari. Caietanus autem dicit Chriſtum Dñm ſic loquutũ, qa à lotione pedũ corporali trãſiuit ad lotionẽ internã totius hominis, propterea dicit ſi nõ lauero te non habebis partem mecum, quia dubio procul, qui non fuerit lotus à Ieſu interne, non poterit habere conſortium cum electis

Matth. 16.

electis in Regnum cælorum. Petrus A autem audito hoc verbo licet non dum intellecto, expauescens respōdit cōtinuo. Dñe nō tm̄ pedes, sed & manus & caput. Plus satis timens Xp̄m sibi negasi, q̄ vsq. ad pedes suos eūdē humiliari, ꝓpea dicit, ne mihi neges capiendā tecū partē, nullā tibi nego abluendā corporis mei partē, & profecto sicut fuit vehemens in recusando, ita vehementior factus est in permittendo, & obsecundando, & vtrūq ex immenso eius amore, ac B dilectione erga Christum. Non sic faciunt pleriq hominum, qui modo sue satisfaciant cupiditati, parum admodū curant si qua in re Deus offendatur. Nō erat opus tam amplā sui corporis lauandi oblationē facere, quoniā ut dixit Saluator. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus, volēs innuere ipsum petrum fore inter ius lotum, sicut ipse dicit, Vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quis esset eū C proditurus, quod dixit pp Iudā, qui vel fuit primus omnium lotus, vel saltem interfuit ablutioni pedum & fuit vnus ex eis, qui loti fuere Sed unde quomodo hęc duo stant simul, qui lotus est, est mūdus totus ꝑter Pedes, Nonne pedes sunt corporis partes? quo pacto ergo potest quis, dici mundus totus si pedes sunt inquinati? Distingue tempora, & concordabis scripturas Qui .n. lauatur in fonte sacri baptismatis est totus mundus, D & quoniam post baptismum fere oēs afficimur humanis affectibus, qui per pedes designantur, ideo oportet lauari pedes. Dominus autem est qui quotidie lauat pedes nostros, qui semper interpellat pro nobis, & nos ēt iubemur continue illum pręcari ut dimittat nobis debita nostra, vnde sponsa in Cantico dicebat Cap 5. Laui pedes meos, quomodo *Cant cap. 5* inquinabo illos? stat n. similitudo inter lotos corporaliter & lotos spiritualiter, E qm̄ sicut lotus corporaliter nō indiget nisi vt pedes leuet, quos ambulando inquinat, sic qui lotus est spiritualiter, per baptismum scilicet, & per alia sacramēta mundatus, infimas animi partes, qui sunt affectus terreni, oportet abijciat, suppeditet, nec permittat erigi. sed animum, quam primūm expurget, & emundet, si que forte sordes cohæserint.

Expleta & absoluta hac disceptatione inter Christum, & Simonem Petrū, inter Dñm, & seruum, inter magistrū, & discipulum, Dñs noster lauit pedes omnium discipulorū, quos postq lauisset accepit vestimenta sua, q̄ depoluerat, & recubuit iterū, qui cu recubuisset egregiū, & illustrem sermonē fecit discipulis, & priori quidē loco huius facti, hoc est lotionis pedū, attulit rōnem, dicēs Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister, & oñe, & benedicitis; sum etenim; Voluit quidem Dñs, exequi qd̄ promiserat, ipsos quidem discipulos qñq. habituros scientiam huius facti, tam inopinati, tā mirabilis, & reuera, tā expauescendi, vt scilicet Magister non tm̄ ipsorum Discipulorū, verū etiā Angelorū Magr̄, & Dñs, & rerū oīum lauaret pedes discipulorū, & seruorū suorū.

Et re vera maximā erga nos dilectionē pariter & humilitatē ostēdit ipse Saluator. Primū quidē surgit è Cœna, deponit vestimēta sua, ꝑcingit se lintheo, deinde misit aq̄n Peluim, quinto cœpit lauare pedes discipulorū, postremo voluit extergere suis manibus linteo, quo erat ꝑcinctus: sed vt inquit D. Aug quid mirū si surrexit à cęna, & posuit vestimēta sua, qui cū in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit? Sic ēt quid mirū, si ꝑcinxit se lintheo qui formā serui accipiēs, habitu inuentu est ut homo? quid ēt mirū si misit aquam in Peluim, vnde lauaret pedes discipulorū qui in terrā sāguinē fudit, quo imundantiam dilueret peccatorū? Denīq; quid mirū si lintheo quo erat præcinctus, pedes quos lauerat extersit? qui carne qua erat indutus euangelistarum uestigia confirmauit? Nec putes dum formam serui accepit, quando semetipsum exinaniuit, deposuisse quod habebat, sed quod non habebat accepisse: Hinc facile possumus agnoscere quanta sit humilitas humanæ vtilitas, ut eam suo commendaret exemplo. Etiam diuina sublimitas? homo namque superbus, in æternum periret, nisi illum Deus humilis inuenerit. Sed dubium est, quando fuerit facta lotio pedum, Nunquid ante Cænam? vt consueuerunt veteres (sicut

diximus in Tractatu de Conuiuio pro fano), & velut etiam ipse Christus indicauit, cum inuitatus á Simone Pharisco, vt manducaret cum illo, reprehēdit ipsum, & exprobrauit eius inurbanitatem, quod ingressus domum aquam pedibus suis non dederit & profectò lōgè congruentius videtur ante Cænam, vel ante Conuiuium pedes lauari quam post: vnde reperiuntur qui dicunt eiusmodi lotionem ante Cænam fuisse peractam. Alij dicunt post Cænam fuisse lotos pedes discipulorum & sacramentum Eucharistiæ institutum. Quidam verò audacter asseuerant lotionem pedum factam esse inter Cænandum Ego certe crediderim & firmiter tenerem Christum Dominum lauisse pedes discipulorum facta Cęna legali, idest cū fuerit comestus Agnus Paschalis: Deinde fuerit lotio pedum, postremo fuerit facta Cęna communis, in qua dicunt aliqui Christum Dominum suscepisse ientaculum. Sed aliqui dicunt Christum, cum iterum recubuit, nihil Cibi communis sumpsisse: Iam ipse compleuerat Cænam suam, quando surrexit a Cęna, & posuit vestimenta sua Sic itaq. ego sentirem, quod prius fuerit facta Cęna legalis, deinde lotio pedum, postremo Cæna communis, in qua fuit institutum Sacramentum Eucharistiæ.

Franc. Toleto Card. Et huic opinioni prorsus adhererem, nisi quidā maximæ authoritatis, & eruditionis uiri, secus affirmarent, quippequi volunt post lotionem pedum Christum iterum recubuisse, & tūc Cęnā cōmunem, quę antea fuerat inchoata, post lotionem pedum fuisse perfectā, & absolutam, Nunquid autem tunc Christus aliquid cibi sumpserit, nec ne, sunt rationes ad utranque partem, ex dictis tamen manifestum, est lotionem pedum nequaquam ante Cænam legalem fuisse peractam, vt putarunt aliqui neque etiam post Cænam usualem, seù communem; sed inter cenandum peractam, sic enim loquitur Ioannes cap. 13 & Cæna facta, Christus surgit á Cęna, & cepit lauare pedes discipulorū, loquitur inquam de Cæna legali; quòd de Cęna communi non possit intelligi, quòd s. ca omnino p et acta, & perfecta

A Christus lauerit pedes discipulorum, patet, quia legitur Dominum postquam lauit pedes discipulorum iterum recubuisse, atq. etiā potest affirmari absq. vllo præiudicio cum discipulis aliquid cibi pcepisse, tametsi alij aliter sentiāt, quando apud Matth legitur, cum dixisse; qui intigit mecum manum in Paropside, hic me tradet, non potuit quidem Dominus loqui de Cæna legali, quia cū ibi Agnus ille assatus igni comederetur

B non poterat cuiusquam manus intingi, cum nihil esset ibi embammatis, aut iusculi, seu quicquam liquidi, nisi dicamus eos intinxisse manum incatino aceti, in quo intingebantur lactucæ agrestes, cum etiam Christus dixerit. Qui intingit mecum manum in paropside, palam demonstratur & ipsum aliquid cibi sumpsisse. Et præterea cum post lotionem pedum dixit Christus, cui intinctum panem porrexero, ille me tra-

C det, constat, hoc non posse intelligi de Cæna legali iam peracta, & absoluta. Dicimus ergo inter cenandum Christū lauisse pedes discipulorum, vel immediate post peractam Cænam legalē, vt mihi videbatur, vel inchoata iam Cęna communi, in qua etiam Dominus proposuit & instituit, ac propinauit suis fidelibus, hoc est discipulis prę ceteris, & ante omnes alium cibum longe præstātiorem & salubriorem priori. s. corpus,

D & sanguinem suum dicens illis Accipite, & diuidite inter vos, vel accipite, & cōmedite hoc est corpus meū, & accipiens Calicem gratias egit, & dedit eis dicens bibite ex hoc omnes, accepit Calicem. i. poculum. Matth. posuit continens prò contento non enim Calix, sed poculū diuidendum erat inter discipulos, hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum, hoc est enim præ-

E ciosum illud conuiuium quo nullum est maius, nullum præstantius, nullum denique salubrius, de quo Alexander Papa ità est loquutus nihil in sacrificijs maius esse potest, quam corpus, & sanguis Christi, nec ulla oblatio est potior ista, ideo ut maiori ueneratione habere tur Dominus in vltimo discessu suo a discipulis, hoc sacramentum instituit.

De

De cuius virtute & efficacia in sequenti tractatu habebitur sermo. Instituit autẽ, & hoc sacramentũ siue sacrificiũ ipse Christus intercænandũ, sic enim scribit Math. cap. 26. Cenantibus aũt eis, hoc est discipulis, accepit Iesus panẽ, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait, accipite, & comedite, hoc est corpus meũ &c. Manifestũ est ergo qd inter cœnandum & conuiuandum Xp̃s Dominus hoc egit, videlicet lauit pedes discipulorum, & instituit corpus, & sanguinẽ suum in Sacramentum, & sacrificiũ pro nobis offerendum: vnde quis potest non admirari si quandoque vrgẽte necessitate etiam non ieiunis potest conferri, cuius quidem Sacramenti, etiam Iudas, conniuente Domino, particeps fuit, & post hęc Dominus longe clarius, & apertius manifestauit proditorem suum.

Cum dixit Cui intinctum panẽ porrexero ille me tradet, & cum intinxisset panem, ipse idem Christus dedit Iudæ, & post buccellam introiuit in eum Sathanas, idest eundẽ iã olim a Demone surreptũ post Sathanas magis obsedit, & occupauit, sed quo dici hoc sacramentum fore institutum inter cęnandũ cum paulus 1. Cor 11.d. postquam cænauit accepit Calicem sic dicens. Dicas postquam cęnauit cęna legali, aut cęna cõi iam pene absoluta & perfecta. Vidimus itaq; quid in hoc conuiuio realiter & proprie ac sensibiliter peracto antequã fieret quidue interea, dum fieret, fuit effectum, quid tum postea.

Caput quartum.

Dicamus ergo & videamus quid factum fuerit post conuiuium, quod erat postremo loco expendendum dicebat enim Christus. Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim; poterat enim tutò ipse Dominus seipsum commendare quamuis Prouer. 27. sit præceptum homini, non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui, quoniam qui super omnia est, & summa veritas est, quamuis sese laudet, non se extollit excelsus nec potest recte dici arrogans Deus. Si ergo inquit ego laui pedes vestros, Dominus, & Magister, & vos

A debetis alter alterius lauare pedes, supportantes inuicem, & alter alterius onera portantes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, & quedam alia subdidit ad discipulos, cohortando eos vt Fratres, Et tanquam filios admonendo ad mutuam dilectionem, & charitatem, & inter hęc verba cæpit manifestare discipulis, nullo tamen specialiter nuncupato, quòd vnus ex illis esset eum traditurus.

B Cuius rei occasione facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior, vtputa quis ex eis eo sublato in ipsius locum sufficì deberet, & substitui & dum discipuli se inuicem aspicerent, & hesitarent de quo diceret, vni ex discipulis eius, qui in sinu ipsius recumbebat quemq; præ cæteris diligebat Iesus, reuelauit, & manifestauit aperte quis illum erat traditurus dicens, ille est cui ego intinctum panem porrexero, & cũ

C Dominus intinxisset panem, & dedisset ei, post acceptam buccellam introiuit in eum Sathanas, qui licet prius ingrauerit in Cor eius, vt paulo ante habuimus, dum scilicet cogitauit tradere illum Iudæis, tamen post acceptam buccellam, & deglutitam plenius occupauit, & obsedit eum Sathanas, & caue ne putes; illam buccellam fuisse corpus Christi, sed purum panem intinctũ, quę intinctio significabat dulcedinem bonitatis diuinæ. Prius aũt vnà cũ cęteris

D Apostolis accepit corpus & sanguinẽ Domini, quicquid dicat Hilarius & alij: vide Tho 3. part. q. 81. art. 2. & Augustinum trac. 62. supra Ioann Exiuit continuò (erat autem nox) opportunum, scilicet tempus perficiendi facinus, quod statuerat, exiuit ergo continuò cum presertim dixisset illi Dñus quod facis fac citius, quod nemo sciuit discumbentiũ ad quid dixerit ei, sed putauerunt, quod

E scribit Iohannes in eodem verborum contextu, Hic escandescit Chrysostomus in Iudam dicens, O amentiam quomodo non mollitus est? quomodo non puduit, sed impudentior factus exiuit? Illud autem verbum Christi, Quod facis fac citius non imperantis est, neque consulentis, sed exprobrantis, & reuocantis ad emendationem, sed

cum esset inemendabilis dimisit eum fuit enim malus, & falsus discipulus, venalis, & vendi or, fur, & proditor emptus à Iudæis, vt vna cum eis mancipium esset diaboli.

Precium accipiens de illo qui non habebat præcium, venditor sanguinis Christi ex ipso præcio. vide &c quæ scribit D. Augustinus Thom. 9. Serm. de 4. feria, cui non immerito Christus Dominus intinctum panem porrexit, quia fortassis (vt inquit Diuus Augusti- B nus) per panis tinctionem, illius proditoris voluit significare fictionem.

Non enim omnia, quæ tinguntur, abluuntur. sed vt inficiantur, nonnulla tinguntur. Si autem bonum aliquod significat hæc tinctio, eidem bono ingratum non immerito secuta est damnatio. Notat etiam Augustinus peruerba illa, quæ dixit Christus tunc Iudæ iam à Diabolo possesso: quod facis, fac citius, non præcepit facinus, sed prædixit Iu- C dæ malum, nobis bonum; quid enim Iudæ peius? & quid nobis melius, quam traditus Christus ab illo; aduersus illum, pro nobis præter illum? Quod enim aliqui putarunt hæc verba dixisse Dominum, quia loculos habebat Iudas, vt emeret ea, quæ opus erant ad diē festum, non est leuiter prætereundum, vnde colligitur quod Dominus habebat loculos, & à fidelibus oblata conseruabat, & suorum necessitatibus, & a- D lijs indigentibus tribuebat. Tunc enim primum (inquit Augustinus) Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vbi intelligeremus, quod præcepit alias non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruetur à Sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.

Eclesiæ pecunia concessa à Christo fundatore ipsius pro quare vide D. Th. 22 q 188. art. 7.

Sed non prius Christus Dominus recedit à Cæna, quam prolixum habeat E sermonem cum suis discipulis.

Tunc enim (inquit Augustinus) Dies diei eructauit verbum, ideſt Christus fidelibus suis, vt audirent eum, & amarent sequendo: & nox nocti indicauit scientiam, ideſt. Iudas, infidelibus Iudæis annunciauit vt venirent & apprahenderent Iesum In eo igitur ser- A mone, primum prædixit qualiter post discessum suum grauiter essent affligendi, veruntamen confortauit eos dicens; non turbetur cor vestrum, neque formidet quia ego vado parare vobis locum, Secundo amabiliter, & paterne, monet eos ad charitatem seruandam; dum inquit, mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos, monuit etiam eos ad obseruantiam mandatorum suorum dicens, B diligentissime, mandata mea seruate, & qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit, me. Præterea, præbet suis discipulis magnam confidentiam penes pressuras, & afflictiones, quas paulo ante prædixit eis euenturas, hortando eos ad patientiam, dum inquit, si mundus uos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit, & Cap. decimo nono, in mundo pressuram habebitis, sed ego vi- C ci mundum.

Postremo Dominus Iesus post quam prolixe satis loquutus fuit ad discipulos, sub leuatis oculis in cœlum, se ad fratrem conuertit, & pro his, qui credituri sunt in eum rogauit, nobisque omnibus exemplum præbuit Deum orandi & cunctis in necessitatibus eundem suppliciter inuocandi & deinde multa satis alia, profundaque misteria, nulla quamuis prolixa narratione ex- D plicanda suis propalauit & tunc quasi lassus, inquit; surgite eamus hinc, eamus inquam, & properemus ad locum, vbi sum capiendus, & tradendus ad mortem, ostendens, quòd voluntariè se obtulit, mandatum patris executurus. Apud marcum legitur eum dixisse, surgite eamus, ecce qui me tradit, propè est, non tamen statim (inquit diuus Augustinus) egreditur, sed sermonem iam pridem inchoatum E ordine prosequitur, & quamuis Euangelista dicat, (hæc cum dixisset) voluit indicare non antea Christum Dominum fuisse ingressum in hortum quam inchoatum sermonem expleret, cum interim multa alia contigerint, quæ ab alijs feruntur. Quibus omnibus peractis & hymno dicto exierunt in montem oliuetum,

rum, id quod, quam maxime nobis est obseruandum, & exequendum, vt accepto cibo laudemus, & benedicamus Deum,& gratias ei agamus de vniuersis beneficijs suis,qui viuit, & regnat in sæcula sæculorum, quod etiam alios facturos testatur Dauid dicens; edent pauperes,& saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum. Egressus tandem Iesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse cum discipulis suis, fuit ibi compræhensus, & mox adductus ad Principes sacerdotum,& præsides Plebis Iudæorum;sciebat autem Iudas qui tradebat eum, locum, quo frequēter eum discipulis suis conueniebat. Sed forte quis mirabitur, quo panis Christi, sublatus de mensa Christi,& porrectus a Christo ipsi Iudæ potuit efferre tam grande malum, vt eo surrepto traderet præceptorem suum? respondit Diuus Augustinus non *Aug. super* esse inconueniens, aut impossibile, vt *euāg. Ioan.* bonum male acceptum producat hoc malum, quemadmodum quandoq. malum bene acceptum producit magnum bonum, verbi gratia. Angelus Satanæ datus Paulo,ut collaphizaret eum, fuit malum,sed fuit bonum ipsi Paulo,quoniam per ipsum ipse idem Paulus fuit perfectus in Christo; sic etiā peccatum ut appareat peccatum fuit bonum, tamen fuit malum, quia operatum est mortem, vnde bonum factum est malum dum male accipitur bonum,& malum efficitur bonum, dum bene accipitur malum. Primus itaque, & immediatus huius conuiuij finis,& exitus,fuit mors & occisio Christi Redēptoris. Proprius autem & uerus; ac a tota Trinitate primo intentus, fuit salus, & redemptio mundi, quando (teste Diuo Paulo) traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

DE QVARTO CONVIVIO QVOD CHRISTVS EGIT

Postquàm surrexit a mortuis.

CAPVT PRIMVM.

Hvcusque peregimus de his couiuijs,quæ Christus Dominus ante Pasionē suā, & mortem, habuit cum discipulis suis. Post verò eius resurrectionem,& priusquā ad cęlum ascenderet;tria quoque habuisse conuiuia testantur Apostoli. Primum quidem cum duobus discipulis euntibus in Emaus, de quo loquitur Lucas c.24. Aliud *Luc.c.24.* conuiuium eodem referente habuisse dicitur, dum obtulerunt ei partem piscis Asti, & fauum mellis, & cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Postea manifestauit se iterum Iesus discipulis suis ad mare Thiberiadis, vbi non omnes, sed septem duntaxat ibi reperti fuere,quibus dixit Iesus, afferte de piscibus, quos prendidistis nunc,& Simon Petrus traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, & venit Iesus,& accepit panem. & dabat eis, & piscem similiter. Quòd ibi referti fuere septem tantū,hoc numero septenario,tāquam numero perfecto,designantur omnes, qui spem futuræ beatitudinis gerunt, & eidem beatitudini sociari desiderant; & nota quamuis dicat Apostolus nunc tertio manifestarū se Christum discipulis cū surrexit a mortuis, non intelligas tribus vicibus tantum se manifestatum fore discipulis, cum longe

ge pluries se illis manifestum dederit, sed numerus iste hic expressus, non ad ipsas demonstrationes sed ad ipsos dies refertur, quibus se ille manifestauit discipulis D. enim August. refert ex quatuor Euangelistis, decies Dominum visum esse ab hominibus post resurrectionem. Semel ad monumentum mulieribus; Iterum eisdem ab eo regredientibus. Tertio ipsi Petro. Quarto duobus discipulis eūtibus in castellum Emaus. Quinto pluribus in Ierusalem, vbi non erat Thom. de qua visione volunt aliqui loqui Marcum c. vlt. Sexto vbi eum vidit Thomas. Septimo ad mare Tiberiadis. Octauo in monte Galileæ. Nono quod d Mar. c. vlt. videlicet. Recumbētibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus. Decimo in eo ipso die quo in cœlum ascendit, & sedit a dextris Dei, hæc Augustinus 3. de consensu cap. vlt. Quidā voluerunt quarta vice Christum postquam resurrexit cū Apostolis conuiuasse, dum scilicet ascensurus erat in

Act. 1. Cęlum. Scribit enim Lucas act 1. quod Iesus cōuescens præcepit discipulis, ab Ierosolimis ne discederent, sed expectarent promissionē patris; & posteaquam dederat illis quædam præcepta, videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum; & huius rei testimonium reddidit Petrus Act. 10. cum

Act. 10. dixit Christum suscitatum tertia die, & dedisse se manifestum nobis, qui manducauimus, & bibimus cum illo, postquàm resurrexit a mortuis, quibus verbis opinantur aliqui, Christum priusq̄ ascendisset in cęlum cū discipulis manducasse, cuius opinionis videtur Chrysostomus in expositione huius loci Et Nicolaus de Lyra. Et hoc idem videtur innui ex verbis Marci vltimo vbi dicit. quòd nouissimè recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus. Et postquàm multa locutus est eis, ascēdit in cœlum, & sedet a dextris Dei. Quidam vero se expediunt ab hac difficultate. d. ꝙ text. Græcus, non habet. conuescens, sed congregans, aut commorans Quisque sectetur eam partem quę tutior videbitur. Ego autem propter verba superius adducta, & per verba August. de consensu Euang. cap. vlt. vbi d.

A Nouissime recūbentibus apparuit Christus quia iam non erant in terra eum eo amplius cōuiuaturi. Et per verba Greg. in hom. huius euāg.: qui expresse dicit Christū comedisse, & ascendisse vt per effectū comestionis veritas patefeceret carnis, existimo tunc Dominum cum discipulis manducasse. Sed forte quempiam moueret quod Euangelistæ referunt Dominum Iesum postquàm resurrexit a mortuis iterum cum discipulis

B manducasse, cum nō semel ipse dixerit, & protestatus fuerit se nunquā amplius bibiturū de illo genimine vitis de quo iam olim biberat antequam pateretur. Sed notanda sunt verba, si enim intelligamus verba dicta a Saluatore se nunquàm amplius manducaturum Pascha, illud inquam Pascha legale, & figuratiuum, citra omnem cōtrouersiam id fuit exequtus. At si loquamur de alio genimine vitis de quo bibere consueuerat

C cum suis discipulis, verissimum quidem dixit se non amplius bibiturū, nisi cum Regnū Dei venerit, quod quidem tum venit, cum cepit resurgere, & tunc profecto cum resurrexit. cepit apparere, clarescere, & manifestari per vniuersum orbem. Nullus ergo offendatur ex verbis Christi, & Apostolorum. Quidam etiam possent calumniari Diuum Lucam, quoniam in cap. 22. videtur innuere bis Dominum Iesum instituisse

D Sacramentum Eucharistię, cum eadem fere uerba referat dicta ab eo postquam manducauit pascha legale, & posteaquā denuo recubuit cū discipulis. Sed non est ita. Prius enim accepit calicem, dicens accipite, & diuidite inter vos, vbi non est loquutus de calice Sacramentali. Sed his dictis, & peractis accepit panē, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicēs, hoc est corpus meum, &c. Similiter, & calicem postquam cenauit & tunc in-

E stituit Sanctissimum hoc Sacramētum Eucharistię vbi corpus suum, & sanguinem nobis præbuit assumendum. Ceterum cum in conuiuijs apud Romanos fieri consueuisset lotio pedum, & quædam alia, ea quidem si non omnia saltim potiora fuere in conuiuio Christi. Fuit .n. ibi lotio pedum. Deinde Ioannes velutí charior cęteris, & magis dilectus,

lectus, recubuit in sinu ipsius Christi, velut apud antiquos, & nunc quoq. fieri solet. Postremo actoamata, et apophoretha, idest sumptuosa, et preciosa munera dabantur conuiuatis, ita hic, ipse conuiuans, pariter et conuiua dedit proprium corpus, et sanguinem, quo nihil vnquam praeciosius dari potuit ipsis conuiuantibus, et conuitatis. Denique A loco Musices, et chorearum, aliorumq. spectaculorum, quae uarijs in conuiuijs haberi solebant, hic quoque affuere satis abundanter, et copiose, ut puta sermones diuini, monita sanctissima, et uaria misteriorum Dei interpretamenta, et explicationes. Et haec de huiusmodi celebri, et solemni conuiuio dicta sufficiant. Amen.

DE CONVIVIO DIVINO SPIRITVALITER, ET METAPHORICE SVMPTO.

CAPVT PRIMVM.

Hic ponitur intentio Authoris quod diuidit hanc secundā partem principalē huius tractatus in tres alias particulas. In hac prima agitur de conuiuio quod fit in anima in secunda de eo quod fit in ecclesia, in tertia de eo quod fit in gloria.



Osteaquā Deo Opt. Max. adiuuante sumus locuti de conuiuio diuino, propriè, et materialiter sumpto, hoc est, de conuiuio, qd Deus, et Dominus noster Christus Iesus egit cum discipulis suis, antequam a mortuis surrexisset, atq. etiam posteaquam resurrexit, et priusquā in eglū ascenderet: nunc adest locus, et tempus, quo de eodem cōuiuio diuino spiritualiter, et translatitie suscepto, (eodem numine nos adiuuante) uerba faciamus.

Dicit enim Esaias in cap. 25. q̄ faciet Dominus exercituum omnibus populis in mōte hoc conuiuium pinguium, conuiuium uindemiae, pinguium medullatorum, uindemiae defecatae, etc. Quae uerba (iuxta communem doctissimorum uirorum sententiam) prÿter sensum, quē litera secum affert, tres etiam sensus, aut intellectus secum gerunt; nec mirum quoniam sacra scriptura extenditur ut pellis: idcirco continet sensum tropologicum, seu moralem, sensum allegoricum, et sensum anagogicum; et uelut refert D. Amb. lib. 1. de Officijs, scriptura diuinitus inspirata facit cōuiuium in anima nostra, cuius fin- A guli libri sunt fercula saporosissima huius mensae. Tu verò priusquam mittas manum, ad gustandum quae fercula apponuntur, intellige prius, quae dapes ibi sint, & tunc mitte manum, vt ea, quae legis, vel quae accipis a Domino Deo tuo operibus exequaris, & collatam in te gratiam officijs repēsentes, vt Petrus, & Paulus, & caeteri, qui Euangelizantes regnum Dei, vicem quandam largitori muneris reddiderunt, dicentes. Gratia B Dei sum id, quod sum, & gratia Dei in me vacua non fuit. Eiusmodi ergo conuiuiorū genera Deus Opt. facit in monte hoc, hoc est in vniuerso genere humano, seu conuiuium tropologicum, seu allegoricum, aut etiam quandoq. anagogicum.

De loco cōuiuij diuini tropologicè sumpti.

Loquamur ergo prius de Conuiuio tropologico, quod primum fecit Deus humano generi, dum scilicet formauit corpus hominis de limo terrae, & inspi- C rauit in eo spiraculum vitae, & factus est homo in animam viuentem, vt habetur Gen 2. statuit inquam in eo corpore animam, velut mensam, quae postea fuit refecta multis ferculis admirandae virtutis, & iucunditatis. Posuit .n. Deus super hāc mensam, idest super animam ad imaginem, & similitudinē eius creatam, tres nobilissimas patinas, aut vasa

De cibis appositis huic conuiuio.

lata,

Memoria non est neq. præsentium, neque futurorũ Arist. de Mem. cap. 1.

Volũtas est potentia cocia.

stata, & ampla, & maxime capacia, multorum ferculorum, & eduliorum videlicet, memoriam, intellectum, & voluntatem. Memoriam quidem quo in seipsa omnium rerum iam pręsentium, quàm præteritorum, & futurorum, cognitionem exciperet: quæ tamen cognitio ex alijs patinis fuit ei aducta. Positus fuit intellectus in hac mensa, hoc est in anima, velut patina quædam argentea, & pręciosissimis gẽmis, & lapidibus adornata, cuius quidem munus, & officium est, singula ferè ferculorum genera percipere, & aliquandiu detinere. Alia patina, quæ & ipsa, auro, & gemmis adornata apprehendens; & continens quæcunque habent rationem, aut apparentiam cuiusuis boni, siue vtilis, siue delectabilis, aut etiam honesti; quanquam alijs officijs, & muneribus, præter ea, quæ diximus est insignita. Præter has tres patinas, in hac mensa reconditas, aut constitutas, aliæ plures extant, sed non eiusdem precij, aut valoris, quamuis necessariæ admodum ad exactam. & completam rationem conuiuij, vt est virtus irascibilis, & concupiscibilis; & reliqui sensus omnes, tam interni, quàm externi, quippe qui oẽs plurimum conferunt ad perficiendum, & explendũ conuiuium. Quo autem quæ subobscure dicimus aliquanto clarius afferantur, dicimus primũ hominem, dum fuit a Deo creatus, & in lucem eductus, fuisse satis abundanter a Deo cibatũ, & refectum, quandoquidem in ipso suę formationis exordio omnium rerum, quibus homo datus est instrui, & edoceri habuit cognitionem, quinimo multarum quoque rerum supernaturalium, quæ scilicet ad finem supernaturalem aliquando consequendum maxime conducunt, cognitionem habuisse dicẽdus est; quæque etiam cognitu necessaria erant ad gubernationẽ vitæ humanæ secundum illum statum, in quo tunc erat, eidem indita fuere. Quæ vero nec naturali hominis studio, seu labore cognosci poterant, sed nec satis necessaria fore videbantur, ad gubernationem vitæ humanę primus homo noster parent non cognouit, quemadmodũ sunt futura contingentia, & eiusmodi sunt hominum

A cogitationes, quæque procedunt a libero hominis arbitrio. Quod si quid futurum ipse quãdoq. prædixerit, vt cum videns mulierem ad se adductam, dixit. Hoc nunc os, de ossibus meis, & caro de carne mea &c quibus prædixisse videtur vnionem futuram Christi, & Ecclesiæ, hæc inquam Dei spiritu reuelante ac dictante præsciuisse eũ dicendum est. Hic idem homo, de quo loquimur, quanquam in eo beatissimo innocentię
B statu fuerit ad horam constitutus, nonnullas tamen in virtutibus illis inferioribus Passiones habuisse perhibetur, eas inquàm, quæ ex rationis iudicio promanabant, cuiusmodi est gaudiũ, & amor, quæ profecto bonum quoddam respiciunt: habuisse quoque desiderium, & spem, at non eam, quæ affligit animũ, sed qua patienter expectatur bonum futurum, suo quidem tempore obtinendum, & percipiendum: passiones verò,
C quæ respiciunt malum tanquam obiectum non afferebantur in eo conuiuio dum fuit homo, in eo innocentiæ statu, velut timor, & dolor. Sed neque putandum est in illis vasis, quæ apposita erant in huius conuiuij mensa, vt est memoria, intellectus, & voluntas, & aliæ inferiores potentiæ, nullas esse dapes, & edulia apposita. Apposita quidem fuere multa, & ea quidem præclara, excellentia, summopere appetenda, & expe-
D tenda. Habuit quidem homo omnes illas virtutes, quibus ordinabatur in Deum, & quibus inferiores potentię secundum regulã rationis mouebantur; quasdam quidem & secundum habitum, & secundum actum habebat, vt charitatem, iustitiam, fidem, spem, constantiam, pietatem, & mansuetudinẽ: quasdam verò virtutes quo ad habitum tantum, & non quoad actum habuisse dicitur, vt pœnitentia, & misericordia, &
E quædam aliæ his consimiles. Fortitudo, quoque, pietas, & mansuetudo sicut etiam perseuerantia verius dicebantur in primo homine reperiri, quo ad habitum, quàm quo ad actum. Dubium autem est, nunquid primus homo, dum foret in eo habuerit gratiam gratũ facientem, quæ quidem est ferculum magnopere necessarium, & præ cunctis alijs

vehementer

vehementer expetendum. Certè si verba Diui Augustini velimus inspicere, dubio procul asserendum est eundē habuisse gratiam gratum facientem; nam qui viget charitate, cōsequenter gratia gratificante videtur insignitus. Dicit.n. Augustinus quòd Adam de limo terræ formatus erat pudicitia armatus, temperantia compositus, & charitate splendidus, quare necessario cōsequitur ipsum habuisse gratiam gratum facientem.

Contra vero arguunt quidam cōmuniter haberi Adam in statu innocentiæ eam habuisse gratiam, qua tantum poterat stare, & persistere in eo gradu in quo conditus erat, sed non poterat proficere. At dicunt alij. Quicunque habet gratiam gratificantem non modo potest stare, & persistere absq; vllo peccato, & esse gratus, & acceptus Deo, verum etiam in dies proficere. Hæc est opinio, quam præ cæteris sustinet fundatissimus Doctor Egidius Romanus, communiter receptus, & approbatus in 2. sent. d. 29. & alibi. Vnde ille sustinet Adam primum hominem medium locum tenuisse inter ea quæ primitus fuerunt ab ipso Deo creata? non enim fuit creatus in puris naturalibus, quemadmodū aliæ creaturæ, quæ sub Sole sunt, neque etiam debuit esse creatus in gratia gratum faciente, velut cęlestes spiritus, qui ꝑpetuo assistunt, & ministrant ipsi Deo, sed fuit creatus in iustitia originali, quæ medium locum visa est habere inter pura naturalia, & gratificantem gratiam, quę quidem originalis iustitia, tantæ erat virtutis, & efficaciē, ꝙ mediante ea, & per eam anima erat subiecta ipsi Deo, & vires inferiores subiectæ erant rationi, & quandiu perstitit iste ordo, Adam permansit in suo statu: & hunc sensum volunt habuisse D. Augustinum, cum dixit Adam fuisse charitate splendidum. Verum non rite per hęc verba satis fieri potest dictis B Aug. qui 12. de ciui Dei cap. 9. d. Quòd Deus simul erat in primis parentibus cōdens naturam, & largiens gratiam. Præterea Conc. Trident. in 5. sess. asserit in primo homine fuisse sanctitatem, & iustitiam, hæc autem sine gratia gratum faciente dubio procul haberi nō possunt. D. Th.

A ait, ꝙ etsi Adam fuerit creatus in gratia, non tamen ex illa creatione naturæ habuit ꝙ posset proficere per meritum, sed ex superadditione gratiæ, quod fortè sic debet intelligi, ꝙ gratia gratificans ei collata in statu innocentiæ non erat huius roboris, & efficacie quòd per eam posset mereri, vlterius progredi, & proficere, sed ob id oportebat aliud gratię donum ei superaddi; & ita potest admitti fuisse creatum in gratia, per quam po-

B terat stare, sed non proficere. Munera ergo, seu fercula, quæ protulit Deus in hoc conuiuio hæc fuere, quod scilicet anima fuit exculta, & insignita tribus ęgregijs virtutibus, ac potentijs, videlicēt intellectu, memoria, & voluntate, & hæ quidem non vacuæ, aut inanes, sed plerisque alijs virtutibus, & officijs inbguitæ, & perornatæ: & vt vnico verbo dicamus habuit omnium rerū scientiam, & virtutes omnes, tum morales

C tum intellectuales diuinitus ei infusas præter eas, quæ ex suo genere repugnabant statui illi, beatissimo, & innocentissimo. & tandem præter hæc omnia, & super hęc omnia collatum est ei præstantissimúm illud donum iustitiæ originalis, cui si addatur id, quod communiter tenetur, videlicet gratia gratum faciens, nescio planè, quid excellentius, quid magnificentius potuerit illi cōferri; & profectò hoc est illud præstantissi-

D mum conuiuium cuius meminit Salomon Prouerb. 9. cum inquit. Sapientia, idest Christus Dominus Deus, & homo, ædificauit sibi domum, hoc est de limo terræ formauit sibi hominem, excidit columnas septem, idest virtutes morales præcipuas, quæ sunt quatuor, & virtutes intellectuales, quæ propriè sunt tres idest sapientia, scientia, & intellectus, quibus si non addantur prudentia, & ars nullus admiretur, quia hę duę po-

E tius ad intellectum practicum, quàm ad speculatiuum dicuntur pertinere. Sic & de eodem conuiuio loquitur idem Salomon Ecclesiast. 15. cum ait. Cibauit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potauit illum, vbi per panem vitę aliud nihil pręter gratiam Dei videtur posse intelligi, quando per eam ne labatur, ac deficiat anima nostra,

ſtra, ita ſuſtentatur, quemadmodum per panem corporalem ſuſtentatur corpus hominis, propterea dicitur quòd gratia eſt vita animæ: per aquam ſapientiæ ſalutaris doctrinæ verbi poteſt intelligi, de qua dixit Saluator. Qui biberit ex hac aqua non ſitiet in æternum. In eodem cõuiuio ſapientia increata miſcuit vinum, quod lætificat cor hominis; per quod fortè poteſt intelligi cognitio illa, quæ inerat ipſi Adæ miſteriorum diuinorum, ex quibus quidem miſterijs nonnulla reddebant dulcedinem, & ſuauitatem, quædam verò amaritudinem, propterea ſapientia inſipientibus loeuta dicebat. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis, quandoquidem dum exiſtimus in hoc mundo, & peregrinamur a Domino, bibimus vinum, mixtum, ideſt dulcedinem cũ amaritudine, propterea monet ſapiens d. Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentię ne ſcilicet amaritudine ſitis confecti. Poteſt etiam dici, quòd vinum ibi poſitum tanquam mixtum, poteſt intelligi tanquam mixtum cum aqua, vt ſcilicet vtroque munere fungatur vinum, ideſt verbum Dei, vt ſortiatur nomen vini, quia ſcilicet lætificat cor, aquæ verò, quia mũdat. Poteſt etiam tertio vinum quod apponitur in conuiuio, hoc eſt verbum Dei dici mixtum, quoniam miſteria diuina ſunt adeo profunda, abſtruſa, & nobis recondita, ſeu abſcondita, quòd non niſi parabolis, & ſimilitudinibus nobis proponuntur: vnde Eſaias c. 21. dum ſpeculatur hoc conuiuium ponit hæc verba. Pone menſam, contemplare in ſpecula, comedentes, & bibentes, ſurgite Principes, arripite gladium, q. d. Vos qui acceditis ad hanc menſam ita vos accingite, ita diſcumbite, vt alicuius cibi eruditas, & durities vos non perturbet, non arguat vos quiſquam ſocordiæ, temeritatis, & ignauiæ, eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum ter, purgatum ſeptuplum. Hic eſt ille panis, de quo dicebat Saluator Matth. 4. Non in ſolo pane viuit homo, ſed de omni verbo, quod procedit de ore Dei. Hoc ergo pane cibauit Deus primum hominem, &

A aqua ſalutaris potauit illum, &c. Sed videamus obſecro, quas gratias, quæ officia retulit, & rependit ipſe Adam tam ſuauiter, magnificè, & affluenter exceptus in conuiuio, quod fecit Deus cum humano genere, in eo tanquam ipſius humani generis primordio, & principio, quippe qui non contentus tot ferculis, & obſequijs eidem præparatis, & collatis voluit longe plus vltra, quàm debuerit ſatiare appetitum ſuum, & rebellis fieri ipſi Deo. Is enim peccauit, & grauiter deliquit primum appetens ſimilitudinẽ Dei, quoad ſcientiam boni, & mali, quemadmodum ſerpens ei ſuggeſsit; qua in re eundem manifeſtè fefellit, neq. quod fuerat pollicitus vnquam ſoluit, vt ſcilicet potuiſſet Adam, propriæ naturæ viribus decernere ſibi, & conſtituere quid mali, vel boni peragere, vel vitare debuiſſet, aut etiam pręcognoſceret, quid boni, vel mali eſſet ei obuenturum. Peccauit quin etiam dum appeteret ſimilitudinem Dei, ita vt proprijs viribus poſſet adipiſci ſempiternam beatitudinem; adeo quod in eius pręuaricatione fuit multiplex deformitas, vt rectè ſacri Doctores collegerunt. Fuit inquam in eo ſuperbię tumor, inobediẽtia, gula, & quęque huiuſmodi mala conſequntur. Vnde in hæc tria pręcipue videtur incidiſſe diſcrimina, quę non modo, ad mala culpę, ſed & ad mala pęne abſq. dubio facile queunt referri, cuiuſmodi eſt obliuio Dei, alienæ rei furtum, & rapina, & lętalis pomi corruptio. Hęc omnia ex leui tranſgreſſione vnius pcepti perpeſſus eſt homo. Dixi leuem, & modicam tranſgreſsionem collatam tranſgreſsioni, & peccato Luciferi, quoniam ipſe longe grauius peccauit, q̃ Adã, & Eua quoque grauius peccauit q̃ Adã, & nos quoque grauius, q̃ Adam peccamus, licet ſecundum circunſtantiam perſonæ noſtris offenſis, & criminibus peccatum Adæ fuerit grauius, vt habet D. Tho. 1. 2. q. 89 art. 3. & 2. 2. q. 163. art. 3. & alibi. Sed ſi hęc eius tranſgreſsio ſibi ſoli detrimentum attuliſſet, aliqua poſſet ratione tolerari. At quoniam tota poſteritas eius delicto, fuit infecta, idcirco malum conuiuam cum fuiſſe tenendum eſt, nec ſa-

B

C

D

E

tisfuit

tis fuit ei habere animam tot potentijs, & virtutibus, ac donis excultam, & præter hæc fuisse ditatũ illo supereminenti originalis iustitiæ dono, pariterque diuina præsentia frui, vt illius status ratio, & facultas postulabat, lætabatur societate cęlestium spirituum, & erat constitutus Dominus, & possessor omnium creaturarum, quæ sub cœlo sunt, vt habetur Gen. 2. nihilominus suggestu dęmonis, a tam præclaro, & excellenti statu suo sponte recessit. Verum his non obstantibus, misericors, & miserator Dominus escam dedit timentibus se: non est passus hominum genus ab se post cętera creaturarum genera creatum, omnino fore destitutum suo præsidio, singularique benignitate, ac prouidentia, nanque posteaquam primi parentes ab illo felici statu sua culpa deciuerunt, & ex illo terrestri Paradiso fuere deiecti, eadem fere fercula, & dapes in anima nostra, velut mẽsa ab ipso Deo instructa, & pręparata, proposuit, & constituit: virtutes (inquam) intellectuales, & morales (vt paulo ante diximus) quę aliquanto animam reficiunt, tametsi non oino proficiant. At si prioribus ferculis prudenter, & modeste, vt decet, fuerimus vsi, alia fercula magis iucunda, longe pinguiora, et medullata nobis afferũtur quippe quę esuriem, et sitim magnopere extinguunt, cuiusmodi sunt fides, spes, et charitas, & habitus ille gratuitus, & gratiosus, quo nos apud Deum largitorem omnium bonorum, non solum habemur, aut existimamur, sed re ipsa grati sumus, & efficimur, & vsque adeo, dum versamur in hoc mundo, vnimur ipsi Deo, & coniungimur vt efficiamur quodammodo diuinę naturę consortes, & participes promissionum Dei. Sed non sistit hoc loco benignitas, & clementia Dei, quę nos ad huiusmodi conuiuium alacriter inuitat, & modo quodam impellit, verum pręter hęc fercula, quę diximus alia quędam longe potiora, et pręstantiora nobis subministrat. Et hęc sunt dona Spiritus sancti, quę in hoc conuiuio cœlesti, et vere spirituali referunt phasianos, turtures, et gallos Indicos. Hęc est illa sapientia, de qua supra dice-

A bamus, quę edificauit sibi domum idest corpus humanum de limo terræ, posuit mensam, idest, infudit animã, & miscuit vinum. Hæc est illa sapientia, quæ ex ore altissimi prodijt, primogenita ante omnem creaturam: posuit mensam bene instructam, excidit columnas septem hoc est varijs virtutibus, ac donis septiformibus opulenter excultam. Ne verò existimes, superfluum quiddam, & ociosum hoc in conuiuio apponi, si præter B virtutes etiam dona adiunxeris, vel addideris, quoniam virtutes morales, siue intellectuales perficiunt quidem hominem, vt natus est moueri, per rationem in his, quæ interius, vel exterius agere debet. Sic & virtutes Theologicæ magnum profecto, & incredibile præbent incrementum humanis virtutibus; at dona perficiunt hominem, secundum quod natus ęst, ac dispositus ad hoc, vt moueatur a Deo; ita quod virtute dono- C rum, homo disponitur, vt facile, libenter, & promptè moueatur a Deo absque vlla tergiuersatione, sicut dicebat Esaias cap. 5. Deus aperuit mihi aurem ego autem non contradico, retrorsum non abij, & quemadmodum Paulus Apost. Acto. cap. 9. vocatus a Deo, tremens, ac stupens dixit. Domine, quid me vis facere; & cum Dominus in visu ad Ananiam diceret. Anania? ille respondit. Ecce ego Domine. Dona ergo dicuntur D perfectiones virtutum, quia eleuant homines ad altiorem statum, quam sint actus virtutum, vel ad eosdem, sed longe faciliori modo, vt dicit Gaetanus super art. 1. q. 68. t. 2. Hæ ergo sunt dapes, & edulia, quibus Deus pascit hominem interius, hic est panis vitę de quo ps. 133. dicebat Deus. Pauperes eius saturabo panibus, pauperes inquam, idest mentes humilium, & mãsuetorum, qui libenter appræhẽdunt Dei verbum, & aures pręE bent diuinæ vocationi. Verum præter omnes hasce dapes, & obsonia, & cibos suauissimos præbuit Deus alium præstantissimum, suauissimum, & omnis gratiæ plenitudine refertissimum, de cuius plenitudine nos oẽs accepimus. & hoc est conuiuium, quod fecit Deus humano generi dum se ipsum pręburt hominibus similem, & formam serui non

est

est dedignatus accipere, vbi se nascens dedit socium conuescens in edulium, se moriens in pretium, & se regnās dat in premium. Sic nanque sapientia ędificauit sibi domū, dū vnigenitus Dei filius in semetipso, intra virginis vterum, mediante anima humanum sibi corpus vendicauit, ita vt eius corpus, Dei domus nuncupetur, velut etiam templū appellatur, vt vnus, idemq́ Dei, & hominis filius ipse sit, qui inhabitat, & qui inhabitatur. Sic & ille sit, qui ędificat, & qui ędificatur. Et qui pariter parat conuiuium. Et manducatur.

Quod si quæras, quo in loco fiat istud conuiuiū, & qua caussa Dei filius se præbuerit, nobis manducandum. facile est videre, si verba sanctarum scripturarum perpendimus; ipse n. venit in hūc mundum, vt peccatores saluos faceret. Hoc est cōuiuium illud pinguiū, conuiuium medullatorum, de quo loquitur Esaias. Hoc est conuiuium illud, quod tandiu expectarunt sancti patres, & concupierunt; de quo et loquebatur Dauid cum dixit. Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Et ps 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deū viuum; expectarunt inquām vt hominem assumeret, & sua morte homines redimeret, & quanquam ipse venerit, vt omnes redimeret, & se manducandum illis pręberet iuxta primariam eius intentionem, postmodum verò se illis duntaxat manducandū præbuit qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: De cuius sacramenti manducatione posterius dicemus; nunc enim loquimur de ea sola manducatione, qua pascit animam sua præsentia, & cognitione sui doctrina verbi sāctarumq. virtutum refectione, ac pabulo quandoqui dem nō fuit satis eius elementię, & benignitati se nobis sociū dedisse, verum in perfectione, & excellentia virtutum, & bonorū operum se nobis exemplum præbuisse. Sic .n. dixit ipse. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, qd procedit de ore Dei. Quòd autem anima, seu cor nostrum sit locus conuiuij vt declarare proposuimus, nulli potest esse dubium, nā D. Aug. tom 10. serm. 70. de tempore, exponens conuiuium, quod fecit Abraham ad Illicem Mambræ, tribus Angelis hospitio excepti dicit Illicem Mambræ visionem, siue perspicaciam designare, cuius interpretatione vult innuere Deum in illis cordibus, quibus datum est videre Deū, habitare solum hospitari, ac æpulari Hi autem sunt, qui mūdo corde, qui fidem trinitatis firmiter, & inconcusse retinēt, in cuius rei signum legitur, quod Abrahā obtulit tribus illis Angelis tres mensuras similaginis, quæ significāt tres primarias virtutes, videlicet fidem, spem, & charitatem, quibus omnibus continetur tota salus aīæ: cuius rei occasione prænotandū est, conuiuium istud, quod fieri debet in anima nostra, posteaquā cecidit vetus Adā, non fuisse semper ex eisdē ferculis, & dapibus confectū Quamnis .n. quicunque nascitur, ex viro, & fœmina habeat tres illas potentias, memoriam scilicet intellectum, & volūtatem, quæ sunt tanquam vasa, & receptacula omnium virtutum intelectualium, & moralium, attamen virtutes ille, nisi fuerint infusę a Deo, & charitati connexæ non sunt verè virtutes, sed imagines, & vmbræ virtutū. Vnde qui eiusmodi virtutibus erāt imbuti cibos valde crudos, & insipidos, nec bene concoctos prægustasse dicendi sunt: nam cum virtutes iste intellectuales insint nobis a natura, inchoatiue tantum, & dispositiuè nos perficiūt, solæ virtutes Theologicæ quæ sunt prorsus ab extrinseco, hoc est a Deo nos perficiunt, & satis abunde recreant, ac reficiunt: Sunt præterea quidam, qui vtique habent virtutes aliquas Theologicas, & fidem, ac spem iugiter, & strenue profitentur, sed quia deest illis alia virtus, quæ est charitas, ægre admodum possunt refici, ac satiari, vt dicebat Apostolus. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem nō habeam, nihil sum. Et propterea quanquam fides & spes non nihil conferant ad consequendam perfectionem, quia tamen fides absque spe dicitur inanis, & spes absque fide, audax, & temeraria, sine charitate quidem parum admodum, vtraque valet ad consequendum finem, sed vtraque mortua est, ita vt præter ea, quæ diximus, tria conuiuia fieri possunt in anima nostra.

Primum

Primum quidem, in quo solum virtutibus, q̄ nobis a natura insunt pascimur, ac ditamur: sed huiusmodi conuiuium est valde insipidum, & insulsum, & male conditum, quale est conuiuium infidelium, & Iudæorum; cui potest annecti conuiuium Hæreticorum, qui solis eorum opinionibus, ac doctrinis putant se refici, & impinguari. Sed quanquam nonnulli actus, vel actiones horū haud quaquam sint peccata, vel ex essentia, siue natura rei, aut ex obiecto, vel ex circunstantia existiment bona quædā, nullus tñ eorū actus est meritorius. Datur alterū Conuiuiū in quo præter virtutes, nobis a natura inditas, & quasi cōnatas, sunt etiam virtutes aliquanto perfectiores, vt fides, spes, modestia, mansuetudo, & patientia, & exterior quædam obseruantia præceptorū, non tamen (vti mox diximus) reddūt hominem perfectum. Hinc datur aliud conuiuium, in quo præter virtutes Intellectuales, & morales, sūt etiam virtutes Theologicæ, quę nisi perficiantur, & condiantur per charitatem, non sunt & ille vsquequaq. perfectæ, & hoc est illud verè salubre conuiuium, conuiuium (inquam) pinguiū, conuiuium medullatorū, & conuiuium vindemiæ defecatę, in quo quidē conuiuio pro complemento totius refectionis, & gaudij tria proponūtur, videlicet, vinum amoris, mel contemplationis, & postremò lac depurationis, vt nulla dicatur
Psal. 118. esse fex, aut labes, vel turpitudo: sic .n. dicebat Dauid ps. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ad hoc itaque conuiuium nos vocat Deus, ad conuiuium inquam fidei, spei, & charitatis, quæ sunt pignora salutis ęternę.

Caput secundum. Qui & quot sint conuiua.

VIdimus paucis verbis, quo loco cęlebretur istud cōuiuium, quia s. in aīa hominis docibilis, aut docti a Deo. Nunc videamus obsecro, qui sint isti, quos Dñus vocare dignatur, ad conuiuium istud tam salubre, & preciosum. Respondet Esa. c. 25. vbi inquit. Faciet Dñus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuiū pinguium &c. Oēs ergo populos, omnes gentes, quęcūque sint illæ, vocat ad conuiuium, vult fieri participes cęlestium bonorum; ipse quidem vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Sed obsecro, quid caussę est, q̄ tam pauci ad eiusmodi conuiuio accedunt? dum alius affert excusationem, quod villam emit, alius verò, q̄ iuga bonum vult probare, & alius quidem quia vxorem duxerit? Id profectò euenire putandū est, quoniam quidam ambitione suffocantur, quidam verò curiositate, & vanitate huius sæculi detinentur, & plerīq. desiderio & cupiditate voluptatum retrahuntur quas hæc nostra caro corrupta, & madefacta nunquam non appetit, & quærit. Hæc itaque tria, videlicet superbia, cupiditas, & luxuria, velut quoq. diximus in priori tractatu, impediunt multos, ne diuinę gratiæ fiant participes. Hoc est quod dixit Dñus, & indicauit similitudine quadam apud Lucam 14. cap vbi habetur quod vocauit multos nō omnes, vocauit quidem oēs, vt inquit Propheta, quia apud ipsum non est distinctio Iudæi, & Grçci. Diues, Deus est, & valde prodigus, ac liberalis in oēs, qui inuocant illū: at nos sumus in caussa, cur non accedimus ad conuiuium. In omni quidem gente, quęcunque ea sit, qui timet Deum, & facit iustitiam acceptus est illi. Perditio igitur quoruncunque, qui pereunt, & fame tabescunt, ex ipsis est; salus autē ex Deo sed cōsentientibus nobis, aut saltē non dissentientibus, aut obsistentibus. Sed quid fecit Deus, auctor conuiuij dū multi ex his, qui fuerunt vocati venire contempserūt? Misit seruū suum, vt circuiret plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cęcos, & claudos introduceret ad conuiuium, debiles inquam, i. qui ex fragilitate carnis, & imbecillitate virium aliquid erroris perpetrauerint: per cęcos verò intelligi volunt, qui peccant ex ignorātia, non quacunq., sed ex ignorantia quadam crassa, & inuincibili: per claudos verò, qui peccāt ex malitia, quippe qui confitentur se nosse Deum factis autem negant: habent quidem pedē Intellectus integrum, & sanum, pedē verò affectus, & animi saucium, & infirmum. Sed quid per Pauperes certe nil aliud, quàm humiles, & de seipsis, parum ad-

 modum

modum præsumentes, vellent quidem facere bonum, sectari iustitiam, sed difficile admodum viam apprehendunt. Si per pauperes hoc loco velimus accipere pauperes spiritu, de quibus loquitur Matthæus, nō erit multum laboris, & impendij eos adducere ad conuiuium: sed non contentus paterfamilias, aut ille homo, qui fecit cęnam magnam, (vt refert Luca) ioi miseros, ac debiles vocauisse ad se, sed cum nondum essent mensæ discumbentium impletæ, præcepit seruo suo, vt exiret rursum in vias, & sępes, & cōpelleret eos intrare, quoscunque inueniret, vt impleatur (inquit ille) domus mea. Dubitatur a quibusdam exponentibus, quid per eos, qui erant in vicis, & plateis, quid per eos, qui extra ciuitatem in vijs, & sepibus vagabantur. Prima facie, quisque opinatur per eos, qui in vicis, & plateis degebant intelligi debere viros potentes, ac magnates, & cunctis opibus affluentes, quandoquidem de plateis non possunt vocari, & accersiri, nisi qui huius sæculi commoditatibus abundant. Qui verò sunt in vicis, & locis abditis, hi qui rerū temporalium inopia magnopere laborant. Vtrique tamen, quàm qui in plateis, quàm qui in vicis ad conuiuium vocantur: sed qui in plateis, hi sunt, qui de latitudine voluptatum, & amplitudine deliciarum, Dei gratia præueniti, ad meliorem frugem reducuntur: per eos verò, qui sunt in vicis, ad conuiuium & ipsi vocati intelliguntur, qui vel penuria rerum necessariarum adducti, vel ignobiles habiti intrant claustra, & arctiorem uiuendi regulam assumunt; quanquam non pauci etiam ex his, qui sunt in plateis uiri potentes, ac ingenui hanc candem vitæ regulam, haud raro aggrediuntur, & toti ad Deum conuertuntur. Multi quidem Principes viri, & summæ auctoritatis homines reliquerunt opes, dignitates, atque Imperia, vt ad conuiuium istud accederent, & Christo Domino liberius famularentur. Nec viri solum, sed plęreque nobiles, ac Illustres fęminę, hoc idem fecerunt. Quòd si quis velit copiosiorem notitiam, & numerum eorum, qui ita se gesserunt habere, videat Hieronymum Platum uirum

Dubitatio

A apprimè bonum, & eruditum in libro, quem edidit, de bono statu Religiosi. Præter hoc genus hominum, quorum aliqui in plateis, aliqui uerò in uicis uersabantur, diximus esse, seu reperiri aliud genus hominum, qui per uias, ac sæpes uagabātur, quos iubet Dominus, auctor conuiuij, & paterfamilias compelli intrare, & accedere cū alijs ad conuiuium. Hi nempe existimādi sunt fore, qui iam Christo nomen dederunt, & fidei Catholicæ ueritatē appræhenderunt, postmodum uerò ab ea recesserunt, & apostatæ euaserunt, quales sunt Hæretici, & scismatici, qui quidem possunt iure compelli, vt minis, terroribus, ac supplicijs ad semitam reuertātur, & quàm olim fuerant in baptismo fidem professi eandem tenere cogantur. Hæc est sententia B. Aug. lib. 2. retract. cap. 5. & epist. 50. ad Bonifacium Comitem. tomo 2. quam omnem, & totam legere, & animo cōplecti magnopere, (ut existimo) conducet. Et Beatus Augustustinus lib. de utilitate ieiunij cap. 9. inquit. Ne timeamus, quod eis molesti uidemur compellendo. Atteo tamus quo in eo securi simus, nunquid enim ad mortem, & non potius a morte eos liberare conamur omnino, quibuscunq. modis possumus, sed modeste prius uetusta uulnera pertractemus, & cauti simus ne inter manus Medici deficiat, qui curatur. Vbi considerare oportet, prius quærendum esse, modestia & urbanitate ad pristinam fidem eos reducere, qui suggestione diaboli, ab ea recesserunt. At cum id non sufficiat, ferula uti necessum est. Multis enim (inquit ipse) profuit, quod experimentis probauimus, & probamus, prius timore, nel dolore cogi, ut postea possit doceri, aut quod iam uerbis didicerant opere sectari. Qui secus opinantur proponunt nobis sententiam prophani auctoris, uidelicet Terentij in Adelphis, qui dixit. Pudore & liberalitate liberos retinere, satius esse, quàm metu. Hoc quidem uerum est, sed sicut sunt meliores, quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigit timor. Nam ut de eodē auctore respōdeamus his qui nos arguunt, timore quempiam esse cogendum ad recte operandum,

dum, apud eundem legitur de quodam. Tu nisi malo coactus, recte facere nescis. Cęterum scriptura diuina propter illos meliores dixit. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: & propter illos peiores, qui longe plures, quam boni sunt, ait sapiens Prou. 19. Verbis non emendabitur seruus durus, si enim te intellexerit, non obediet. Et alibi dicit. Non solum seruum, sed & filium indisciplinatum plagis esse coercendum; nam tu quidem percutis eum virga anima uerò eius liberatur a morte. Verum huic sententiæ, & determinationi, quam ponit D. Aug. scribens ad Bonifacium Comitē, perditi quidam homines, & ignari impudenter obijciūt dicentes. Liberum est credere, vel non credere, & cum cętera possit homo nolens, credere non potest nisi volens, igitur nullus ad fidem est compellendus.

Compulsus trifariā fit. Diximus compulsum, siue coactionem posse fieri bifariam, vel minis, ac supplicijs, aut ētiam leuioribus quibusdā vijs, ac rationibus, quemadmodū ēt ad fidem pertrahendi, sunt in duplici differentia, quidam enim, qui prius appræhenderūt fidē, & eam sunt confessi & postea ab ea descīuerunt, vt hæretici, & scismatici: quidam verò, qui nunquam eam appræhenderunt. Diximus ergo re vera liberum esse vnicuique credere, vel non credere, sed posteaquam quis credidit, & dictis fidem adhibuit, & in Ecclesiæ gremium fuit admissus, aut ingressus, non est ei amplius liberum credere, uel non credere. Sic enim corrigendæ sunt oues, dū a Grege aberrant, ut nō in eis corrumpatur signaculū redēptoris. Nonne pertinet ad uigilantiam pastoralem, ēt illas oues, quæ non uiolenter creptę, sed blādę, leniterq. seductę a grege aberrauerint, & ab exteris cęperint possideri, inuentas ad ouile Dominicū reducere, etsi resistere uoluerint, flagellorum terroribus, uel ēt doloribus ac pęnis reuocare? namque si quisquam regio charactere fuerit insignitus & ab ipso Rege apostatauerit, desertorq extiterit, nōnē cogēdus est, ut quouis modo deducatur ad illum a quo regium characterem susceperat? nonne Deus per Ezech Proph. c. 24. præcepit ipsis pastoribus reuocare

A errantes, & perditos inuenire? quod si blanditijs euinci non potest, minis & terroribus adduci curandū est. Si enim domus Dauid non meruit pacem habere, nisi filius eius Absalon in bello, quod contra patrē gerebat, fuerit extinctus quanquā magna cura mandauerit suis, ut quoad fieri posset, uiuum illum, & saluum reducerent, aut seruarent, cur Catholica mater Ecclesia non poterit bellantibus, & pugnantibus aduersus eam, hęreticis &

B scismaticis, quantum fieri potest illis minis, ac terroribus obsistere, & aduersus eos arma mouere? non mō contra eosdem, qui iam olim fidē ei dederāt, uerū & aduersus quoscūq eorum seductores agere? Sic itaque aliqui sunt uocandi, alij uero compellendi; uocandi enim sunt, qui sunt in uicis & plateis, qui scilicet nunquā appręhenderūt fidem: cogendi uero qui errantes per uias, & sepes a fide iam suscepta decesserunt, quales sunt hęretici,

C & scismatici. Nonnulli per eos, qui sunt in uicis, & plateis intelligūt eos, qui uel per inspirationē internam, uel per prędicationem, aut etiam per flagella, et tribulationes accedūt ad fidem sicut dicit Proph ps. 72 Imple facies eorū ignominia, et quærent nomen tuum, et nonnulli per beneficiorū, et munerum collationem ad fidē quandoq pertrahuntur, qui oēs partim uocati dicuntur, partim uerò cōpulsi, sed eiusmodi compulsus nō

D est ulla ratione uitandus, neq. pertimendus. Cęteri quidam, per eos, qui sunt in uicis, et plateis opinantur intelligi Iudæos, qui tanquam ciues legem et Prophetas, et eloquia Dei, et sanctarū scripturarum se penes habebant: per eos uero, qui in uiis, et sepibus uagantur, intelligi uolunt ipsos Gentiles, tanquā rudes, et incultos, et penitus ignaros misteriorū Dei. Nā uerò singuli infideles sint oīno expertes misteriorum Dei,

E in priori tractatu demonstrauimus. Ad Iudæos quidē misit Dominus primum Prophetas, et Patriarchas, uiros iustos, ac probos, et Deo dignos. Deinde misit Apostolos, et Euangelistas, et reliquos Dei seruos, ac ministros, qui multos ex Iudæis ad Christum adduxerūt: qui quidem Apostoli cum uidissent plures Iudæorum conuerti mox retulerūt

Domino dicentes. Domine factum est A vt imperasti,& adhuc locus est. quasi dicerent. est locus adhuc, quo alij sunt ad fidem introducendi, qui nondum sunt vocati, quales erant gentes, quæ tamen & ipsę nunc vocabuntur. Sed ex hac occasione videtur posse elici, Iudæos esse vocandos, gentes verò compellendas, at re vera non placet ista opinio, quoniam sensus, verborum Diui August vt etiam asserit D Th videtur esse, tam Iudęos, quam Gentiles esse vocandos, neu B tros verò compellendos, nisi vt postea dicemus: solos autem hæreticos,& scismaticos fore compellendos. Quod autem Iudæi, & infideles, vti sunt Turcæ, & Pagani non sint cogendi manifestum est, quia cum credere, sit actus voluntatis,& eius dominio subdatur, opere precium est, vt ex seipsis, & proprio motu moueantur, ad assentiendū ijs, quæ sunt fidei, & cum voluntas sit potentia adeo libera, ꝙ ex sui natura non potest compelli, si ipsi noluerint credere, non po- C tuerunt cogi. Non eadem est ratio, de hęreticis,& scismaticis, qui cū aliquando fidem receperint, & eam publicè fuerint professi sunt cogendi, ut quod iam prōmisserunt exequātur, & quod semel susceperunt detineant. Veruntamen est alius modus, quo infideles,& Iudęi possunt omni iure cōpelli,& vi pariter coerceri, ne fidem Iesu Christi impediant, uel blasphemijs ei detrahēdo,& subsan- D nando, aut etiam contra Dominum Iesum,& sanctos eius oblatrando, uel persuasionibus, aut muneribus,& honorum præmissis inducendo fideles ad infidelitatem quemadmodum contigit in Hypolito martyre, quem infideles tentarūt a Christi fide auertere, aut etiam seducendo, vt quam olim fidem profitebantur, abnegēt ac deserant: nec solum verbis, aut falsis persuasionibus, sed etiam ui eos compellendo ut a fide decedant, E quemadmodum multi ex nostris ipsam fidem negarunt. Item cōtra eos iure arma sunt mouēda, aut eos in officio continendo, uel ab ipsis Ecclesiā defendendo, cum inuadunt aliquod Regnum, uel ciuitatem. quemadmodum his diebus inuaserunt, & expugnarunt in Regno Vngariæ Vrbem dictam Clauctinum, cum maxima strage,& occisione vtriusque partis. Sunt, etiam huius generis homines, procul a nobis, cunctis uiribus arcendi, cū persequntur Xp̄ianos in captiuitatē eos adducētes,& varijs tormētis affligētes, & denīq. ferro, & igne cūctos perimentes atque oīa nastantes. Hi ergo, qbus possumus uijs, ac rationibus sūt a nobis infestandi, ne scilicet nos, ac fidem nostram impediāt aut perturbēt. Sunt itaque compellēdi, & procul a nobis abijciendi, ne fidem impediant, non ut eam admittant. Est alius modus, longe facilior, ac præstantior & summe desiderabilis, ac expetibilis, & propediem exequendus, quo ipsi possunt, ac debent ad fidem amplexandam compelli, dum scilicet prædicationibus, bonorum operum exemplis, corporalibus quibusdam, & spiritualibus officijs, & obsequijs,& admirabilium operum perpetratione ad fidem sunt pertrahendi, uelut legimus apud Danielem Nabuchodonosor,& alios quamplures fuisse permotos,& præterea nōne in quadam collecta Ecclesia pręcatur deum ā oblationibus nostris q̄sumus Domine placare susceptis,& ad te nostras etiam rebelles compelle propitius uoluntates. Quòd si diceres, non posse adhuc his rationibus, & uijs eos compelli, quia obsistitur naturæ voluntatis: potest dici, re uera uoluntatem non posse compelli, sed quæ objiciuntur ei, ea sunt, quibus uoluntas non modo moueri, uerum etiam quodammodo potest dici compelli, quemadmodum contigit Diuo Paulo, qui cum accepisset litteras in Damascum, ut quoscunque inueniret, qui fidem Christi profiterentur, captiuos duceret in Hierusalem, Dominus prostrauit ipsum in terram dicens. Saule, Saule quid me persequeris, & tunc missus ad Ananiam recepit lumen fidei; unde egregie dicit Diuus Augustinus Dominum constituisse suos Apostolos, Piscatores,& Venatores; Piscatores (inquam) cum dixit faciam uos fieri piscatores hominum. & Hieremiæ 16. habetur, quòd Deus primo piscatores erat missurus, postea uenatores, piscatores Hier.c.16. (inquam) cū de abisso,& profundo maris superstitionis Idolatriæ credentes piscati

piſcati ſunt retibus fidei, venatores autem cum per montes & colles, ideſt per ſuperbias hominum, per rumores terrarum, ipſi Apoſtoli venati ſunt eos, diſtributa ſunt .n. officia Piſcatorum, & Venatorum, Piſcator enim retia mittit in mare, quod incurrit trahit. Venator autem Siluas cingit, ſentes excutit, terroribus vndique multiplicatis cogit in retia, ne alius hac, aut illac vadat, inde, occurre, inde, caede, inde, terre, non exeat, non fugiat, quibus videtur innuere Diuus Aug. quòd in trahendo infideles ad fidem vſi ſunt Apoſtoli officio Piſcatorum; in reducendo hęreticos, & ſciſmaticos ad gregem vſi ſunt officio venatorum. Eſt & alius modus, quo aliqui exiſtimant infideles poſſe compelli ad fidem, eo fere modo ac via, qua mox diximus, eoſdem infideles, pleroſque viros imbelles, aut effeminatos cogere ad fidem abnegandam, aut minis, & terroribus, aut varijs perſuaſionibus, aut etiam magnis pollicitationibus bonorũ temporalium, ſeu varijs muneribus, ac beneficijs, ſic etiam aiunt multos infideles poſſe cogi ad fidem ſuſcipiendam. Contra vero, (dicunt aliqui) id nunquam fieri poſſe, ac debere, quoniam tales, ad credendum compulſi, & coacti nunquam vere, & abſolute credent, ſed ficte tantum, & conſequenter ſacramenta fidei percipientes erunt ſacrilegi omnes, & profanatores ſacramentorum, vt facile eſt videre in Regno Granatae, vbi dubio procul, & re ipſa compertum eſt multos Mauros degere, qui inter fideles verſantur, & cum ſe offert occaſio veram fidem, & eius ſacramenta deteſtantur, & abhorrent. Qui verò ſuſtinent alteram partem, dicunt, minus malum eſſe, eos ſeruiliter, & ſub quodam metu profiteri fidem, quam libere, & aperte eam impugnare, quandoquidem etſi progenitores ficte crederent, fortaſſis eorum poſteri, & ab illis progeniti verè crederent, & ita eorum ſaluti congruè prouiſum eſſet; ſed alij dicunt ex ſent. Pauli. Non ſunt facienda mala, vt veniant bona. & ſic ego exiſtimo factũ iri, quanquam Deus eſt adeo benignus, & miſericors, & praeſtabilis ſuper malitia, vt de malis nouerit elicere bonum: nos

A autem cum fuerimus vocati ad nuptias, & ad conuiuium, quo nos vocat Deus, non renuamus, non euitemus ſed promptè, & alacriter ad illud accedamus. Qui enim illuc acceſſerimus certi erimus, aut futuri ſumus, nunquam nos amplius exurire, aut ſitire poſſe.

Hoc eſt .n. conuiuium illud ſaluberrimum, quod primum fecit Deus humano generi, cum formauit hominem, ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, & B inſpirauit in eo ſpiraculum vitae, & factus eſt homo in animam viuentem. Nec ſolum hoc donum ſingulare ei praeſtitit, ſed poſtmodum refecit eum pane vitae, & intellectus, & aqua ſapientię ſalutaris potauit illum. Nec ſatis fuit liberaliſſimo, ac munificentiſſimo rerum omnium creatori perficere hominem, tot beneficijs, donis, ac virtutibus: verum, vt huic cõuiuio extremam manum apponeret, & ferculũ omnium praeſtantiſ- C ſimũ praeberet in menſa, & de Incarnationis filij ſui voluit eundem ſibi vnigenitum, & in natura, & eſſentia aequalem nobis ſocium & comitem praebere; e, cuius ſocietate & contubernio refectio opulenta nobis eſt acquiſita, vbi quidem regia, & praecipua appoſita fuere fercula, accuratiori arte, & ſtudio praeparata, delicioſa multum ad ſaporem, ſolida ad nutrimẽtum, efficacia vero ad cuiuſlibet morbi medicinam. Haec inquam fercu- D la, in hoc praecipuo, & ſingulari conuiuio in quo Deus factus eſt homo, & verbum factum eſt caro & alia multa nimirum fuere. Primum ferculum huic mẽſae appoſitum (inquit D.Bern.) fuit obedientia filialis, habens humilitatem in corde, patientiam in ore, perſeuerantiam in bono opere. Aliud ferculũ fuit paupertas ſpiritualis, quae fuit ſatis manifeſta per verba ipſius Chriſti, cum dixit. Vulpes foueas habent, volucres coe- *Matth. 8.* E li nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput ſuũ: Tertium ferculum fuit mors ipſius filij Dei pro nobis Incarnati pluſquam ſatis horrenda, ſed ſummopere reuerenda & quam maxime obſeruãda, prioribus (inquam) ſacramentis, & operibus Chriſti magis affectuoſa; in qua quidẽ pietas, vehementer enituit, gratia plurimum refulſit,

charitas supra omnē modum radiauit, in qua tria potissimum nobis consideranda, & nūquam pręoculis non habenda offeruntur, nidelicet multiformium iniuriarum illatio, manuum, ac pedum in Cruce confixio, sepulchri, ac sepulti sub militum excubijs obseruatio. Hæc sunt fercula, quæ in incarnatione Filij Dei, hominis effecti, tanquā in solemni conuiuio, pro refectione humani generis sunt apposita, sed peracto conuiuio, (inquit D. Bern) tria ueluti bellaria, & confectiones uulgo dictę, quę etiam secundæ mensæ dicunt, i escariæ quędam illecebræ; accesserunt, quæ ad regalis conuiuij festiuam exhilarationem quæ tanq̄ gulæ oblectamenta in fine mensæ apponi solent. Primum quidem triumphalis reditus ab inferis. Deinde gloria resurrectionis. Postremo consessus ad dexterā Dei patris: quæ oīa iubilans, & exultans suaui concentu decantat Ecclesia d Inferni claustra penetrans, tuos captiuos redimens, uictor triumphono bili ad dexteram patris residens. Conuiuantes, & inuitati ad huiusmodi conuiuium nutibus, ac signis fuere primum Patriarchæ, & Prophetæ, & quicunq in fide uenturi constanter perstiterunt, & uero Deo inseruierunt. Cum verò aduenit tempus gratiæ Apostoli præ cęteris fuerunt inuitati, & deinde martyres, & quicunque cęlesti fortitudine, & spirituali exultatione repleti, non ingrati, uel immemores tāti beneficij a Christo exhibiti, & ipsi quoque alios inuitant, & de seipsis conuiuium faciunt, corpora sua tanquam hostiam uiuam, & immaculatā Deo libenter offerentes. Nos itaque, si fuerimus ad hoc conuiuiū inuitati accedamus, & nō ingrediamur domū conuiuij ubi degunt Aepulones, superbi, diuites, hypocritæ, & de rebus diuinis male sētientes, neque (ut inquit Hier c. 26) eamus ad plangendum, neque consolandum eos, quia abstuli pacem meam a populo isto dicit Dominus misericordiam, & miserationes.

Hier. c. 26.

Caput vltimum.

PRo absoluta, & perfecta huius tractationis narratione a principio nobis proposita, superest uideamus, (ne recedamus a uerbis Esaię super hunc locum) quando celebrabitur istud conuiuium, quo tempore? quo die? tunc profectò (inqnit Esaias) alloquēs ipsum Deū, quādo posuerit ciuitatem in tumultum urbem fortem in ruinam, domum alienorum ut non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. Quid sibi uult hoc? Quidnam hæc uerba significant? explica sensum horum uerborum. Quando celebrabitur istud conuiuium? ut plenū, & abundans sit? quando s. fides Christi prædicabitur in uniuerso mundo, quando lex uetus erit penitus abrogata, & non amplius erimus sub eius dominatu, quando mors quoque erit absorta in Christi redemptoris uictoria, tunc profectò erit conuiuium istud pinguium, conuiuium lętum, & suis omnibus numeris absolutum. Ad quod propere accedamus, quo intrinsecus saginemur. Neque faciamus uelut diuites illi, qui uocati noluerunt accedere nimis de seipsis præsumentes, & curam rerum terrenarum Dei obsequio præponētes, sed ueluti pauperes, debiles, & cęci dum fuerimus uocati, illico nos ipsos illuc conferamus, quia ille nos inuitat, qui cum esset diues propter nos factus est pauper, ut illius paupertate nos diuites essemus. Fateamur nos esse debiles, & infirmos, quia nō est opus sanis medicus, sed male habentibus. Fateamur nos esse claudos, ut audacter dicere possimus Deo, dirige gressus nostros in semitis tuis. Agnoscamus nos esse cęcos, ut iure possimus rogare Deum dicentes. Illumina oculos nostros, ne unquam in morte nos obdormire cōtingat. Et cum ad conuinium fuerimus admissi, & introducti non retrocedamus, quia nemo mittens manum ad aratrū, et respiciens retro actus est regno Dei, & quoniam conuiuium istud, est conuiuium pacis, & unionis, nunquam dissentiamus ab ijs, qui docuerunt sanam doctrinam, sed idipsum dicamus omnes, et simus perfecti omnes in eodem sensu, et in eadem scientia. Et hæc de prima parte huius Conuiuij Diuini Metaphoricè sumpti, dicta sufficiant, ad Dei laudem, & gloriam.

Esa. 25.

DE

DE CONVIVIO DIVINO ALLEGORICE SVMPTO, QVOD CAELEBRATVR In militante Ecclesia.

CAPVT PRIMVM.

Secunda pars, secūdę partis principalis huius tractatus de conuiuio diuino.

CVM in priori capite huius partis Deo inspirante fuerimus locuti de conuiuio penes sensum tropologicum, idest de eo conuiuio quod facit Deus in animabus nostris, reficiens eas pane uitæ, et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris, qua potati nihil unquam præter ipsum Deum esurimus, et sitimus: nunc iuxta negocium quod sumus aggressi, occurrit loqui de conuiuio, quod instituit Deus facere animabus nostris apud sponsam suam, hoc est Ecclesiam militantē, quam ipse elegit et prelegit, et in tabernaculo suo eā habitare fecit. Hæc est illa sponsa, quā sapientia increata, idest uerbum Dei cœterum ædificauit sibi, et posuit in ea mensam et miscuit uinum, et excidit columnas septē, misit ancillas suas, ut uocarēt ad arcem, ut habetur Prou. 9. (Prou. 9.) Posuit mensam, i. scripturam sacram, qua misteria nobis tanquam pabula aperienda subministrauit: miscuit uinum, quia scilicet diuinitatis, et humanitatis suæ nobis arcana propalauit. Misit ancillas suas, ut uocarent ad arcem, i. Apostolos, et Euāgelistas, quos propter humilitatem, et abiectionem uocat ancillas, quia infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; quos postea Dominus, et pater huius conuiuij cum fuerint bene edocti, et instructi in misterijs diuinis non amplius seruos, aut ancillas, sed amicos uoluit nuncupari, ex ista domo, i. ex ecclesia sapientia increata excidit columnas septē per quas possumus intelligere omnes Ecclesias, quæ ꝑpter A perfectionē numero septenario describuntur, et omnes faciunt, et constituunt unam Ecclesiam Catholicam toto terrarum orbe dispersam; vel per septem columnas possumus intelligere septem sacramenta Ecclesiæ, quibus tanquam columnis strenuis, & immobilibus vniuersa sustentatur Ecclesia. De conuiuio igitur, quod parat Deus in hac sua domo, idest in ipsa Ecclesia, & super hanc mensam, hoc est super ipsam animam B quo pascimur, & saginamur, i. preciosō corpore, & sanguine Domini nostri, Dei spiritu duce sumus locuturi. Non fuit quidem satis Xp̄o Dn̄o nostro seipsum obtulisse hostiam immaculatam Deo in salutem animarum nostrarum, sed misericors, & miserator Dn̄us memoriā faciens mirabilium suorum escam dedit timētibus se, dū s. tradidit corpus suum in cibum, & sanguinem suū in potum, quemadmodū ipsemet fuit attica protestatus d Caro mea, vere est cibus, & sanguis C meus vere est potus. De hoc ergo conuiuio quatuor sigillatim videbimus; primum quando instituit hoc sacramentum, deinde vbi instituit, tertio loco videbimus qualiter, & qua veste induti ad conuiuium istud simus accessuri, quarto & vltimo quos effectus, & quæ beneficia simus ex eo, & ab eo suscepturi, neq. vllus existimet vel arguat nos de inani superfluitate, & repetitione eiusdem rei, D cum in postrema particula prioris partis huiusce tractatus, egerimus sat s cōgrue de loco & tēpore quo Christus Iesus instituit hoc admirabile sacramentum, quoniam tunc non ex propria intensione hoc egimus, sed solum vt ostēderemus quid inter cenandū in eo conuiuio

uiuio materiali, & sensibili contigerit. Nunc autem de eo secundum se, & propria intētione agere decreuimus. Et velut rem iam satis notam, & manifestam supponimus, Dñum nostrũ in hoc conuiuio proposuisse, & præbuisse in cibum & potũ corpus suum, & sanguinem pręciosissimum cum dixit, accipite & comedite, hoc est corpus meũ, similiter & calicē. eũ dixit. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis effundetur &c. Et caueat quisque vt existimet verba ista dicta metaphorice, seu figuraliter, & typice. Est .n. sermo ille verus, proprius & non figuratiuus, cum .n. dixit. Hoc est corpus meũ: illud pronomen demōstrat substantiam seclusis accidentibus, substantiam quidem panis, quem Xpus habebat in manibus, sed non vt erat substantia panis sed substantia absolute. Hoc ergo. i. hæc substantia, est corpus meũ, vbi sermo diuinus non solum est nunciatiuus, verum etiam factiuus veritatis enunciatæ, vel significatæ.

Quoad primum non est q̄ multum laboremus; cōstat .n. ex Euang. D. Ioan. c. 13. Ante diem festum Pascę, sciens Iesus, q̄a venit hora eius, vt transiret ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erāt in mundo, iu finem dilexit eos; & posteaquam lauit pedes discipulorum iterum recubuit, & instituit conuiuium istud. Sic ēt scribit Matth. c. 26. Hoc est conuiuium, quod præparauit Deus sponsæ suæ, dũ viget, & militat in hoc mundo, donec vocetur ad aliud longe nobilius & præstātius, quod præparatum est

Dubitatio. in Regno patris sui, ab origine mundi. Sed forte quis plus nimio curiosus mirabitur, & petet, cur tandiu distulit ipse Deus parare tam salubre, & præciosum conuiuium, cum longe satis præstiterit si multò ante fuisset institutum, quādoquidem multo plures ad illud accessissent, & longe plura, & potiora membra

Solutio. fuissent vnita capiti Xpo. Huic petitioni multifariam pōt responderi, & satisfieri huic curiositati. Sed primo dicendũ. Operum Dei nullā deberi caussam exposci, sed firmiter credendũ hoc, & illud Deũ fuisse operatũ, quia sic voluit: & sic debere fieri ipse cognouit, & cuncta, q̄ ab eius prudenti manu procedunt iuste, & salubriter pdijsse, vt legit̄ Mar. 7. & Matt. 11. Confiteor tibi Dñe pater cęli, & terræ, q̄a abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis illico subdit, ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te; & alibi præceptum est, altiora te ne quæsieris.

Verum, vt aliqua ex parte curiositati hominum satisfiat, dicendum, eo tempore, & non ante voluisse Deum instituere hoc sacramentum, quia cũ maxime eos dilexisset, vt dictũ est, & cito ab illis esset discessurus sm̄ eam formam, qua cũ illis fuerat conuersatus, voluit seipsum eisdem ipsis relinquere sub alia forma, hoc est sub speciebus panis, & vini, sicut absente patre, aut præceptore, filij, vel discipuli student ob nimiam dilectionem absentiũ penes se retinere imaginē: hac ēt ratione, inquit Euseb. Emiss. fuit sic conuiuium istud peractũ, vt iugiter per mysterium coleretur, qd semel in præcium offerebatur: potest afferri alia caussa huius instituti, & temporis, quo facta fuit hęc institutio, qm̄ Deus hũc suũ filiũ nuptui traditurus rōnabiliter egit, quod in more est cunctis Principibus, & magnatibus, in nuptijs liberorũ sūptuosissima q̄dē pręparare cōuiuia. Sic nimirũ cœlestis pater nuptias filij sui vnigeniti facturus, hoc saluberrimo cōuiuio voluit exornare, vt tanti, & tam cęlebris conuiuij suauitate homines pellecti, cętera huius sęculi conuiuia aspernarent̄. Factũ est ergo istud conuiuium, dũ sanctam Eccl. nō hñtem maculā neq. rugā, statuit Deus. vni viro virginē castā exhibere Xpo, qd matrimonium tũc inter Xpum, & Ecclesiā coactũ fuit, postmodũ in Cruce magnificè cōsumatum. Pōt rursus alia huius limitationis ratio afferri, quòd cũ passio Christi sit vsque adeo necessaria, quod absque ipsius fide, nulla possit esse hōis redemptio, operepretium fuit aliquod apud homines futuris temporibus signum præstitisse q̄ illā Dñi passionem nobis repræsētaret, & rememoraret, & cordibus nostris fortiter imprimeret, & infigeret, ppea dixit ille, hoc facite in meam cōmemorationem. Vñ Saluator nr̄, vt d. Aug. in Epist. 118 quo vehemētius cōmendaret Deus mysterij

Eccl. 3.

mysterij huius altitudinem, voluit occultum mysterium insigere cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus erat per passionē digressurus. Ex his itaque patet cur eo tempore & non ante voluit instituere Christus hoc conuiuium. Quod autem videbatur, nescio quid rationis afferre, quia si prius fuisset institutum, multo plures fuissent vniti Christo tanquam capiti, nihil est, quoniam quicunq; præcesserunt Christi passionem, potuerunt vniri ei per fidē, & charitatē in ipsum, quamuis nō dum realiter fuisset passus, quemadmodum multi patres in veteri testamento dicunrur fuisse cōsecuti salutem per fidem in Christum venturum, & per susceptionem sacramētorum, quæ erant signa præfiguratiua huius Dominicæ passionis, & huius saluberrimi cōuiuij, quemadmodum nūc demonstrabimus.

Et primum quidem mihi se offert sacerdotium Melchisedech, refectio agni paschalis, & enigma propositum à Sansone lib. Iudicum cap. 14. cum Dixit, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Posthæc sunt alia multa in veteri testamento signa, & figuræ, quę representant, & præfigurant hoc sacratissimum Conuiuium. De Melchisedech habemus Gen. 14. qui cum esset Rex salem, proferens panem, & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit Abrahæ, & ait. Benedictus Deus Abraham &c. vbi panis, & vinū, quæ protulit Melchisedech erant figura corporis, & sanguines Christi nobis oblati sub specie panis, & vini. Agnus quoq; Paschalis de quo legitur Exodi cap. 12. figura fuit huius veri agni, qui in paschate vel propè pascha fuit oblatus Deo, & pro nobis assatus in patibulo Crucis, fuit inquam figura immaculati corporis Domini nostri, quod sub specie panis nobis porrigitur manducandum. Neq; perturberis agnum illum. Paschalem fuisse figuram agni .i. Christi in cruce immolati, & fuit etiam figura ipsius eiusdem Christi, sub specie panis, & vini nobis in cibum propositi, quia passio Christi potest à nobis considerari ratione qua eius virtute regeneramur in Christo, potest etiam & proponitur considerands, & cōtemplanda, vt per eam perficimur, & consumamur in vnione ad Christum passum, Diximus etiam huius sacratissimi Conuiuij fuisse figuram illud enigma, quod proposuit Sanson lib. Iudic. c. 14. scilicet de comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo, De comedente, inquam, hoc est de Christo exiuit cibus, qui sua virtute diuina transfert panem in corpus suum, & vinum in sanguinē, quæ duo sunt spiritus nostri substentamentum, exiuit cibus, cibus inq̄, vitalis, qui Ecclesiæ Christianæ confertur, & animabus in ea degentibus, & de forti, hoc est ex eodem Christo, qui alibi vocatur petera, & lapis angularis, & propter immensam eius potentiam ac fortitudinem, durissimis lapidibus confertur; Egressa est dulcedo, idest Conuiuium istud corporis, & sanguinis Domini, quòd incōparabili dulcedine, ac suauitate mentes fidelium afficit, quando in Ecclesia Christi nihil est, quod maiore cum affectu, atq; reuerentia peragatur, atq; sumatur velut hoc sacratissimum Conuiuium. Sed præter ea, quæ diximus, aliæ sunt figuræ, & signa, quæ representant istud excellens & admirabili conuiuium, non minus quam agnus paschalis, vt Manna; quod pluit de Cœlo super faciem terrę, vt habetur Exodi. 16. quod cum nō cognouissent Hæbrei, dixit illis Moises; Iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum; & cum omnes collegissent ex eo, alius plus, alius minus, non tamen qui plus collegit, habuit amplius, nec q minus, sed singuli iuxtà id, quod edere poterant collegerunt, nisi dicamus, quod accedentes cum maiori deuotione plus gratiæ, & donorum recipiunt. Inspice dictum, & nota mysterium. Deinde nō ne fuit Euidens signum huius tremendi, ac reuerendi Sacrificij Sacramentum expiationis? quando pontifex intrabat semel in sancta, cum fuerat prius expurgatus, & expiatus omni immunditia, ut dicit Paul. ad Heb. 9. sed nec obscura fuit, & negligenda illa vaticinatio Patriarchæ Iacob, quando in extremo dierum suorum singulis eius filijs, prædicens quod futurum erat de Asser eius filio,

Iud. 14.

Gen. 14.

lio, dixit hæc verba. Asser pinguis panes eius, & præbebit delitias Regibus. Quis fuerit iste Asser, quid prætenderit, quidq; de eo prædictum fuerit, & quot Encomia, laudes, & pconia ei tribuantur qui cupit scire legat librum Deuteronomium in cap. 33. circa finem Non est opus recensere alia loca scripturę. in quibus representatur institutio excellentia, & magnificentia huius Sacramenti, & præsertim in lib psalmorum V. G. in psal. 19. Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. In psal 80. dilata os tuum, & implebo illud; & in fine subdit. Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. idest de Christo, qui est petra dulcis, & suauis, & saturauit eos; sic etiam dicebat Apostolus. bibebant de spirituali consequenti eos petra; petra autem erat Christus. deinde in psalmo. 110. & plerisq; alijs in locis huius summi, & maximi beneficij meminit ipse Propheta loquens in spiritu. Sed aduerte, licet conuiuium istud nunc cõuiuiũ, nunc viaticum, aliquando sacramentũ, nonnunquam verò sacrificium nuncupetur, non tamen ob eandem rationẽ; vocatur enim sacramentum, quatenus est signum rei Sacræ, vt si accipiatur tantum species panis, & vini, quæ seorsum sumpta, absq; re contenta dicuntur sacramentum tantum; & sacramenti hac ratione suscepti magis propria, & expressa figura fuit ipse Melchisedech, qui obtulit panem, & vinum ipsi Abrahę reuertenti à cæde Codorlahomor, vt habetur Gen. 9. si verò cõsideretur istud sacramentum quatenus est verum, & efficax sacramentum, aut etiam sacrificiũ, potest vtroq; modo vocari, & sacramentum, & sacrificium, licet ob alias causas, sacramentum enim dicitur quatenus p illud communicamus corpori, & sanguini Christi, & eius efficimur membra, cui tamquam capiti vnimur per fidem, & charitatem. Dicitur autem sacrificium rõne qua p illud offerimus immaculatam hostiam Deo in odorem suauitatis. Dicitur etiam sacrificium, quatenus representat ipsam Christi passionem, & quatenus in isto eodem sacramento cõtinetur realiter ipse Christus, qui est hostia salutaris; nominatur etiã sacrificium, quatenus est commemoratiuum dominicæ passionis. Quatenus verò istud sacrificium est quodammodo typus, & figura illius conuiuij, quod fiet in patria, potest dici conuenienter viaticum, quia secundum illud, & per illud nobis præbetur uia illuc accedendi, secundum quam significationem cõmuniter solet dici, & appellari græco vocabulo, Eucharistia, idest bona gratia. Sed quomodocunq; sumatur, siue accipiamus sacramentum tantum, siue rem tantum, aut rem, & sacramentum simul, dico quod rectè potest appellari conuiuium figuratum per manna datũ Patribus in deserto, & figuratum etiam per agnum Paschalem, quæ omnia fusius declarat D. Tho. 3 q. 73. art. 6.

Caput Secundum.

EST nunc videndum vbi nam fuerit institutum istud Conuiuium. legitur quidem apud Diuum Marcum, illud fuisse institutum in quodam cœnaculo grandi, strato, sic enim legitur Cap 14 & ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum, & illic parate nobis. Sic enim legitur apud Lucam cap. 22. quod Euntes discipuli inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha, & cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo, & paulo post instituit, & fecit istud Conuiuium Corporis, & sanguinis sui, instituens, & præcipiens, hoc perpetuò fieri debere in eius commemorationem ex quibus manifestum est quonam loco fuerit institutum saluberrimum istud Conuiuium. Sed per Cœnaculum istud grande stratum, dubio procul figurata est ipsa Ecclesia fidelium quæ degit in terris. non ecclesia aliqua particularis, sed ecclesia magna, & vniuersalis congregatio fideliũ, quæ capit vniuersum mundum, de qua loquens dauid d In Ecclesia magna, in populo graui laudabo te ps. Sicut etiam per paradisum, in quo fuit constitutus, & collocatus primus homo antequam peccaret, designatur Ecclesia præsens, atq; etiam futura in Cœlis, & rectè notat D. Aug. 12. super Gen. cap. 27 Dicit etiam D. Tho. conuiuium istud fuisse celebra- Ps. 34.

lebratum in Domo; non extra domū. In domo inquam, perquam significatur Ecclesia, iuxta illud Pauli 1. ad Timoth.3.dum inquit; Vt scias, quomodo oporteat te in Domo Dei conuersari, quę est Ecclesia Dei viui, extra quam non est locus veri sacrificij; Et sicut dicit etiā Beatus Augustinus Ecclesia de qua loquimur non est concludenda sub aliquo particulari loco, sed in vniuerso mū do erat fundanda, per quæ verba vult innuere quòd nulla debet esse Ecclesia, in qua sola debeat offerri sacrificium istud, quemadmodum tempore veteris legis, nillibi præterquam in templo Salomonis poterat offerri sacrificium; cui sentētiæ magnopere fauet Sacrosanctū Concilium Tridentinum quo sess.22.de reform. propè finē decernitur ne ordinarij locorū patiātur in priuatis domibus, atq; oīno extra Ecclesiam, & ad, diuinum tantum cultum dedicata oratoria ab ijsdem ordinarijs designanda, & visitanda, Sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut regularibus quibuscunq; peragi, vel tractari, ac nisi prius intersint decenter, cōposito corporis habitu, etc. et hoc stratum, siue Ecclesia designatur ab Isaia per illum montem, de quo loquitur hoc in loco, nec incongruè, aut incompactè per montem intelligitur Ecclesia, iuxtà illud psal.2. Ego sum cōstitutus rex ab eo, super Syon Montem Sanctum eius. Sed quanquam ante Cōcilium Tridentinum poterant Episcopi hanc facultatem concedere, vt in domibus priuatis possent missæ celebrari, et sacra fieri, post concilium nequaquam, nisi magna vrgeat necessitas, qua existente, etiā inuito Episcopo, et sine eius licentia voluit quidam eas posse celebrari et cum primis D.Basilius in quest. 310. affert hanc solutionem; Quemadmodum nullum commune vas scriptura ratio permittit ad sancta deferri, sic neq; sancta in communi domo, idest in domo laicorum perfici, cum vetus testamentum manifestè præcepto Dei nihil tale fieri permittat, domino dicente itidem. plus templo hic est. Et Apostolo scribente, nunquid domos habetis ad manducandum, et bibendum? etcet. postea subdit Basilius; Ex quibus eru-

[*Basilius.*]

A dimur, neque comunem cœnam in Ecclesia edere, ac bibere, neque dominicā cœnam in domo contumelia afficere. præterquam, si quis in necessitate delegerit puriorem locum, aut domū intem pore opportuno. Sed ne laboremus in æquiuoco, Nota quod hæc loquutio, extra ecclesiam, habet duplicē sensum; vel extra Ecclesiam materialiter sumptam, hoc est, in domibus, uel agris institutam vel mox coaptatam, vel extra Ec-
B clesiam spiritualiter sumptam, hoc est, extra Ecclesiam erectam, et fundatam super fundamentum Apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo nos sumus ædificati in habitaculum Dei in spiritu Sancto. Extra Ecclesiam priori modo sumptam, non licet sacra facere, ob reuerentiam tanti mysterij (nisi ut dictū est magna instet necessitas) sic enim præcepit Deus Deuteron. 12. caue
C ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit dominus, in vna tribuum tuarum offeres holocausta. Extra Ecclesiam verò posteriori modo sumptam, nunquam licet offerre sacrificium, quia sacrificium illud erit semper irritum, et inane, quòd autem necessitate cogente in aliquo loco præter Ecclesiam materialiter sumptam facere sacra quandoq; oporteat, prę ter auctoritatem Basilij est etiam aucto-
D ritas Cornelij Papæ ad lupicinum Viennensem Episcopum d. Aream Domini persequtionis vento agitatam, ita ut Romæ, neque in Criptis notioribus missas agere Christianis liceret. Vnde Gregorius Turonensis lib 2 Hist. Cap vltimo inquit, quod quodam tempore persequutionis fidelium occulte, & per latebras diuinum officium celebrabant. Et clarius hoc idem notauit Nauar. quod quotiescunq; magna præmit necessitas, ve-
E nia necessitati datur etiam sine permissu Episcopi, missarum solemnia celebrari licet in priuates ædibus, nec non in itinere sub Dio, seu in tentorijs, modò adsint tabula consecrata, et quæ ad missæ officium explendum pertinent, celebrari poterunt. In Mari verò, vel in flumine, vbi effusio sanguinis timeri potest quacunque necessitate existente

[*Ephesa.*] [*Extra Ecclesiam videtur intelligi.*]

Missæ

Missæ sacrificium non licebit peragere. Verus ergo et proprius locus celebrandi hoc conuiuium, dicitur Ecclesia ad hoc instituta, & consecrata ad sacra facienda dumtaxat: Oratorium verò, in quo contingat orare, vnicuiq; fidelium licebit in domo sua peculiariter habere, missas autem nequaquam ibi celebrare, vt iam ex Concilio Tridentino paulo antè diximus.

Qui sint Conuiuæ. Quibus autem sit præparandum, & conferendum istud cõuiuium, dicit hic Propheta omnibus quidem populis esse præparatum: Verum, signum istud distributiuum, omnibus, est conuenienter distribuendum, quia non supponit pro omnibus hominibus indistinctim, & Vniuersaliter acceptis, sed pro omnibus populis Christi fidelibus, quiq; nullam habeant alicuius mortiferi delicti conscientiam: Nam qui ad istud conuiuium indignè accesserint, iudicium sibi manducant, & bibunt, non diiudicantes, neque discrimen vllum statuentes inter corpus Domini, & quoscunque alios cibos communes. ij. enim vocantur cibi communes, quos quisq; tam mundus, quàm immundus, absque vlla labe peccati & citra offensionẽ alicuius tutò potest edere. Notant tamen aliqui, quod etsi accedentes ad hoc conuiuium cum conscientia peccati mortalis, grauiter peccent, non tamen omnes æqualiter peccant, sed in ista grauitate peccati datur latitudo, quia aliqui grauius, aliqui vero minus delinquunt. qui enim ex actuali contemptu. & sui criminis benè conscij ad hoc sacramentum accedunt, longe grauius peccant, quam qui ex quodam timore, aut aliquo humano, & excusabili respectu cum conscietia peccati illuc accedunt, non enim ita grauiter peccant. Bonum est tamen & rectè consultum, vt iuxta præceptum Apostoli probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Paruuli tamen & qui non habent vsum rationis non possunt accedere, ad hoc cõuiuium neque et excõmunicati vt notat D Th. 3. parte quest. 8 t. artic. nono. Dicimus autem edere simul, & bibere, habita relatione ad eos, qui sub vtraq; specie possunt hoc sacramentum suscipere, veluti sacerdotes actu celebrantes, quãquam, & hi qui subaltera tantum specie sumunt hoc sacramentum, dicantur, & ipsi mãducare corpus, & bibere sanguinẽ, quia vbi corpus viuum, & verum, ibi etiam, & sanguis, & è conuerso, sed vnũ per se & primo, alterum verò ex concomitantia. Dicendum igitur quod ad hoc conuiuium, siue cœnam illam grãdem & opulentam, de qua legitur Luc. 14. aliqui vocati, ob varias causas, sed valdè leues, & friuolas venire contemnunt (vt supra diximus) non ideo tamẽ sunt omnino culpandi, vt inquit Caietanus, quia nullus eorum, qui rennit, vacabat malo operi ex genere suo, sed in hoc grauiter errarunt, quia præposuerunt commoda sua conuiuio cœlesti, & secundum aliquos, ij referunt quosdam homines, qui vellent aliquando spiritualem vitam ducere, sed assueti aliquanto liberius viuere, difficile eos videtur mutare statum.

Aliqui verò non vocati præsumunt accedere, & se petulanter ad Conuiuiũ conferre, vt qui in aliquo graui crimine sunt detenti, quiq; iniurias proximorum negligunt remittere, & paruipendunt illud Christi consilium, siue præceptum, dicentis. Si offers munus tuũ ante altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, vade prius, reconciliari fratri tuo, tunc veniens offer munus tuum, quod hac ratione erit acceptum coram Deo, nam conuiuium istud est conuiuium, nõ qualecunq; tritum, & vulgare, sed (ut inquit Propheta) est conuiuium pinguium, cõuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, & vindemiæ defecatæ: Dicitur enim conuiuium istud esse conuiuium pinguium, quoniam fercula hic apposita sunt caro Christi, & poculum sanguis eius. quibus ferculis nihil perfectò potest esse pinguius, nihil præciosius, nihil suauius, aut magis deporatum; corpus, enim et caro Domini nostri Iesu Christi, in quo quidem habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, de cuius cibi suauitate, ac oblectamento loquebatur Malachias Cap. 3. dicens: Et placebit Deo sacrificium Iuda, et Hierusalem etc. Et hic est ille panis de quo dicebat

cebat Patriarcha Iacob in filio suo Asser qui erat typus, et figura corporis Christi, Asser pinguis eius, vt paulo supra diximus. Panis iste dicebatur præbere delitias Regibus, illis inquam Regibus, quos Petrus Apostolus vocat genus electum, & regale sacerdotium. Et hunc sensum indicant quæ referuntur a Matth. & Mar. Dicit enim Christus Hic est Calix sanguinis mei, vel sāguis meus, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorū, pro B multis inquit, & non pro oībus, sed possumus etiam dicere pro omnibus, vt habet Esaias, quo ad sufficientiam, licet non quo ad efficientiam. Nec potes ea uerba d.cta secundum metaphorā, sed secundum proprietatē sermonis. Conuiuium enim istud dicitur allegoricum non ita, quòd non secundum veritatem ita cōtigerit, sed quia de misterijs loquitur, quæ nullo sensu. sed solo intellectu fidei lumine illustrato percipiuntur, cō- C uiuium enim de conuiuio in quo manducatur corpus Christi, non dicitur secundum eandem rationem de conuiuio in quo manducatur panis sensibilis, & materialis qa hoc est visibile & sēsatum conuiuiū vero in quo māducatur Xpus est inuisibile, licet verè manducetur. Non enim solum secundum misticam significationem manducatur in sacramento, sed etiam spiritualiter per virtutem Spiritus sancti. Neque abre vocatur conui- D uium istud conuiuium vindemiæ, vt notaret Conuiuium istud futurum lætitiæ, conuiuium gaudij, & delitiarum, vocatur etiam Conuiuium vindemiæ defecatæ quia scilicet in hoc sacro conuiuio nihil est immundum, nihil impurum, nihil fecibus inquinatum, sed omnia sunt ab omni turpitudine, & feculentia longè procul amota; & quid potest esse purius, sanctius, & sacratius, quā corpus, & sanguis Domini Nostri, quippe- E qui peccatum non fecit, nec inuentus est vnquam dolus in ore eius? Vocatur conuiuium medulatorum, quia caro Christi tota succi plena, tota viuax, & viuifica pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus, sicut dicebat ipse Christus Io. 6 verba quę ego loquor vobis, spiritus, & vita sunt.

A Sed typus, & figura huius cōuiuij describitur Exodi. cap. 12. ubi præcipitur carnes agni paschalis esse comedendas assas igne, cum panibus azimis, & cum lactucis agrestibus, appositis etiam quibusdam modis, & rationibus, quibus se præstare debebant filij Israel dum comedebant agnum paschalem, sed omnia in figura contingebant illis Mirum est tamen, quomodo nos in Ecclesia occidentali, seu latina in conficiendo huiusmodi sacramento, vtamur paue azimo, cum id lex vetus vbi hoc præcipitur, sit iam abrogata, præterea constet Dominum Iesum instituisse hoc sacramentum non in pane azimo, sed fermētato. Dicendum, quod re vera, pęnes id quod est ex parte sacramēti, vtrumq; potest seruari absque vlla diminutionē virtutis & efficacie, conficere scilicet in azimo, & in pane fermentato, modò utreq; sit panis triticeus sicut decretum fuit in Concilio Florentino. sess vltima. Sed bonum est, & satis expediens, & rationi consonum, vt quisq; seruet ritum Ecclesiæ suæ, in qua degit, & in qua professus est fidem, & obedientiam, adeò quod si presbiter gręcus in Ecclesia sua conficeret in azimo peccaret, quanquā Ecclesia sua cum sit Scismatica, dissentire ab ea vt sic, non esset repręhendendus; dissentire inquam ab Ecclesia sua quatenus est scismatica non esset malū, sed dissentire simpliciter, dubio procul esset malum, & reprehensibile. Sic etiā si presbiter, & sacerdos latinus, vel occidentalis conficeret in pane fermentato, vtique peccaret, quia faceret contra cōsuetudinem suæ Ecclesiæ. Vtra verò istarum consuetudinum, siue rituum sit melior, & rationabilior, difficile est iudicare, sunt enim rationes ad vtrāque partem Græci (inquam) non sunt culpādi, neq; repręhendendi, quia si conficiūt in fermentato, repræsentant admixtionem corporis Christi, quod scilicet sicut verbum patris & Deus verus fuit indutus carne, sic fermētum, quo vtuntur, miscetur farinæ, & præterea rectè faciunt græci dum vtuntur fermentato, quia sic videntur detestari hæresim Nazareorum, qui legalia Euangelio miscebant, quam mixturam iure quidem detestan-

testantur græci. Quòd autem nos latini vtamur pane azimo, eò refertur, vt significemus Dominum Iesum sine vlla commixtione viri, & Mulieris carnē suscepisse Sed re vera nos sumus multo magis commendandi, quia sequimur, & obseruamus institutionem Christi, qui hoc sacramentum instituit prima die azimorum, ut concorditer hi tres Euangelistæ, videlicet Matth March & Lucas affirmant, qua die nihil, fermentatum in domibus Iudęorum reprieba- B tur, ut habetur Exodi loco iam citato. Affert & D. Th duas alias rationes quibus demóstrat nos conuenientius agere, & multò laudabilius conficere in azimo, quàm in fermentato, ut quisq; poterit ex se ipso uidere 3 part. q. 75. art 4. Videamus ergo propter sensum tropologicum, quid sibi uelit illa ratio conuiuandi, uidelicet in pane azimo, cum lactucis agrestibus, & carnibus assis igni. Dicunt enim multi per panem azimum C intelligendam esse vitæ puritatem; per lactucas agrestes intelligendam fore ueram, & absolutam pœnitentiam, cum uitę emendatione, & quasdam alias uirtutes, ut obedientiam, & humilitatem. Per carnes assas igni, perfectam charitatem debemus intelligere. Dicuntur autem istæ carnes assæ igni, hoc est uirtutes in inducari cū lactucis agrestibus, quoniam cum aliquo labore, & amaritudine perficiuntur actos istarū uirtutum. D Diuus Tho ad tres uirtutes dicit referri omne bonum, qd nobis est necessarium dum sumus in hac uita fragili, & mortali. Videlicet uitæ innocentiam deinde in aduersis patientiam, & in omnibus alijs rebus & negotijs, tū prosperis, tum aduersis absolutam obedientiam; uult etiam iste sanctus doctor præter ea quę diximus tria eduliorum genera huic sa-

Cor. 11. luberrimo conuiuio necessario apponē- E da. Primo amaritudinē Passionis, quam ꝑ nobis substinuit Dominus Saluator, vt eā intentissime consideremus, & speculemur, propterea inquit Paulus 1. ad Cor. 11. quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis, adeo ꝙ non potest quis uerè, & ex animo huic conuiuio interesse, neque illius esse particeps nisi meminerit mortis, et Passionis Domini, & quæ, & quanta fuerint peccata nostra perpendere, ut pro eis abolendis oportuerit Christum Dominum tam acerbam mortem subire. Secundum edulium est longe alterius saporis. & gustus, quod quidem est dulcedo dilectionis, delectationis, & gaudij quo digne sumentes hoc sacramentum refici solent, iuxta illud Sapien. 6. Panem de cœlo præstitisti eis, omne delectamētum in se habentem. Postremum edulium, siue obsonium est pinguedo, quam recipit animus noster ex esu, & potu corporis, & Sanguinis Domini, iuxtà illud psalmi, Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians ꝙ præclarus est *Psal. 22.* Hæc sunt tria ferculorū genera, quæ iuxta D. Thomam solent apponi in hoc Conuiuio militantis Ecclesiæ, cuicunq; animæ fideli. Hæc quidem fercula tropologicè intellecta designantur per ea quæ legimus in veteri testamento, Sed non est vllo pacto dubitandum has omnes virtutes, quas inde subtraximus, fuisse verè, & realiter in Christo Domino nostro, dum in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Quantum quidem ad vitæ ipsius amaritudinem constat ipsum nunquam quieuisse, sed semper ambulando, mox in Iudęam, nunc in Galileā, nunc unum in locum, nunc in alium prædicando, ægros sanando, dæmones pellendo, mortuos suscitando, & proximorum saluti perpetuò insistendo fuisse fatigatū. Vnde non mirum si aliquando fatigatus ex itinere sedebat sic lassus. & fessus super fontem. Quòd verò attinet ad vitæ puritatem non est, quòd quicquam amplius afferamus, satis enim ipse de se ipso rationem reddi poposcit, cū turbis Iudæorum, & Principibus Saecerdotum palàm dixit, quis ex vobis arguet me de peccato? *Ioan. c. 8.* Humilitatem præ se tulit, pedes discipulorum lauando; obedientiam pariter demonstrauit, factus obediens vsq, ad mortem, mortē autem Crucis; fuit tandem velut agnus anniculus igne tantum assus, vsque adeo perfecta, & absoluta charitate insignitus, vt maiorem eo charitatem nullus habuisse dicatur, quippe qui non solum pro amicis

cis, verum, & pro inimicis, ac persequutoribus animam posuit. Vnde non solum omnibus virtutibus, ac donis Spiritus sancti fuit repletus, sed vt alios doceret, Ioan. 13 Suam mentem expressit, dicés discipulis; exemplum dedi vobis, vt quemadmodú ego feci, ita & vos faciatis. Fuit etiam, & dicitur assus igni ratione perfectę, & summæ charitatis, qua polluit. Sed dicitur etiam assus igni, quia nullum fuit genus tormentorum, opprobrij, & contumeliarum, quod ipse non patienter tulerit in corpore suo, vt satis copiosè referunt omnes quatuor Euangelistæ.

Ioan. c. 13.

Sed redeuntes ad conuiuium, de quo loquebamur, in quo sacramentaliter Christi corpus, & sanguinem de manu sacerdotum accipimus, quid quæso nobilius isto, quid amabilius? quid optabilius potest expeti, ac desiderari? de quo Sacrosancta Ecclesia iure merito solem niter cantat dicens. O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, quod quidem summa, & singulari ratione sacrum nuncupatur, quia scilicet est sacra fidelium refectio. Dicitur sacrum, quia sacrat, & sanctificat, quos imbuit, nisi illi sumentes obicem præbeant. Dicitur sacrum, quia non solum vegetat fideles viuos, quos pascit, verum etiam retrahit a malo, & corroborat in bono, & ad gratiarum, & virtutum perducit incrementa. nec solum viuis, sed & mortuis suffragatur, ijs, inquam, qui præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis, quique non dum sunt expiati, & plene purgati igne purgatorio. Vnde factum est, vt quotidie apud Ecclesiam Catholicam non solum in hoc tremendo altaris sacrificio fiat commemoratio pro viuis, & defunctis, sed perpetuo in sacris altaribus fiant preces, & oblationes pro vtrisque, & maxime suffragantur, modo non ponamus obicem. At non solum non oportet ponere obicem accedentes ad hoc sacramentum, idest non habere affectum lęthalis criminis, sed etiam oportet probare se ipsum, & diligenter excutere conscientiam suã. Vocatur etiam conuiuium istud, conuiuium magnum, quia sub titulo cœnæ magnæ describitur a Luca cap. 14. Dicitur magnũ, quia magnus est qui parat, & facit conuiuium, qui est Deus Trinitas, & Christus personaliter vt Deus, & homo. est etiam magnum, quia magna, & sublimia apponuntur fercula, vt Corpus Christi, quo nihil est maius, & præciosius. Dicitur magnum, quia magnos, & incomparabiles producit effectus, vt aliqua ex parte uidebimus. Est etiã magnum, quia conuiuæ sunt magni, scilicet Christus, & Apostoli Christus enim in hoc conuiuio est ille q facit conuiuiũ, est ipsum met conuiuium & est ipsemet conuiua, quia scilicet ipse quoque manducauit suum ipsius corpus, & suum ipsius sanguinem bibit, vt sustinet D. Tho. 3 parte q. 81. art. 1. In eo autẽ conuiuio, in quo nos ipsius fideles & serui manducamus ipsum Corpus Christi, & eius sanguinem potamus. ipse solus est conuiuium, nos autem conuiuæ, qui si dignè illuc accesserimus, conuiuium istud erit nobis maximopere proficuum. Sin minus erit in perniciem, & damnationem animæ, & corporis. Quare non solum conuiuium istud summo iure nuncupãdum est magnũ: sed & maius quotcunq; alijs sacramentis existimandum, vt Alexander Papa dicit; Nihil, inquit, in sacrificijs maius esse potest, quam corpus, & sanguis Christi, neq; vlla oblatio ea maior, & potior fieri potest, & propterea in maiori veneratione habetur. Propterea Diuus Thomas & cęteri Theologi concludunt, sacramentum istud esse potissimum, & præstãtissimum inter omnia sacramenta, quod multis rationibus declarant, quæ quia res manifesta est, facilè possunt prætermitti; satis sit hoc scire, & firmiter tenere in hoc sacramento Christum uerum Deum, & verum hominem contineri substantialiter. in alijs autem sacramentis solũ secundum quandam virtutem, & potentiam. Nullus autem existimet nos fore mẽdaces, vt qui dixerimus nos oẽs Christi fideles oportere manducare Corpus Christi, & bibere eius sanguinem, si volumus in nobis habere vitam; cum fuerit decretum nulli hoc donum conferri, nisi ei, qui conse-crat. Dicimus enim, quod reuera sic est, quã-quam a principio, & per aliquot secula post initium prædicationis Euangelij, dum

Eucharistia dicitur conuiuium sacrum.

Eucharistia dicitur conuiuium magnum.

dum scilicet maior fidei feruor, ac deuotio vigebat in Ecclesia, & in populo Christiano. At postquam refriguit charitas, & creuit iniquitas, ac multitudo fideliũ, ob euitanda scandala, & peccatum sacrilegij, in quod facilè potuisset incurri, ob fusionē sanguinis in terrã, si cũctus populus communicaretur sub vtraque specie, idcirco fuit optimè consultum, nulli, præter eum, qui consecrat permitti cõmunicari sub vtraque specie; nullum tamen hinc malum, aut incommodum, seu detrimentum his contingit, qui sub vna tantũ specie communicantur, quandoquidem qui sumit Christi corpus sub specie panis perfectum suscipit sacramentum, idest corpus, & sanguinem, licet vnum per se, alterum vero concomitanter: & hoc statutum, seu decretum firmauit, ac roborauit Ecclesia, vt habetur in Conc Trid. Sess. 5. c. 3. & hoc videtur simile quadam tenus ei, quod legitur Exodi 16. de his, qui collegerunt manna, quando is, qui plus collegerat non habuit amplius, neque qui minus parauerat reperit minus, sed singuli iuxta id, quod edere poterant, manducauerunt. Nec quenquam moueat dictum Saluatoris Ioan 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis, quoniam iam diximus, quòd manducans Christi corpus sumit etiam, & bibit eius sanguinem. Propterea dicunt alij, hæc verba Saluatoris haud quaquã esse intelligenda de manducatione sacramentali ipsius corporis Christi, sed de manducatione spirituali, quæ fit per fidem charitate formatam, quippe quæ longe perfectior, & firmior habebitur in patria; & de hac manducatione interna, & spirituali locutus est Dominus Lucæ 22. cum dixit. Ego dispono vobis, sicut disposuit pater meus, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo. Vbi notandum, & colligendum pluribus modis, ac rationibus Christum posse manducari quandoq; quidem spiritualiter tantũ, cum scilicet credimus in eum, & toto affectu mouemur in ipsum, & coniungimur ei, vt membrum viuum, vt innuit D. Tho. 3. par. quæst. 80. art. 2. Quandoque etiam manducatur

Item sacerdos in persona omnium sanguinem offert, & sumit. Tho. 3. q 80 artic. 12. 3.

Luc. 22.

Xpus multipliciter manducat.

A sacramentaliter tantum, vt quando quis accedit ad istud sacramentum sub modica, & exigua cordis contritione, & fide quadam informi, & conscientia male sana. Manducatur autem spiritualiter, & sacramentaliter simul; dum quis accedit ad hoc sacramentum cum conscientia pura, & fide non ficta. Potest etiam dici quis spiritualiter manducare Christum, vt solet sumi sub sacramento, sed nõdum potest illud accipere sub B specie panis, & vini, sed voto duntaxat ac desiderio, illud dicitur recipere, dum aliquo rationabili impedimento detentus, non potest realiter ad illud accedere: & hæc est differentia inter istas manducationes, quòd manducare Christum sub sacramento competit viatoribus adultis: Manducare autem ipsum merè spiritualiter cõpetit viatoribus vtriusq; testamenti, pariter & compræhensoribus, iuxta illud Psalmi 77. Panem An- *Psal. 77.* C gelorũ manducauit homo; & sic ipsum manducare non modo adultis, verum paruulis & infantibus dicitur conuenire. Quod enim infantes sint participes huius manducationis spiritualis, probatur ex eo, quòd per baptismum viua Christi membra efficiuntur. Paruuli verò Hæbreorum possunt & ipsi hac ratione manducare Christum, quia per circuncisionē tanquam per signaculum fidei vniuntur & ipsi Christo. Aduertendum D tamen, quòd quanquam ponamus in corpore Christi, & eius sanguine duas manducationes, & potationes, reipsa non differunt, sed sunt vnum, & idem secundum substãtiam, quemadmodum vnus, atque idem secundum substantiam est panis spiritualis, & panis sacramentalis, sola relatione ad sacramentum sensibile dicuntur differre. Sic enim scribit Gaet. 3. p. super quæst. 80. art. 12.

E

Caput tertium.

Restat nunc uidere, & perscrutari, quales nos esse oporteat dũ cõmunicandi accedimus si uelimus digne, & salubriter ad huiusmodi mensam accedere, & qua ueste indui. posteaquam dictum est, oportere prius probare nosmetipsos

metipsos, uidere inquàm penes quid fieri debet ista probatio, & huius examen. Ego re utra postea quam diutius super hac re consideraui, non alium existimo fore conuenientiorem modum, quo dignè præparemur, nisi qui fuerat præceptus a Deo ipsis Israelitis, dū comesturi erant agnum Paschalem. Sic .n. legitur

Exodi 12. Exo. 12 Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter. Caput cum pedibus eius, & B intestinis vorabitis, nec remanebit quicquam ex eo vsque mane, si quid residuū fuerit, igne combureris. Hi sunt modi lex & cōditio quibus oportebat eos comedere agnum Paschalem, eisdem nos vti oportet, si digne volumus comedere sanctissimum Christi corpus & præciosissimum eius sanguinem bibere. Prima ergo præparatio ea est, vt renes nostros accingamus, hoc est, sæculi superfluitates, & noxios appetitus debeamus rescindere, & resecare, sicut etiam præcepit C

Lucæ 12. Saluator Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: oportet quidem subleuare vestes, & succingere, ne itineri obeundo magnum præbeant impedimentum. D. Paul. hac ratione lumbos suos præcingebat, vt currens in stadio huius sæculi, & cum vitijs agonizans ad propositū vitæ æternæ brauium expeditissimè properaret. Sic & nos facere oportet, si huius conuiuij participes esse velimus. Deinde oportet habere calceamenta in pedibus, vt scilicet in his terrenis fluctibus, & negocijs non diu commoremur, sed quamprimū fieri potest arripiamus iter, vt ad terram promissionis celerius concedamus. Quidā alij per calceamenta, quæ oportet habere in pedibus, intelligunt exempla Sanctorum Patrum, vt illos æmulemur, & imitari studeamus, sicut monebat Apostolus pluribus in locis, dicens. Imitatores mei estote, sicut filij carissimi. Præterea oportet tenere baculum in manibus, hoc est dogmata veræ fidei firmiter, & inconcusse apprehendere, & eadem aduersus impudentissimos canes, vt infideles, & hereticos fortiter sustinere, & viriliter contra oppugnantes tueri, ac defendere. Insuper fuit

A illis præceptū, vt comederent festinanter, & non lentè, aut morosè, velut ij, qui cito discessuri, & aliò profecturi erant; sic & nos propemodū facere necessum est, ne scilicet velimus super hoc Dominici corporis conuiuio curiosius inquirere, & perscrutari, & quandoq. non nihil hæsitare, ac ancipites fieri, verbi gratia qui fieri potest, vt in tam parua quantitate ipsius hostiæ verum Christi corpus claudatur, & contineatur. Sic etiam qui fieri potest, vt corpus Christi verum maneat in cœlo, & sedeat ad dexteram virtutis Dei, & eodē temporis momento sit in diuersis, & pęnè innumeris ipsius vniuersi hostijs, & altaribus. Poterit etiam quis fortassis ambigere, & velut impossibile existimare totam substantiam panis, & vini conuerti, & transubstantiari in substantiam corporis, & sanguinis Christi, cum nihil ibi videatur præter accidentia panis, & vini. Nam cum ibidem color, sapor, & gustus manifestè indicent, ibi nihil esse præter substantiam panis, & vini, quandoquidem accidentia magnam partem conferunt ad cognoscēdum quod quid est, difficile admodum poterit quis, nisi fuerit fide imbutus huic veritati fide adhibere. Cū ergo nos accedimus ad hoc conuiuium, non opprtet intra nos ipsos inquirere, perscrutari, & in dubium vllum reuocare quo pacto hæc fieri possint. D Sed facta prius congrua mentis præparatione festinanter, celeriter, & ineunctanter ferculum illud sanctissimum alacriter suscipere, & quod non capis & quod non vides, animosa firmet fides præter rerum ordinem, memineris que ea, quæ impossibilià sunt apud homines, possibilia esse apud Deū: Quare cum Christus accipiens panē, & gratias agens dixit, hoc est corpus meum, similiter, & calicem, citra omnem ambiguitatem, E tenendum est ibi esse uerum corpus Christi, & uerum sanguinem; quod ipsum etiam omnino fore firmiter tenendum, posteaquam Sacerdos ritè ordinatus eadem verba protulerit. Hoc idem innuunt alia uerba ibidem posita, cum scilicet præcipitur caput cum pedibus eius, & intestinis esse deuorandum; Innuunt, inquam, ne ve-

limus perscrutari, & plusquam decet inquirere profunda huius sacramenti mysteria. Præcipitur etiam, ne quicquã remaneat vsque mane, & si quid residuum fuerit igni comburatur, vt scilicet quæ viribus nostri ingenij penetrare non possumus, aut etiam vix attingere, igne comburantur, idest Spiritus sancti magisterio aperienda, & explicanda relinquantur.

Postremò consueuit Ecclesia eiusmodi sacramentum de communi lege nequaq̃ vllis, nisi ieiunis conferendũ, quod quidem non est alienum ab hominum more, & consuetudine, quandoquidem, qui ad sumptuosa quædam, & opipera conuiuia fuerint inuitati, curant se ieiunos illuc conferre, vt facilius optimis quibusq. cibis sine vllo fastidio, & corporis detrimento queant saturari. Sic & nobis tantis ferculis, & tam grandibus, ac opulẽtis dapibus reficiendis ieiunandum est, primo quidem a vitijs, & peccatorum maculis, nam qui onusti peccatis ad hanc mensam accedere præsumunt, iudicium sibi manducant, & bibunt, quandoquidem hoc conuiuium timentium Deũ, & non lasciuientium, ac turpiter delinquentium est, sic enim dicit Propheta ps. 110. memoriam fecit mirabilium suorum, misericors, & miserator Dominus. Et postea subdit; Escam dedit timentibus se. Quòd si fortè alicuius criminis nos reos esse cognoscimus, & necessitas vrgeat, nec est copia confessarij priusquam hunc panem saluberrimum assumamus, alterum panẽ præsumamus oportet, panẽ inquam, doloris, & compunctionis, quos panes Regius Propheta frequenter edebat, vt habes ps. 48. fuerunt lachrimæ meæ panes die, ac nocte. Et quamquàm Ecclesia præceperit ad conuiuium istud accessuros, fore ieiunos, quo magis sobrij, & continentes huius cõuiuij magnitudinem, & excellentiam prægustemus, excipimus tamen eos casus, quibus vehemens necessitas secus fieri permittit. Sed dices si corpus illud sanctissimum non debet percipi nisi a ieiunis, cur Deus illud instituit dũ Apostoli cœnarent, & post ęsum agni Paschalis. dicit D Th. hoc factum vt figuræ succederet immediate figuratum. & Caietanus, inquit, vt ostenderet ipse Deus hũc cibum posse etiam sumi qñq. a non ieiunis. Et D. Aug. epist. 118. ad Ianuariũ. d. ꝙ placuit Spiritui sancto vt in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quam cęteri cibi. Neque enim, etsi post cibos dedit Dominus, propterea pransi, aut cœnati fratres ad illud sacramẽtum recipiendum cõuenire debent, aut sicut faciebãt, quos Apostolus arguit, & emendat mensis suis ista miscere; nanque Saluator quo vehementius commendaret mysterij istius altitudinem, vltimũ hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum a quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo nõ præcepit quo deinceps ordine sumeretur, vt Apostolis per quos Ecclesiã dispositurus erat, seruaret hunc locum. Sed meritò quis dubitaret, si conuiuium hoc omnibus populis & gentibus præparatum est, vt dicit Esaias in textu, cur potius sub speciebus panis, & vini, quam sub speciebus aliorum corporũ, vt carnis, & fructuum institutum est? cum panis, & vinum non vbique reperiantur, & eo magis cũ fuerit primo celebratum sub agno Paschali, qui fuit præcipua figura huius nostri conuiuij, vt d. D. Th. 3. par. q. 73. art. 6. facilis est responsio. Vtimur quidẽ in hoc salutari conuiuio speciebus panis, & vini potius quam aliarum rerum, primum quidem, quia sic instituit Christus, nec ęst quęrenda alia ratio, vti supra dicebamus. Deinde fuit institutum sub his speciebus, quia magis conueniunt actioni huius sacramenti, quo anima reficitur, pariter & corpus, vt sãguis sumatur sub specie vini, pro salute animæ, Corpus verò Christi sub specie panis, pro salute corporis, vt d. D. Ambr. super Epist. primam ad Corinth. cap. 11. citatus a Diuo Thoma 3. par. q. 74. art. 1. Magis etiam conueniebat hoc sacramentum institui sub specie panis, & vini, quia magis repræsentant vnitatem Ecclesię, quæ constituitur, & congregatur ex diuersis fidelibus, quemadmodum panis conficitur ex diuersis granis tritici, & vinum conficitur & fluit ex diuersis vuis, vt dicit glosa super illud 1 ad Corint. 10. Multi vnũ corpus sumus in Christo: Nec refert

quod

quod panis, & vinum non habeant vbiq. quia facile possunt ad quemcumque locum deferri. Quòd si forte non habeatur vinum nõ multum refert, quoniam, vt inquit Th. eadem q. & art. ad tertium, non est necesse quicunq. accipiunt corpus Christi, accipiant etiam, & sanguinem, præsertim si loquamur de hoc sacramento ex parte sumentium. At sacer dotes conficientes, & consecrantes nequaquam accipiunt corpus sine sanguine, adeo ꝙ si alicubi non esset vinum, B non posset confici istud sacramentum, quia nõ esset perfectũm sacramentum, sicut perfectum alimentum constat ex cibo, & potu.

De veste autem, quam oportet nobiscum afferre ad has nuptias conuiuales, dictum est supra, non .n. oportet afferre vestem lacerã, aut sordidam, sed vestem pulchram, nitidam, & speciosam auro, & gemmis fulgentem. dicit .n. Chrys. super Matth Hom. 70 quod sordidę vestes C significant impuræ vitæ maculas quas hinc abeuntes, vel hic existentes cõtrahunt. Qui rogati cur non detulerint vestem nuptialem, idest conscientiæ puritatem, obmutescunt, & præ pudore, & verecundia loqui nesciunt, tunc dicet Rex ministris, ligatis manibus, & pedibus ꝓijcite eos in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium; Matthæus 22. Nunquid verò onusti peccatis venialibus possint admitti ad istud D conuiuium, dicimus, quòd vtique, sed quandoque non recipient tantam suauitatem, & consolationem, quantam sine illis essent accepturi, & id quidẽ verum est tam de peccatis venialibus iam peractis, quam de ijs, quæ actu perpetrãtur & sunt. prius ergo quàm accedamus ad istud conuiuium ꝓbemus nosmetipsos & exuentes veterẽ hominem, induamus nouũ, qui secundum Deum creatus est, E & sic de pane illo edere, & de calice bibere, Deo adiuuante, facilè poterimus.

Caput quartum.

SVperest tandem videre qui sint effectus, vtilitates, & beneficia, quæ consequimur ex perceptione huius saluberrimi conuictus. Multa quidem sunt, & penè innumerabilia, quæ inde A consequimur beneficia, sed tria potissimum, quorum Ecclesia frequenter solemnem memoriam agit, cum inquir, O sacrum Conuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius. hic est enim primus fructus quem ex perceptione huius sacramenti consequimur scilicet ad memoriam reducimus ingens beneficium, & ineffabilem charitatem, quam Deus ostendit erga hominum genus: Vnde non immerito postquàm instituit hoc sacramentum, & suis discipulis porrexit, subdit. Hoc facite in mea commemorationem. Quantum expediat nostræ saluti, Christi Passionis frequenter meminisse. ostẽdit D Thom. Opusculo 58. cap 2: Hinc enim amore eius cor nostrum inflammatur, a peccatis præseruamur; & munimur contra futurum iudicium. sed perpende quæ sequuntur, inquit enim mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Quod autem per hoc sacramentum conferatur gratia non est dubium, quia cum in eo contineatur Christus realiter, & gratia, & veritas per Iesum Christum facta sit, necessario consequitur per hoc sacramentum, quantum sit ex parte ipsius nobis conferri gratiam, potest tamen contingere, quòd non semper conferat gratiam, vel quia inuenit subiectum iam in gratia constitutum per fidem & charitatem, & per alia sacramenta, sed ne tunc videatur sacramentum frustra susceptum, tunc augetur gratia, aut confertur de nouo actuale quoddam oblectamentum, atque refectio secundum vitam spiritualem. Contingit etiam frequenter pẽr hoc sacramentum nullam conferri gratiam quia inuenit subiectum impeditum, & prauè dispositum per peccatum mortale: homo enim habens conscientiam peccati mortalis, neque dispositus, aut præparatus ad illud amittendum non solum ex perceptione huius sacramenti nullam consequitur gratiam, sed potius incurrit æternam damnationem. Vnde August lib. de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 53. sic dicit, si mens in actu peccandi est, grauatur magis Eucharistiæ perceptione, quàm purificetur. Po-

test tamen contingere, quòd etiam existens in peccato mortali, non dum perfectè contritus, ac dispositus, modo ipsius peccati conscientiam, & affectum non habear, & deuotè accedat, percipiendo hoc sacramentum, consequatur gratiam, quæ contritionem aliàs imperfectam perficiat, & remissionem peccati adducat: sententia D. Tho. 3 par. q. 79. art. 3. Et hæc est differentia inter accedentes ad Baptismum, & sumentes hoc
B sacramentum, ꝙ accedentes ad baptismum non debent habere conscientiam peccati mortalis, sumentes autem hoc sacramentum, non debent habere conscientiam peccati mortalis sed neque etiam affectum.

Cũ ergo dicimus, per hoc sacramentum conferri gratiam, potest intelligi, vel quod conferatur gratia habitualis, vel augmentum gratiæ, aut gratia actualis, spiritualis refectionis, & gaudij in
C actu charitatis. Nunquid autem mox consequatur gratiam, aut augumentum & cętera cum primum susceperit hoc sacramentum, dicimus non semper statim, suscepto sacramento consequi hos effectus, sed cum quis est perfectè dispositus, & nihil habet, quo diuinæ maiestatis oculos offendat. Tunc proculdubio Christus ibi præsens excitat mentem sic dispositam ad sui feruentẽ amorem, atque ad percipiendam dulcedinem suę virtutis & potentiæ; sed quem-
D admodum inquit Caietanus ex sententia Apostoli; perfectorum est hic solidus cibus, eorum scilicet, qui pro consuetudine exercitatos habẽt sensus: vt autem sensus in hunc finem exerceantur, tria oportet facere, inquit D. Tho. in Opuscul. de sacramento altaris, lauari per aquam lachrimarum, in operibus pœnitentię seipsum torquere, & tertio, propter feruorem amoris in Christum carnalium desideriorũ humores desiccari;
E tunc enim præter alia beneficia non solum obtinemus abolitionem peccatorum mortalium, pariter, & venialium, sed consequimur etiam remissionẽ pœnæ, quanquam talis remissio potius habetur ex hoc sacramẽto rõne, qua sacrificium est, q̃ ratione, qua sacramẽtũ Aduerte tñ, ne forte fallaris, non semper totam pœnam remitti dum perceperis hoc sacramentum, sed tantam, quanta est deuotio eius, qui offert sacrificium, vel eorum, pro quibus offertur, ex quo norat Dominus Caietanus illos vehemẽter decipi, qui putant vnam missam dictam pro vno tantum offerente eleemosynam, suffragari tantum illi, hoc enim (inquit ipse) est falsum, quia vna missa non perdit vim satisfactionis suæ, si pro multis cęlebretur, quanquam vnus solus fuerit, qui obtulit eleemosynam pro sacrificio; Ita quòd quantitas, aut magnitudo deuotionis vnius, quicquam auferat de quantitate deuotionis alterius. Poterit ergo celebrari vna Missa ꝓ vno defuncto, nihilominus proderit illud sacrificium etiam si pro multis alijs celebretur. Sed ego putarem, vt etiam aliqui tenent, orationem, siue sacrificium prius, & magis valere pro eo, qui offert, quàm pro alijs, qui nihil obtulerunt, quanquã sacerdos dicat, Memento domine talis, vel talis; vel taliũ, & talium, & postea subdat; & Omnium circunstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis. Et cęt. Si qui aliter sentiunt. tam tueantur sententiam. Per hoc itaq. sacramentum non solũ consequimur remissionem culpæ, & pęnę, eo modo, quo dictum est, sed præseruamur etiam, ne labamur in peccatum. At quo nam modo homo præseruatur per hoc sacramentũ? dico bifariam hoc accidere. Primum quidem, quoniam ex perceptione huius sacramenti natura hominis interius roboratur contra concupiscentias carnis, & praua desideria, quæ militãt aduersus animam, alio modo præseruatur à peccato ratione qua sacramentum istud est signũ rememoratiuũ passionis Xp̃i, per quã facile vincuntur omnes aduersariæ potestates, huius rei testis est experientia, qm̃ multi, siue sacerdotes celebraturi, siue laici hoc sacramẽtum suscepturi per aliquod tp̃is spatium abstinẽt a peccato, nisi sint omnino destituti iudicio, & nullam habeant conscientiam. Alius effectus, seu beneficium saluberrimi huius conuiuij est, qđ p ipsum adipiscimur gloriam, & vitam æternam, propterea canit

Dupliciter hõ per sacr. alt. præseruatur à peccatis.

canit Ecclesia, quod per ipsum futuræ gloriæ nobis pignus datur, tū quia per hoc sacramentum repræsentatur vnitas corporis mystici, quæ vnitas in præsenti statu imperfectè habetur, perfectè autem, & completè habebitur in patria, perfectissimè verò cū mortale hoc induerit immortalitatem. Propterea Diuus Aug. tract. 26. in Ioan. super illud Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, dicit cum cibo, & potu id appetant homines, vt non esuriant, nec sitiant, hoc veraciter non præstat nisi iste cibus, & potus, qui eos, a quibus sumitur, immortales, & incorruptibiles facit in societate sanctorum, vbi pax erit, & vnitas plena, atque perfecta, hoc autem beneficium non statim cum sumpserimus hoc sacramentum, consequimur, nisi in spe, consequemur autem in re post hanc vitam, penes varias dispositiones ipsorum sumentium. Est & aliud singulare beneficium, quod ex hoc tremendo, & admirabili sacramento consequimur, quia nō modo est pignus futuræ gloriæ, quæ nobis promittitur in cœlis, sed est fœdus, & pactum, & est nouum testamentum contractū inter nos, & Deum, quod signanter dicitur nouum, vt excludat vetus, & illud iam abijsse, & inualidū esse ostendat; quod fuit olim contractum inter

A Deum, & populum Israeliticum: de quo Exo. 24. vbi habetur, quòd Moyses assumens partem sanguinis duodecim vitulorum, qui fuerunt immolati coram Domino, aspersit illum in populum, & dixit. Hic est sanguis fœderis, quod pepegit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus habitis inter vos, & Deum. Iste autem sanguis iam exoleuit, computruit, & nulli est usui: & quemadmodum testamentum nouum iam conditum est, & noua hæreditas promissa, his

B qui legem, & mandata Dei seruauerint, sic etiam oportuit alium sanguinem exhiberi, quo fœdus inter nos, & Christum Iesum stabile & perpetuum iniretur. Et hic est sanguis, quem effudit in cruce, Filius Dei in remissionem peccatorum nostrorum: Hic enim sanguis non solum est in testimonium obtinende hæreditatis nunquam interituræ, sed est effector illius, & dispositionis eorum,

C qui sunt eam possessuri; quam fidem nulli, nisi qui Christi sanguine fuerint abluti consequentur. Et hoc vno verbo Christi Iesu concluditur, dicentis. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Et hæc pauca de hoc sacro conuiuio dixisse sufficiat.

Si vis plura nosse vi. D. Tho. in Opusculo 58. cap 21

I 3 DE

DE CONVIVIO COELESTIS PATRIAE.

CAPVT PRIMVM.

Vlt. pars 2 par. princ. huius tractatus de conuiuio diuino, & denique v'tima, & postrema pars vt iter si tractatus de cõuiuio.

De Conuiuio Cęlestis Patriæ, quod est omnium postremũ sum mè gloriosũ, quam maximè expetendum, & summis votis, ac præcibus requirendum, dicturi, ea ferè omnia, quæ in alijs conuiuijs consideranda esse proposuimus, in hoc eodem conuiuio singillatim pertractanda esse, adiuuante Deo constituimus. Multa quidem a creatura mortali, & corruptibili de tam præcioso, & glorioso conuiuio haud quaquám dici possunt, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę præparauit Deus diligentibus se. Videbimus tamen, quantum Dei spiritus nobis suggesserit, & ex sacris litteris didicimus hæc omnia. Primùm quidem quis nam sit conuiuator, quis videlicet præparet, & faciat conuiuium istud; Deinde quæ fercula nobis proponantur. Tertiò qui sint conuiuæ. Quartò, & vltimo, vbi, & quando fieri debet istud conuiuium. Videbitur etiam obiter, si dabitur occasio, qui sint futuri ministri, & quid post conuiuium peragatur.

Quòd attinet ad primũ. Ego quidem, vt fatear paruitatem ingenij non audeo, aut non facilè scio explicare nomen illius, qui faciat hoc conuiuium. Non n. potest reperiri nomen, aut dictio, quæ valeat minimam huius cõuiuatoris naturam explicare, ratio enim quam significat nomen, est definitio. Quis vnquam poterit illũ, cuius natura est incompræhensibilis, & ineffabilis aliqua ex parte, vel etiam minima concipere? vel definitionem illi quadãtenus propriam attribuere, vel adhibere? Scribitur enim Gen. 32. quod rogatus ille, de quo loquimur a Patriarcha Iacob, dic, inquit, mihi, quo appellaris nomine? ille respondit, cur quæris nomen meum, quod est mirabile? Sic etiam interrogatus Iud. 13. a Manue, quod tibi nomen, vt honoremus te? ille respondit ijsdem verbis; Cur quæris nomen meum, quod est mirabile? Et Prouer. 30. quod nomen est eius, & quod nomẽ filij eius si nosti? Attamen requisitus a Moyse Gen. 3. quod esset nomen eius, vt sciret, quid dicturus esset filijs Israel, dixit ad Moysen. Ego sum, qui sum, sic dices filijs Israel; qui est, misit me ad vos, & subdidit. Hæc dices filijs Israel: Dominus Deus patrum vestrorũ, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos, hoc nomen mihi est in æternum. Sic ergo ipsemet explicauit, & manifestauit, quod esset nomen suum. Et Gen. cap. 17. sic legitur. Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens, nomen est illi. Et iure optimo vocatur Omnipotens, quia ipse est omnium rerum creator, firmitas, robur, & stabilitas, quiq. omnia potest, & sua potestate comprehendens omnia, & continens, cuncta firmans, stabiliens, & consolidans: & sæpissimè quidem in scripturis sanctis appellatur Omnipotens: Sed quæ nostra est audacia, vt laboremus, & insistamus, quo sciamus nomen eius, cum ab Esaia vocetur abscõditus, & vt mox diximus, sit sua natura incõpræhensibilis? & Dionisius Areopagita dixerit eum esse infinitorum nominum? Verum quidem est, neque satis vnquam poterit a nobis cognosci, vel intelligi. Verumtamen ex effectibus ipsum tantisper cognoscimus, sicque nominare, prædicare, & summis laudibus extollere, & celebrare poterimus. Ille quidem est Deus Deorũ sicut in ps. 135 Dominus Dominorum, Rex Regum, dominans dominantium, Creator

Gen. 32 *Indic. 13.* *Gen. 17.*

tor cœli, & terræ, gubernans, & conser-
uans omnia. Solus ipse bonus, sapiens,
& verus; pulcher, speciosus, ac laudabi-
lis, excelsior cœlo, profundior terra, vbi-
que præsens per essentiam præsentiam,
& potentiam. hic tandem ille est, qui
fecit luminaria magna, quique firmauit
terram super aquas, cuius regnum est
regnum omnium sæculorum, & domi-
Psal. 144. natio sua in omni generatione, & gene-
ratione. ps 144.

His omnibus vocibus ritè appræhen-
sis possumus non imitur a laudare, & ma-
gnificare nomẽ Dei, quia sic ipse docuit
per seruos suos Prophetas, & Apostolos,
quibus nominibus explicamus sanctis-
simam Trinitatem, cuius est vna Deitas,
vna æternitas, vna sola maiestas, com-
municata tribus personis, quę sola rela-
tione originis a se inuicem distinguun-
tur. Vt Pater, Filius, & Spiritus sanctus.
Hæc est illa Trinitas, quę sola facit hoc
conuiuium, cui non fuit satis alia fecisse
conuiuia, vt demõstraret affectum erga
genus humanum tum in anima nostra,
tum apud dilectissimam eius sponsam,
videlicet militantem Ecclesiam ex pre-
tioso corpore, & sanguine suo, & reli-
quisse in eius memoriam perpetuo fieri
debere, dũ sumus in hoc sæculo, verum
posteaquã fuerimus hinc egressi, aliud
voluit nobis prębere conuiuium in Re-
gno Patris sui. De quo conuiuio loque-
Luca 22. batur dicens Luc. 22 d. Ego dispono vo
bis sicut disposuit mihi Pater meus, vt
edatis & bibatis, super mensam meam
in Regno meo. Et re vera conuiuium
istud vltimum potest congruentius ap-
pellari cœna, de qua forte loquutus est
Dominus Luc 14 cum dixit sub parabo
la. Homo quidam fecit cęnã magnam,
& vocauit multos, diximus quidem cõ-
gruè vocari cœnam, quoniam sicut cœ-
na consueuit esse vltima refectio, quæ
fieri solet singulo quoque die aduenien-
te vespere, ita conuiuium istud, de quo
nobis sermo, efficitur adueniente vespe
ri, idest postquam ex hoc præsenti sæ-
culo recesserimus, & quemadmodum
post cœnam cuiusque diei non consue-
uit fieri alia refectio, ita post istud con-
uiuium non est vllum aliud expectan-
dum in extremo die iudicij penitus ab-
A soluendum, & perficiendum, quod qui-
dem in hoc maxime differt ab alijs con-
uiuijs, quanquã & ea sint maximè splen-
dida & sũptuosa, ꝙ illa sunt tp̄alia, hoc
autem est æternum, nullum vnquam fi-
nem habiturum; quodque non ab re vo-
catur a Luca, magnũ, siue magna ratio-
ne loci; magna ratione temporis, ma-
gna ratione rei, magna propter magni-
tudinem, & multitudinem conuiuan-
tium, & postremo dicitur magna, & cer-
B tè plusquam maxima, ratione conui-
uantis, idest eius qui præparat, & facit
conuiuium, siue cœnã, dicitur quidem
magna ratione loci. Scriptum est enim
Dominus in cœlo parauit sedem suam;
& regnum ipsius omnibus dominabi-
tur. Et certè nullus est locus tam latus,
tam amplus, & tam magnificus & spa-
ciosus vt est locus Beatorum. Dicitur
magna cœnã illa, ratione tẽporis, quia,
vt mox dicebamus, perpetua est, sem-
C piterna est, nullum vnquam habitura
terminum, & finem; Magna ratione rei,
idest ipsius conuiuij, vt mox declarabi-
tur quia oculus non vidit, nec auris au-
diuit, nec in cor hominis ascendit quæ
præparauit Deus diligentibus se. Si ve-
rò loquamur de magnitudine, & multi-
tudine conuiuantium, ea est multitudo
cœlestium spirituum, & beatarum ani-
marum, quam dinumerare nemo potest
ex omnibus gentibus, tribubus, popu-
D lis, & linguis stantes ante tronũ Quòd
verò dicatur magna hæc cœna, & con-
uiuium istud magnum ratione conui-
uantis, superfluum est quærere, satis.n.
supra diximus hunc esse Deũ Deorum,
Dominum Dominorũ, gloriæ Regem,
dominum virtutum, & maxime poten-
tem, sub cuius manu omnia continen-
tur, & cuius potestati omnia subduntur.
Hic quidem homo fecit cęnam magnã,
& quis fuit hic homo? ille inquam, qui
E fecit hominem, qui redemit hominem,
& qui tandem coronat hominem. Hic
est ille homo, qui cum esset Deus, vt
saluaret hominem, factus est homo: Hic
est inquam ille homo, qui cum præpa-
rasset, & aptasset, ac disposuisset ma-
gnum, & sumptuosum conuiuium, vo-
cat ad se omnes dicens; Venite ad me
omnes, qui laboratis & onerati estis,

I 4 & ego

A & ego reficiam uos. Hic eſt ille homo, qui per Prophetam, & per Miniſtrum ſuum nos uocat dicens, uenite, & comedite, & inebriamini cariſsimi. Hic ille eſt, qui in magno die feſtiuitatis ſtans, clamabat dicens; qui ſitit ueniat ad me, & bibat. Tandem hic eſt ille Princeps, & dominus exercituum qui per Eſaiam Prophetam facit in monte hoc ſublimi, & excelſo, hoc eſt in cœlo omnibus populis conuiuium pinguium, & cet. ut ſuo loco declarabitur.

B

Caput ſecundum.

Quæritur deinde iuxta prætaxatum ordinem, quæ fercula, qui panes, quo cibo paſcantur beatorum animæ in illa cœleſti patria, quomodo poſsint refici, & ſatiari. vbi tam nobile præparatur conuiuium, poſt quod aliud nullum eſt expectandum, neque etiam expetendum. Dico ferculum iſtud nullum aliud

C

eſſe, quam eſſentiam Diuinam, quæ eſt ſummum & incomparabile bonum, bonum omnis boni, & a quo pendet omne bonum, & quod eſt cauſa omnis boni. in quo quidem conuiuio pater eſt principium ſine principio, filius principiū de principio, Spiritus ſanctus eſt principiū ab vtroque, i. a Patre. & Filio æternaliter procedens. Pater eſt cui tribuitur poteſtas, & principalis auctoritas, cuius eſt orbis terræ & plenitudo eius. Hic apponit fercula, quibus conuiuæ recreentur,

D

& reficiantur. filius apponit ſal tanquā rem maximè neceſſariam cunctis ferculis, & dapibus, vt perfectè ſapiant. & guſtum delectent. Sed Nota. vt Habetur Ioan. 5 Nō poteſt filius a ſe facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem, & quicquid facit pater. hæc ſimiliter filius facit, ipſe eſt .n. qui de ſeipſo loquens apud ſapientem inquit. Cum eo eram cuncta componens. Spiritus ſan-

E

ctus, & ipſe apponit aromata cynnamomum. & balſamum, omne delectamentum in ſe habens. Et hac ratione idem eſt qui facit conuiuium & ipſummet ferculum. & conuiuium. Nota etiam quod licet Eſſentia diuina communicata his Tribus perſonis ſit ſummum bonum, & bonum omnis boni, ſi tamen ſe ſola,

A & abſoluta conſideretur, neque ab vllo appræhendatur, aut vlli cohæreat, vel coniungatur, non poterit quenquam reficere, non poterit famem, & ſitim extinguere, aut bonum aliquod ſupereminens conferre, quoniam eſſe Dei ſecundum ſe nullius poteſt eſſe beatitudo, niſi ſui ipſius verbi gratia, ſi alicubi reperiatur ingens theſaurus, nec ſit, qui illum attingat, non poterit cuiquam proficere, & adiumento eſſe ſimiliter, ſi fuerit

B alicubi pparata, & inſtructa aliqua menſa referta multis dapibus. & edulijs, neque ſit qui ad illam accedat, neque ex ea quicquam guſtet, erit in ſe ipſa excellēs, & magnifica, nulli tamē vſui nutrimento, & oblectamento. Sic propemodū de præſtantia, & excellentia ſummæ bonitatis, & diuinæ eſſentiæ dicendum eſt. Propterea dicebat Dauid, Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. non enim ſat eſt diuinam eſſentiam eſſe ſua-

C ue bonum, immo ſuauitatem ipſam, ac dulcitudinē. ſed oportet ipſam quoquo modo attingere & prægustare: nec ſat eſt, inquit D. Tho. velle beatitudinem qui quidē appetitus. & deſiderium ineſt omnibus animantibus, licet differenter ſed oportet aliqua operatione, vel actu illā attingere, ſuper qua re eſt maxima difficultas inter primarios doctores Sacræ Theologiæ, dum quidam volunt adhunc finem conſequendum, i. ad per-

D cipiendam eſſentiæ diuinæ ſuauitatem neceſſarium eſſe primū actum intellectus. Videlicet viſionem, cognitionem, intelligentiam. & quicquid miniſterio, & ope intellectus poteſt obtineri Vnde D. Th. 1. 2. q. 3. art 8. d. ad perfectam beatitudinem requiri ꝙ intellectus pertingat ad ipſam viſionem primæ cauſæ, & vniatur ei tanquàm obiecto, & per hanc vnionem habebit ſuam perfectionem. & hanc poſitionē, ſiue ſententiam com-

E probant ita ſentientes multis auctoritatibus ſanctarum ſcripturarum, & grauiſsimorum doctorum. Primo quidem eſt illa ſententia Saluatoris Ioan. 17. Nimis efficax, & clara videlicet. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. *Ioan. 17.* Similiter 1. Ioan. c. 3. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quo- *Ioan 1. c. 3.*

niam

Ioan. 14 niam videbimus eum ficuti eſt. & Ioan. 14. d. Philippus. oſtende nobis patrem, *Luc. 10.* & ſufficit nobis. Et Luc. 10. optimā partem elegit ſibi Maria, quæ non auferetur ab ea in æternum, quæ ſ. verſabatur, & tota inſiſtebat circa cõtemplationem *Pſal 16.* Dei. Et Dauid pſ. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et B. Aug. lib 1 de Trin. c. 13. d. Hæc verba. quod ſola viſio eſt ſummum bonum noſtrū, cuius adipiſcendi cauſa præcipitur nobis agere, quicquid recte agimus. Et paulo ante inquit. ipſa vita æterna eſt illa viſio, quæ non conuenit niſi bonis. Et ibidem etiam d. quod viſio eſt ſummum præmium. Et clarius in fine expoſitionis pſ. 90 inquit. quòd viſio eſt tota merces noſtra. Et quāmulti alij, vt Scotus, & Egidius Romanus ab omnibus communiter approbatus, & receptus, longe ſecus opinantur vna cum pleriſque alijs aſſerunt ipſam diuinam eſſentiam prius, & potius apprehendi per actum volūtatis, idest per dilectionem, & amorem, ideo ſuper hoc eſt nonnihil inſiſtendum. Arguit Diuus Tho. in contrarium, probans, quod Diuina eſſentia per actum voluntatis non poteſt apprehendi, quia voluntas ita fertur in rem habitam, et iam adeptam ſicut non habitam, & non adeptam. Propterea quod, cum ipſa quicquam appetit, non habet, & ſic dum vult beatitudinem, indicium eſt quod non habet ergo in actu voluntatis non poteſt eſſe beatitudo, primario ſcilicet habita, & obtenta. Cum autem habet, iam aliunde habitam, & acquiſitam reperit, obtinet, & poſſidet, ſed non per ſuum actum ipſa voluntas fuit illam aſſequta. Verum eſt tamen, inquit ipſe, quod in te iam adepta, ipſa voluntas delectatur, & conquieſcit, adeo ꝙ ſecundum eum, beatitudo eſſentialiter, & formaliter conſiſtit in actu intellectus, hoc eſt in apprahendendo ipſum Deum per viſionem, & cognitionem, completiuè autem in ipſa volūtate, delectando. ſe, & quieſcēdo in ipſo obiecto, hoc eſt, in eſſentia diuina apprehenſa, & cognita. Et hoc quidem eſt rationabile, vt quies, & tripudium attribuatur voluntati tanquam primo mouenti (cum ipſa moueris intellectum) quemadmodum victoria belli attribuitur Duci exercitus. Et ſi quis dixerit, quod delectatio pficit opus, vt d. Ariſt. 10. Ethic. ergo non conſequutiuè, aut concomitanter facit ad Beatitudinem, ſed eſſentialiter, & perfectiuè, reſpondet D. Tho. quod delectatio perficit quidem opus, non tamen ita, quod faciat ipſum opus, hoc eſt ipſam viſionem in ſua ſpecie, vel quod conſtituat ipſam in tali ſpecie, vel reddat eam perfectiorem ſecundum ſpeciem, ſed perficit ipſam, hoc eſt magis decoram, & optabiliē reddit, ſicut Decor, aut pulchritudo reddit iuuentutem magis amabilem & appetibilem, & magis exornat. Egidius Romanus doctor meus in eo libro, vbi tuetur doctrinam D. Thomę aduerſus corruptores, & impugnantes, dicit etiam ipſe art. 1. ſecundæ partis, ꝙ delectatio eſt perfectio operationis, non ita quod ad ipſam ordinetur operatio ſecundum ſuam ſpeciem, ſed ordinatur ad alios fines, ſicut comeſtio ſecundum ſuam ſpeciem ordinatur ad conſeruationem indiuidui.

Contra verò hāc opinionem quidam alij quos enumeraui, mordicus videntur tueri alteram partē, qđ ſcilicet tota, vel pcipua ſuauitas, & refectio noſtra conſiſtit in actu, & operatione voluntatis, hoc eſt diligere, & appetere ſummum bonum, quod eſt obiectum primum, & principale ipſius voluntatis, quamuis & ſecundario, & imperfectè poſſit ipſa voluntas appetere ſocietatem Angelorū, & beatarum animarum, gaudent enim Angeli ſup vno peccatore pœnitentiam agente, multo magis nobis gaudēdum eſt de ſocietate ipſorum, quando peruenerimus ad illam cœleſtem patriam.

Hoc autem probāt multifariam. Primo quidem, quia actus voluntatis eſt magis ꝓpinquus ipſi fini, qui appetitur, quàm ſit actus intellectus, ergo beatitudo magis reponenda eſt, & collocanda in actu voluntatis, quam in actu intellectus. Deinde D. Anſ. lib. 2. Cur Deus homo, habet hæc verba quod ordo peruerſus eſt, vt magis pfectum ordinetur ad minus perfectum, ſed diligere, & amare eſt actus longe perfectior, quam intelligere ergo potius debemus intelligere, & cognoſcere in hunc finem, vt

amemus, quam e contra. Egidius iam præfatus respondet ad hanc auctoritatem Anselmi, quod ipsum diligere præponitur, & præponderat ipsi visioni, seu cognitioni Dei dum sumus in via, & sub ratione meriti, non autem dum erimus in patria. Expetit ergo Deus dilectionem sui à creatura, tanquam id, per quod eadem attingat ad suum finem, hoc est ad visionem essentiæ diuinæ, non quod ipsa dilectio habeat rationem finis. Caietanus etiam eodem modo respondet. Sed quantum valeāt iste solutiones alij viderint. Nos enim non sumus aggressi hāc materiam disputationis gratia, sed vt afferamus opiniones illorum, qui ea de re aliquid scripserunt.

Tertiò confirmatur hæc ratio D. Anselmi cōferendo has duas potentias intellectuales inter se, quandoquidē apud omnes conceditur volūtatem altiorem & præstantiorem esse potentiam, quam intellectum, quia huius munus est dirigere, illius verò imperare. Magnum quidem est dicere, sic volo, & sic iubeo. D. autem Th p.2.q.3 art.4 ad 4.d.q dilectio præeminet cognitioni in mouēdo, sed cognitio preuia est dilectioni in attingendo, quia nō diligitur quicq nisi cognitum, teste D. Aug. in 10. de Trin. cap.1.& 2 sed 1. sent. dist. 1 dicit idem D.Tho. quod intellectus est altior secūdum originem, voluntas vero secundum perfectionem.

Quartò Paulus 1. ad Corint.13 habet hæc verba. Si habuero Prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam; & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.

Quintò Ioan.14. Qui diligit me (dicit Christus) diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. vbi manifestè videtur innuere dilectionem Dei præcedere eius cognitionem, & esse causam illius.

Sexto 1. Ioan c 4. legitur. Omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deū qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas est. & paulò infra Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, &c. vbi nulla fit mentio de visione, & cognitione Dei,

A sed de sola dilectione, Quare &c.

Ad illas autē propositiones adductas ab aduersarijs, & scripturis diuinis, & sacris Ecclesiæ Doctoribus facile responde tur. Dicitur enim quod quando dixit Christus Ioan.17. Hæc est vita æterna, vt cognoscāt te Deum verum, loquebatur Dominus de fide quam oportet habere, dum sumus in hoc statu, si volumus adipisci vitam æternam, quoniam hæc est via, hic est modus & ratio quo ad illam

B aliquando pertingamus Et ad illud Augustini dicentis, visio est tota merces, respōdit Egidius hoc verum esse in ordine ad voluntatem, ita vt nunquam excludatur voluntas. Sic etiam cum dicit David, satiabor cum apparuerit gloria tua, & aliquid simile.

Ego re vera, lector amantissime, cum diu, multumq super hac re institerim, & considerauerim, ignoraui planè, nec potui quicquam decernere, quid super

C hac re dicendum esset, nisi, quod ex ore multorū doctorum plusquàm millies audiui beatitudinem scilicet in vtriusq. potentiæ actibus consistere, sed differenter. in actu quidem intellectus originaliter, & initiatiuè, in actu verò voluntatis completiuè, & vt vnico verbo dicā, omnis nostra felicitas, & beatitudo finalis, & completa consistit in gaudio, & fruitione illius diuinæ, & sempiternæ maiestatis, ac essentiæ. Hæc est nostra

D refectio; Hoc est nostrum pabulum: hic est panis vitæ, & aqua salutaris, quam si quis biberit, non sitiet in æternum. Hæc autem fruitio, iuxtà Doctorē Egidium tria complectitur, hoc est cognitionem, delectationem, & omnimodam quietem, quę omnia desumuntur ex Diuo Aug. in 10 de Trin c.10. vbi inquit, q fruimur cognitis in quibus ipsis voluntas propter se ipsam delectata, conquiescit. D.Tho. definit fruitionem, dicens;

E ipsam esse actum elicitū ab habitu charitatis, quæ sola respicit bonum in eo quod bonū; & in tribus secundū etiam ipsū consistit. Videlicet in visione ipsius Dei, quæ est cognitio perfecta finis intelligibilis: alud est compræhēsio, quæ importat præsentiam finis. Tertium delectatio, vel fruitio, quæ importat quietationem rei amantis in amato. Et hæc

tria

tria correspondent tribus virtutibus, A quę sunt quàm maximè vtiles, ac necessariæ in via, videlicet, fides, cui respōdet visio; spes, cui respondet compręhensio; & charitas, cui respondet delectatio, & quies, quandoquidē, tunc perfectè quietatur amās, & delectatur, cum possidet, & fruitur re amata, quam diutius concupiuit Vnde Aug. beatitudo est gaudium de veritate. Sic enim scribit lib 10. confessionnm cap. 23. sed quomodo gaudēt Beati de veritate? quia s. inuenerūt, quod B crediderunt, dicit enim ibi Aug. hoc est gaudiū de veritate, hoc est de ipso Deo, qui veritas est. & in c præcedenti inquit, est ipsa beata vita gaudium, quod nō datur impijs, sed eis, qui te o Deus, gratis colunt, quorum gaudium tu ipse es. Et ipsa est beata vita, gaudere ad te, de te, propter te, ipsa est, & non altera. qui autem alium putant esse, aliud sectantur gaudium, neque ipsum verum.

Et quemadmodum gaudium de veri- C tate, quæ succedit fidei est ipsa veritas, ita gaudium, quod succedit spei, est ipsa compræhensio rei. Sed nota, ꝙ beati non propriè compræhendunt ipsum Deum, sed solum appræhendunt, illud .n. quod cōp̄hendītur, a compræhendente clauditur, cōtinetur, & constringitur, qui autem appræhenditur tenetur ab illo, qui tanquam currens ipsum attingit, & detinet, non autem continet, & cogit. Sic dicebat Apostolus Paulus, sic currite, vt D compræhendatis, idest vt appræhendatis, à se solo Deus compræhenditur, & non ab vllo, sic d. D. Th. 1. par. quæst. 12. art. 7. ad primum, & alibi, dicitur etiam beatitudo esse pax quædam, vel in pace consistere, iuxta illud p̄s. 147 qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te, cui sententiæ respondet D. Tho. dicens, ꝙ pax pertinet quidem ad vltimum finem hominis, nō quasi essentialiter ipsa pax sit ipsa beatitudo, sed quia E antecedit, & consequitur ad ipsam. Antecedit quidem, quatenus à beatis, & iustis animabus sunt iam remota omnia perturbantia, & impedientia cōsequtionem vltimi finis. consequitur vero ipsa pax ad ipsam beatitudinē, quia iam adepta ipsa beatitudine, homo remanet pacatus, & quietatus expleto omni desiderio. *Psal. 147.*

Sic igitur in pace consistit ipsa beatitudo, & quemadmodum diximus ad fidē succedere gaudium de veritate adepta, & spei ipsam compræhensionem, vt ex p̄s. 91. habetur, vbi d. Deus per Prophetam, quoniam in me sperauit, liberabo eum, & protegam ipsum, & glorificabo eum, & tandem, longitudine dierum, idest æternitate adimplebo illū, & ostendam illi salutare meū .i. gloriam meam, sic ad ipsam dilectionem, & charitatem sequitur, aut succedit perpetua quies, ac delectatio. Sed hic dubitatur, nunquid beatitudo ita percipiatur in visione humanitatis Christi, quemadmodum in visione diuinæ essentiæ? Dicit D. Tho. respondens ad quoddam argumentum, quod humanitas Christi non propriè est vltimus finis, neque in eius visione est propria fruitio, sed est quoddā gaudium accidentale, & non substantialis beatitudo, quam sententiam ego quidem veritus essem afferre, nisi legissem apud D. Aug. 1 de Trin. c 13. prope finem, quasi eandē sententiam, vbi dicit, quod quando in die Iudicij congregabuntur ante eum omnes gentes. & dicent, Domine quando te vidimus esurientē, aut sitientem, &c nec visio illa filij hominis erit bonum impijs, qui mittentur in ignem æternum, nec summum bonum erit iustis. Hæc pauca dicta sint de ferculis, quę apposita erunt in hoc conuiuio Cęlestis patrię, vbi, vt dictum est, erunt gaudia æterna, vt etiam testatur Esa. c. 35 lętitia sempiterna super capita corū, gaudium, & lętitiam obtinebunt, siue exultationem, & fugiet ibi dolor, & gemitus, sicut alibi scriptum est · absterget Deus omnem lacrimā ab oculis eorum quo circa non ab re dicebat ille apud Lucam c. 14. Beatus qui manducabit panem in Regno Dei. Et Esa. 55. delectabitur in crassitudine anima vestra. In hoc eodem conuiuio, seu triclinio D. Tho. vult apponi hæc tria fercula. Primo quidem vinum ad ebrietatem iuxtā illud Cantici cap. 5. comedite amici, & bibite, & inebriamini. Dicuntur beati, qui admittuntur ad istud conuiuium, quod affert Spiritus sanctus, inebriati, quia suauitas illa, & plenitudo illius dulcedinis excedit omnem mensuram, & capacitatem intellectus, *Psal. 91.* *Dubitatio.* *Solutio.*

intellectus,& desiderij. Sic d.D.Th prol. primi sententiarum. Vult etiam apponi mel ad satietatem iux. illud Eccl.24.spiritus meus super mel dulcis: & hæreditas mea super mel & fauum, & Dauid ps.16.satiabor. cũ apparuerit gloria tua. & ps.21. Edent pauperes, & saturabuntur,& laudabunt Dñum.&c. Aliud ferculum dabitur. lac videl.cet,ad perfectionem cordis, & animæ, vt legitur eodem cap.5.in Canticis canticorum, vbi dicitur, Oculi eius, sicut columbæ, super riuulos aquarum quæ lactæ sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima.& profecto in hoc solo conuiuio erit perfecta satietas animorum. Hic est ille locus, & ea terra,quã promisit Deus filijs Israel fluentem lacte,& melle,quã videns Isacar supposuit humerum ad portandum quodeunque pondus, vt aliquando possideret hanc terram.de qua loquens Dauid Psal. 83. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini hæc enim atria sunt ille mons Syon, de quo loquitur Propheta Esaias cap 26. quod Dominus exercituum faciet in eo conuiuium pinguium, conuiuiũ vindemiæ, & pinguium medullatorum,&c.quæ autem sint fercula ista tam pinguia,& medullata, & ab omni feculentia, & sordibus penitus abiuncta dictum est supra. Vnde Aug.Hom.32.inter quinquaginta homilias habet hæc verba. Angeli vident, Angeli gaudent, Angeli pascuntur, nec deficit vnde pascantur, nec minuitur esca ipsorũ. In sublimibus thronis, in partibus Cœlorum, & in ijs quæ supra cęlos sunt, videtur verbum ab angelis, gaudetur,manducatur,permanet, & non consumitur, sed vt panem Angelorum mãducaret homo, dominus Angelorum factus est homo. supra ps. 56. dicit fere idem,& super ps.103.d.in cœlesti patria non deficiet quod nobis przsto est,nec nos qui fruemur,nec fastidiet qui manducabit,nec deficiet quod manducabitur; sed mirum est, quod Angeli, & beatorum animæ ad istud conuiuium cœleste introductæ plenissimè saturantur, repletur in bonis desiderium eorũ, nec deficiunt omni bono,tamẽ Eccl 24. loquitur diuina sapientia, .i. filius Dei

A gloriosus, Pater, Filius, & Spiritus sanctus dicens; qui me edunt, adhuc esurient,& qui me bibũt adhuc sitient; quomodo ergo uerum est, quod in isto conuiuio nihil desit, & summa suauitate ac dulcedine sint refecti, nec quicquam illis desit ad summam, & perfectam fœlicitatem possidendam? quomodo uerum est quod dicitur in ps.102. Edent pauperes,& saturabuntur. Quomodo uerum erit, ꝙ Matth 5 habetur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi

B saturabuntur. Denique quo pacto possumus tueri uerba Saluatoris Ioan.4.dicentis qui biberit ex aqua, quam dabo ei, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam? quo nam pacto sacræ literæ constant sibi ipsis? Huic dubitationi respondet Diuus Aug. noster Auriga 15 de Trin. c.2. ꝙ illi,qui edunt cibum spiritualem, adhuc esurient, & qui bibunt aquam salu-

C taris sapientiæ, adhuc sitient, quoniam, quæ sunt incompræhensibilia,quemadmodũ est solus Deus, semper sunt quęrenda,nec tantum ex eis inuenitur,quin sit semper aliquid requirendum,propterea Dauid ps.104. non dixit lætetur cor inuenientium Dominum, sed lætetur cor quærentium. & subdit; Quærite faciem eius semper. Incompræhensibilia ergo sic sunt quærenda, ut eum inuenitur, qđ quærendum cessandum non sit,sed semper,

D ulterius progrediendum in inquisitione ipsorum,& melior,meliorq. sit quęrens tam magnum bonum,quod & inueniendum quęritur,& quærẽdum inuenitur, nam quæritur, ut inueniatur dulcius, & inuenitur, ut quæratur auidius. sic ipse exponit hęc uerba Eccl.24. dum inquit, qui me edunt adhuc esurient, & qui bibent sitient iterum. Sed quid ad Verba Saluatoris Ioan. 4. dicentis, qui biberit ex aqua quã dabo illi,non sitiet in æter-

E num? dicendum,quòd tanta erit sauitas & dulcedo aquæ spiritualis,quòd quanto magis capimus, tanto magis cupimus, neque uellemus unquam talem potionem habituram finem.& quanuis fuerimus saturati,iuxta illud Matth. 5. qui esuriunt,& sitiunt iustitiam, saturabuntur, talis tamen satietas, uel saturatio non erit cum fastidio, ita quod talis po-

tio

tio faciet nauseam, & eō moueat stomachum, quemadmodum Israelites accidit, qui dū manducabant manna, conquerebantur dicentes; anima nostra nauseat sup cibo isto leuissimo. Qui biberit ergo ex aqua, quam dabit Dñus non sitiet in æternum, ita quod talis esuries, & sitis afferat aliqd incommodū, aut tristitiam, immo potius assiduè, & continuè esurient, & sitient, usq. adeo delectabuntur.

Aut dicas, vt inquit D. Aug. tractatu 15. super Io. quod qui biberit ex hac aqua, non sitiet in æternum, & quod in bonis replebitur desiderium nostrū, &c. Sed hoc erit in resurrectione mortuorum, post consummationem sæculi, tunc. n. non esurient, neq. sitient amplius, neque cadet super illos Sol, neque vllus estus, & super Io. tract. 3. d. quòd tanta erit delectatio cęlestis patrię, vt semper sibi pręsens sit, quod nunquam satieris, immo semper satieris, & nunquam satieris: si diceres, quia non satiaberis, fames erit, si dixero, quia satiaberis, fastidium timeo. Quid ergo sibi vult sapiens, cum inquit qui edunt me adhuc esurient? loquitur enim sapiens de eo tempore, quo nos fruemur, beata visione, diuinæ maiestatis, & essentię; tunc .n. non erit talis, & tantus esus, & tanta refectio, quin eadē, & longe maior semper appetatur, tanta erit suauitas, & dulcedo illius visionis. Glosa sic exponit. Qui edunt me in pręsenti sęculo, incorporando sibi sapientiam, & eam spiritualiter amplexādo, & quo vis modo apprȩhendendo, adhuc esurient, & sitient, vt plenè habeant in cęlesti patria. Sic etiam videtur sentire D Th. super Io. quod habentes gratiam, & donum aliquod spirituale in hoc sęculo adhuc sitiunt, & concupiscunt habere pleniorem, id quod erit in futuro sęculo. Sed quō non sitiet iterū, vt d. Christus apud Ioan? quia si non quæret, aut concupiscet habere aliud bonum, videlicet alterius generis, quam spiritualis, & diuini, sicut dicebat Dauid. Sitiuit aīa meā ad Deum fontem viuum. Qui autē bibit aquam materialem, sitiet iterum, quia peracta digestione, & transacta saturitate redit fames, & redit sitis, nam sitis, vt aiunt medici, quæ prouenit ex calescente corpore, vt etiam testatur Arist. 27. sectione 30. problematis, vel ex calescente ore ventriculi, aut ex pulmone, aut ex corde, vel alijs particulis adiacentibus, ob quas causas oportet iterū corpus restaurari sūptione potus, & cibi. At si loquamur de siti, ac desiderio rerum carnalium, & temporalium, qui bibit ex ista aqua. i. qui apprȩhendet aliquod cōmodum temporale, sitiet iterum. i. iterum concupiscet, aut illud idem secundum speciem, aut quicquā aliud, & nunquam satiatur. Sed nota, quod aqua spiritualis, i. gratia Spiritus sancti non solum extinguit aliqua ex parte, dum sumus in hoc sęculo sitim, & appetitum rerum carnaliū, verum etiam sitim corporalem, & materialem, quoniam multi reperiuntur, qui diuina gratia adiuti ita se dedunt ieiunijs, & abstinentiæ, quod parum admodum edunt, & bibunt, & aliqui sunt reperti, qui per multos dies non ederunt, nec biberunt, vt patet de Elia, & de Domino, ac Saluatore nostro, & de multis alijs. Sitis etiam metaphoricè dicta, vide licet appetitus rerū carnalium, extinguitur quidem, aut reprimitur in plerisque magna ex parte, sed non penitus aufertur, nisi singulari, & speciali quadam gratia, & peculiari dono Spiritussancti quę sitis in cęlesti patria omnino absorbebitur. Sic ergo quō sacræ scripturæ sibi inuicem maxime consonant, & correspondent, visum est. quod licet Saluator noster dixerit, eum, qui biberit ex aqua, quam dabit ipse, nūquam amplius sitim habiturum, sicut etiam vidimus in progressu huius narrationis, quod beati in futura patria habituri sunt omne bonū absque vllo defectu, & deficientia, & sapiens alio loco dixerit, quod edentes, & bibentes diuinā sapientiam adhuc edēt, & bibent Quibus dictis facile cuiq manifestum erit latum, & amplum discrimen inter cōuiuium istud celeberrimū, & conuiuia, quæ fiunt in hoc sęculo, de quibus a principio fuimus loqui, quæ quidem non multum satiant quamuis quandoque pro breui tempore magnopere delectent, & quandoque, & forte frequentius maximè fastidiunt, & stomachum prouocant, & multa incommoda apportant conuiuantibus. Vnde nos omni studio, totis viribus

expetere debemus, & curare, vt post positis, & valere iussis temporalibus istis conuiuijs ad æterna cōuiuia vocari mereamur, tum propter inuitantium auctoritatem, tum quoque propter mensæ fœcunditatem, postremò propter loci amenitatem. iuxta illud ps. superius adducti; Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum. Sed maximè vereor, ne tria nos impediant, quo minus ad hanc cœnam vocemur. primū quidem, macula peccati, quandoquidem nihil immundum potest illuc introire; Deinde debitū pęnę, quod soluendo sumus, aut hic, aut in igne purgatorio, quo tenemur adhuc rei ob varia peccatorum genera, quæ nos petulanter commisimus: postremò vereor, ne plerisque desit vestis illa, de qua paulo ante sumus loquuti, hoc est vestis illa nuptialis, quę ad huiusmodi nuptias deferri solet. Quamobrem opere prǽcium est, priusquàm veniat tempus, quo ad nuptias agni euocemur, emūdemus conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendū Deo viuenti, quod vt commodè, & sufficienter possimus efficere, postulemus ab eo augumentum fidei, spei, & charitatis, vt mereamur assequi, quod ipse promittit, & implere, quod ipse præcepit. Et de hoc satis.

Caput tertium.

SEquitur nunc aliud a nobis propositum videre, scilicet qui sint conuiuę huius Cœlestis, & supremi conuiuij. Et primum quidem vnico verbo possumus respondere, & facere satis huic dubio. dicit .n. Aug. in quodam sermone, ꝙ ad conuiuium cœlestis Patriæ non admittitur nisi quicunque est fidelis, & iustus, & laudabilis inuenitur, memores .n. esse debemus voluntatem non nostram, sed Dei facere debere, quia qui fecerit eius voluntatem manebit in æternum sicut & ille manet in æternum. Sed si volumus magis ad propria, & particularia descendere, & describere proprijs qualitatibus, qui sunt admittendi ad huiusmodi conuiuium, docebit nos ipse conuiuator, pariter & conuiua Christus Dominus noster, ꝙ enim fuerit ipse conui-

A uator, dictum est supra. Nec existimes, cum nos nominamus filium, & dicimus ipsum præparasse cōuiuium, & esse conuiuatorem, & conuiuam, sicut ipse dixit apud Matth. amodo non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud nouum in regno patris mei, nos excludamus patrem, & Spiritum sanctum. Siue ergo audiamus, ostende nobis filium, siue audiamus, ostende nobis patrem, tantundem valet, quia neuter sine altero

B potest ostendi. Vnum quippe sunt, sicut & ipse ait Ioan. 10. Ego, & pater vnum sumus. Denique propter ipsam inseparabilitatem, sufficienter aliquando nominatur, vel Pater solus vel filius solus, adimpleturus nos lætitia cū vultu suo. Nec inde separatur vtriusque spiritus, idest Spiritus Patris, & Filij, qui spiritus propriè dicitur, spiritus veritatis, quem hic mundus accipere non potest. Hoc est enim plenum gaudium nostrū, quo

C amplius, non est, frui scilicet & vberius Trinitate Deo, ad cuius imaginem facti sumus. Propter hoc aliquando scriptura ita loquitur de Spiritu sancto, tanquā solus ipse sufficiat ad beatitudinem nostram, & ideo solus sufficit, quia separari a Patre, & Filio non potest, sicut Pater solus sufficit, quia separari a Filio Spiritus sanctus non pōt, & Filius ideo sufficit solus, quia separari a Patre, & Spiritu sancto non potest. Cętera quæ

D maximè spectant ad plenam, & perfectam notitiam Sanctissimæ Trinitatis, vide a D. Aug. 1. de Trinit. cap. 8. vbi luculenter, & expræsse declarat hoc mysterium Trinitatis, & Vnitatis Essentiæ diuinæ. Hęc pauca ex eo notare voluimus, vt quisque intelligat, cum dicimus Christum Dominum fuisse conuiuatorem, pariter & conuiuam, intelligere nos de omnibus tribus personis. Cęteros, qui præter Christum sunt conuiuæ

E in Regno Cęlorum nunc describemus, & ne videamur ex nobis ipsis loqui, ex D. Paulo 1. ad Corinth. cap 15. considerentur hæc verba, dicit enim Apostolus. Vnusquisq. suo ordine, primitiæ Christus: deinde, ij qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis, cum tradiderit Regnum Deo, & Patri. & quanquam Diuus Paulus visus

fuerit

fuerit loqui de ijs, qui sunt resurrecturi, possunt tamen ea, quæ adduximus & de ijs qui aderunt conuiuio cœli, dum præsertim fuerint consummata omnia, intelligi. Qui ergo post Christum sunt, A citra omnem controuersiam admittendi, demõstrat Saluator apud Matth. c 5. quorũ primi sunt pauperes spiritu, quorum dicit esse Regnum cœlorum. Pauperes autem spiritu vocat Augustinus, qui sunt humiles, non inflati, non superbi, ac tumidi, & quamuis Regnum cęlorum; quod illis promittitur sit longè altum, & sublime, tamen qui se humiliat exaltabitur, & illuc secure perueniet, & commorabitur. B

Matth. 5.

Aug super ps. 83.

Deinde, q fuerint mites ad istud conuiuium admittentur, possidebuntq. terram, nõ possidebuntur à terra. Terram inquam, non quæ calcatur pedibus, sed terram viuentium, hoc est ipsum cœlum, quod propter soliditatem, & stabilitatem hęreditatis perpetuæ voluit appellare terram. Mites autem dicuntur, C qui non resistunt malo, sed resistunt improbitatibus. & vincũt in bono malum. Alibi dicit Augustinus esse mitem non est aliud quam, subijci Deo, non resistere illi, si benefeceris, non glorieris, ipse tibi placeat non tu tibi. Etsi mala quandoque pertuleris, ipse tibi nõ displiceat, sed tu ipse tibi, quia iustè merebaris.

3. Tertio admittũtur lugentes, quia peregrinantur a Domino, & vna cum David conquerantur dicentes, heu mihi, D quia incolatus meus prolongatus est, quique multas tribulationes patiuntur in hoc mundo. Et plerunque tristantur de amissione charorum. ibi consolatur lugens, vbi erit vera consolatio, quæ non amplius amittetur; & hic quoque sæpe numero consolantur ope Spiritus sancti, qui verè dicitur Paracletus idest consolator.

Succedunt alij, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quos non oportet ambigere, E fint vnquam saturi famem, & sitim, dictum est enim quòd saturabuntur. Sed quid est esurire, & sitire iustitiam? nihil, mehercle, aliud nisi quod bonum est. & quod placitum est in conspectu Domini. Si ita esurit interior homo noster, habet cibum suum, idest panem qui de

Esurire iustitiam qd

cœlo descendit. Si sitit, apud eum est fons vitæ.

Deinde misericordes, facillimè introducuntur ad hoc conuiuium & rationabiliter quidem, quoniam qui facit in alium misericordiam, & ipse misericordiam consequetur; fac, & fiet, dicit Augustinus, fac cum altero, vt fiat tecum, quia abundas, & eges, tu abundas temporalibus, eges æternis. Mendicus homo ad te accedit, & tu mendicus Dei es, fac igitur cum mendico tuo, quod tibi vis fieri a Christo Dño adiutore tuo, quod facies cum mendico petitore tuo, hoc aget Deus tecum, qui es mendicus Dei. Hæc ex Aug. ad verbum.

Post hos occurrunt ij, qui sunt mundi corde, quippe qui absque vllo negotio fruuntur delitijs, & potioribus epulis huius conuiuij, quia scilicet videbunt Deũ, in cuius visione consistit tota merces nostra, dicit enim August. hoc in loco hunc esse finem amoris nostri. videlicet videre Deum, finem inquã quo perficiamur, non quo consumamur, finitur cibus, quia consumitur. Finitur vestis quia perficitur. Visio Dei est finis quo perficimur, quia quicquid agimus, quicquid bene agimus, quicquid nitimur, quicquid laudabiliter ęstuamus, quicquid inculpabiliter facimus, & desideramus, ad Dei visionem cum peruenerimus, plus vltra non requiremus. Sed quæ dicit Aug. sunt intelligenda in ordine ad voluntatẽ, non seclusa dilectione, & charitate, quæ primum locum obtinet inter omnia quæ ducunt ad Christum. Sed qui sunt isti mundi corde? qui sentiunt de Dei bonitate, & in simplicitate cordis quærunt illum Sic dicit D. Aug. in eo sermone cap 7 si ergo desideramus videre Deũ oculus iste mundetur, vt possit hoc beneficio frui. Dicit hoc Petrus Acto. 15. fide purificans corda eorum sed quæ fides? non ea qua dęmones credunt, & contremiscunt, nec ea, qua flagitiosi homines gloriantur, sed, quæ per dilectionẽm operatur, cui succedit etiam spes, vt s. credamus, & speremus aliquando futurum, quod credimus, & quod nobis a Deo promittitur. Tria ergo sunt, quibus perfectè cor mundatur. Videlicet fides, spes, &

Mundi corde qui.

& charitas. Sed vide, & considera, quale, & quantum præmium sit propositum ijs q sunt mundi corde, q scilicet Deum videbunt, quæ est tota merces nostra. Alijs verò vel regnum cœlorum, vel possessio terræ, vel consolatio, aut saturitas promittitur. His verò ac solis Deus pollicetur visionem Dei. Vi. Aug Epist. 112. quantum extollit munditiam cordis. Et quomodo Deus non videtur visu, non circunscribitur loco non auditu affatu, nec tactu tenetur, nec sentitur incessu; & cum absens putetur, videtur, & cum presens est, non videtur. Verũ ne existimes alios fore hoc beneficio destitutos quandoquidẽ omnes vel mites, vel pauperes, aut lugentes, & quicunq. alij sunt singillatim nominati videbunt. Deum sed non, quia pauperes spiritu, vel quia mites, aut misericordes, sed qa sunt mũdi corde, Deum videbunt, sicut si quis diceret. beati qui habent pedes, quia ambulant, beati qui habent manus, quia operãtur, & sic de singulis functionibus aliorum membrorum: non tamen sequitur eos non esse beatos, qui habent alterum istorum membrorum.

Sunt etiam viri pacifici, qui libentissimè ad istud conuiuium admittuntur, vbi sortiuntur optimam partem, quoniam filij Dei vocabuntur. In pace quidem perfectio est, vbi nihil repugnans, & quoniam in Deo summa pax, & tranquillitas est, ideo pacifici, quoniam similitudinem Dei gerunt, filij Dei vocabuntur. Dicuntur aũt pacifici in semetipsis, qui omnes animi motus componentes, & subijcientes rationi, i. menti, & spiritui, carnalesq. concupiscẽtias, edomitas habentes fiunt regnum Dei, in quo ita sunt ordinata omnia, vt quod est summum in homine, & excellens, imperet cęteris, quæ sunt communia nobis, & bestijs. At id, quod est excellens in homine subijciatur potiori, idest Deo, qui est ipsa veritas, hoc est Vnigenitus filius Dei.

Postremò adest vocatio, & amplexus illorum ad hanc mensam, qui persequutionem patiũtur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et notanter quidem inquit, qui patiuntur propter iustitiam, & non propter eorum

A culpas, ac demerita, quoniam ipsorum est regnum Cœlorum, & postea subdit Christus in eodẽ loco dicens Beati estis, cum maledixerint vobis homines, &c. loquens nunc ad præsentes, q mox loquutus fuerat generaliter ad quoscũque. Dicit Aug. hoc ideo factum, vt quę iam dixerat ad absentes, ad eosdem præsentes attribui debere demonstraret, & quę ad præsentes etiam ad alios absentes referenda esse intelligerẽt, tales ergo sine
B vllis ambagibus existimandi sunt præ cæteris admittendi ad conuiuium Regni cęlorũ, sed præter illos, quos ex ore Christi enumerauimus, refertur apud Lucam 14. cap. multos alios fuisse vocatos, & quotidie vocari ad hanc cœnam magnam, & ad huiusmodi conuiuium, qui renuerũt accedere, qui omnes se facile excusarũt, quia alijs negotijs, etiam non illicitis occupati, accedere renuerunt, de quibus tamen dicit ille, qui fecit
C cęnam magnam, quia nemo virorum illorum, qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. Sed nihil mirum, quod multi sint uocati, uenire tamen contempserint, quia hi oẽs sunt de numero reproborum, nec possunt subterfugere, & de Deo ipso conquæri, quin & ipsi uocentur ad conuiuium, sed quoniam carnalibus delectationibus sunt addicti, & rebus terrenis magis, quam Dei obsequio, & uoluntati mãcipati idcirco etiam uo-
D cati non admittuntur ad conuiuium.

Caput quartum.

SEd ubi nam fieri credẽdum est hoc conuiuium? quo in loco paratur ista cęna? ut commodè, lautè, & opipare possint refici, & recreari amici Dei? Nulli dubium, locum istum esse regnum cęlorum dicit enim Christus apud Matt. 22. Simile est regnum cęlorum homini re-
E gi, qui fecit nuptias filio suo. Et prætetea, nõne Christus Dñus apud Ioã. 14. dixit in domo patris mei mã siones multæ sunt? quæ est domus Dei? multiplex quidem, domus n Dei, ubi habitat Deus, dicitur enim domus alicuius habitatio eius; domus ergo Dei est vbi residet Deus, et quia ubique residet, idcirco nullus est locus in toto uniuerso, qui sit de-

ſtitutus præſentia Dei, peculiariter autem domus Dei ſunt Sancti, angeli Dei, beatorum aĩæ in quibus habitat Deus, & vbi priora, & maiora Dei opera fiunt, & conſpiciuntur. Templum Dei eſt cor noſtrum, dicebat enim Paulus 1. Cor 3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Domus Dei eſt etiam eeeleſia militans, vt inquit Apoſtolus, vt ſciatis quomodo oportet vos in domo Dei ambulare: domus Dei etiam appellatur locus, in quo præces, & orationes Deo offerun- B tur, vt habetur apud Ioannem. domus mea domus orationis vocabitur, de qua etiam loquebatur Dauid ps. 43. In domo Dei ambulauimus cum conſenſu. Sed cum Saluator inquit. In domo patris mei manſiones multæ ſunt, ipſe loquit de domo, de qua loquebatur Ioan. Apocalip. cap. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & ipſe habitabit cum eis. Domus ergo Dei eſt conſortium Dei, & beatorum ſpirituum. Do- C mus Dei eſt gloria æterna. Domus Dei eſt fruitio viſionis diuinæ eſſentiæ. Domus Dei eſt perpetua dilectio, quies, & delectatio eorum, de quibus antea loquti ſumus, qui ſcilicet ſunt mundi corde. Sed ſi iſta fruitio, quies, & beatitudo eſt vna tantũ, quomodo in domo Dei ſunt manſiones multæ? d. Aug. quia contin- [illegible] ea domo alium eſſe alio fortiorẽ, [illegible] alio ſapientiorem, alium alio iuſtiorem, & alium alio ſanctiorem, nul- D lus tamen eorum alienabitur ab illa domo, vbi manſionem pro ſuo quisque acceptũrus eſt merito. Denarius quidem ille, de quo loquitur Chriſtus Matth 20. Equalis eſt omnibus, quem pater familias eis qui operati ſunt in vinea iubet dari omnibus, non in eo diſcernens, qui minus, & qui amplius laborarunt, quo vtique denario vita ſignificatur æterna, vbi amplius alio nemo viuet, quoniam viuẽdi non eſt diuerſa in æternitate E menſura, ſed multæ manſiones diuerſas meritorum in vna vita æterna ſignificant dignitates, alia eſt enim claritas ſolis, alia claritas Lunę alia claritas ſtellarum. Stella.n.a ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum hoc eſt, quod D. Tho. determinat 1.2. quæſt. quinta art. 2. quod in ratione beatitudi-

Pſal. 43.

A nis duo includũtur .ſ. ipſe finis vltimus, qui eſt ſummum bonum, de quo toties loquti ſumus, & adeptio, vel fruitio ipſius ſummi boni. ratione ipſius beatitudinis vna tantum eſt domus, vna habitatio, ſed quantũ ad ipſam adeptionem, vel fruitionem poteſt aliquis alio eſſe beatior, quia quanto magis hoc bono fruitur, tanto dicitur eſſe beatior: & poteſt dici habere manſionem, ſeu domicilium aliquantò clarius, aut ſplendi- B dius, ſicut v.g dicimus virginali pudicitia florentes, eſſe clariores ipſis coniugatis, & martyres, qui lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni pręferri ipſis confeſſoribus, & Glorioſam Virginem Dei Genitricem exaltatã eſſe ſuper choros Angelorum. Nullus quæſo adhæreat falſæ opinioni illorum, qui exiſtimant in domo Dei eſſe multas mãſiones, quia detur aliqua manſio extra regnum cęlorum, vbi degant ij, qui ſine baptiſmo ex C hac vita commigrarunt, quia ſine illo in Regnum cœlorum intrare non potuerunt, nullus admittat hanc opinionem, quia falſiſſima eſt, & a veritate longiſſima, non enim præter regnum cęlorum datur alius locus, vbi ſit domus Dei, de qua loquitur hic Saluator. Hæc eſt illa domus non manu facta, æterna, in cęlis extructa. Hæc eſt illa domus, de qua d. Proph. ps. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine. in ſæcula ſæculorum D laudabũt te. Et hæc ſatis de iſto puncto.

Pſal. 83.

Caput quintum.

CONſequenter videndum eſſet, quis fuerit miniſter huius conuiuij, cui quæſito abſque multo negocio poteſt ſatisfieri, quandoquidem ex ipſius Euangeliſtæ verbis nobis demonſtratur. Dicimus enim eundem eũ eſſe, qui & conuiuator, & conuiua ſupra dicebatur. Sic E .n. ait ipſe de ſeipſo loco iam adducto. Sed ego vado parare vobis locum. At ſi iam manſiones multę ſunt in domo Dei. In domo patris mei, quid parandum vadit iſte miniſter Chriſtus Dei filius? dicit Beatus Aug. manſiones iam ſtatæ ſunt, iam adſunt, ſed nõ ſunt paratæ. Scilicet loca ſunt prædeſtinata vbi Beatorũ animæ perpetuo ſunt manſuræ, ſed non ſunt

sunt adhuc vocati (antequam.s.Christus pateretur) ad illas possidendas, & incolendas, nuptiæ sunt iam præparatę, sed non dum erant vocati conuiuæ ad manducandum, gaudendum, & fruendum: propterea dicit Minister, vado parare vobis locum. Ordinauit mansiones, cum prædestinauit, parat autem, cum nos vocat, vel mansiones in domo patris sunt eędem ipsæ, & non aliæ, neque vti nunc sunt, parandæ sunt; & nondum sunt, sicut parandæ sunt; sunt enim prædestinando, non sunt vocando, & opere exequendo, propterea dicit, vado parare vobis locum, & vt vnico verbo dicamus, parat mansiones, mansoribus parando mansiones. Hoc idem est cum eo, quod dicebat Apostolus ad Eph. 3. elegit nos ante mundi constitutionem, prædestinādo scilicet non vocando, quos autem prædestinauit, hos & vocauit, sed elegit prædestinando ante mundi constitutionem, elegit nos vocando ante mundi consummationem.

Quidam alij exponūt longè facilius, ꝙ Christus vadit parare locum nō mansiones statuendo, aut distribuendo, & suam cuique assignando, sed vadit parando idest in locum introducendo, ianuam domus aperiendo, & illuc intromittendo, qui iam vocati erant .i. prædestinati. Et quo nam pacto. parauit eis hunc locum introducendo, & conferendo eis beatitudinem iuxta quantitatem meritorum quorumcunq. vocatorum? per Passionem, & mortem suam, post quam susceptam, & obitam, non relinquit eos, sed iterum ad eos accedit postea quam resurrexit, & secum adduxit, vt vbi est ille, sint quoque & ipsi. hoc est quod legitur apud Ioannem. Etsi abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.

Caput quintum.

NVnc opportunè sequitur discussio alterius puncti, videlicet quando hæc erunt .i. quo tempore fient istæ nuptiæ, quando nꝙuam celebrabitur istud conuiuium adeo celebre, tantopere expectatum a Sanctis Patribus, & desidera-

A tum, vt dicebat ille ps. 41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus meus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Dico, si licet homini peccatori enarrare iustitias, & mysteria Dei, hoc non potuisse fieri, nisi postea quam fuerat deletum Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum ablatū de medio. & affixum illud

B cruci, quod tunc fuit effectum. dum expolians principatus, & potestates, traduxit cōfidenter palam triumphans illos in semetipso. & hoc est quod dicebat Saluator dum erat in Cruce, priusquam expiraret. Consummatum est. Iam paratum est conuiuium; tauri, & altilia occisa sunt, parata sunt omnia, venite ad nuptias, tunc ergo factum est istud conuiuium, cuius notabile signum fuit absolutio, & remissio facta ipsi la-

C troni, cui dixit Christus: Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiso, & longè vberior fuit gratia illi cōcessa, quam præcatio. semper enim Dominus plus tribuit, quam rogatur, ille rogabat, vt memor sui esset, Dominus autem præbuit illi mansionem secum in Paradiso, esse n cūm Christo erat vita, & vbi Christus, ibi Paradisus & Regnum. Sed conuiuium istud nondum est plenè confectum, sed tunc erit penitus absolutum,

D quando mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Vt dicit Apostolus, 1. Cor. 15. Sed quæritur quando perficietur, & penitus absoluetur hoc conuiuium? Vereor equidem ne mihi fiat illa responsio, quam Saluator noster attulit suis discipulis percontantibus. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? quibus dixit, Non est vestrum nosse tempora, vel momēta, quę posuit pater in sua potestate d. August. ps. 103. *1. Cor. 15.*

E fiet istud conuiuium post peregrinationem, idest quando perfecerimus viam. Tunc non deficiet quod nobis præsto est, nec nos qui fruemur; nec fastidiet qui manducabit, nec deficiet quod manducabitur: Sed quoniam Paulus Apostolus, qui vidit arcana Dei 1. ad Cor 15. videtur afferre tempus, quo ista fient, dicemus & nos cum eo, tunc erit perfe-

cta

cta tefectio, & consummatio, cum tradiderit Regnum Deo, & Patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & cętera tunc fient, de quibus loquitur Apostolus in eo loco, & Esaias in præsenti c. 25. pro quorum clariori intellectu non pigeat videre, & legere Beatum Augustinum 1. de Trin. cap. 8. Et quæ ab eo dicuntur, diligenter expendere, & considerare, quia sunt longè difficilia, & maxime necessaria. Et hæc pauca de Toto hoc articulo a nobis proposito.



F I N I S.

REGISTRVM.

ABCDEFGHI.

Omnes sunt Duerni præter I. quæ sunt Duerni, cum medio.

Carmel. Discal. Romę

PERVSIÆ,

Ex Typographia Vincentij Colombarij Andreæ Brixiani Hæredis. Superiorum Permissu.

M. D. XCVII.